# MONVMENTA
# GERMANIAE
# HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

---

LEGVM SECTIO IV.

CONSTITVTIONES ET ACTA PVBLICA IMPERATORVM ET REGVM.

TOMVS II.

---

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MDCCCXCVI.

# MONVMENTA
# GERMANIAE
# HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

---

## LEGVM SECTIO IV.

## CONSTITVTIONES ET ACTA PVBLICA IMPERATORVM ET REGVM.

TOMVS II.

---

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MDCCCXCVI.

# CONSTITVTIONES
ET
# ACTA PVBLICA
# IMPERATORVM ET REGVM.



## TOMVS II.

INDE AB A. MCXCVIII. VSQVE AD A. MCCLXXII.

EDIDIT

LVDEWICVS WEILAND.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
MDCCCXCVI.

Ex officina aulae Vimariensis typographica.




*In prooemio tomi prioris Ludewicus Weiland b. m. confisus est, fore ut ipsemet tomum alterum ad finem perduceret. Quod ei non contigit. Vir enim labori operoso studiosissime deditus, cum iam quinquaginta tres plagulas typis imprimendas dedisset, praematura morte nobis subreptus est Nonis Februariis a. 1895. Quoniam quae supererant ipsius manu ita confecta inveniebantur, ut statim prelo dari possent, nobis, cum huius operis ad finem perducendi negotium susciperemus, pauca admodum adiungenda erant. Itaque nos textum numerorum 427. 438. 439. 440, usi opera viri cl. Oswaldi Holder-Egger, qui Vindobonae codicem Hermanni abbatis Altahensis denuo contulerat diligentissime, in meliorem formam redegimus; numerorum 429—437. 443. 445. 463, quos iam editor huic volumini inserendos destinaverat, textum constituimus, praefationes adiecimus; numerum 395a serius publici iuris factum supplemento adiunximus. Atque praefationem numeri 428, cui una cum ceteris scriptis ad Confoederationem pacis Rhenanam spectantibus Ludewicus Weiland operam navavit extremis vitae diebus, inde a pag. 580 lin. 21 nostro Marte e schedis composuimus, cum illi scribenti verba 'in foedus intravissent' stilus cecidisset.*

*Ordines coronationis, quos in hoc volumine prodituros esse Tom. I pag. XXI adnotatum est, coacti copia materiae, quae in permultis codicibus adhuc neque collatis neque inspectis hic illic dispersa est, in appendices tomorum sequentium reiecimus.*

*Tomum tertium, Constitutiones et Acta Rudolfi, Adolfi, Alberti, Henrici VII. inde ab anno 1273 usque ad annum 1313 amplexurum, nostrae curae commissum, proximo anno nos typographo tradituros esse speramus.*

*Laboris mei fautor benevolentissimus exstitit vir cl. Paulus Scheffer-Boichorst, defuncto amico prae ceteris carus, cuius sagacissimo consilio permulta eaque gravia me debere grato animo profiteor. Praeterea viro d. Aemilio Schaus, qui in plagulis corrigendis assidue me adiuvit, gratias refero quam maximas.*

*Dabam Gottingae die 10. m. Iunii a. 1896.*

*IACOBUS SCHWALM.*

# HOC TOMO CONTINENTUR:



---

*) Id est in editione Pertziana LL. II.

## Friderici II. Constitutiones. 54—389

## Heinrici regis Constitutiones. 390—438

## Conradi IV. Constitutiones. 439—453



## Heinrici antiregis Constitutiones. 454—458



## Wilhelmi regis Constitutiones. 459—478

## Richardi regis Constitutiones. 479—489

## Alfonsi regis Constitutiones. 490—504



## Appendix I. Acta et Concilia pontificum Romanorum. 505—539

## Appendix IV. Acta varia. 617—637

---

*In editione nostra frustra quaeres nonnulla, quae leguntur in editione Pertziana: LL. II, pag. 330* Curia Paduae. De pena iudicum male iudicantium, *pag. 332* Constitutio de iure protimiseos. *Quae tria edicta utique ad Siciliae regni administrationem spectantia reiecimus. Pag. 363 formam suscipiendi cinguli militaris opus falsarii esse, vide nostram editionem pag. 459.*

# PHILIPPI REGIS CONSTITUTIONES.

## 1. PACTUM CUM PHILIPPO II. REGE FRANCIAE.

### 1198. Iun. 29.

5 *Contulit vir cl. Sackur imaginem heliographicam Registri primi Philippi Augusti regis, codicis Ottoboniani 2796 fol. 39 (Registre* A*)*[1]*, quae obvia est in libro viri cl. Delisle 'Le premier registre de Philippe-Auguste, reproduction héliographique du manuscrit du Vatican par A. Martelli'. Paucas lectiones adnotavimus e codice Parisino fonds français 9852. 3 (Colbert) fol. 96, registrum a Delisleo* F *nuncupatum*[2] *continente, quod per* 10 *registra* E *et* C *a textu registri* A *pendet. Pactum ex eo descripsit iam olim Waitz b. m. Editiones omnes quin ex uno horum librorum derivatae sint, et ipsa editio apud Rymerum 'Foedera' ed. III. I, 70, haud dubium. — Delisle 'Catalogue' nr. 535; Böhmer, Reg. imp. V, 18.* *(P. 202.)*

Philippus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Notum etc. quod propter 15 dilectionem, quam mutuo habuerunt erga dominum Philippum regem Francorum[a] genitor noster Fridericus et Henricus frater noster, pie recordationis Romanorum imperatores, hanc confederationem propter bonum pacis et publicam utilitatem cum karissimo amico nostro Philippo illustre rege Francorum[a] duximus ineundam, in hunc modum:

1. Quod nos eidem adiutores erimus, nominatim contra Ricardum[b] regem Anglie 20 et comitem Othonem nepotem ipsius et Baldoinum[c] comitem Flandrie[d] et Adulphum[e] archiepiscopum Colonie et contra omnes alios inimicos eius, ubicumque cum honore nostro id facere poterimus, bona fide et sine malo ingenio, quando locum et tempus id faciendi habebimus.

2. Si aliquis de imperio nostro faceret eidem Philippo regi Francorum[a] malum vel 25 ipsius regno, si ille qui deliquisset non emendaret hoc per nos vel per nuntios nostros, per pacem vel per rectum, in marchia competenti infra XL dies postquam id sciverimus per predictum regem Francorum[a], si fuerimus citra montes, vel episcopus Mettensis hoc sciverit, si fuerimus ultra montes, dominus rex Francorum poterit se vindicare de eo sine interceptione, et nos iuvabimus eum bona fide.

30 **1.** a) Franc̄. *A. F.* b) Ric. *A.* c) *sic F;* Bald' *A.* d) Fland. *A. F.* e) *correxi;* hayulfum *A*; Haiulphum *F.*

1) *V. Delisle, 'Catalogue des actes de Philippe-Auguste' p. VIII.* 2) *V. ibidem p. XIX.*

3. Nos non retinebimus in imperio nostro aliquem hominem de regno Francie, sive clericum sive laicum, contra voluntatem karissimi amici nostri predicti regis Francorum.

4. Predictus rex Francorum[a] quandocumque voluerit poterit se vindicare de comite Flandrie[d], de terra quam idem comes habet in imperio, tam in feodo quam in dominio, et hoc sine interceptione.

5. Nos bona fide promittimus, quod si sciremus, quod aliquis quereret malum Philippi regis Francorum[a] vel eius regno, nos bona fide id disturbaremus; et si non possemus disturbare, id nuntiaremus eidem regi.

6. Et quando Deo volente coronati fuerimus in imperatorem, has conventiones regi Francorum[a] renovabimus et sigillo nostro confirmabimus. Nos autem in manu Neuelonis[f] venerabilis Suessionensis episcopi fiduciavimus, quod omnia predicta bona fide observabimus. Id eciam de mandato nostro dilecti principes nostri Conradus Wirceburgensis[g], B. Mettensis, Dhiethelmus Constantiensis episcopi, Theodoricus quoque de Greuch, Fredericus de Zolre[h], Hartemannus de Kirchberch[i], Godefridus de Vehingen[k], Everhardus de Everstein[l] comites, et de latere nostro Trusardus camerarius noster, Warnerus de Rossevach, Warnerus de Bollanden[m], Warnerus de Zangen[n] milites iuraverunt, quod bona fide studebunt, quod hec a nobis observentur et teneantur. Id quoque adhuc unum archiepiscopum et unum episcopum faciemus iurare.

Dat. Warmacie[o], III. Kal. Iulii, anno dominice incarnationis MCXCVIII, regni nostri primo, per manum Conradi imperialis aule prothonotarii.

---

# 2. EPISTOLA AD INNOCENTIUM III.

(1198. post Sept. 8.)

*Epistolam, quacum rex nuntios apostolicos, episcopum Sutrinum et abbatem Sanctae Anastasiae, pontifici remisit, denuo contulit vir cl. Sickel cum Registri Innocentii III. tom. VI, fol. 4 et 12 (Reg. de negotio imperii ep. 12), ubi lemma:* Litterę Ph. — *Böhmer, Reg. imp. V, 21.* *(P. 201.)*

Reverendo in Christo patri domino Innocentio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Philippus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus salutem et filialem dilectionem[a].

Paternitatis vestre nuncios, Sutrinensem episcopum et abbatem Sancte Anastasie, viros religiosos et discretos, quos ad nostram destinastis presentiam, benigne recepimus, tum propter vestram et Romane ecclesie reverentiam, tum etiam ob ipsorum honestatem, et ea que ex parte vestra ipsi nobis intimarunt, ad plenum liquidoque collegimus intellectu. Quod autem prefatos viros tamdiu nobiscum detinuimus nec eos vestre remisimus sanctitati, scire vos cupimus id alia de causa non accidisse, nisi quod nostrorum hactenus prestolantes finem negotiorum, vobis eos post hec remittere disposueramus, et per eos quid ecclesie et imperii commodis conduceret et dilectionem discretioni vestre insinuare. At nunc, quia divina faciente clementia, per quam uni-

**1.** f) Neuelon̄ *A.* g) Conratus Witteburgensis *A.* h) Ceolre *A.* i) Kireberch *A.* k) Vehingre *A.* l) Euresten *A.* m) Bolland̄ *A.* n) Ceangue *A.* o) Wannac̄ *A.*

**2.** a) *corr. ex* devotionem *c.*

versos actus nostros cupimus feliciter prosperari, honor noster debitum sumpsit incrementum, et quicquid contra nos adversitatis hactenus emerserat, pene sopivimus et pro nostra credimus deducere voluntate, accepto consilio familiarium nostrorum et fidelium curie nostre, prenominatos viros ad vos usque remittimus. De quorum non immerito confidentes prudentia, verbum nostrum per eos vestre edisserendum duximus sanctitati, rogantes attentius et hortantes vos, ut verbis ipsorum fidem adhibeatis indubitatam et ea, que a nobis acceperunt vobis proponenda, pie, sicut convenit, et affectuose audire procuretis.

---

# 3. DECLARATIO PRINCIPUM IN FAVOREM PHILIPPI REGIS.

(1199.) Mai. 28.

*Dedit vir d. Tangl e Registri Innocentii III. tom. VI, fol. 4', ep. 14. — Böhmer, Reg. imp. V, 27.* *(P. 201.)*

Reverendo in Christo patri domino Innocentio sancte Romane ecclesie summo pontifici Germaniarum principes et magnates, in Christo filii, Madeburgensis archiepiscopus, Treuerensis archiepiscopus, Bisuntine sedis archiepiscopus, Ratisponensis episcopus, Frisingensis episcopus, Augustensis episcopus, Constantiensis episcopus, Eistedensis episcopus, Wormatiensis episcopus, Spirensis episcopus, Brixiensis electus, Ildesemensis episcopus imperialis aule cancellarius, abbas Fuldensis, abbas Hersueldensis, abbas de Tegernse, abbas Elwacensis, item rex Boemie, dux Saxonie, dux Bawarie, dux Austrie, dux Merannie, dux Lotharingie, marchio Missenensis, marchio Brandeburgensis, marchio Morauie, marchio de Rumesperc aliique totius Alemannie nobiles, debitum et paratum cum omni devotione et obsequio famulatum.

(1) Apostolice beatitudinis eminentia, que piis supplicantium desideriis et affectibus gratam semper consuevit impertiri benivolentiam et assensum, firmam universitati nostre certitudinem amministrat, quod in hiis, que a sanctitate vestra iustissime postulamus, benignitatem apostolicam debeamus et in exaudiendo persentire facilem et in exequendo quod petimus fructuosam. Quocirca magnitudini vestre duximus declarandum, quod mortuo inclito domino nostro H(einrico) Romanorum imperatore augusto, collecta multitudine principum, ubi nobilium et ministerialium imperii numerus aderat copiosus, illustrem dominum nostrum Ph(ilippum) in imperatorem Romani solii rite et sollempniter elegimus, quo nec ingenuitate sublimiorem nec honorum luce magis conspicuum neque ad ceptra et regimina sacri imperii gubernanda nec ad ecclesiam Dei, sicut dignum est et expedit, defensandam potiorem potuimus invenire. (2) Verum quoniam propter paucos principes iustitie resistentes ad negotia imperii utiliter pertractanda ad hec usque tempora non convenimus, nunc[a] deliberatione habita cum predicto domino nostro rege Ph(ilippo) apud Nůrenberc sollempnem curiam celebravimus, unanimiter ita domino nostro, disponente Altissimo, contra turbatores suos adiutorium prestituri, quod nullus in imperio et in terris, quas serenissimus frater suus habuit, ipsius audebit dominium recusare. (3) Quocirca dignitatis apostolice clementiam omni studio et attentione rogamus, ut precum nostrarum interventu, qui Romane ecclesie

3. a) nec *distincte* c.

statum optimum semper dileximus, ad iura imperii manum cum iniuria nullatenus extendatis, diligentius attendentes, quod non sustinemus ius ecclesie ab aliquo diminui aut infringi. Igitur favorem vestrum et benivolentiam excellentissimo domino nostro fructuosius impendatis et eius honores ac commoda ita, ubi potestis, erigere dignemini cum effectu, ut iusticie non dominetur iniquitas, sed subdatur semper falsitas veritati. (4) Monemus insuper et precamur, ut dilecto amico nostro, devoto et fideli domini nostri regis Ph(ilippi) M(arcwardo) marchioni Anchonensi[b], duci Rauennensi, procuratori regni Sicilie, imperialis aule senescalco, in negociis domini nostri apostolicam prestetis benivolentiam et favorem nec resistentibus ei prebeatis adiutoria, sicut de vestra confidimus sanctitate, certissime scientes, quod omnibus viribus quibus possumus Romam in brevi cum ipso domino nostro divinitate propicia veniemus pro imperatorie coronationis dignitate ipsi sublimiter obtinenda. (5) Hec omnia vobis tam ex nostra, qui presentes existimus, quam ex parte aliorum principum scripsimus, quorum nuncios et litteras habuimus, qui etiam domino nostro fidelitatem fecerunt et hominium; quorum nomina sunt hec: patriarcha Aquilegensis, archiepiscopus Bremensis, Verdensis, Haluerstadensis, Merseburgensis episcopi, Nuwenbergensis, Monasteriensis, Osnaburgensis, Babenbergensis episcopi, Pattauiensis, Curiensis, Tridentinus episcopi, Metensis, Tollensis, Verdunensis, Leodiensis episcopi, comes palatinus Burgundie, dux Caringie, dux Karinthie, dux de Bites, marchio de Lannesperc, marchio de Voheberc, comes palatinus de Tuingen[c], comes palatinus de Witelinesbach, et alii quamplures comites et nobiles, quorum hic nomina reticemus.

Datum Spire, V. Kal. Iunii[d].

---

# 4. 5. LEGATIO AD PONTIFICEM.

(1199. Iun.)

## 4. *EPISTOLA REGIS.*

*Dedit vir d. Tangl e Registri Innocentii III. tom. VI, fol. 5, ep. 17. Vir cl. Ficker censuit, hanc regis legationem una cum Declaratione principum (supra nr. 3) Romam missam esse. — Böhmer, Reg. imp. V, 28. (P. deest.)*

Reverendo[a] in Christo patri domino Innocentio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Philippus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus salutem et filialem dilectionem.

Pro negotiis imperii cum sanctitate vestra pertractandis familiares et dilectos cappellanos nostros Fridericum prepositum Sancti Thome apud Argentinam et Iohannem sancte Romane ecclesie subdiaconum, latores presentium, transmittimus ad apostolicam presentiam, cum plena fiducia universa negotia, que cum paternitate vestra decrevimus pertractanda, ipsorum providentie commendantes et verba nostra in ore ipsorum ponentes. Rogamus igitur et monemus benignitatem apostolicam, quatinus ea, que prefati cappellani nostri ex parte nostra vobis intimaverint, attenta aure intelligatis et verbis ipsorum tamquam a proprio ore nostro prolatis fidem indubitatam adhibeatis.

**3.** b) Anchoñ *c.* c) Tuing̃ *c.* d) Iunie *c.*

**4.** a) everendo — sacr *in rasura c.*

### 5. *ORATIO NUNTIORUM REGIS CORAM PAPA.*

*Dedit e codice bibliothecae publicae Senensis F. I. 8 saec. XIII. vir cl. Winkelmann 'Sitzungsberichte der bayerischen Akademie' 1875 I, 346, ubi etiam invenias responsum pontificis, quod aliquantum diversi tenoris est atque epistola XVIII. Registri de negotio* 5 *imperii. Adnotandum, annum 1198 ex eo positum esse, quod calculus Florentinus adhibitus est.* *(P. deest.)*

Salutatio nuntiorum Filippi ad domnum papam Innocentium III. anno Domini MCXCVIII[a].

Pater sancte, devotissimus filius vester Filippus Romanorum rex et semper 10 augustus salutat vos sicut patrem suum spiritualem et sicut ille qui honorem sancte Romane ecclesie cum omni sinceritate diligere et promovere desiderat. Salutat etiam domnos cardinales sicut dilectos amicos suos.

---

## 6. DECLARATIO PRINCIPUM CONTRA LEGATUM PONTIFICIS.

15 (c. 1202. Ian.)

*Dedit vir d. Tangl e Registri Innocentii III. tom. VI, fol. 18', ep. 60 (in editis ep. 61), ubi inscribitur:* Littere quorundam principum faventium parti Ph̄. *Responsum pontificis, insignem istam decretalem epistolam 'Venerabilem', v. infra in Appendice Actorum pontificum Romanorum. — Böhmer, Reg. imp. V, 65.* *(P. deest.)*

20 Sanctissimo patri et domino Innocentio sacrosancte Romane sedis summo et universali pontifici Dei gratia Magdeburgensis, Bremensis archiepiscopi, Warmaciensis[a], Patauiensis, Ratisponensis, Constantiensis, Augustensis, Ekstadensis, Hauelbergensis, Brandeburgensis, Misnensis, Nuemburgensis episcopi, Babenbergensis electus, Wuldensis, Herseueldensis, Campidonensis abbates, rex Boemie[b], dux Zaringie et rector Burgundie, 25 dux Saxonie, dux Austrie ac Stirie, dux Meranie, Turingie langravius, marchio Morauiae, Orientalis, Misnensis[c], Brandeburgensis marchiones, de Orlamunde, de Sumersenburch, de Brenen, de Witin comites salutem et debitam in Christo reverentiam.

(1) Existimare non valet ratio nec rudis simplicitas hoc potest credere, ut inde iuris cuiusque surgat turbatio, ubi iuris soliditas permansit hactenus inconvulsa. Quis 30 tam duri etiam tamque perversi sensus estimet, ut inde emanet superstitio, ubi quiescere debet sanctitas? Divina enim ordinatione, non humano iudicio, pie et salubriter est provisum, ut in urbe Romana, ubi olim erat capud superstitionis, illic quiesceret caput sanctitatis; et suppliciter omnibus est orandum, ut ad extremitatem non retrahatur principium, ne O dicatur revolasse ad alpha. (2) Non ergo sacrosancte Ro- 35 mane sedis sanctitas et cuncta pie fovens paternitas hoc sentire ullo modo nos permittit, ea, que iuri dissona et honestati contraria a domino Prenestino vestre sanctitatis, ut ipse asserit, legato in Romanorum regis electione sunt indecenter nimium perpe-

5. a) MCXVIII. *c.*

6. a) Wamaciensis *c.* b) Bomie *c.* c) Misensis *c.*

trata, ut de vestre mire prudentie prodierint conscientia, nec sanctissimam sancti cetus cardinalium credimus huc conniventiam accessisse. Quis enim huic similem audivit audaciam? Quis verus accedere potest testis, fore hactenus sic presumptum, cum nec hoc testetur fabula nec affirmet res gesta nec cuiusquam hoc codicis assev- veret series? Ubinam legistis, o summi pontifices, ubi audistis, sancti patres, totius 5 ecclesie cardinales, antecessores vestros vel eorum missos Romanorum regum se electionibus immiscuisse sic, ut vel electorum personam gererent vel ut cognitores electionis vires trutinarent? Respondendi instantiam vos credimus non habere. (3) In Romanorum enim electione pontificum hoc erat imperiali diademati reservatum, ut eam Romanorum imperatoris auctoritate non accommodata ullatenus fieri non liceret. 10 Imperialis vero munificentia, que cultum Dei semper ampliare studuit et eius ecclesiam privilegiorum specialitate decorare curavit, hunc honoris titulum Dei ecclesie reverenter remisit; quod[d] constitutio primi Henrici[1] evidenter explanat, cuius series hec est: 'Ut nullus missorum nostrorum cuiuscunque inpeditionis argumentum in electione Romani pontificis componere audeat, omnino prohibemus'. Si laicalis simpli- 15 citas bonum, quod de iure habuit, reverenter contempsit, sanctitas pontificalis ad bonum, quod nunquam habuit, quomodo manum ponit? (4) Sed cum vestre sancte curie, tamquam pie matris, nos tangat opprobrium, cum ad Romani imperii simus ascripti titulum, eius iniuriam cogimur non tacere. Vobis ergo suprascriptorum principum cum dolore aperit universitas, quod Prenestinus episcopus in Romanorum 20 regis electione contra omnem iuris ordinem se ingessit, nec videre possumus, cuius personam inculpabiliter[e] gerat. Gerit enim vel personam electoris, vel personam cognitoris. Si electoris, quomodo quesivit opportunitatem[f], qualiter arbitris absentibus mendacio veritatem et crimine virtutem mutaret? Quomodo enim ea pars principum, quam numerus ampliat, quam dignitas effert, iniuste nimium est contempta? 25 Et si cognitoris, hanc gestare non potuit. (5) Romanorum enim regis electio si in se scissa fuerit, non est superior iudex, cuius ipsa sententia integranda, sed eligentium voluntate spontanea consuenda. Mediator enim Dei et hominum, homo Christus Iesus, actibus propriis et dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque discrevit, ut et Deo militans minime se negotiis implicaret secularibus, ac vicissim non ille rebus 30 divinis presidere videretur qui esset negotiis secularibus implicatus. Sed si vos iudicem confiteamur, factum hoc excusationem habere non potest. Vestrum enim in vos possumus exerere gladium, quia absente alia parte sententia a iudice dicta nullam habeat firmitatem. Quid ergo predicti Prenestini sententia in Ottone firmare potuit, cum nichil ante in eo factum sit? Nam quid erit aut quas vires habere poterit, quod ab 35 hiis fit, quos tenuior compescit numerus, quos minor comitatur auctoritas, quod partis alterius reddit absentia vitiosum? (6) Contra eum ergo, qui talia operatus est minus decentia, vester se rigor exerceat, sit in eum tamen pie seviens disciplina. Vobis enim, pater sanctissime, insinuare decrevimus, quia electionis nostre vota in serenissimum dominum nostrum Ph(ilippum) Romanorum regem et semper augustum 40 una voce, uno consensu contulimus, hoc spondentes, hoc firmiter promittentes, quod a vestra et Romane sedis obedientia non recedet et eum Deo et vobis sua devotio reddet acceptum et filialis eum timor imbuet et defensoris eum strenuitas commendabit. Unde petimus, ut veniente tempore et loco, sicut vestri officii est, unctionis ipsi beneficium non negetis. 45

**6.** d) quid *c.* e) se *add. c.* f) opportunitate *c.*

1) *Cf. Pactum Heinrici II. tom. I, nr. 33 c. 18. Desumptus est locus e Decreto Gratiani dist. 63 c. 32.*

# 7. PACTUM CUM ECCLESIA TREVIRENSI.

1202. Oct. 11.

*Ex autographo tabularii Confluentini prius datum a viro d. Beyer 'Mittelrheinisches Urkundenbuch' II, 239 nr. 202 nos iterum proferimus recognitum e collatione, quam bene-*
5 *vole paravit vir cl. Becker eidem tabulario praefectus. — Böhmer, Reg. imp. V, 70.*
*(P. deest.)*

Philippus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Notum facimus universis presentem paginam intuentibus, quod nos perpetua dilectione atque beneficio ecclesie Treuerensi, prelatis, clericis, abbatibus necnon ministerialibus et universis
10 civibus Treuirensibus obligati sumus et ut etiam ipsi cum universali ęcclesia prompto atque perpetuo nostrę maiestatis vice versa obligati sint obsequio, de consilio fidelium nostrorum et sana super hoc habita deliberatione in hanc formam cum ipsis convenimus:

1. Primum id de nostrę largitatis munere predictę ęcclesię indulgentes, quod nos
15 omnes prelatos, clericos, abbates et eorum domos, ministeriales quoque et eorum homines et cives ecclesie Treuerensi attinentibus[a] cum universis quoque ipsorum possessionibus sub specialem nostre maiestatis tuicionem recepimus, volentes ut universi quocunque ierint, sive in fluminibus Reni vel Moselle sursum seu deorsum, sive per terras, universi nostro tuti patrocinio et sub nostro conductu salvis et personis et
20 rebus ubicunque locorum eant et redeant.

2. Item ad peticionem quoque ipsorum theloneum, quod apud Kocheme quasi de novo fuerat institutum, omnino remisimus, servato tamen iure antiqui thelonei, quod temporibus predecessorum nostrorum divę memorię Romanorum imperatorum illic solebat haberi. Exactionem quoque indebitam apud Hamerstein omnino ipsis in perpe-
25 tuum remisimus.

3. Et ut hec ipsis inviolabiliter ex parte nostra observentur, iuraverunt de parte nostra Philippus de Bonlanden, Wolframmus de Lapide, Henricus de Randeke, Conradus de Bobardia, Henricus de Dune, Arnoldus burgravius et Iohannes frater suus, Arnoldus et Hermannus frater suus de Hamerstein.

30 4. Item hii quoque ex parte nostra iuraverunt, quod ipsi una cum omnibus fidelibus et ministerialibus nostros[a] a Sancto Nemore infra iuvabunt et fideliter assistent in omnibus agendis suis sepe dictę familię ęcclesię Treverensis quocienscunque ipsi consilium sive auxilium ipsorum requisierint. Et si per ipsos non poterunt ad plenum iuvari, nos in propria persona cum omnibus viribus nostris ad ipsorum parati esse
35 tenemur auxilium, quoadusque de suis iniuriis et gravaminibus ad plenum ipsis satisfiat. Et ut breviter dicamus, ipsam Treuerensem ecclesiam et eius antistitem in omnibus agendis suis pro posse nostro et viribus nostris firmiter atque fideliter promisimus toto tempore vitę nostrę defensare, honorare, manutenere et per omnia promovere.

40 5. Econtra ipsi omnes cum universitate civium Treverensium fideliter atque firmiter promiserunt, toto tempore vitę nostrę fideliter nobis assistere et quocienscunque a nobis requisiti fuerint contra inimicos imperii, fidele nobis per omnia sue possibilitatis obsequium prestare.

**7.** a) *sic or.*

6. Et si ipsum Iohannem, qui nunc ibi presidet, decedere contingerit, firmiter promiserunt, quod nunquam aliquis sibi substituetur, nisi qui fidelis nobis fuerit et qui in eadem promissione nobis facta perpetuo remanebit.

7. Et ut inde maior nobis foret securitas, ex parte ipsius ecclesie iuraverunt Willelmus de Helfenstein, Petrus de Marceto, Vdo de Esch, Nicolo de Arraz, Fridericus de Merle, Willelmus de Dune, Boemundus de Rupe, Iohannes et Willelmus de Elze, Henricus Lenherre, Iacobus de Dune, Sibodo et Vdo de Ponte, Ingebrandus de Dille et alii quam plures cum universitate civium Treverensium.

8. Si autem aliquis sive clericus sive laicus in Treuerensi civitate vel in Confluentia repertus fuerit, qui contra hanc formam et securitatem venire attemptaverit et servare noluerit, homines nostri Philippus de Bonlanden, Henricus de Dune, Fridericus de Ponte, Reinerus et Richardus frater suus de Palatio, quos ad hoc constituimus, ipsi tam in persona quam rebus ipsius nostra auctoritate et mandato vindicabunt et extra diocesim Treverensem penitus eicient, et ad hoc tam ministeriales quam cives Treverenses auxilium prestabunt.

Datum Treveri, V. Idus Octobris, indictione VI.

# 8. 9. TRACTATUS CUM INNOCENTIO III.

(1203. Mai.)

## 8. *PROMISSA REGIS.*

*Damus ex* 1) *Transsumto Lugdunensi a. 1245 facto, cuius autographon in tabulario Vaticano Arm. II caps. VI nr. 1 asservatum exemplavit Sickel et* 2) *codice Parisino lat. 8990, apographon Rotulorum Cluniacensium saec. XVIII continente (Rot. V.)*[1], *quem contulit Molinier. Apographa codicis 1 extant in Arm. II caps. IV nr. 29 tabularii Vaticani (transsumtum Iohannis de Amelio), in codice Ottoboniano 2546, e quo editio Harzheimii 'Concilia Germaniae' III, 467 (= Pertz) derivata est, in codice Vallicelliano B 12 saec. XV. ex. fol. 350, quem contulit iam olim vir cl. Holder-Egger. Codex autem Vallicellianus D 1 saec. XV—XVI fol. 10' apographon transsumti Ameliani continet. — Böhmer, Reg. imp. V, 79.* *(P. 208.)*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Philippus Romanorum rex semper augustus.

1. Antequam Martinus prior Camaldulensium[a] et frater Otto monachus de Salem venirent ad me tractaturi de pace ecclesie et imperii, voveram Deo et sanctis eius me iturum ultra mare ad liberandam terram promissionis a gentium feritate, et iterum post eorum adventum audito[b] verbo eorum super tractatu[c] pacis de concessione domini apostolici[d] in manu predicti prioris vice domini apostolici vovi et promisi Deo et sanctis eius et eidem priori loco sepedicti domini apostolici, me oportuno tempore ecclesie et imperio et liberationi terre predicte bona fide absque omni fraude illuc iturum et[e] opitulante Deo terram illam pro posse meo liberaturum. Huius voti testes sunt Dit-

8. a) Camald 1. b) audito verbo eorum *des.* 2. c) tractu 1. d) *litera* i *ultima in rasura* 1. e) *deest* 2.

1) *Cf. Huillard-Bréholles 'Notices et extraits' XXI, 2, 285 nr. 17.*

talhmus Constantiensis[f] episcopus, Eberchardus abbas de Salem, Petrus abbas de Burgo sancti Sepulcri, frater Otto de Salem, Henricus dapifer de Walpurc[g], Henricus de Smalenekke, Henricus marescalcus de Papinheim, Helfricus[h] notarius.

Insuper promisi me facturum omnia hic subscripta:

2. Omnia bona tam Romane ecclesie quam aliarum ecclesiarum, que antecessores mei reges vel imperatores iniuste abstulerunt vel detinuerunt vel ego abstuli vel iniuste detineo, restituam et ab eis quiete ac pacifice semper possideri[i] permittam[k].

3. Omnes abusus, quos antecessores nostri in ecclesiis habuerunt, utputa mortuis prelatis bona ipsorum vel ecclesiarum eorum accipiebant, perpetuo relinquam.

4. Electiones episcoporum et aliorum prelatorum canonice fieri permittemus[l], omnia spiritualia summo pontifici relinquentes.

5. Monasteria irregulariter viventia in quantum maiestati imperiali congruit cum adiutorio domini apostolici regularibus conventibus, scilicet Cisterciensi, Camaldulensi[m], Premonstratensi, subiciemus et operam dabo, ut tam monasticus quam clericalis ordo ea qua decet religione vivat et honestate.

6. Advocatos sive patronos ecclesiarum ab exactionibus, angariis, perangariis[n] in quantum potero cessare compellam.

7. Si omnipotens Dominus regnum Grecorum michi vel leviro meo subdiderit, ecclesiam Constantinopolitanam Romane ecclesie bona fide et sine fraude faciam fore subiectam.

8. Romane ecclesie in omnibus et per omnia fidelis et devotus atque filius et defensor semper ero.

9. Generalem legem statuam et observari faciam semper et ubique per totum imperium, ut quicumque excommunicatus fuerit a domino apostolico, in banno statim sit imperiali.

10. Insuper pro pace et amicitia inter me et dominum apostolicum semper servanda et omni mala suspectione[o] auferenda, ut ipse semper michi sit benignissimus pater et ego ei fidelissimus et obtimus[p] filius, filiam meam nepoti[q] eius in coniugium dabo et alias vel alios[r] de cognatione mea secundum voluntatem suam generi suo copulari faciam.

11. De omnibus excessibus meis ad mandatum et voluntatem domini apostolici Deo et ecclesie plene satisfaciam.

Hec etiam omnia in presentia domini episcopi Constancie[f] et domini Martini prioris Camaldulensium[a] et domini Ebirhardi[s] abbatis de Salem et domini Petri abbatis de Burgo sancti Sepulcri et fratris Oddonis de Salem presentium latoris, Hainrici[t] dapiferi de Walpurc, Hainrici de Smalenegge[u], Hainrici[v] marescalci de Bapinham[w], Helferici notarii me facturum et observaturum bona fide et sine omni fraude iuravi.

## 9. *EPISTOLA REGIS.*

*Proponimus item ex* 1) *Transsumto Lugdunensi, quod descripsit vir cl. Kehr et* 2) *cod. Parisino lat. 8990 (Rot. V.)*[1]. *Epistola legitur et ipsa in codicibus, quos modo commemoravimus, et ex Ottoboniano edita est a Raynaldo in Annalibus ecclesiasticis 1203 § 30. — Böhmer, Reg. imp. V, 80.* *(P. deest.)*

8. f) Consī 1. g) *emendavi, v. infra;* Waltog*ς* *seu* Walteg*ς* 1; Waltog*ς* 2. h) Helfinus 2. i) ab eis *abundat* 1. k) promittam 1. l) *emendavi;* promittemus 1. 2. m) Camald 1. n) pangariis 2. o) suspicione 2. p) *sic* 1. 2. q) nepti 2. r) alios vel alias 2. s) Etbitharoi 1; Ebrihardi 2. t) Hararič 1. u) *emendavi;* Spalūeggp *seu* Spalūeggj 1; Salpūeggi 2. v) hunr̄ 1. w) Bapīham 1; Bapiham 2.

1) *Cf. 'Notices et extraits' XXI, 2, 286 nr. 18.*

Reverendo in Christo patri domino Innocentio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Ph. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus salutem et filialis obedientie sincerum affectum.

Omnium bonorum largitori et vestre sanctissime[a] paternitati gratias referimus quam plures, quod placuit vestre pietati, venerabili priori Camaldulensium[b] concedere, ut ipse ad nostram accederet[c] presentiam super tractatu concordie[d] et amicitie inter vos et nos[e] et pro reformanda pace inter ecclesiam et imperium secundum propositiones et conditiones a viro religioso et honesto fratre Oddone de Salem sanctitati vestre intimatas. Indubitanter itaque[f] sciat vestra prudentia, nostrum esse domino inspirante firmissimum propositum[g], vobis obedientes et devotos semper existere et Romanam ecclesiam totis viribus nostris tueri et exaltare, hoc etiam liquere volentes, quod per nos non stabit, quin de tranquillitate totius ecclesie uná cum vestro auxilio affectuosissime cogitare et disponere intendamus[h]. Universas[i] itaque conditiones in cartula intra istam inclusas[1] bona fide et absque omni fraude semper inconcusse ac inviolabiliter observabimus et executioni plenissime mandabimus. Ceterum pleno rogamus affectu, ut eis que latores presentium, antedictus prior et frater O., vobis ex parte nostra dixerint, indubitatam adhibere curetis fiduciam. Quecumque enim ipsi cum vestra sanctitate de presenti negotio tractaverint, nos in totum ratum sumus habituri et inviolabiliter observaturi.

---

## 10. SCRIPTUM EXCUSATORIUM AD PONTIFICEM.

(1206. Iun.)

*Dedit vir d. Tangl e Registri Innocentii III. tom. VI, fol. 33' ep. 138 (ep. 136 in editis Registri de negotio imperii), ubi inscribitur:* Scriptum Philippi ad dominum papam. *In adnotatione*[2] *addi libet iuramentum episcopi Bambergensis a. 1206 papae praestitum, quod idem vir d. contulit cum Registri tom. VII, fol. 72' (Lib. IX, ep. 15). — Böhmer, Reg. imp. V, 134.* *(P. 210.)*

(1) Scriptum est et multiplici utriusque testamenti auctoritate posse probari credimus, quoniam in manu mediatoris Dei et hominum sunt omnium potestates et iura regnorum. Ipse enim Altissimus, dominus et rex celi et terre, cui voluerit et quando voluerit dabit illud. Equidem ipse mutat regna et transfert et curvat imperia. A plena notitia vestra, pater sanctissime, minime credimus alienum, quid factum sit

**9.** a) *deest* 2. b) Camald 1. c) et *in rasura* 1. d) atu con *in rasura* 1. e) nos et vos 2; et nos et pro *in rasura* 1. f) namque 2. g) prop. firm. 2. h) intendimus 2. i) as *in rasura* 1.

1) *Supra nr. 8.* 2) Ego Echebertus Pabembergensis episcopus per hoc scriptum sigillo meo munitum volo fieri manifestum, quod et illo iuramento fidelitatis et obedientie, quod in consecratione mea corporaliter prestiti, profiteor me teneri ad obediendum etiam super negotio Romani imperii mandatis domini pape. Unde sub illo iuramento spondeo et promitto, quod super negotio Romani imperii mandatis domini mei pape Innocentii sine fraude parebo et, cum ab eo vocatus fuero, cessante iusto impedimento ad presentiam eius accedam. Mandavi preterea Leupoldo clerico meo et mandatum non revocavi, ut prescripta iuret in animam meam.

Romano imperio divina permissione sic forte ab eterno provisum et preordinatum. Scit satis prudentia vestra, qualiter post mortem dilecti domini ac fratris nostri Henrici Romanorum imperatoris augusti turbatum fuit imperium et multis turbationum incursibus non minus mirabiliter quam miserabiliter lacerari cepit et agitari et per omnes
5 angulos et fines suos ita concuti, ut a prudentibus non inmerito desperari posset, ipsum Romanum imperium diebus nostris in pristinum statum nunquam posse reformari, cum quilibet iam sine iudice viveret et sine lege et quicquid libitum foret faceret pro motu et arbitrio sue voluntatis. (2) Nos inter hec malorum initia, ut vobis constat, in Tuscia fuimus constituti, abinde revertentes in Alamanniam non sine periculo et
10 labore; et tunc totam Theutoniam minus bene dispositam reperimus et inordinatam. Qualiter demum, pater reverende, nos animum conceperimus ad optinendum Romanum imperium per iustam principum electionem, cum pura simplicitate et cum simplici veritate sub testimonio illius, qui secretorum scrutator est et cui omnia nuda sunt et aperta, vobis duximus significandum, nichil falsitatis admiscentes nec subtrahentes
15 aliquid veritatis. Sciat igitur vestra reverenda paternitas, quod cum nos de partibus Tuscie reversi fuissemus in Alamanniam, totam terram non minus turbatam invenimus, quam mare ab omnibus ventis posset conturbari. Tunc nos omnes imperii principes, qui in diebus illis in Alamannia fuerant — nam, ut scitis, quidam eorum transfretaverant — litteris et nuntiis nostris sollicitare cepimus, ut ipsi filio dilecti domini ac fratris nostri
20 H(enrici) Romanorum imperatoris augusti, quem iam eis in dominum ac regem elegerant et cui iuraverant fidelitatem, sicut ex iuramento tenebantur, assisterent et ipsum vellent habere pro rege. Et nos, tum quia de iure naturali et legali ad hoc tenebamur, tum etiam pro conservando honore imperii, onus tutele subire voluimus, usque dum ipse puer ad eam perveniret etatem, quod ipse per se regere posset imperium
25 et iura eius requirere. Ad quod nullum eorum prorsus potuimus inducere. Asserebant enim, se ex electione illa quam in eum fecerant et ex prestito sibi sacramento non teneri. Nam affirmabant, antequam ipse puer fuisset baptizatus, hec fuisse facta et ideo nullius esse valoris. Dicebant etiam ipsum puerum non sufficere ad regimen imperii, nec deceret nec expediret ipsos principes et Romanum imperium sine domino
30 fore et imperatore. Insuper allegabant, ipsum puerum esse electum maxime pro summa patris potentia et ut per hoc patri placere possent. Et sic nullo modo eos ad hoc potuimus inducere, ut ipsi iamdictum puerum pro domino et rege vellent habere, ad quod nos, Deo teste, omni studio et omni ingenio fideliter laboravimus. (3) Ipsi vero principes constanter alium regem sibi creare voluerunt, et diversi diversos.
35 Quidam principum, de quibus vobis constat, ut credimus, cum duce Bertoldo Zaringie tractatum habere ceperunt, ut ipsi eum in regem eligerent; pro quo ipse cum eis plusquam VI milia marcarum expendit. Qui cum post multam hanc expensam in negotio processum optatum habere non posset, ipse tanto labori et futuris expensis se subtrahens ab incepto negotio continuit[a]. Tunc idem principes cum duce Bernardo
40 Saxonie consimilem ceperunt habere tractatum; et ipse de partibus Saxonie usque ad partes Reni, videlicet Andernacum, venit sub hac spe, quod ab eis eligi deberet in regem. Sed cum ipse, sicut vir prudens et circumspectus, videret hoc non posse fieri sine pecunie sue maxima effusione, considerans etiam quod ipse depressus gravissima corporis sui gravitate tanto labori non sufficeret, se subtraxit ab eis ingeniose.
45 (4) Tunc quoque omnes principes Saxonie, Bauwariae, Austrie, Stirie[b], Karintie, Sweuie[c], Franconie et multi alii magnates et nobiles nobis consuluerunt, ut nos laborare vellemus pro imperio; ad quod ipsi dicebant suum nobis velle prestare consilium et favorem. Nos tamen adhuc in tantum pro puero laboravimus, quod a multis principibus et fidelibus nostris ignominiose obiectum est, nos non audere recipere imperii

50 **10.** a) contimuit *c.* b) Oline *c.* c) Ewenie *c.*

dignitatem. Dicebant etiam idem principes, nullum alium principem sufficere ad sustinenda onera imperii vel in diviciis condigne posse respondere imperii dignitati. Vidimus eciam, quod si nos non reciperemus imperium, talis debebat eligi, cuius generatio ex summa antiquitate nostram exosam habebat generationem et cum quo nos nunquam pacem et concordiam habere possemus. His igitur omnibus inspectis et consideratis, animum ad hoc applicuimus, ut nos per iustam et concordem principum electionem imperium obtineremus. Dicimus hoc quoque in fide Iesu Christi, in qua salvari cupimus, quod hoc non fecimus ob alicuius honoris ambicionem, non ob fastum glorie et potentie, non ob aliquam rerum avaritiam. Pro hiis enim omnibus onus et laborem regiminis imperii nunquam affectassemus vel suscepissemus. (5) Indubitanter enim credere potestis, immo vere scire, quod tunc inter omnes principes imperii nullus nobis fuit dicior, nullus potentior, nullus gloriosior. Habuimus enim amplissimas et diffusas possessiones, habuimus etiam castra plurima et fortissima et inexpugnabilia. Habuimus etiam tot ministeriales, quod nos eos sub aliquo certo numero vix comprehendere potuimus. Habuimus castella, civitates, villas, burgenses ditissimos. Habuimus pecuniam multam nimis in auro et in argento et in multis gemmis preciosis. Habuimus etiam in potestate nostra sanctam crucem, lanceam, coronam, indumenta imperialia et omnia insignia imperii. Benedixerat quoque nobis Deus in multis bonis et crescere fecerat et auxerat domum nostram. Hereditas etenim multa ceciderat[d] nobis in prediis[e]; ideoque necesse nobis non fuit, ut nos ambiciose laboraremus pro imperio obtinendo. Nullus in regem potuit eligi qui plus nostro non indigeret et voluntario obsequio, quam nos eius gratia et benivolentia videremur indigere. Nulla igitur ambitione, sed pro causis[f] supradictis nos in Romanorum regem eligi permisimus et consensimus in ea feria sexta qua canitur: 'Fac mecum Domine signum in bonum'. [1198. Mart. 6. — Ps. 85, 17.] Fecit quoque nobis Deus signum in bono. Multi enim nos viderunt et oderunt, et confunduntur. In ipso quoque exordio electionis inter hoc in firmo habuimus proposito, ut nos principaliter defensores essemus ecclesiarum et restauratores et ut cultum Dei et religionem christianam pro posse nostro semper ampliaremus et ut iustitiam faceremus omnibus oppressis et iniuriam pacientibus et ut dignis supplicio numquam parceret oculus noster, iuxta iuris equitatem et rigorem sub temperamento iustitie et misericordie in omnibus negotiis nostris procedendo. (6) Sicque nos post ipsam electionem nostram per continuas XIII septimanas sine omni contradictione fuimus in imperii quieta possessione. Medio quoque tempore cum maximo et gloriosissimo exercitu ad sedem Aquensem pro recipienda corona ire volentes, astutia et dolis adversariorum nostrorum circumventi, exercitum nostrum remisimus, accepto tamen prius ab eis sacramento, quod etiam ipsi in nos vota sua deberent transfundere. Cumque nos ipsi sic decepissent, recepta multa pecunia a rege Anglie, qua magni viri sepe corrupti sunt, consanguineum nostrum dominum Oddonem comitem Pictauie elegerunt. Hec de processu electionis nostre in fide veritatis, licet, ut putamus, multociens vobis aliter suggestum sit, vera esse non dubitetis. (7) Ceterum de domino Liupoldo hoc scitote. Contigit statim post mortem Conradi Maguntini archiepiscopi, nos venisse Maguntiam et eius interesse sepulture. Et tunc concordi et unanimi electione cleri, accedentibus votis ministerialium et omnium eorum quorum intererat, et assensu et mirabili clamore populi ipse Liupoldus fuit electus, sicque[g] nobis presentatus. Et quia nostrum non est discutere de episcoporum electione, tantummodo ut ipsa sit concors et unanimis, de regalibus eum investivimus. Postmodum dominus Sivridus[h] apud Pinguiam[i], ut vere putamus, a tribus vel ad plus a quatuor se[k] permisit eligi. Sed cum nos a dilecto fideli nostro W(olfgero) patriarcha Aquilegensi et a latore pre-

**10.** d) tenderat *c.* e) preclaris *c.* f) ea usis *distincte c.* g) sic quod *c.* h) Swi^u^dus *c.* i) Pinginam *c.* k) seē *c.*

sentium venerabili priore voluntatem vestram intelleximus, statim concepimus animum dimittendi Liupoldum ob honorem et reverentiam sanctitatis vestre et ob dignitatem sacrosancte Romane ecclesie, quam nos recognoscimus esse matrem et dominam omnium ecclesiarum et quam nos semper revereri volumus et honorare sicut matrem 5 nostram catholicam et apostolicam et pro posse et viribus nostris eam semper defendere volumus et efficaciter sue intendere exaltationi. Ita quoque volumus dimittere Liupuldum, ut et vos inspecto honore imperii, cuius exaltationi et honori vos tenemini, plenitudine auctoritatis, que apud vos est, dominum S(ivridum) cessare faciatis; et nos tunc ad voluntatem vestram et pro honore vestro ipsum dominum Sivridum[l] in gratiam 10 nostram recipiemus, quamvis in multis gravissime ipse nos offenderit, et vel in curia nostra honorifice tenebimus eum, vel de bonis nostris honestos redditus sibi assignabimus, quousque nos provideamus ei in loco magne et honeste dignitatis, accedente ad hoc auxilio vestro et apostolica auctoritate, quod, ut putamus, fieri posset in brevi. (8) Ad hec, sicut petistis, pro reverentia vestra, et licet nobis non multum esset honori- 15 ficum vel expediens, inter nos et dominum Oddonem treugas libenter admisissemus, si prefati nuntii vestri usque ad eum pervenisse potuissent. Preterea pro reformanda pace et concordia inter vos et nos, inter sacerdotium et imperium, quam nos semper desideravimus, subiciemus nos vestris cardinalibus et nostris principibus, qui tales sint, qui ut viri catholici pacem et concordiam sine omni scrupulo dolositatis debeant affectare. 20 Item si nos in aliquo vos vel sacrosanctam Romanam ecclesiam offendisse videmur, nos ad satisfaciendum vobis supponemus nos vestris cardinalibus et nostris principibus, qui vobis et nobis familiares sint, qui[m] viri probati et perfecti. Si vero vos in aliquo nos vel imperium lesisse videmini, nos pro honore domini nostri Iesu Christi, cuius vicem in terris geritis, et ob reverentiam beati Petri principis apostolorum, cuius vica- 25 rius estis, et ob salutem nostram conscientie vestre super hiis vos relinquimus. Cum enim nos pie credamus, et ante passionem et post passionem dominum nostrum Iesum Christum beato Petro apostolo claves regni celorum contulisse et tradidisse ius ligandi atque solvendi, scimus et protestamur, quod vos, qui in locum suum cum plenitudine potestatis successistis, in huiusmodi articulis ab homine non estis iudicandus, sed iudi- 30 cium vestrum soli Deo reservatur; cuius iudicium et examen, quod sibi soli debetur, nobis non querimus usurpare. (9) Ad hec, pater sanctissime, quod nos putamur a quibusdam emulis nostris fuisse excommunicationi innodati ab antecessore vestro, nunquam verum esse scitote; et tantum presumimus de mira honestate vestra et prudentia, quod si super hoc testimonium vestrum invocaremus, vos huius rei diceretis 35 nos esse innocentes, quod utique vere dicere possetis. Et utinam apud ecclesiam triumphantem ab omni vinculo secrete excommunicationis[n] sciremus nos esse solutos, sicut apud ecclesiam militantem, cuius nos membrum esse confidimus, vere scimus nos nullomodo unquam manifeste fuisse ligatos. (10) Super omnibus autem aliis, que nobis obicere decreveritis, sicut devotus filius vester obedienter nos discretioni et ordi- 40 nationi vestre submittemus. Confidimus quoque in Domino, quod manifestata vobis tota veritate, et cum plene vobis constiterit, quod multa falsa de nobis sepissime vobis suggesta sunt, et[o] cum sciveritis obedientiam et devotionem nostram, quam nos vobis ut karissimo patri nostro spirituali cum omni humilitate procurabimus exhibere, vos in intimis visceribus paterne vestre dilectionis nos colligendo, pio nos adhuc affectu diligere 45 debeatis[o]. Scimus quoque verissime, quod in omni nostra tribulatione nunquam adhuc vos vel sacrosanctam Romanam ecclesiam dictis vel factis offendimus, quod etiam Deo dante nunquam faciemus. Ceterum verbis latoris presentium fidem firmam adhibere dignemini.

**10.** l) Swridum *c.* m) quod *c.* n) nos *add. c.* o) vos — debeatis, et — exhibere *perverso* 50 *ordine c.*

# 11. PACTUM CUM COLONIENSIBUS.

(1207. Ian.)

*Codicem olim bibliothecae Paulinae Monasteriensis, nunc Berolinensis lat. 8° nr. 50 saec. XIII, fol. 141 iterum contulit Waitz b. m. Ubi legitur rubrum:* Hec est forma composicionis inter Philippum regem et cives Colonienses. *Quae uncis inclusimus, ea in codice legi non potuerunt atque a Pertzio per coniecturam suppleta sunt. Pertzii editionem repetiverunt Ennen et Eckertz 'Quellen zur Geschichte der Stadt Köln' II, 26. — Böhmer, Reg. imp. V, 139.* *(P. 209.)*

Hec est forma composicionis statute inter Ph(ilippum) regem et cives Colonienses.

1. Universitas civium Coloniensium bona fide per litteras et nuncios laborabit apud dominum papam pro domino Adolfo, ut ipse sedem Coloniensem optineat; et si id quoquomodo apud dominum papam poterit obtineri, vel per gratiam vel per iusticiam, civitas Coloniensis gratum habebit eum et serviet ei in quibus debet tamquam domino. Si vero id apud dominum papam nullo modo obtineri poterit, cives ab am[icis] suis et cognatis qui huic composicioni interfuerunt, videlicet duce Lotharingie[a], comite Gelrense, comite Iuliacense, comite de Monte, comite de Hosthade[b], comite de K[essele][c], Hermanno advocato, deinceps nullatenus inquietabuntur. Et quemcumque dominus re[x] principaliter et dux Lotharingie cum prescriptis magnatibus terre pro episcopo habe[re] voluerint, civitas ipsum pro episcopo habebit, excepto domino Adolfo.

2. I[tem] dominus rex omnia iura et consuetudines a patre vel a fratre suo imperatoribus aug[ustis][d] vel ab altero eorum per privilegia ipsis concessas autentico privilegii sui [eis][e] confirmabit et inviolabiliter observabit.

3. Item quicquid cives Colonienses vel [in] sale vel in vino seu quacumque alia re per indebitam exactionem cuiquam [damp]ni intulere, de eo ipsi de cetero absque omni iuris vindicta liber[i] et absoluti remanebunt; et quicquid etiam occasione gwerre ipsis civibus dampni illatum est, sine omni querela inultum remanebit.

4. Item de voluntate et gratia domini regis erit, quascumque municiones de propriis rebus et muris suis construxerint.

5. Item clerici quicumque sive laici, qui in hac forma composicionis remanere voluerint, salvi sint tam in rebus quam in personis. Qui vero eam recusaverint, pro inimicis imperii habeantur, nec aliqua eis in civitate habitacio concedatur, nec etiam aliquam vel in rebus vel in personis pacem habere debent.

6. Item quicumque habentes possessiones infra muros civitatis tempore gwerre a defensione civitatis se subtraxerunt, de singulis marcis redituum persolvent marcam nummorum.

7. Item cuicumque civium A(dolfus) archiepiscopus quondam vel B(runo) archiepiscopus monete vel telonii reditus impignoraverint, ipsi debitum suum recipient, et nichil preter sortem, exceptis feodis et T(heoderico)[f] de Erenporzen[g], qui optinebit pignora et beneficia in moneta secundum privilegium ab A(dolfo) archiepiscopo sibi collatum. Ita quod predicti creditores certam debiti sui reddant racionem coram eis, quos magnates terre ad hoc constituerint; persolutis vero debitis, si quid superfuerit, ad consilium regis et prescriptorum magnatum erit.

**11.** a) Loth. *cod.* b) Hosthad *cod.* c) K . . . . *cod.*; *coniecit Ennen;* Kuke *Pertz.* d) ag . . . . *cod.* e) *vox prorsus dubia cod.* f) feodis 7 t. *cod.*; feodis Theoderici *coniecit Ennen*; feodis et teloneo *Pertz.* g) erēpozzen *cod.*

8. Item cives Colonienses inducias habent de fidelitate facienda domino regi usque ad dominicam Invocavit me, et statim illo termino elapso facient ei fidelitatem tamquam domino et regi suo; et quod istud tunc fiat, iuratum est Colonie a duobus milibus hominum et amplius; et ne violetur hec composicio, data fide promisit dux Lotharingie et prescripti comites. Mart. 11.

9. Item si occasione huius composicionis quisquam cives Colonienses gravare presumeret, dominus rex principaliter ipsos manutenebit, et magnates etiam terre ipsos omnibus modis iuvabunt. Ipsi etiam burgenses ad hec observanda magnatibus terre assistent.

10. Item exactiones indebitas, quas facere consueverunt tempore gwerre, de cetero non recipient; et per hanc formam composicionis in continenti in gratia domini regis erunt et salvis rebus et personis per totum imperium quocumque voluerint ibunt.

---

# 12. PACTUM NUPTIALE CUM DUCE BRABANTIAE.

1207. Feb. 9.

*Dedit Arndt e chartulario tabularii Bruxellensis Chambre des comptes Nr. 1. B saec. XIV*[1]. — *Böhmer, Reg. imp. V, 141.* *(P. deest.)*

Anno dominice incarnationis MCCVII, V. Idus Februarii, indictione X. acta fuerunt hec apud Geilenhusen que inferius sunt annotata.

1. Dominus Philippus gloriosissimus Romanorum rex semper augustus unam de filiabus suis dedit in matrimonio filio ducis Brabancie, et illa filia succedet in hereditatem paternam cum aliis filiabus domini regis secundum ius et consuetudinem Theutunie, et ipse dominus rex illam filiam assignabit ipsi duci Brabancie apud Sinniche[a] quartodecimo die post pentecostes vel suis nunciis, videlicet comiti Gelrie, comiti Iuliacensi, comiti Hohenstadensi. Et ut ipse dominus rex hec omnia operis exsecutione adimpleat, data fide promisit. Illud etiam data fide promisit Conrardus Spirensis episcopus. Iuraverunt quoque in animam domini regis Cuno de Minzimberch, Henricus marescalcus de Kallindin; et adhuc alii ministeriales domini regis simili modo iurabunt. Iun. 24.

2. Ceterum dux Brabancie dabit in dotem filie domini regis reditus valentes annuatim mille marcas.

3. Et si contingat filiam domini regis mori, antequam fiat carnalis commixtio inter eam et ipsum filium ducis Brabancie, dominus rex loco illius dabit aliam de filiabus suis predicto filio ducis in matrimonio, si quam tunc habuerit liberam et absolutam. Si autem contigerit mori filium ducis Brabancie similiter ante carnalem coniunctionem, si ipse dux Brabancie tunc alium filium habuerit, predicta filia domini regis vel aliqua[b], si quam habuerit, illi filio ducis Brabancie matrimonialiter copulabitur.

4. Item si contingerit, quod inter iam dictas personas, videlicet filiam domini regis et filium ducis Brabancie carnale commercium intervenerit, si tunc filium ducis mori contigerit sine prole, ipsa filia domini regis omnibus diebus suis tenebit ad usum

12. a) *a corr. in lacuna vacua relicta add. cod.* b) *legendum videtur* alia.

1) *Cf. 'Archiv' IX, 508.*

suum illa bona, videlicet redditus mille marcarum, quos ipse dux Brabancie in dotem sibi assignaverit. Postmodum cum mortua fuerit filia domini regis, iam dicta bona ad ducem Brabancie, si tunc vixerit, vel si tunc mortuus est, ad eius legitimos heredes revertentur.

5. Item si contigerit mori filium ducis Brabancie ante carnis copulam et si ipse tunc alium filium non habuerit, ipse dux Brabancie domino regi filiam suam restituet, ipse etiam rehabebit illa bona que in dotem filie regis dederat.

6. Si autem Deo dante contigerit, ut iam dicte persone, videlicet filia domini regis et filius ducis, prolem habuerint, cunctis mortuis illa proles sicut iustum est in legitimam parentum suorum succedet[c] hereditatem.

7. Et sicut dominus rex data fide hec se servaturum promisit et pro eo in animam suam iuratum est, ita dux Brabancie pro se ipso se hoc[d] servaturum promisit data fide et insuper iuramento confirmavit. Uxor quoque sua domina ducissa idem se servaturam promittet data fide et iurabit. Iurabunt illud idem ministeriales sui et sue civitates.

---

# 13. EDICTUM DE COLLECTA SOLVENDA PRO TERRA SANCTA.

### 1207. Sept. 14.

*Dedit Arndt ex* 1) *autographo tabularii Montensis, litteris elongatis carente, cui olim appendebat filis lineis sigillum nunc deperditum. Paucas lectiones autem adnotavimus ex* 2) *editione Miraei 'Opera diplomatica et historica ed. Foppens' III, 372, quae derivata est 'ex archivis camerae rationum Insulis', ex exemplari sane ad episcopum Cameracensem datum. Editio Martenei in Thesauro anecdotorum I, 805 nititur 'cartario Hasnoniensi dominorum de Avesnis'; cf. 'Archiv' VIII, 85. — Böhmer, Reg. imp. V, 160. (P. 213.)*

Ph. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus fidelibus suis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ducibus, marchionibus, comitibus, liberis, ministerialibus universisque christiane professionis hominibus, per totum imperium ubicumque constitutis, gratiam suam et omne bonum.

Licet occulta Dei iudicia humanus intellectus non sufficiat investigare, quare videlicet divina permissione Terra Sancta, quam dominus noster Iesus Christus pedibus calcavit, potestati Sarracenice tamdiu sit subiecta, pocius tamen pie credendum est quam temere iudicandum, quod pater misericordiarum veros adletas suos ad palmam victorie volens incitare et christiane militie pugnam in exercitium ducere, salutifere terre subversionem minatur, ut ad eius absolutionem[a] electorum suorum animus vehementius accendatur, et in tam sancto exercitio salvandorum numerus crescat et augeatur. Ad consulendum igitur indifferenter saluti omnium, notum sit universis presentis pagine inspectoribus, quod cum apud Northusen curiam sollempnem celebraremus, ibidem ad nos accesserunt viri dilecti[b] et providi et nobis valde conniti[c], et ex parte Ierosolimitani patriarche et magistri militie domus Templi et magistri domus Hospitalis, ex parte quoque universorum catholicorum hominum in transmarinis partibus degentium,

**12.** c) succedit *cod.* d) se *abundat cod.*
**13.** a) solutionem 2. b) discreti 2. c) *sic pro* cogniti 1.

afflictiones et miserias innumerabiles Terre Sancte nobis insinuarunt, id tam viva voce quam scripto veraciter nobis exponentes, quod nisi festinum ab omnibus fidei catholice hominibus habeant subsidium, Terra Sancta tantum et tale[c] diebus nostris periculorum incidet dispendium, quod vix vel numquam a potestate Sarracenorum poterit liberari
5 et ad solamen tocius christianitatis recuperari. Nos itaque audito tam mesto legationis verbo, communicato super ipso universorum principum nostrorum consilio, in hoc pie deliberationis verbo pariter omnes convenimus, ut pro communi omnium salute ad tam sanctum opus generalem per totum Romanum imperium elemosinarum collectam instítueremus et eam ad conservationem Terre Sancte destinaremus. Sub hac autem forma
10 elemosine una cum principibus convenimus, ut per singulas imperii provincias de quolibet aratro sex denarii persolvantur. In singulis etiam civitatibus aut villis quilibet mercator vel alterius officii seu cuiuscumque fuerit homo, proprias habens edes, duos denarios persolvat. Quilibet etiam clericus ecclesiasticum habens beneficium et quilibet miles qualescumque habens possessiones sex denarios persolvat. Si quid autem
15 preter id, quod constitutum est, quisquam intuitu eterne retributionis erogaverit, super eo copiosam remunerationem in eterna requie se obtenturum gaudebit. Principibus vero sive sint clerici sive laici, comitibus quoque et liberis, sive quibuscunque nobilibus, nulla elemosine summa est constituta, nisi quantum unicuique iuxta arbitrium suum divina gratia voluerit inspirare. Hec autem collecta de nostra et principum consti-
20 tutione per quinque annos fieri debet et taliter est quolibet anno expedienda, ut quilibet episcoporum per totam diocesim suam eam per certos et utiles nuncios colligi faciat. Quilibet etiam princeps laicus sive comes vel alius nobilis in sui iuris ditione eam cum discretione dari precipiat, et ita unusquisque eam in ordine suo expediat, ut in proxima nativitate Domini per omnes partes imperii pariter collecta, nunciis certis Dec. 25.
25 ad ipsam deferendam deputatis parata sit assignari. Ad hoc utique tam pium tamque salubre opus feliciter exequendum, omnium catholicorum hominum eo fervore accendatur intentio, sicut desiderat unusquisque, quod pro talento sibi credito condigna ipsum Altissimi retributio comitetur. Latores autem presentium de consilio principum ad hoc negocium promovendum ordinavimus, monentes attente et rogantes, ut predicta fidelium
30 elemosina ipsis assignetur eis, qui eam ad subsidium Terre Sancte deferre debeant presentanda.

Data in sollempni curia apud Quidelingeburc, anno Domini MCCVII, indictione X, XVIII. Kalendas Octobris.

---

# 14. LEGATIO ROMANA.

35 (1208. Febr.)

*Dedit vir d. Tangl e Registri Innocentii III. tom. VI, fol. 35' ep. 142 (ep. 140 in editionibus Registri de negotio imperii), ubi inscribitur:* Littere Ph. ducis Sueuie. — *Böhmer, Reg. imp. V, 179. (P. 213.)*

Reverendo in Christo patri domino Innocentio sacrosancte Romane ecclesie summo
40 pontifici Ph(ilippus) Dei gratia Romanorum rex et semper augustus salutem et cum omni reverentia filialis dilectionis affectum.

**13.** c) terribile 2.

Dilectum ac familiarem nostrum W(olfgerum) venerabilem Aquilegensem patriarcham et precipuum imperii principem, una quoque cum ipso alios fideles ac familiares nostros G(ebhardum) burcgravium Magdeburgensem, Henricum de Smalinecki et Euirhardum de Lutra, presentium latores, a latere nostro ad vestram destinavimus sanctitatem. Quibus dedimus plenitudinem potestatis et auctoritatem omnimodam, inter ecclesiam et imperium et inter vos et nos pacem et concordiam reformare et periculosam regni et sacerdotii scissuram feliciter restaurare. Predictos itaque nuntios, quos ad tam excellens factum idoneos reputavimus, ad vos accedentes a vestra hilariter postulamus recipi paternitate, rogantes attentius et commonentes, quatenus omnibus hiis, que ex parte nostra prudentie vestre intimaverint, fidem et certitudinem dignemini adhibere. Ipsi enim a nostra sublimitate tali modo et eo fine recessere, quod sacrosancta Romana ecclesia semper in nobis tamquam mater in filio sinceram dilectionem et debitam invenit devotionem, dumtaxat nos eius et vestrum aliquando sentiamus affectum. Quecunque etiam sepefati nuntii nostri pro nobis polliciti fuerint, ut Romane ecclesie benivolentiam habeamus et favorem, nos parati sumus gratanter eadem affectu prosequente complere et ipsorum ordinationem per omnia ratam habere et inconcussam.

---

# 15. CONVENTIO CUM SENENSIBUS.

1208. Mai. 23.

*Conventionem per legatum imperii Wolfgerum patriarcham Aquileiensem factam dedit Hermannus Pabst b. m. ex autographo tabularii reipublicae Senensis, Riformagioni nr. 77. Priorem partem eius publici iuris fecit e codice bibliothecae Marcianae Venetae Lat. IX, 125 fol. 51 Böhmer in Actis imperii selectis p. 625 nr. 915, posteriorem ex autographo ibidem p. 823 nr. 1135.* *(P. deest.)*

† ‖ In nomine veri Dei amen. ‖ Vicesimo tercio die mensis Maii, feria sexta, anno ab incarnatione Domini millesimo CCVIII, indictione XI, anno regni serenissimi Romanorum regis Philippi XI. Talis est concordia inter dominum regem Ph. et Senenses.

1. Iurabunt omnes cives et omnes tam de episcopatu quam de comitatu fidelitatem regi Ph. a quindecim annis supra et septuaginta infra ad voluntatem recipientis. Et restituent castra et comitatum et tenumenta omnia, que possedit imperator Heinricus bone memorie tempore mortis sue, et assignabunt ea in manus domini patriarche Aquilegensis et legatorum domini regis, recipientium ea vice et nomine domini regis, hoc modo, ut nomine et vice domini regis custodie et fidei Iohannis Strůzii potestatis Senensium et eius successorum, recipientium ea pro conmuni Senensium et nomine domini regis, committantur, ut teneant ea nomine domini regis et custodiant bona fide ita, quod si pax facta fuerit per dominum patriarcham Aquilegensem et nuncios domini regis inter conmune Senensium et conmune Florentinorum, que bona fide placeat et acceptabilis conmuni Senensium sit, statim restituantur et resignentur in manibus domini patriarche et nunciorum domini regis. Et si pax facta non fuerit, resignabuntur omnia supra scripta in adventu domini regis ipsi domino regi aut certo nuncio suo, qui primum veniret cum trecentis militibus Teutonicis et de patriarchatu Aquilegensi aut pluribus. Resignabuntur autem omnia supra scripta cum omnibus fructibus et

pensionibus inde provenientibus ab hac die in antea, deductis expensis factis in custodia castrorum bona fide. Medio autem tempore utetur potestas Senensium et eius successores bona fide omnibus predictis et comitatu ad utilitatem conmunis Sene, sicut hactenus usus est, et fiet resignatio supra dicto modo. Set omnes possessiones et tenutas proprias et feuda et iura et privilegia, que cives Senenses habent de aliquibus rebus in comitatu Senensi, sine inquietatione libere habeant et possideant.

2. Dominus autem rex recipiet Senenses in plenitudinem gratie sue et in suam protectionem et remittet conmuni Senensium, universis et singulis, universas offensas et debita et tributa et iniurias, quas vel ipsi domino regi vel imperio in nunciis eorum vel in hominibus de comitatu fecerunt aut fecisse dicuntur. Iura autem et consuetudines et concessiones omnes et iurisdictiones, quas imperator Heinricus clare memorie concessit conmuni Senensium, ratas et firmas habebit dominus rex et suo privilegio corroborabit, et novum privilegium fatiet eis secundum tenorem privilegii facti super hoc a divo imperatore H. et de supra dictis omnibus. Preterea civitatem Senensium fatiet et habebit dominus rex specialem suam chameram in Tuscia et proteget et defendet et iuvabit Senenses et ipsum conmune Senensium contra omnes, qui offenderint aut gravaverint illud vel illos, si nollent stare arbitrio et mandatis domini regis et nuntiorum suorum, ita quod placeret conmuni Senensium. Si vero aliqua civitas, locus vel persona de Societate Tuscie Senam aut Senenses offenderit propter predictam fidelitatem factam domino regi, dominus rex iuvabit eos et defendet bona fide et sine fraude. Item Senenses[a] iuvabunt personam vel locum, qui propter adiutorium, quod fecerit Senensibus, habuerit guerram.

3. Hec omnia supradicta ego Wolfgerus Dei gratia Aquilegensis patriarcha, tocius Italiae legatus, nomine et vice domini regis Ph. tibi Iohanni Strůzi Senensium potestati, recipienti nomine universitatis Senensium et successorum tuorum, promitto et fatio, et fatiam omnia supra dicta confirmari et fieri et adimpleri a domino rege Ph. et suo privilegio corroborari ad inquisitionem tuam vel tui nuncii. Et de omnibus supra dictis fatiendis et adinplendis osculum pacis tibi dedi una cum Heinrico de Smalnecge et Eberhardo de Lůttere. Actum in Sena. Huius rei testes sunt: magister Gernandus, Albertus Struzius, Russus Melluz, Scolarius de Clusino, Reinaldus comes, Wido comes de Selenga, Wido de Monasterio, Hildebrandinus[b] Mellůz, Iacob Ildiber, Bartolomeus Renaldini, Maizo Gwidonis Maizi, Ubertus Gilii, Ranutius Philippi et Ildebrandinus Bolgarini et Tronbectus et Chibertus Salsidonii, et alii quam plures.

4. Post[c] fidelitatem factam a Senensibus et resignationem predictorum et eorundem reconmissionem ego Iohannes Struzius Senensium potestas iuro ad sancta Dei ewangelia, quod bona fide et sine aliqua fraude restituam domino regi Ph. vel nuncio eius venienti Senas cum trecentis militibus castra et comitatum, sicut supra ordinatum est et in scriptis[d] redactum in concordia facta inter dominum regem Ph. et Senenses, et quod fatiam successorem meum ita iurare, si per me conpleta non fuerint. Et hoc sacramentum feci in castro Podii Bonici, presentibus domino Alberto Struzio, domino Stradegotto, domino Russo Melluze, Iacob Hildebran[e], Ranutio Philippi, Bartholomeo Reinaldini[f], Uberto Gilii, H. de Smalnec, Eberhardo de Luttere[g], Walterbertold[h], Eleazar testibus.

† Ego Albertus notarius predicti patriarche his omnibus interfui et hoc privilegium scripsi de mandato domini mei W. Aquilegensis patriarche.

**15.** a) senenēses *or.* b) Hildebrand'inus *or.* c) *abhinc atramento pallidiore pergit manus eadem or.* d) et inscriptis *or.* e) Hildeb$^{u}$n *or.* f) Reinald' *or.* g) Eb$^{7}$ de Lut$^{7}$ *or.* h) walt$^{s}$b$^{s}$told *or.*

# OTTONIS IV. CONSTITUTIONES.

## 16. IURAMENTUM PRIUS INNOCENTIO III. PRAESTITUM.

(1198. Iun. Iul.)

*Autographon tabularii Vaticani Arm. I caps. III nr. 5, a. 1886 a viro cl. Sickel detectum et collatum, cuius imaginem photographicam nuper dedit Schum b. m. 'Kaiserurkunden in Abbildungen' X, tab. 21e, signo chronologico omnino caret; bulla aurea, quae appendebat, quam a. 1339 Iohannes de Amelio adhuc vidit et in suo transsumto (Arm. I caps. X nr. 16) descripsit, iam deperdita est. Exemplatum est autographon a. 1245 in Rotulo Lugdunensi Arm. I caps. X nr. 5 et in Rotulo Cluniacensi VIII. iam deperdito, cuius apographon anno 1413 factum exstat in tabulario Vaticano Instr. misc. C. Fasc. 37 nr. 5 D I. Quorum apographorum lectiones potissimas a viro d. Kehr subministratas exempli gratia adnotavimus sub siglis* L *et* C.

*Iuramentum hoc ab Ottone IV. iam a. 1198, fortasse die electionis (Iun. 9) seu die coronationis (Iul. 12), praestitum esse, complures viri docti arbitrabantur*[1]. *Quam sententiam nuper probavit Schum, qui l. c. 'Text' p. 441 docuit, scribam, qui autographon exaravit, priorum tantum Ottonis IV. annorum diplomata exaravisse et eius manum certe anno 1201, ad quem annum alterum regis iuramentum (infra nr. 23) pertinet, iam non apparere. — Böhmer, Reg. imp. V, 217.* *(P. deest.)*

Ego Otto Dei gratia Romanorum rex et semper augustus tibi[a] domino meo Innocentio pape tuisque successoribus[b] et ecclesię Romanę spondeo, polliceor, promitto et iuro, quod omnes possessiones, honores et iura Romanę ecclesię pro posse meo bona fide protegam et defendam. Possessiones, autem, quas ecclesia Romana recuperavit, quietas sibi dimittam et ipsam ad eas retinendas bona fide iuvabo; quas autem nondum recuperavit, adiutor ero ad recuperandum, et recuperatarum secundum posse meum ero sine fraude defensor. Et quecumque ad manus meas devenient, sine difficultate restituere procurabo. Ad has pertinet tota terra que est a Radicophano usque ad[c] Ceparanum, exarchatus Ravennę, Pentapolis, Marchia, ducatus Spoletanus, terra comitissę Mathildis, comitatus Britenorii cum aliis adiacentibus terris expressis

**16.** a) etiam *add. L. C.* b) et successoribus tuis *L. C.* c) *deest C.*

1) *V. imprimis Huillard-Bréholles 'Notices et extraits' XXI, 2, 285 nr. 15; Winkelmann 'Philipp von Schwaben' I, 88. 511; Lindemann 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XXII, 224; Ficker in Regestis imperii V, 217. Cf. praeterea Ficker 'Beiträge zur Urkundenlehre' I, 189. II, 46.*

in multis privilegiis imperatorum a tempore Ludewici[d]. Has omnes pro posse meo plene restituam et quiete dimittam cum omni iurisdictione, districtu et honore suo. Veruntamen cum ad recipiendam[e] coronam imperii vel pro necessitatibus ecclesię ab apostolica sede vocatus accessero, de mandato summi pontificis recipiam procurationes 5 ab illis. Adiutor etiam ero ad retinendum et defendendum ecclesie Romanę regnum Sicilię. Tibi etiam domino meo Innocentio papę et successoribus tuis omnem obedientiam et honorificentiam exhibebo, quam devoti et catholici imperatores consueverunt exhibere sedi apostolicę[f]. Stabo etiam ad consilium et arbitrium tuum de bonis consuetudinibus populo Romano servandis et de negotio Societatis Tuscię ac Lombardię 10 Similiter etiam consilio tuo et mandato parebo. Et si propter negocium meum oportuerit ecclesiam Romanam incurrere guerram, subveniam ei, sicut necessitas postulaverit, in expensis.

---

# 17. PRIVILEGIUM ECCLESIAE COLONIENSI DATUM.

15 (1198. Iul.)

*Privilegium hoc locum obtinere conventionis inter Ottonem et Adolfum archiepiscopum factae censendum est et eo quoque excellit, quod ius spolii a Friderico I. introductum esse asseritur. Autographon iam in tabulario Berolinensi asservatum exemplavit olim Rogerius Wilmans b. m., cuius exemplari fundamento editionis usi sumus. Quod cum humore et* 20 *foraminibus laesum sit, aliqua legi non poterant, quae uncis includenda curavimus. Contulimus praeterea editiones, quae et ipsae autographon adhibuerunt, Lacombleti 'Niederrheinisches Urkundenbuch' I, 392 nr. 562 et Philippii 'Die Kaiserurkunden der Provinz Westfalen' II, 356 nr. 256, qui ea, quae Wilmans legere nequivit, lacunasque supplevit e Libro privilegiorum ecclesiae Coloniensis saec. XIV. A III 17 fol. 54 in tabulario civitatis* 25 *Coloniensis asservato. Privilegium, quod signis chronologicis et recognitione omnino caret, corroboratum est monogrammate, quod tamen testante Philippio parvum et rasuris deformatum est, et sigillo regio, cuius tertia pars deperiit, quod testante Wilmansio tunc filis sericis flavis appendebat, nunc testante Philippio a recentiore quodam denuo affixum est. — Böhmer, Reg. imp. V, 200.* *(P. deest.)*

30 (C.) ‖ In nomine sancte et individue Trinitatis. ‖ Otto divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Ratio suadet, equitas requirit nostramque decet celsitudinem, omnium ecclesiarum nos indempnitati providere et eas in sui honoris ac iuris conservatione pie ac clementer confovere. Inter quas specialis g[ratie] benivolentia Coloniensem diligentes ecclesiam, universa ei bona, quibus a nostris ante- 35 cessoribus minus decenter privata est, restituendum duximus ac lib[ertan]dum[a] eam ab indebitis oppressionibus inimicorum[b] quibus quondam aggravata est: ad hec quidem per fidelissimum principem nostrum Adolphum venerabilem Coloniensem archiepiscopum invitati. Inde est quod omnibus Christi fidelibus per scriptum presens cupimus clare-

**16.** d) Lodouici *L*; Ludoici *C.* e) recipiendum *L. C.* f) sedi apostolice *des. L. C.*

40 **17.** a) libertandum *L; supplevit etiam P e Libro privil.* b) inumicorum *legit Wilmans errore notarii indicato*; inimicorum *Lacomblet*; municionum *supplevit P.*

scere, quod nos attendentes devotionis ac fidelitatis constantiam iam dicti principis nostri nobis sepius exhibitam, Coloniensi ecclesię, ei eiusque successoribus allodium in Sareuelt cum omni integritate et usufructu attinentium [lib]ere restituimus et in perpetuum confirmamus, pro eo recipientes abbatias[c] in Herevorde et in Vrethene cum omnibus pertinentiis, revocato concambio quod Fridericus imperator pie memorie [et] Philippus Coloniensis archiepiscopus super eisdem bonis fecerant. Restituimus etiam iam dicte ecclesię et archiepiscopo suisque s[uccessori]bus curtem in Andernaco et curtem in Ekenhagen[d] cum omni attinentium integritate secundum sui privilegii tenorem, quod Fridericus imperator Raynaldo venerabili Coloniensi archiepiscopo quondam super eisdem contradidit. Similiter et [advo]catiam in Clohttene[e], quam comes de Are de manu Coloniensi cum omni pace possidebit. Ceterum ad commodum Coloniensis ecclesię universum teloneum in Werthen, quod de novo et contra iusticiam ibidem institutum est, penitus auferimus, red[ucen]tes secundum statum pristinum ad locum in quo de iure esse debebit, quod etiam nequaquam aucgmentabitur vel per nos vel per nostros successores. Burgensibus Coloniensibus, Sůsatiensibus et aliis de oppidis et villis Coloniensis ecclesię tale ius prestamus et confirmamus, quod non aliud pedagium solvent per totum imperium, nisi secundum tenorem privilegii predecessoris nostri pie recordationis Henrici[f] imperatoris. Domum in Werden et castrum in Berenstein[g], in quorum fundatione et constructione Coloniensis ecclesia fuit pregravata, sepedicto principi nostro tradimus ad destruendum, et nec a nobis nec a nostris successoribus in posterum reedificanda. Presertim nusquam in imperio debebit cudi moneta ad pondus vel ad formam Coloniensis monete sive ad puritatem nostra vel[h] alterius auctoritate. Ducatum, allodia, feoda sive ministeriales, quos nunc Coloniensis ecclesia vel alii eius nomine possident, cum bona voluntate nostra et fratrum nostrorum Henrici[i] palatini Reni et Wilhelmi de Brvnswich et heredum nostrorum sine calumpnia sepenominatus archiepiscopus et eius successores inperpetuum possidebunt. Mindensis etiam ecclesia ea, que a Coloniensi ecclesia de bonis tenet eisdem, quiete sine aliqua contradictione possidebit. Preterea consuetudinem minus decentem, quam Fridericus imperator contra iustitiam induxerat, scilicet quod decedentibus principibus, ecclesiasticis videlicet personis, quemadmodum archiepiscopis, episcopis, abbatibus, abbatissis et prepositis, eorum suppellectilem sibi violenter usurpavit, penitus abholemus nec a nobis nec a nostris successoribus retractandam. Ad hec bona fide prememoratum iuvabimus[k] archiepiscopum, ut bona, que Coloniensis ecclesia a Mosella superius tenet et a quorum possessione ipse violenter destitutus est, recuperet. Ut igitur hoc regalis nostre munificentie factum pium ac commendabile nullius in posterum calumpnia perturbari possit, sed ratum permaneat et inperpetuum perseveret, presentem inde paginam conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus insigniri.

Cuius rei testes sunt: .. Argentinensis episcopus, Thietmarus Mindensis episcopus, Tirricus Traiectensis episcopus, Bernhardus Paderbrunnensis[l] episcopus, episcopus[m] Xanctensis, Bunnensis prepositus Bruno, Megteldis ducissa Brabantie, Baldewinus comes Flandrie, Henricus[n] dux de Limburch[o], Otto comes Gelrensis, Arnoldus comes de Cliuo, Tirricus comes Hollandie, Henricus[n] de Cůc, Henricus[n] comes Seynensis, Symon comes de Tekenburch[p], Arnoldus comes de Altena, Wilhelmus comes Iuliacensis, Gerhardus comes de Are, Henricus[n] comes de Hocenswage, Henricus[n] comes de Cessele, Růtgerus de Merheim, Cůnradus de Dicka, Giselbertus et Růtgerus de Bremet, Otto

**17.** c) *sic L; et suppletum P;* all[odiun]ı *W.* d) Eckenhagen *L. P.* e) *sic L. P;* Clohteene *W.* f) Heinrici *L; quod supplevit etiam P.* g) Berensteyn *L. P.* h) sive *W.* i) Heinrici *L. P.* k) *corr. ex* invalumus *P.* l) Paderbornensis *L. P.* m) *sic pro* prepositus. n) Heinricus *L. P.* o) Limborch *L. P.* p) Tekenborch *L. P.*

de Wikerothe, Henricus[n] et Gerhardus de Volmûtstein[q], Herimannus advocatus Coloniensis, Herimannus de Aluetre marescalcus, Otto camerarius, Reymarus de Rothe, Giselbertus de Cerreke et alii quam plures viri honorati.

Signum domini Ottonis . . . .[r] quarti . . . .[r] Romanorum regis invictissimi. (M.)

---

5 # 18–22. ELECTIO ET CORONATIO AQUISGRANENSIS.

(1198 post Iul. 12.)

## 18. *EPISTOLA OTTONIS REGIS AD PONTIFICEM.*

*E Registri Innocentii III. tom. VI (Reg. de negotio imperii) fol. 2 ep. 3, ubi in-* 10 *scribitur* Littere regis Ottonis ad dominum papam; *contulit vir d. Tangl. — Böhmer, Reg. imp. V, 202.* *(P. 203.)*

Sanctissimo in Christo patri ac domino spirituali I(nnocentio) sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Otto divina favente[a] gratia Romanorum rex et semper augustus salutem ac filialis devotionis affectum cum debita reverentia.

15 Navicula Petri quibusdam retro temporibus persecutionum fluctibus est agitata, et nisi ecclesia Dei in petra Christo fundata fuisset et solidata, iam pravorum persecutionibus inclinata funditus corruisset. In ipsa etenim persecutione progenitor noster Henricus dux Saxonie in fide sancte Romane ecclesie indesinenter perseverans et voluntati atque inique dominationi Friderici quondam imperatoris nullatenus acquiescens, 20 matrem suam spiritualem, sanctam videlicet Romanam ecclesiam, in omnibus est imitatus; ideoque prevalente impiorum persecutione honoris sui dignitate privatus, exilio cum liberis et familiaribus suis addictus fuit et expositus. Volens igitur dominus ecclesie sue statum in melius reformare et fidem ac devotionem iam dicti patris nostri in suis posteris remunerare, sua ineffabili clementia effecit, quod nos ab obtimatibus 25 et principibus imperii, ad quos de iure spectat electio, ad regni gubernacula ex inopinato vocati sumus et electi; in sede quoque augustorum apud Aquisgranum locati, consecrationem et coronationem a manu Adolfi Coloniensis archiepiscopi presentibus principibus ea qua decuit sollempnitate cum plenitudine regie dignitatis accepimus. Cupientes igitur gressus nostros ab ipso dirigi, per quem reges regnant et potentes (Prov. 8, 16.) 30 scribunt iustitiam, dignum duximus ipsa electionis nostre hora iuramento firmare, quod possessiones et iura Romane ecclesie aliarumque ecclesiarum imperii firma et illibata servabimus et quod consuetudinem illam detestabilem, qua episcoporum, abbatum principum de hac vita migrantium bona tempore mortis relicta quidam nostri antecessores hactenus occupabant, omnino in posterum dimittemus et de beneficentia nostra 35 principibus ecclesiasticis in perpetuum relaxamus. Petimus ergo et cum instantia paternitati vestre supplicamus, quatinus fidem ac devotionem nostram considerantes, merita quoque patris et avunculi nostri regis Anglie, qui nunquam ab obsequio ecclesie Romane recesserunt, ad memoriam revocantes, iniurias etiam Philippi ducis Sueuie quondam ducis Tuscie et patris et fratris eius non dissimulantes, nos regiam dignitatem 40 adeptos ad imperii consecrationem vocare dignemini, illos insuper episcopos et abbates

**17.** q) Volmûtsteine *L. P.* r) *spatium in or. relictum P.*

**18.** a) faciente c.

ac laicos principes, qui iam dictum Philippum ducem Sueuie in excommunicatione vestra detentum in regem nominare et fidelitatem ei iurare presumpserunt, ab observatione illiciti iuramenti absolvatis et maiestati nostre obedire ecclesiastica censura compellatis et excommunicationem ipsius ducis Sueuie per Teutoniam et universos fines imperii publice denuntiari faciatis. Vestris quoque precibus, pater sanctissime, Altissimum exoretis, ut vias et actus nostros in pace et tranquillitate dirigat et quod iustitia, constantia et veritas in corde nostro vigeat, ut per ipsius auxilium de vultu Domini iudicium nostrum prodeat et promissum nostrum perpetua et inviolabili firmitate ad honorem Dei et ecclesie ipsius nobis adimplere et conservare concedat. Ad hec paternitati vestre significamus, quod dilectos et fideles nostros legatos, videlicet G. principem nostrum abbatem Indensem, B. prepositum Bunnensem, H. sancti Gereonis in Colonia scolasticum, H. priorem Werdinensem et H. Aquilegensem, gloriosissimi regis Anglie avunculi nostri capellanum, et fidelem nostrum M. de Villa civem Mediolanensem, pro consummatione honoris nostri ad vestram transmittimus sanctitatem. Quicquid igitur cum prefatis legatis nostris a vestra tractatum vel ordinatum fuerit providentia, id maiestatem nostram in omnibus et per omnia ratum et firmum habituram presentibus litteris sanctitati vestre significamus.

## 19. *EPISTOLA ELECTORUM OTTONIS AD PONTIFICEM.*

*Indidem fol. 3 ep. 10, ubi lemma* Littere principum et baronum Alamannie clericorum et laicorum; *contulit vir cl. Sickel. Subscriptiones eodem ordine positae sunt quo in Registro leguntur. — Böhmer, Reg. imp. V, 203.* *(P. 204.)*

Sanctissimo patri ac domino Innocentio sacrosancte Romane sedis summo pontifici principes et barones Alamannie, clerici et laici, debitam in Christo reverentiam et sinceritatem obsequii.

Cum placuisset ei, qui aufert spiritum principum et magnus et terribilis est super reges terre, dominum Henricum imperatorem de medio auferre, necessarium nobis visum fuit de substituendo rege tractatum et colloquium habere. Convenimus ergo sepius et miserias et oppressiones quas hactenus sustinueramus recensentes, per universos principes regni animos nostros ereximus, et quid honori ecclesie Dei et paci ac quieti subiectorum potissimum expediret deliberantes, nunc unum nunc alium quasi finaliter eligere putabamus. Verum quia non est prudentia, non est potentia, non est consilium, nisi per Deum, placuit ei, qui Habrahe filium immolare volenti victimam providit et Dauid[a] fratribus iuniorem de post fetantes[b] accepit atque Mathiam ex discipulorum numero ad sortem apostolatus elegit, serenissimum dominum nostrum Ottonem, quondam Henrici ducis Saxonie filium, ad regimen Romani imperii de terra peregrinationis sue ex inopinato nobis offerre. Invocata itaque sancti Spiritus gratia, predictum dominum Ottonem, christiane fidei cultorem devotissimum atque sancte Romane ecclesie advocatum et defensorem fidelissimum et iudiciarie potestatis observatorem iustissimum, de longa et antiqua regum prosapia ex utraque linea spectabiliter editum, ad Romani regni fastigium iuste ac rationabiliter elegimus et sicut debuimus ipsius electioni consensimus ipsumque in augustorum sede a Karolo Magno apud Aquisgranum huic dignitati deputata locavimus et corona et regni diademate per manum domini Adolfi Coloniensis archiepiscopi ea qua decuit sollempnitate feliciter decoravimus. Nos autem principes, qui iam dictum dominum Ottonem in regem elegimus, feoda nostra que ab imperio tenemus a manu ipsius recipientes, hominium sibi fecimus et fidelitatem iuravimus. Tante igitur dignitatis munus excellentissimus princeps divine

19. a) *corr. ex* Dauit *c.* b) postfetantes *c.*; *cf. Ps. 77, 70:* de post foetantes accepit eum.

potius gratie quam suis meritis ascribens, primitias huius honoris offerens Domino, propria voluntate iuramento firmavit inprimis sacrosancte Romane ecclesie, deinde omnium ecclesiarum iura bona fide servare ac manutenere et subiectos imperii, exheredatos maxime et a suis possessionibus violenter eiectos, in sua iustitia pro posse
5 iuvare et conservare. Pravam insuper illam consuetudinem, quam imperatores antecessores sui in occupandis rebus mobilibus vel sese moventibus decedentium episcoporum vel abbatum principum huc usque servaverant, penitus extirpans, nos ecclesiasticos principes ab hac indebita vexatione regali benivolentia liberos dimisit et decedentium bona suis successoribus servanda liberaliter statuit. Paternitati ergo
10 vestre dignum supplicare duximus, quatinus fidem et devotionem domini nostri regis attendentes, merita quoque illustrissimi patris sui H. ducis Saxonie, qui ab obsequio sacrosancte Romane ecclesie nunquam recessit, memoriter tenentes, paci et quieti vestre et nostre intuitu Dei ac nostri obsequii providentes, ipsius electionem et consecrationem auctoritate vestra confirmare et imperiali coronationi annuere paterna pietate
15 dignemini. Sanctitatem insuper vestram obnixe rogamus, quatinus principes ac barones a tam rationabili electione discordantes ecclesiastica censura ad concordiam revocetis et ab illicita fidelitate partis adverse clave Petri resolutos ad prestandam domino nostro regi fidelitatem et subiectionem auctoritate vestra compellatis. Ut autem a domino rege nostro iura Romane ecclesie, ut predictum est, integra et illibata serventur, nos
20 in bona fide spondemus et pro domino rege nostro fideiubemus.

† Ego Adolfus Coloniensis archiepiscopus elegi et subscripsi.

† Ego Gerardus Indensis abbas elegi et subscripsi.

25 † Ego Heribertus Werdinensis abbas elegi et subscripsi.

Ego Henricus dux Lotharingie, qui et Brabantie, marchio Romani imperii elegi et subscripsi.

30 Ego Henricus comes de Kuke consensi et subscripsi.

† Ego Berhardus Padeburnensis episcopus elegi et subscripsi.

† Ego Thietmarus Mindensis episcopus elegi et consecrationi cohoperatus fui.

† Ego Widikindus Corbeiensis abbas elegi et subscripsi.

## 20. *EPISTOLA ADOLFI ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS.*

*Indidem fol. 3 ep. 9, quae inscribitur* Littere Coloniensis archiepiscopi; *contulit una cum duabus sequentibus vir d. Tangl. — Böhmer, Reg. imp. V, 204. (P. deest.)*

35 Sanctissimo patri ac domino I(nnocentio) sacrosancte Romane sedis summo pontifici A(dolfus) Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie minister humilis devotum obsequium et orationes in Domino.

Post obitum Henrici imperatoris nos una cum aliis principibus de substituendo rege sepius tractantes, quid sancte Romane ecclesie expediret subditisque imperii,
40 qualiter quoque priorum imperatorum oppressiones evitare possemus, sollicite deliberavimus. Protendimus igitur animos nostros ad diversos imperii principes et, sicut Domino placuit, serenissimum dominum Ottonem, Henrici ducis Saxonie filium, in Romanorum regem rationabiliter elegimus, postmodum vero in augustorum sede Aquisgrani locavimus et, sicut debuimus, ea qua decuit sollempnitate consecravimus ac coro-
45 navimus. Ipse vero dominus rex in timore Dei et reverentia sancte ecclesie omnia iura Romane ecclesie aliarumque ecclesiarum bona fide conservare ac manutenere iuravit. Nobis etiam aliisque episcopis pravam illam consuetudinem aliorum impera-

torum, qui decedentibus episcopis et abbatibus principibus in mobilibus rebus seseque moventibus succedebant, liberaliter remisit. Paternitatem igitur vestram attente rogamus, quatinus rationabile factum nostrum aliorumque principum, qui de iure eligere debent, attendentes, merita quoque domini nostri regis, patris ac fratris sui palatini, regis quoque Anglie avunculi sui, qui a servitio et unitate ecclesie nunquam separati fuerunt, considerantes, iniurias quoque ducis Sueuie, patris ac fratris eius non dissimulantes, magnos et honorabiles viros, quos ipse ac principes de communi consilio ad pedes sanctitatis vestre transmittunt, benigne recipiatis ac benignius remittatis et rationabilem ipsius electionem, consecrationem ac coronationem confirmetis et [eum] ad imperii consecrationem vocetis, nostros quoque adversarios et ecclesie a fidelitate duci Sueuie prestita absolvatis et nostro regi obedire ecclesiastica censura compellatis. Nos etiam pro patrimonio ecclesie Romane dimittendo ac[a] conservando pro ipso domino rege spondemus atque fideiubemus.

## 21. *EPISTOLA BALDUINI COMITIS FLANDRIAE.*

*Indidem fol. 3 ep. 7, quae inscribitur* Littere Bald̄ comitis Flandrie, Hayn̄ et marchionis Namurtie. — *Böhmer, Reg. imp. V, 205.* *(P. deest.)*

Sanctissimo patri ac domino I(nnocentio) sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Bald(uinus) comes Flandrie, Hayn(onie) et marchio Namurtie salutem et promptum cum omni devotione famulatum.

Post obitum Henr(ici) imperatoris nos una cum principibus imperii, ad quos de iure spectat electio, de eligendo rege sepius tractavimus. Post varios tandem affectus, sicut Domino placuit, in serenissimum dominum nostrum regem Ott(onem) vobis et ecclesie Romane devotissimum vota nostra celeberrime concurrerunt. Qui postmodum in sede augustorum Aquisgrani coronationis ac consecrationis plenitudinem per manum Coloniensis archiepiscopi, cuius hoc interest, cum omni qua decuit sollempnitate meruit optinere. Nos igitur dicti regis electionem, quam quidem iuste factam esse non dubitamus, ratam habentes, terras nostras, quas de imperio tenemus, a manu sua recipientes, facto hominio illi fidelitatem iuravimus. Sanctitati ergo vestre, pater reverende, omni qua possumus affectione supplicamus, quatinus rationabilem ipsius electionem, coronationem ac consecrationem ratam habere volentes eam confirmare atque ipsum regem ad imperii consecrationem vocare paterna pietate dignemini, ut ad obsequium vestrum et ecclesie Romane imperpetuum amplius invitemur et arctius obligemur.

## 22. *EPISTOLA ALBERTI COMITIS DE DACHSBURG.*

*Indidem fol. 3 ep. 8, ubi lemma* Littere A. comitis de Dasburg et Metensis. *Notandum, virum cl. Grandidier 'Oeuvres' III, 225 responsum pontificis (Reg. de neg. imperii ep. 11) e codice bibliothecae Vaticanae 145 cum inscriptione singulari comitis de Dachsburg evulgasse. — Böhmer, Reg. imp. V, 206.* *(P. 206.)*

Sanctissimo domino et patri I(nnocentio) sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici et venerabilibus dominis universis cardinalibus A(lbertus) comes de Dasburg et Metensis debitam reverentiam et paratum in omnibus obsequium.

Cum fuisset rebus humanis Henricus imperator exemptus, nos et alii principes dominum Ottonem, quondam Henrici ducis Saxonie filium[a], in regem Romanorum

**20.** a) hac *c.*
**22.** a) *deest c.*

elegimus et ipsum ea qua decuit sollempnitate per dominum Adolfum Coloniensem archiepiscopum apud Aquisgranum consecratum in sede regia, sicut a Karolo constitutum erat, locavimus. Rogamus ergo sanctitatem vestram, ut habita consideratione ad miserias et oppressiones, quas per novissimos imperatores Fredericum et Henricum 5 filium eius sustinuimus, electionem domini nostri regis Ottonis confirmare et [eum] ad imperialem consecrationem vocare dignemini et partem adversam a fidelitate, quam duci Sueuie fecerunt, absolvatis et per censuram ecclesiasticam nostre electioni consentire compellatis.

---

# 23. IURAMENTUM POSTERIUS PAPAE PRAESTITUM.

10

## 1201. Iun. 8.

*Iuramentum hoc, quod pro parte maxima iuramentum prius* (I) *a. 1198 mense Iulio praestitum (supra nr. 16) transscripsit, in charta authentica signis chronologicis ad instar prioris caruisse e transsumtis infra allegandis constat. Quare miramur, quod textus* 15 *eius cum signo chronologico a Theinero in Codice diplomatico dominii temporalis s. sedis I, 36 nr. 44 editum est, ut asserit, 'ex originali et Reg. Innoc. III. super negotio Imperii ep. 76'. Cum autem autographon, testante viro cl. Sickel, in tabulario Vaticano non apparuerit, equidem Theinerum textum suum e Registro, ubi signum chronologicum legitur, petivisse et autographon iuramenti* I *pro autographo iuramenti anni 1201 habuisse credi-* 20 *derim. Quamobrem nos Theineri* (T) *lectiones, quae prorsus conveniunt cum lectionibus Registri, in adnotationum columnam reiicientes, fundamentum editionis adhibuimus* 1) *Transsumtum Lugdunense a. 1245 in tabulario Vaticano asservatum Arm. I caps. X nr. 5, quod descripsit vir cl. Kehr, adnotatis scripturis* 2) *codicis Parisini lat. 8990 saec. XVIII, apographa Rotulorum Cluniacensium continentis (Rot. VIII.), fol. 153*[1]; 3) *apographi* 25 *Rotuli Cluniacensis VIII. a. 1413 facti, Instr. misc. C. Fasc. 37 nr. 5. D. I tabularii Vaticani, quas et ipse Kehr suppeditavit;* 4) *scripturis Registri Innocentii III. tom. VI, fol. 22' (Reg. de negotio imperii ep. 76*[2]*), quod contulit Sickel. Autographon a. 1339 transscripsit Iohannes quoque de Amelio (Arm. I caps. X nr. 17), cuius textus, teste Sickelio, verbotenus congruit cum textu Registri, signo autem chronologico caret.*

30 *Quoad signum chronologicum, equidem censeo, ipsum in Registro additum esse auctoritate epistolae nuntiorum apostolicorum, coram quibus rex Nussiae iuramentum praestitit. — Böhmer, Reg. imp. V, 217.* *(P. 205.)*

Ego Otto Dei gratia Romanorum rex et semper augustus tibi domino meo Innocentio pape tuisque successoribus et ecclesie Romane spondeo, polliceor, promitto et iuro, quod omnes posses- 35 siones, honores et iura Romane ecclesie pro posse meo bona fide protegam et servabo. Possessiones autem, quas ecclesia Romana recuperavit, liberas et quietas sibi dimittam et ipsam ad eas retinendas bona fide iuvabo; quas autem nondum[a] recuperavit, adiutor ero ad recuperandum, et recuperatarum secundum posse meum ero sine fraude defensor. Et quecumque ad manus meas devenient, sine difficultate restituere procurabo. Ad has pertinet tota terra que est a Radicofano

40 **23.** a) nundum 2.

1) *Cf. Huillard-Bréholles 'Notices et extraits' XXI, 2, 285 nr. 16.* 2) *Ep. 77 in editis.*

usque[b] Ceperanum, exarchatus[c] Rauenne, Pentapolis, Marchia, ducatus Spoletanus, terra comitisse Matildis[d], comitatus Brittenorii[e] cum aliis adiacentibus terris expressis in multis privilegiis imperatorum a tempore Lodouici[f]. Has omnes pro posse meo[g] restituam et quiete dimittam cum omni iurisdictione, districtu et honore suo. Verumtamen cum ad recipiendum[h] coronam imperii vel pro necessitatibus ecclesie ab apostolica sede vocatus accessero, de mandato summi pontificis recipiam procurationes ab illis. Adiutor etiam ero ad retinendum et defendendum ecclesie Romane regnum Sicilie. Tibi etiam domino meo Innocentio pape et successoribus tuis omnem obedientiam et honorificentiam exhibebo, quam devoti et catholici imperatores consueverunt sedi apostolice exhibere[i]. Stabo etiam ad consilium[k] et arbitrium tuum de bonis consuetudinibus populo Romano servandis et exhibendis et de negotio Societatis Tuscie ac Lombardie. Similiter etiam consilio tuo et mandato parebo de pace vel concordia facienda inter me et Philippum regem Francorum. Et si propter negotium meum Romanam ecclesiam oportuerit[l] incurrere guerram, subveniam ei, sicut necessitas postulaverit, in expensis. Omnia vero predicta tam iuramento quam scripto firmabo, cum imperii fuero coronam adeptus.

[Actum[m] Nuxie in Coloniensi diocesi, anno incarnati verbi MCCI, VI. Idus Iunii, in presentia Philippi notarii, Egidii acoliti et Riccardi scriptoris prefati domini pape.]

---

# 24. PACTUM CUM ADOLFO ARCHIEPISCOPO COLONIENSI.

(1202. Sept.)

*Codicem bibl. olim Paulinae Monasteriensis saec. XIII, iam regiae Berolinensis lat. 8° nr. 50, epistolas Innocentii III. ad ecclesiam Coloniensem pertinentes complexum, fol. 147' denuo contulit Waitz. Praecedit rubrum:* Quomodo Adolfus secundo iuravit regi O. et de composicione eorum. *Quae uncis inclusimus, ea in codice deleta Pertz supplevit. — Böhmer, Reg. imp. V, 227.* *(P. 206.)*

1. Iurabunt priores Colonienses, prepositi, abbates, decani et scolastici, quod bona fide archiepiscopum Coloniensem inducent ad constans et fidele obsequium regis O(ttonis), nec in vita O(ttonis) regis alii regi adhereat. Quod si non servaverit, obedientiam quam ipsi debent subtrahent et domino pape eam servabunt; obsequium autem archiepiscopo ab eis debitum regi O(ttoni) impendent, donec archiepiscopus ad obsequium regi O(ttoni) ab ipso secundum formam iuramenti sui debitum revertatur.

2. Nobiles terre qui iuramentis archiepiscopo Coloniensi sunt astricti, qui nunc sunt presentes, et alii, cum eorum haberi potest copia, coram rege et archiepiscopo iurabunt, quod inducent archiepiscopum Coloniensem ad constans et fidele obsequium regis O(ttonis), et quod alii regi non adherebit. Quod si non fecerit, cum castris suis et terris ac hominibus suis regi O(ttoni) servient, et non archiepiscopo, donec archiepiscopus resipiscat et ad regem Ottonem predicto modo revertatur.

3. Ministeriales sancti Petri XX iurabunt pro se et pro aliis ministerialibus ita, quod alios bona fide ad idem servandum inducent, quod archiepiscopum inducent et

**23.** b) ad *add. I.* c) exarcatus 2. d) Mathildis 2. 4. *T. I.* e) Britenorii 2. f) Lodoyci 2—4. *T*; Ludewici *I.* g) plene *add. I.* h) recipiendam 4. *T. I.* i) exh. sedi apostolice *I.* k) concilium 3. l) op. Rom. eccl. *I.* m) Actum — pape *in solis 4. T.*

cetera ut supra. Quod si non fecerit, obsequium, quod archiepiscopo debent, ipsi subtrahent et regi O(ttoni) prestabunt, donec et cetera ut supra. XXIIII burgenses iurabunt pro se et pro aliis burgensibus secundum formam iuramenti ministerialium.

4. Si autem inter regem et archiepiscopum variatum fuerit, ut rex dicat: 'archi-5 episcopus debito ac fideli modo michi non adheret', archiepiscopus econtra asserat, tres priores, tres nobiles, tres ministeriales, tres burgenses de iuratis convenient, et dictis eorum credetur vel pro rege vel pro archiepiscopo; et secundum eorum XII dicta omnes iurati aut archiepiscopo adherebunt aut regi secundum prescriptam formam.

5. Ante omnia rex dabit fidem in manus [domini] legati [1], quod ea que prescripta 10 sunt habebit rata, archiepiscopus similiter.

6. Rex O(tto) monetam Aquensem a domino Walramo [2] expediet, et t[am] rex quam Galramus illi monete renunciabit in perpetuum, et dominus legatus sub anathemate prohibebit monetam in Coloniensi scemate cudi Aquis numquam vel alibi extra civitatem Coloniensem, et scribet Romano [a] pontifici ut sententiam suam confirmet. 15 Rex theloneum Dusb[urgense] dimittet nec umquam resumet, et dominus legatus similem sententiam proferet cum confirmatione Romani pontificis. Rex et archiepiscopus cum suis familiaribus tractabunt cum effectu, qualiter turrim regiam apud Werthe cum suo theloneo destruant.

7. Privilegia [b], que intercesserunt inter regem et archiepiscopum, legentur [c] in 20 publ[ico], et profitebitur rex in publico, se iurasse, ut diligenter ob[servet] que in privilegiis scripta sunt, et quod ea numquam violabit.

8. Archiepiscopus dabit inducias regi usque ad festum sancti Iohannis baptiste pro . . . marcis pro quibus obligaverat duci Brabantie curtem [Sin]ceche, et sit in optione regis in presenti fideiussores idon[eos] dare, vel si rex pecuniam non solverit, 25 in festo sancti Iohannis civitas Tremonia sit ypotecka archiepiscopi, donec persolvatur [ei] pecunia predicta.

1203. Iun. 24.

9. Iuramenta priorum, nobilium et ministerialium prestab[unt] successores et heredes decedentium. Et si rex indebite Coloniensem archiepiscopum vel Coloniensem ecclesiam tractaverit, predicti IIII ordines obsequium suum regi subtrahent, donec satis-30 faciat; et hec iurab[unt].

10. Burgenses civitatis Coloniensis iurabunt fidelitatem regi Ottoni sub [hac] forma: quod ab hac die inantea fidelitatem ei servabunt, Coloniensem civitatem ipsi custodient contra omnem hominem, quam di[u ecclesiam] sancti Petri, archiepiscopum Coloniensem, priores, nobiles, infeodatos et ministeriales sancti Petri ac civitatem Colo-35 niensem in suo iure conservaverit.

---

# 25. PACTUM CUM IOHANNE REGE ANGLIAE.

## 1202. Sept. 8.

*Autographon praecepti regis Angliae in tabulario Guelferbytano asservatum, quod Pertz transscripsit, iterum contulit vir cl. Steindorff. Appendet sigillum numismaticum* 40 *Iohannis regis cereum. — Böhmer, Reg. imp. V, 10654.* *(P. 207.)*

**24.** a) Rom. *cod.* b) Privilegium *cod.* c) legetur *cod.*

1) *Guidonis episcopi Praenestini.* 2) *de Limburg.*

Iohannes Dei gratia rex Anglie, dominus Hybernie, dux Normannie, Aquitanie, comes Andegavie universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem. Ad universorum notitiam volumus pervenire, quod nos in nomine domini nostri Iesu Christi confederati sumus dilecto nepoti nostro Othoni Dei gratia illustri Romanorum regi et semper augusto, de regno nostro contra omnes homines, ad ipsum 5 et imperium suum et iura sua custodienda et defendenda et ad impendendum ei fidele consilium et auxilium ad iura sua perquirenda et manutenenda. Per hanc autem confederationem remisse sunt hinc inde et perdonate omnes querele et omnes indignationes, si que fuerunt inter nos, antequam ista fieret confederatio. Et ut ista confederatio maiorem et firmiorem optineat stabilitatem, omnia supradicta fideliter et bona 10 fide conservanda per manum comitis Willelmi marescalli iuravimus. Domini etiam H. Canter. et G. Eboracensis et W. Rothomagensis archiepiscopi, et G. Wintoniensis et E. Eliensis et I. Norwicensis et Ph. Dunolmensis episcopi in verbo sacerdotali promiserunt, et R. comes Leycestrie et R. comes Cestrie et W. comes Arundell et G. filius Petri comitis Essex. iusticiarius[a] noster et comes W. marescallus[b] et W. comes 15 Warenne et R. comes de Clara, comes Rogerius Bigot, Willelmus de Breosta, R. constabularius Cestrie, Robertus filius Walteri, Willelmus Briewerus et Hugo Bardus super sacrosancta iuraverunt, quod bona fide et sine malo ingenio consilium et auxilium et suum fidele posse apponent, ut ista confederatio, sicut supra scriptum est, teneatur ex parte nostra et in perpetuum fideliter observetur. 20

Acta sunt ista apud Susam VIII. die Septembris, anno regni nostri quarto.

---

# 26. CONVENTIO CUM ARCHIEPISCOPO MAGDEBURGENSI.

(1208. Iul. in.)

*Proferimus ex ectypo photographico, quod ex autographo tabularii regii Magdeburgensis instituit Philippi 'Kaiserurkunden in Abbildungen' X, tab. 21 f et 'Text' p. 445. Autographo olim sigillum appensum fuisse credi licet. — Böhmer, Reg. imp. V, 239.* 25

*(P. deest.)*

O. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis imperii fidelibus hoc scriptum intuentibus gratiam suam et omne bonum. Recognoscimus et presentibus 30 litteris profitemur, quod inter nos ex una parte et inter dominum Albertum Magedeburgensem archiepiscopum ex alia parte admissa est compositio in hunc modum. (1) Conferemus ecclesie Magedeburgensi Haldesleue cum omnibus attinentiis suis et omnem proprietatem, quam pater noster habuit in marchia Brandenburgensi[a] et in terra que Wisch vocatur. Dedimus quoque fideiussores, quod proprietatem istam 35 stabiliemus ecclesie in omni iurisdictione, ubi bona sita sunt, et secundum iusticiam warentabimus eam de ipsis bonis cum pleno consensu heredum nostrorum, et super hoc dabimus privilegium[1] nostrum ecclesie Magedeburgensi. (2) Item nos et fratres

**25.** a) iustic̄ *or.* b) maresc̄ *or.*

**26.** a) Brand̄ *c.* 40

1) *Hoc est privilegium Ottonis datum a. 1209. Mai. 19 ed. Gercken 'Codex dipl. Brandenburg.' IV, 435 (Böhmer, Reg. imp. V, 279).*

nostri renuntiabimus omni iuri, quod diximus nos habere in castro Somerscenburg et in omnibus attinentiis ipsius. Renuntiabimus preterea omnibus feodis, que pater noster tenuit ab ecclesia Magedeburgensi, in quibus dicebamur ius habere. (3) Item nos dabimus privilegium[1] ecclesie, quod nunquam in bonis ecclesie contra voluntatem archiepiscopi vel successorum suorum faciemus exactionem vel sumemus hospitium, nec unquam monetam vel teloneum iuxta consuetudinem imperatorum, quam in curiis observabant, in civitatibus archiepiscopi occupabimus. Ecclesiam in nullo officio pregravabimus. (4) Dabimus preterea privilegium[1] ecclesie, quod nunquam in ecclesia Magedeburgensi et subfraganeorum ipsius reliquias accipiemus archiepiscopi vel episcopi decedentis. (5) Castrum Lewenberg non concedemus alicui hominum, nisi forte archiepiscopo vel ecclesie concedamus. (6) Item si ecclesia Magedeburgensis per archiepiscopum[b] vel per aliquem successorum suorum[c] vel per se ipsam in monte qui vocatur Merenret castrum voluerit erigere et habuerit super hoc consensum comitis Sifridi de Blankenburg et comitis Heinrici de Reginsten, nos ad edificationem iuvabimus ecclesiam. Si vero contrarium fuerit comitibus memoratis, nos tamen propositum ecclesie non impediemus ullomodo. (7) Item quoscunque de ministerialibus, qui bonis Haldesleue attinent, archiepiscopus inducere poterit, ut tamquam ministeriales ecclesie fidelitatem sibi faciant, cum bona voluntate nostra et fratrum nostrorum erit; et illis bona sua iure ministerialium concedet. Aliis vero bonis eisdem attinentibus concedet tamquam hominibus ecclesie bona sua. (8) Donationi quoque, quam Heinricus imperator fecit ecclesie de bonis in Lutere, non renuntiat archiepiscopus, sed nos amice per sua servicia monebit, ut ratam servemus eandem. (9) Preterea in nullo loco ecclesie[d] pertinenti ponemus de novo teloneum vel monetam. Ceterum nos iuvabimus ecclesiam Magedeburgensem ad edificationem suam secundum consilium archiepiscopi. (10) Dabimus insuper archiepiscopo tria milia marcarum, ex quibus mille solvemus in vigilia nativitatis Domini, *Dec. 24.* secundas mille in festo sancte Walburgis *1209. Mai. 1.* tunc proximo, tertias mille in festo sancte Margarete[e] tunc proximo. *Iul. 13.* Item dabimus in curiam archiepiscopi quingentas marcas, quas solvemus in proximo festo pentecostes. *Mai. 17.* (11) Fratribus archiepiscopi, comiti Heinrico et comiti Guntero, concedemus civitatem Saleuelt sub hac forma, ut quandocumque nos[f] ipsis solverimus[g] mille marcas, libera sit civitas[h] nobis, et sic cum archiepiscopo in nostro servitio permanebunt. (12) Ceterum cum nos tantam concordiam habuerimus cum principibus, quod archiepiscopo videbitur, quod comitem Adolfum possimus iuvare, nos si amice per preces non poterimus, per guerram iuvabimus eum ad recuperationem tam puerorum quam terre sue, nec unquam contra ipsum malum aliquod intendemus. (13) Item si Burcardum in Brieszna[i] apud ducem iuvare non possumus amice, nos de curia in Glowerp et duabus villis[k] et omnibus attinentiis ipsarum faciemus ei gratiam et iusticiam, qualem expectabat ab imperatore Heinrico. (14) Item si pueros domini Ricardi de Cherewist apud ducem iuvare non possumus, nos super tertia parte civitatis Cherewist faciemus eis gratiam et iusticiam, quam pater eorum exspectabat ab imperatore Heinrico. (15) Ericus de Wentsceleue in possessione bonorum de Oscleue erit, donec super hoc[l] consilium archiepiscopi sequamur. (16) Item promitemus[m], quod archiepiscopum semper pre aliis principibus in nostris consiliis familiarem habebimus et assistemus ei contra omnem principem qui suam ecclesiam indebite voluerit gravare, ita quod si illum amice non poterimus avertere, potenter avertemus. (17) Hec universa debe-

**26.** b) per arch *in loco raso,* iepm *supra linea add. c.* c) *in loco raso c.* d) *supra lin. add. c.* e) *sequitur littera* t *c.* f) *in loco raso c.* g) imus *in loco raso c.* h) ciutas *c.* i) *littera* i *supra lin. add. c.* k) *supra lin. add. c.* l) *supra lin. add. c.* m) *sic c.*

1) *V. privilegium eiusdem diei, 'Asseburger Urkundenbuch' I, 38 (Böhmer, Reg. imp. V, 278).*

bimus iuxta consilium archiepiscopi stabilire, et ipse nobis prestabit fidei sacramentum et serviet nobis tamquam domino suo regi. (18) Si vero super hereditate fratrum nostrorum et puerorum suorum ipsi promissum nostrum servare noluerint, nos super hoc consilium archiepiscopi faciemus et in eius amicicia manebimus.

---

# 27. EPISTOLA AD PONTIFICEM.

(1208. Iul. ex.)

*Dedit vir d. Tangl e Registri Innocentii III. tom. VI, fol. 38 ep. 161 (ep. 160 in editionibus Registri de negotio imperii), ubi inscribitur* Littere Ottonis regis in Romanorum imperatorem electi. — *Böhmer, Reg. imp. V, 240.* *(P. 215.)*

Reverendo in Christo patri ac domino, carissimo domino I(nnocentio) Dei gratia sancte Romane sedis summo pontifici O(tto) eadem gratia et sua Romanorum rex et semper augustus debitam subiectionem ac reverentiam cum filiali dilectione.

Quod hactenus fuimus, quod sumus aut erimus, quantum ad regni pertinet promotionem, totum vobis et ecclesie Romane post Deum debentes, quod et gratantissime recognoscimus, pro omnibus vestre gratie beneficiis uberrimas sanctitati vestre referimus actiones, erga vos et omnes quibus bonum vultis exhibitam nobis benignitatem studiosissime semper merituri. Vestre proinde paternitati attentissime supplicamus, ut intuitu omnis devotionis nostre et honoris Dei ac vestri ipsius ac promotionis ecclesie Romane respectu, ex quo misericordia Dei, ut speramus, consanguineo nostro sublato de medio, tempus vobis contulit faciendi, omne vestre discretionis consilium et auxilium nostre promotioni, que sine dubio vestra est, propensius impendatis. Scire preterea vos volumus, quod archiepiscopus Magdeburgensis et . . Haluestadensis et Mindensis episcopi ad nostrum auxilium et servitium accesserunt. De duce Bernardo sciatis, nuntios nostros eo die quo has litteras vobis destinavimus cum ipso fuisse, et eo usque cum ipso actum esse, ut eum omnino speremus in nostra fidelitate et servitio permansurum. Frater noster palatinus comes Reni, Deo gratias, ad nostram integre rediit caritatem; et ex quo mortuus fuit consanguineus noster, nobis etiam ignorantibus, nos in omnibus quibus promovere potuit non cessavit. Spirensis etiam episcopus nobis securitatem fecit et nostram per omnia studet utilitatem et honorem. Multi preterea episcopi, abbates, barones et castellani et ministeriales, tam in Sueuia quam circa partes Reni superiores et inferiores et alias in imperio constituti, de suo nobis servitio et fidelitate scripserunt et per fideles nuntios mandaverunt, sed pro angustia temporis et distantia locorum ad nos adhuc corporaliter accedere minime potuerunt. Orientales etiam principes diem quendam, videlicet nativitatem beate virginis, [Sept. 8.] Werceburch statuerunt, quasi de imperio ordinaturi; quo et alios principes venire hortati sunt, et nobis de die et loco mandaverunt. Consuete igitur benivolentie vestre et in omnibus probate iterum devotissime supplicamus, ut sicut nobis et vobis noveritis expedire, generaliter omnibus principibus, et specialiter ubi necesse vobis visum fuerit et utile, per bonos ac fideles nuntios vestros scribere dignemini adicientes preces, consilium et mandatum, bonam vestram voluntatem omnibus declarantes. Perutile autem nobis foret, si hec usque ad diem prenominatam efficere possetis. Archiepiscopos autem Maguntinum et Coloniensem ad nos quantocius redire faciatis; civitatibus etiam Italie et Tuscie de nobis

scribentes, laudantes eas, que hactenus in nostra et vestra devotione permanserunt, et eas, que hactenus nesciebant nos, ad nostrum favorem exhortantes. Rogamus item, ut si de ecclesia Bremensi et eius electis vobis sive per regem Datie sive per quemcunque mentio facta fuerit aut petitio, eius negotii executionem usque ad adventum nuntiorum 5 nostrorum, quos vobis super eo idoneos quantotius mittemus, differatis; scientes pro certo, quia secunda electio, sicut et prior, et contra Deum et contra ius et rationem facta est, et neutrius promotio vel vobis vel nobis noscitur expedire. Super omnia autem nos et causam nostram immo vestram vestro subicimus consilio et voluntati, certissimi, ut quod paterne erga nos cepistis, in quo bene hactenus perseverastis, ad 10 laudem et gloriam Dei et ecclesie Romane et utilitatem obtime perficere debeatis.

---

# 28. 29. LEGATIO ITALICA.

(1209. Ian.)

## 28. *ENCYCLICA REGIA AD ITALOS.* *Ian. 13.*

*Dedit Böhmer in Actis imperii selectis p. 207 nr. 232 e transsumto a. 1209. Apr. 2* 15 *facto, quod in tabulario civitatis Papiae asservatur. — Böhmer, Reg. imp. V, 259.* *(P. deest.)*

Otto Dei gracia Romanorum rex et semper augustus dilectis fidelibus suis archiepiscopis, episcopis, marchionibus, comitibus, nobilibus, capitaneis, potestatibus, consulibus, civitatibus et earum communi omnibusque imperii fidelibus per Italiam constitutis 20 gratiam suam et bonam voluntatem.

Equitatis regie semitam diligenter investigare et subiectorum commodis providere sollicitudinis nostre congruum exigit propositum, dumque varietate negotiorum, quibus nos frequenter preocupari necesse est, exequi non valemus, vicem nostram discretis et idoneis viris delegare omnimoda ratione instauramur. Quocirca universitati vestre 25 duximus intimandum, quod nos de prudencia karissimi principis nostri Wolfgeri patriarche Aquilegensis plurimum presumentes, et quod imperio semper fidelissimus extiterit et nobis quoque perpetuo devotissimus esse debeat non inmerito perpendentes, ipsum pro communi omnium vestrorum tranquillitate et pace ad partes Italie destinavimus et tam in Lonbardia quam per universam Tusciam necnon in ducatu Spoleti et marchia 30 Anconitana et Romaniola[a] legationis nostre officio perfrui plenissimam sibi donavimus facultatem; volentes quoque, ut ipse absque alicuius impedimenti molestia de hiis omnibus se intromittat, que ad imperialem spectare dinoscuntur iurisdictionem, et in ipsis commodum nostrum ordinet et disponat. Mandamus igitur vobis monentes et regia auctoritate firmiter precipientes, quatenus memorato principi nostro patriarche Aquile- 35 gensi per omnia intendatis et debiti honoris reverentia eum prevenientes, super universis negotiis vestris que cum imperio tractanda habetis, tamquam si nos presentes essemus, ad ipsum habeatis respectum, certissime scituri, quod ipse in cunctis agendis nostris pro arbitrio suo et ad honorem imperii plenissimam habeat facultatem. Et quicquit ex parte nostra fecerit vel cuiquam promiserit, nos ratum tenebimus et apud 40 eminenciam nostram perenni gaudebit firmitate. Ad cuius rei certam evidenciam presentem paginam conscribi et aurea bulla nostra iussimus insigniri.

Datum aput Augustam, Idibus Ianuarii, indictione XII.

**28.** a) Romaniole *c.*

## 29. *EPISTOLA AD MEDIOLANENSES. (Ian.)*

*Proponimus ex* 1) *codice capituli S. Ambrosii Mediolanensis, Decretum Gratiani saec. XII. ex. continente, ubi penultimae paginae a manu saec. XIII. in. inscripta legitur epistola a Bethmanno b. m. descripta, cui succedunt in codice haec:* Hee littere fuerunt late anno dominice incarnationis MCCVIIII, mense Martii, primo anno regni iamdicti domni Ottonis et aureo eius sigillo sigillate; 2) *codice bibliothecae Ambrosianae B 19 inf. saec. XIV—XV, qui Statuta civitatis Mediolanensis continet, fol. 49', contulit vir cl. Simonsfeld*[1]; 3) *apographo tabularii Cremonensis olim sign. F. 34, cuius varias lectiones a Cereda suppeditatas enotavit Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 929;* 4) *editione Corii in libro 'L' historia di Milano' (Vinegia 1554) fol. 77', quam repetivit Böhmer l. c. 208 nr. 233. Viliores codicis 2 et editionis 4 lectiones non adnotavimus. Epistolam cum encyclica datam fuisse Augustae mense Ianuario anni 1209 auctor est Guilini 'Memorie storiche di Milano' VII, 226, qui fortasse autographon adhuc inspexerat*[2]. — *Böhmer, Reg. imp. V, 260.*

*(P. deest.)*

Otto Dei gratia Romanorum rex semper augustus dilectis fidelibus suis, potestati sive consulibus totique communi Mediolanensi gratiam suam et bonam voluntatem.

Si a memoria nostra aliquo modo permitteremus elabi[a], quantam fidem quantamque dilectionem sub multa devotione nobis hactenus exhibuisfis[b], honori nostre regie maiestatis multum videremur derogare. Sic[c] enim[d] alii, qui minus fideles et devoti[e] fuerunt, ad obsequia[f] nostra[d] tardiores efficerentur, et nos meritis vestris condigne non responderemus. Set hec a nobis absint! Tanta est enim fidei nostre[g] integritas et omnium factorum nostrorum summa[h] constantia, quod nos illorum obsequiorum, que a fidelibus nostris exhibentur, immemores nunquam erimus, nisi prius meritis ipsorum[i] condigne respondeamus. Unde nos in armario pectoris nostri reposuimus et firmiter recondidimus multa et preclara obsequia, que vos a diebus nostre electionis fidelissime et devotissime nobis exhibuistis. Recognoscimus enim, quod in nullis[k] tribulationibus nostris, que sicut Deo placuit nos quandoque tetigerunt, ab illa fide, quam erga nos a principio concepistis, et[l] ab illa devotione, quam semper nobis exhibuistis, nullo ingenio, nullo casu interveniente ab[m] obsequiis nostris avelli voluistis[n] et non[d] potuistis. Pro quo quamdiu vixerimus universitatem vestram universosque[o] vos ac singulos diligimus[p] et semper intendimus honorare, omniaque iura vestra et omnes consuetudines vestras et omnem libertatem vestram vobis non solum non[q] imminuemus, immo inviolabiliter vobis conservabimus intacta et inlesa, et super omnes civitates tocius imperii in honore et in rebus vos semper volumus exaltare et inter precipuos familiares et devotos nostros vos computabimus[r]. Et quandocunque vel nuntii universitatis vestre vel quilibet ex vobis ad presentiam nostram venerit, etiam[s] benigne eos accipiemus[t] et honorabimus. Oblivisci etiam non possumus, quod vos iam paccato imperio, quod diu turbatum fuerat, tam discretos et[u] tam honestos nuntios[v] cum muneribus vestris ad nos destinastis, quos nos sicut decuit et sub illa gratia et dilectione,

**29.** a) dilabi 4. b) actenus exibuistis 1. c) Si 3. d) *deest* 4. e) nobis *add.* 2. f) obsequium 4. g) nostri 4; vestre 2. h) firma 2. i) illorum 3. k) multis 3; mille 4. l) et — exhibuistis *des.* 4. m) *deest* 3. n) noluistis 2. o) universos quoque 2. 3. p) diligemus 4. q) *deest* 1. r) reputabimus 3. s) *deest* 2. 3. t) recipiemus 2. 3. u) *deest* 3. v) vestros *add.* 2.

1) *In margine manu coaeva leguntur:* et dicitur ibi (in quadam scilicet chronica) quod originale huius privillegii cum bulla aurea est in sacrastia Sancti Eustorgii sive fratrum Predicatorum Mediolani, licet hodie non reperiatur ibi. 2) *'La lettera fu scritta in Augusta nel mese di Gennaio dell' anno 1209'* (*in adnotatione:* Ann. MCCIX. Ind. XII).

qua vos semper fovimus et semper amplectemur[w], recepimus. Munera quoque vestra tanto nobis fuerunt gratiora, quanto magis scimus illa ex affectu pure devotionis fuisse transmissa. Significamus ad hec vobis, quod nos[x] dilectissimo principi nostro Wolfgero[y] patriarche Aquileiensi legationem tocius Italie commisimus, volentes, ut ipse vice et 5 loco nostro per totam Italiam offitio fungatur nostri et imperii legati, et quicquid ipse ibi de honore nostro et imperii tractaverit, nos per omnia ratum sumus habituri. Mandamus igitur et rogamus, ut vos ipsum patriarcham tanquam legatum nostrum[z] honorifice suscipiatis et eum tanquam legatum nostrum et imperii honoretis, consilium[a] sibi dantes et auxilium, ut ipse in legatione nostra sic procedat, sicut honori nostro et 10 imperii videatur expedire. Et quicquid honoris sibi exhibueritis, nobis totum factum reputabimus[b].

---

# 30. SENTENTIAE DE MINISTERIALIBUS, DE TELONEIS, DE BANNITIONE.

1209. Ian. 13.

15 *Ex autographo praefecturae Oenopontanae dedit Hermannus Pabst b. m. Legitur etiam in codice Wangiano saec. XIII. in. (ed. Fontes rer. Austriacarum II, 5, 176), ubi nomen unum intrusum esse certe miraris. — Böhmer, Reg. imp. V, 254. (P. 215.)*

‖ Otto ‖ quartus Dei gratia Romanorum rex semper augustus. Ea que facta sunt coram nobis in iudicio in presentia multorum principum, que ad utilitatem com- 20 munem presentium et futurorum spectare videntur, puplico scripto et autentico sunt committenda, ne et a memoria hominum elabantur et in consimilibus casibus facilius homines possint expediri. Constitutus igitur in presentia nostra in sollempni curia apud Augustam in multorum hominum et aliorum principum presentia dilectus fidelis noster Fridericus Tridentinus episcopus quesivit in sententia, si ministerialis alicuius 25 ecclesie duceret in uxorem aliquam mulierem liberam, si pueri inde suscepti vel esse debeant liberi vel esse debeant iuxta condicionem patris ecclesie ministeriales. Et dictatum est in sententia: quod pueri ex huiusmodi matrimonio nati esse debeant ipsius ecclesie ministeriales, cuius et pater est ministerialis; aliâs enim omnes ministeriales omnium ecclesiarum imperii deperirent. Item quesivit in sententia[a], si ali- 30 quis ministerialis alicuius ecclesie de bonis suis, sive patrimonialibus sive feudalibus, aliquid possit alienare vel in aliquam aliam personam transferre sine manu et domini sui[b] licentia et voluntate. Et dictatum est in sententia: quod hoc fieri non possit, quia sic ecclesie ad nimiam paupertatem redigerentur. Item quesivit in sententia, si aliquis sine regia licentia et auctoritate novum possit instituere thelloneum. Et 35 data est super hoc sententia: quod nullo modo hoc fieri possit vel debeat; et si factum fuerit, irritum sit et inane. Item quesivit in sententia, si episcopus Tridentinus aliquos pro suis facinoribus et excessibus banniret, si nos illud bannum confirmare deberemus. Et datum est in sententia: quod si ipse Tridentinus episcopus VII idoneis testibus probare posset, aliquos homines pro excessibus et facinoribus suis bannisse,

40 **29.** w) complectimur 3. x) *deest* 1. 4. y) W. 1; Wolfrago 2; Wolphgero 4. z) et imperii *add.* 3. a) conscilium 1. b) reputamus 2. 3.

**30.** a) sentententia *or.* b) *eadem manu corr. ex* sua *or.*

quod nos hoc bannum deberemus confirmare. Cum igitur ipse Tridentinus episcopus hoc statim VII idoneis testibus probasset, nos bannum suum regia auctoritate confirmamus. Proscribimus igitur et bannimus Adelbrectum et quosdam fratres suos, Arnoldum de Mez et filium suum, Růdegerum de Iuvo[c], Heinricum Crassi, Heinricum de Porta, Andream et Berhtoldum de Burgo novo, Heinricum de Pozano, Witoldum et Bonaventuram et filios Muscardi et omnes eorum complices. Mandamus igitur et precipimus sub districtu gratie nostre, ut nemo istos bannitos et proscriptos aliquo modo recipere audeat vel aliquod consilium vel auxilium eis impertiri. Quod qui facere presumpserit, in eadem se sciat esse pena et dampnitione[d].

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCVIII[d], regnante domino Ottone quarto glorioso Romanorum rege augusto.

Datum apud Augustam, Idus Ianuarii, indictione XII.

---

# 31. PROMISSIO ROMANAE ECCLESIAE FACTA.

## 1209. Mart. 22.

*Autographon, quod in tabulario Vaticano Arm. I caps. III nr. 4 asservatur, bulla aurea filis sericis rubris appendente insignitum, contulit a. 1886 vir cl. Sickel; imaginem eius photographicam nuper in lucem misit Schum 'Kaiserurkunden in Abbildungen' X, tab. 22. Autographo etiam nititur editio Theineri in Codice diplomatico dominii temporalis s. sedis I, 42 nr. 54. Privilegium a. 1245 Lugduni bis transscriptum est: transsumtum eius ut dicunt Lugdunense adhuc exstat in tabularii Vaticani Arm. I caps. X nr. 5, apographon eius ab Iohanne de Amelio confectum ibidem Arm. I caps. X nr. 12; transsumti autem Cluniacensis apographon a. 1413 ibidem Instr. misc. C. Fasc. 37 nr. 5 D. I reperitur, apographon vero Bariveanum in codice Parisino 8990 Rotul. VIII*[1]. *Apographon, quod exstat in Registri Innocentii III. tom. VI, fol. 43 nr. 190 (nr. 189 in editis), ab ipso autographo factum esse, vir cl. Sickel animadvertit. Quae in textu litteris minoribus insignita sunt, ex iuramento Ottonis posteriore (supra nr. 23) transscripta sunt. Notandum, partem non minimam privilegii allegari ab ipso Innocentio III. in epistola ad episcopum Ratisbonensem a. 1210. Ian. 18 data, quam edidit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 676 nr. 1009. — Böhmer, Reg. imp. V, 274. (P. 216.)*

(C.) ‖ In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. ‖ (1) Recognoscentes ab eo nostrę promotionis donum misericorditer processisse, á quo est omne datum optimum et omne donum perfectum, ipsum eiusque vicarium et sponsam eius, sanctam ęcclesiam, disposuimus et decrevimus magnifice honorare, ut qui nobis in presenti temporale contulit regnum, in futuro quoque tribuat sempiternum. Proinde vobis, reverentissime pater et domine summe pontifex Innocenti, quos pro multis beneficiis nobis impensis sincerissimo veneramur affectu, vestrisque catholicis successoribus et ęcclesię Romane

**30.** c) Vlricum de Pixeno *add. cod. Wangianus.* d) *sic or.*

1) *Cf. Notices et extraits XXI, 2, 286 nr. 19.*

omnem obedientiam, honorificentiam et reverentiam semper humili corde ac devoto spiritu impendemus, quam predecessores nostri reges et imperatores catholici vestris antecessoribus impendisse noscuntur, nichil ex hiis volentes diminui, sed magis augeri, ut nostra devotio clarius enitescat. (2) Illum igitur abolere volentes abusum, quem 5 interdum quidam predecessorum nostrorum exercuisse dicuntur in electionibus prelatorum, concedimus et sanctimus, ut electiones prelatorum libere ac canonice fiant, quatinus ille prefitiatur ęcclesię viduatę quem totum capitulum vel maior et sanior pars ipsius duxerit eligendum, dum modo nichil ei obstet de canonicis institutis. (3) Appellationes autem in negociis et causis ęcclesiasticis ad apostolicam sedem libere 10 fiant eorumque prosecutionem sive processum nullus impedire presumat. (4) Illum quoque dimittimus et refutamus abusum, quem in occupandis bonis decedentium prelatorum aut etiam ęcclesiarum vacantium nostri consueverunt antecessores committere pro motu proprię voluntatis. Omnia vero spiritualia vobis et aliis ęcclesiarum prelatis relinquimus libere disponenda, ut quę sunt cesaris cesari et quę sunt Dei Deo recta 15 distributione reddantur. (5) Super eradicando autem hereticę pravitatis errore auxilium dabimus et operam efficacem. (6) Possessiones etiam, quas ęcclesia Romana recuperavit, ab antecessoribus nostris seu quibuslibet aliis ante detentas, liberas et quietas sibi dimittimus et ipsam ad eas rettinendas bona fide promittimus adiuvare. Quas vero nondum recuperavit, ad recuperandum pro viribus erimus adiutores; et quecumque ad manus 20 nostras devenient, sine difficultate ei restituere satagemus. Ad has pertinet tota terra quę est á Radicofano usque ad Ceperanum, marchia Anconitana, ducatus Spoletanus, terra comitissę Mahtildis, comitatus Brittenorii, exarchatus Ravennę, Pentapolis cum aliis adiacentibus terris expressis in multis privilegiis imperatorum et regum á tempore Lodvvici, ut eas habeat Romana ęcclesia in perpetuum, cum omni iurisditione, districtu et honore suo. Veruntamen 25 cum ad recipiendum coronam imperii vel pro necessitatibus ęcclesię ab apostolica[a] sede vocati venerimus, de mandato summi pontificis recipiemus procurationes sive fodrum ab illis. (7) Adiutores etiam erimus ad rettinendum et defendendum ęcclesię Romanę regnum Sicilię ac cetera iura quę ad eam pertinere noscuntur, tamquam devotus filius et catholicus princeps. (8) Ut autem hec omnia memorato sanctissimo patri nostro domino Innocentio sacro- 30 sanctę Romane ęcclesię summo pontifici eiusque successoribus per nos et nostros successores Romanorum imperatores et reges observentur firmaque et inconvulsa semper permaneant, presens exinde privilegium conscriptum maiestatis nostrę aurea bulla iussimus communiri.

⁞ Sicnum[b] domini Ottonis quarti Romanorum recis[b] invictissimi. ⁞ (M.)

35 Ego ⁞ Conradus ⁞ Spirensis episcopus vice domini Sifridi Maguntini archiepiscopi et tocius Germanię archicancellarii, regalis aulę cancellarius, recognovi.

Acta sunt hec anno dominicę incarnationis millesimo CCVIIII, indiction. XII, regnante domino Ottone quarto Romanorum rege glorioso, anno regni eius undecimo.

Datum apud Spiram XI. Kalendas Aprilis.

40 **31.** a) *corr. ex* epostolica *or.* b) *sic or.*

# 32. PACTUM CUM VENETIS.

## 1209. Aug. 18.

*Proferimus hoc pactum ex* 1) *Libris pactorum lib. I, fol. 15'*; 2) *Libris pactorum lib. II, fol. 86, e quibus transscriptum est in cod. Trivisanum fol. 294*; 3) *Liber blancus fol. 49' ex librarii errore (cfr. supra tom. I, p. 526) solummodo capita 18 et sequentia usque ad finem servabat. Derivatum est e Pacto Heinrici VI. (supra tom. I, nr. 378). — Böhmer, Reg. imp. V, 295.* *(P. deest.)*

(C.) ‖ In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto quartus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. ‖ Quoniam stabilem christianorum principum karitatem operari plurima bona ad multorum utilitatem[a] evidenter novimus et viros sapientes et discretos[b] rectores regnorum suorum notos habere et amicos semper curavimus, Petrum Ziani virum egregium et clarissimum Veneticorum ducem, quem luce sapientie et totius honestatis ubertate predicabiliter pollere manifestum est, habere notum et amicissimum ad decus imperii nostri stabilitate perpetua decrevimus. Ad cuius rei evidentiam dilectionem ipsius toto cordis affectu amplectentes, in confirmandis illis, que ab antecessoribus nostris suis antecessoribus collata sunt et confirmata, libenti animo voluntati et peticioni ipsius, sicut karissimi amici nostri, per omnia satisfacere studuimus. Hac igitur ratione omnino uniti nostram utriusque dilectionem rationabiliter observavimus et in multis magnisque negociis publicis ac privatis eius sinceram dilectionem ac preclaram sapientiam imperio nostro et nobis nostrisque fidelibus utilem existere probavimus. Et quia ipsius rei efficatia[c] et sapientum[d] iudicio sapiens atque discretus Venetici regni rector extitit, et egregia fides et pure dilectionis exibitio[e], quam semper erga nos habuit et nostrum imperium, eum[f] in omnibus nobis commendabilem exibuit, dignus eius et honestus interventus apud nostram regalem maiestatem locum utpote amici karissimi et viri sapientissimi venerabiliter optinuit. Igitur nuntios ipsius Rugerium Permarinum et Marinum Dandulum[1], quos ad nostram destinavit presentiam, eo quo decuit honore suscipientes, ob sinceram et venerabilem eius dilectionem quicquid ipse dux et Venetici ducatus ecclesię et populus[g] ex antiquo per multos annos in[h] imperii nostri potestate secundum quod in preceptis nostrorum antecessorum, imperatorum et regum, continetur et in pacto Ottonis, Heinrici[i] ac[k] Lotharii et Friderici[l*] inclite recordationis imperatorum legitur, iuste et legaliter[m] tenuit et habuit, per hanc nostram regalem paginam renovamus et confirmamus, ita quidem, ut pars parti nichil malignum aut iniustum, sed semper quod rectum est, in omnibus actionibus et rebus facere presumat et si, quod absit, aliqua malitia vel lesio inter partes comissa fuerit[n], per huius federis decreta tergatur ac facta satisfactione a rebelli et transgressore parte ad[o] pactum observandum hec series federis per cuncta inviolabiliter annorum curricula semper maneat, remota contraditione vel impugnatione tam nostra quam omnium successorum nostrorum.

Quia iniustum videtur, ut aliquis vel suis vel equis sanctionibus oppugnare nitatur, et ut maxime notentur specialiter vicini populi tam ex nostro regno quam ex predicto ducatu Venetie, a quibus omnimodo[p] hanc pactionis institutionem observandam esse decernimus[q], hii sunt ex nostro scilicet iure: Papienses, Mediolanenses, Cremonenses, Lucenses, Pisani, Ianuenses, Placentini, Floren-

**32.** a) utilitate 1. b) *om.* 1. 2, *suppl. e Pacto Heinrici VI. et Pacto Friderici II.* c) efficantia 1. d) sapienter 1. 2. e) exibito 1. f) eius 1. g) Venec̄. *add.* 2. h) et 1; ex 2. i) Octonis, Henrici 1. k) et 2. l) ac Frederici 2. m) legalitate 1. n) et *add.* 1. o) partem *add.* 2. p) omimodo 1. q) dec. esse observ. 2.

1) *Cfr. Andreae Danduli Chronicon apud Muratorium 'Scriptores' XII, p. 336, ubi Rogerius Premarinus appellatur.*

tini, Ferrarienses[r], Ravennenses, Clomaclenses, Ariminenses, Pisaurienses, Cesenenses, Fanenses[s], Senogallienses, Anconenses, Humanenses, Firmenses, Epinenses[t], Veronenses, Montesilienses, Gavellenses[u], Vincentenses, Paduanenses, Tervisani, Cenotenses, Foroiulienses[v], Histrienses[w, 1], et cuncti de nostro Ytalico regno, sive qui modo sunt vel qui in posterum futuri sunt; ex predicto vero ducatu[x] Venetie sunt: Rivoaltenses, Metamaucenses[y], Torcellenses, Clugienses, Palestrinenses, Caputargelenses[z], Brundulienses, Lauretanenses, Murianenses[a], Amianenses[b], Burianenses, Equilenses, Caprulenses, Civitatinenses, Finenses, Gradenses et cuncta generalitas populi Venetici, sive qui modo sunt vel qui[c] futuri sunt.

(1) Confirmamus itaque Veneticorum fines[d] a nemine nostrorum inquietari, invadi vel minorari debere, sed libere et absque ullo impulsu que retro ab annis possederunt multis, deinceps possideant. Proprietates vero et predia, que habere videntur tam ipse dux quam suus patriarcha nec non episcopi, abbates et ęcclesię sancte Dei et reliquus populus Venetus sibi subiectus infra potestatem imperii nostri, sive[e] in campis sive[e] in domibus, pratis, silvis, vineis, paludibus, salictis[f], sacionibus, piscationibus et ceteris possessionibus, quiete possideant et absque cuiusquam insultantis machinatione aut lesione sive[e] sinistra quapiam[g] tergiversatione, ita ut nemo contrarietatem eis inde facere presumat. Nec etiam venationes aut pabulatus[h] sine eorum licentia exerceat neque molestiam ibi residentibus inferat neque aliquam[i] navem ipsorum Veneticorum in aliqua nostri imperii parte periclitantem[k] predari seu hominibus naufragium patientibus aliquam controversiam inferre presumat; quod qui fecerit, componat centum libras auri purissimi illis, quibus iniuriam intulerit, et res dominio possidentium mancipentur et quiete liceat possessoribus illas tenere ac frui.

(2) Quodsi excursus inter partes factus fuerit, ipsa persona, que in capite fuerit ad eandem maliciam faciendam, infra LX[l] dies tradatur, et omnia, que fuerint[m] ablata, in duplum restituantur; quodsi ipsum duplum compositum non fuerit vel persona ipsa tradita non fuerit infra LX[ta n] dies, ut dictum est, tunc per unamquamque personam, que ipsam malitiam perpetraverit, conponantur aurei quingenti[o].

(3) Si furtum inter partes fuerit factum, in quadruplum restituatur.

(4) Si[p] servi aut ancille inter partes confugerint, cum omnibus rebus, quas secum detulerint, reddantur; et iudex, qui ipsos fugitivos reddiderit, accipiat pro unoquoque singulos solidos auri, sic tamen ut, si amplius requiritur, per sacramentum dominis illorum idonea satisfatio fiat. Si vero iudex aut aliquis[q] ipsos fugitivos susceperit[r] et eos reddere cura negaverit et exinde fugerint, tunc pro unoquoque fugitivo conponat auri solidos LXXII. Quodsi dubium[s] fuerit et[t] denegaverit iudex vel auctor loci illius, in quo fugitivi requiruntur, tunc prebeant sacramentum duodecim electi, quod[u] ibi suscepti non fuerint nec illos habeant nec in[t] conscientia illorum sint[v] nec aliquas[w] res illorum[v] secum habuerint. Si autem hoc[x] distulerit facere, post primam et secundam contestationem presentia testium[y] peractam[z] per iussionem iudicis sui liceat[a] pignorare hominem de ipso loco, ubi causa requiritur, ita tamen, ut ipsum pignus post peractam[b] iusticiam per integrum reddatur.

(5) Et nullatenus liceat alicui[c] pignus accipere per alia loca, nisi ubi fugitivi aut cause requiruntur; et si pignoratio[d] pervenerit, non presumat aliqua pars pro pignore aliam pignorare,

**32.** r) Ferarienses 1. s) Fauenses 1. 2. t) Eriminus 1; Erimiñ. 2. u) Gauallenses 2. v) Forolinenses 1. w) Ystrienses 2. x) *om.* 1. y) Metamucenses 1. z) Cāparoglñ. 1; Camparoglm̄. 2. a) Maurianenses 2. b) Ametān. 1. 2. c) *om.* 2. d) *om.* 1; districtum 2. e) suis 1. f) salicis 1. g) quāpiam 1. h) priabulatus 1. i) aliqua 1. k) periclitantes 1. l) XL 1. 2. m) fuerunt 1. 2. n) XL[ta] 1. 2. o) quingentis 1. p) sed 1. q) alius *add.* 2. r) suscepit 1. s) dubius 1. t) *om.* 1. u) si *add.* 2. v) sint nec — res illorum *propter homoioteleuton* illorum *repetita in* 1. w) aliquis 1. x) hoc autem 1. y) testius 1. z) paratam 1; perata 2. a) licet 1. b) paratam 1; peratam 2. c) alacri 1. d) pigneratore 1.

1) *Nominum ordinem in codice Trivisano per columnas dispositum Böhmer in editione sua 'Acta imp. selecta' p. 210 nr. 235 hunc codicem secutus turbavit. Unde concidunt ea quae Winkelmann 'Kaiser Friedrich II'. I, p. 99 not. 3 disputavit.*

set expectet usque ad audiendam causam, ita sane ut cause in sex mensium spacio fiant et sint cause finite, reddens prius, quia ex iudicio condempnatus fuit, et prius[e] suum recipiat. Nam si quis de alio loco pignus tollere presumpserit aut sine causa tulerit aut aliquem pro pignore pignoraverit, in duplum, qui tulerit[f], restituat.

(6) Si vero equi aut eque seu armenta aut[g] aliqua quadrupedia furtim fuerint sublata, in duplum restituantur[h]; si ipsa aberraverint, omnino reddantur[i]. Quodsi post primam et secundam contestationem minime reddita fuerint, tunc pignoratio fiat de loco, ubi hec requiruntur, usque dum pars parti satisfatiat; et post satisfationem reddantur ipsa pignora.

(7) Et hoc statutum est, ut, si fugitivus seu res reddita fuerit vel si per sacramenta[k] satisfatio adimpleta fuerit[l], modis omnibus pars parti securitatem fatiat.

(8) Si quis vero extra memorata capitula pignorare presumpserit, causam perdat, et quod tulit, restituat.

(9) Negocia autem inter partes fiant[m], et liceat dare et accipere quicquid inter eos convenerit sine aliqua violentia vel contrarietate, ita ut equa conditio utrarumque partium negociatoribus conservetur.

(10) Ripaticum autem et quadragesimum Venetis detur secundum antiquam consuetudinem. Ipsi vero Veneti per totum imperium et per totam terram, quam vel nunc habemus vel in posterum Deo auctore habituri sumus, liberi sint ab omni exactione et datione; et[n] licentiam habeant homines ipsius ducis ambulandi per terram seu per flumina totius imperii nostri; similiter et nostri per mare[o] usque ad eos et non amplius.

(11) De hoc convenit, quod, si qua lesio evenerit inter partes, legatarii non detineantur; si vero detenti fuerint[p], relaxentur et componantur eis solidi CCCti; et si, quod absit, occisi fuerint, conponantur parentibus eorum mille solidi pro ipsis, et ipsa persona tradatur in manus eorum.

(12) Si quis inter partes causam habuerit, vadat semel aut bis[q] cum epistola iudicis sui; si ei iusticia facta non fuerit infra dies XIIIIcim[r], si ipse homo, unde iusticia requiritur, infra ipsum locum fuerit, infra dies septem licentiam habeat pignorare iudex, qui ipso tempore ordinatus fuerit, infra causam[s] suam, quantum ipsum debitum erit; et ipsum pignus usque ad determinationem cause teneatur. Quodsi antesteterit pignus, conponantur solidi XIIcim[t], causa manente, ut pro eo iterum pignoratio[u] fiat, ubi potuerit[v] in finibus, ubi causa requiritur. Si tamen, ubi[w] iuditium ambabus partibus annunciatum fuerit, residentibus duobus de utraque parte, ubi causa requiritur, quod ipsi per evangelium terminaverint, pars parti satisfatiat.

(13) Addimus autem, quod, si quis homicidium perpetraverit, modis omnibus ipse et quanti mixti fuerint in ipso homicidio, ligati tradantur; quodsi factum non fuerit, pro unaquaque persona conponantur auri solidi CCCti.

(14) Simili[x] pena decernimus dampnandum[y] eum[z], qui in[z] communibus mercatis tumultum populi excitans[a] homicidium perpetraverit. Quodsi tumultus sine homicidio aut plaga sedatus fuerit, conponat pro excitatione[b] soldos[c] auri CCCtos.

(15) Si aliqua pignoratio[d] in silva fieri debuerit, sine homicidio fiat; et si, quod absit, homicidium factum fuerit, pro libero homine conponantur soldi auri CCCti et pro servo L; si plaga facta fuerit, ut non[e] moriatur, pro libero homine soldi L, pro servo XXXta.

(16) Statutum est, ut de rebus sanctarum ecclesiarum Dei nullus pignorationem faciat, excepto si cum sacerdotibus causam habeat; et ante conpellatio[f] fiat semel vel bis[g]; nam qui

**32.** e) postea 1; postea prius 2; prius *pro* pignus; *cfr. Pactum Friderici I. tom. I, p. 211 n.* q. f) tulitur 1; tulit 2. g) ut 1. h) restituatur 1. i) *ita corr. secundum PH. VI et PFr. II*; restituantur 1. 2. k) sacramentum 2. l) fuerint 1. m) autem interficiant 1. n) *om.* 1. o) per mare *om.* 2. p) detineantur 1. q) his 1. r) XIIIIor 1. 2. s) *ita* 1. 2 *pro* casam; *cfr. Pactum Lotharii III. tom. I, p. 173 n.* u. t) XVcim 1. 2. u) pignoratore 1. v) potuit 1. w) *om.* 2. x) scili 1. y) dampnandus 1. 2. z) *om.* 1. 2. a) exercitans 1. 2. b) exercitatatione 1; exercitatione 2. c) soldi 1. d) pignoratore 1. e) fuerit unde 1. 2. f) conpellatione 1. g) his 1.

aliter[h] presumpserit, duplum conponat, et si nesciens pignoraverit, prebeat sacramentum, et sit solutus pignusque[i] salvum restituat.

(17) Et hoc stetit de capulo, quod Rivoaltenses, Metamaucenses, Albionenses, Torcellenses, Amianenses fecerunt retro ab annis multis: habeant licentiam faciendi secundum antiquam consuetudinem, sive per flumina sive per mare[k].

(18) Equilenses vero capulari debent in ripa sancti Zenonis usque in fossam Metamauri[l] et Gentionis secundum consuetudinem[m] omnem arborem et vegere[n] in carro aut[o] ad collum, quantum sibi placuerit; et habeant[p] licentiam pecudes in ipsis finibus pascere vel pabulari.

(19) De finibus Civitatis nove statuimus, ut terminatio, que a tempore Liutbrandi[q] regis facta est inter Paulutionem[r] ducem et Marcellum magistrum militum, deinceps manere debeat, id est de[s] Plaue maiore usque in Plauem siccam; pecudes quoque et greges cum securitate pascere debent.

(20) Caprulani vero in silva Foroiuliana[t], ubi semper capulaverunt, capulare debent.

(21) Similiter Gradenses secundum antiquam consuetudinem in silvis Foroiulii[u] capulum faciant.

(22) Confirmamus etiam Lauretum, ut[v], quantum aqua salsa continet, eorum subiaceat potestati.

(23) Et nullus princeps vel pauper aliquem Veneticum distringere aut legem[w] facere de aliqua habita substantia aut ad placitum ducere, nisi in presentia illorum ducis, aut fodrum tollere de illorum terris, que in nostro sunt imperio, aut bannum mittere tam dominis habitantibus in Venetia[x] quam de illorum hominibus ubicumque habitantibus iusticiam aliquam accipere presumat, nisi in presentia dominorum suorum.

(24) Confirmamus, ut pars parti de causis ecclesiarum, monasteriorum omnimodo[y] iusticiam fatiat[z].

(25) Volumus, ut pro una libra denariorum vel uno homine sacramentum[a], et si usque ad XII$^{cim}$[b] libras denariorum Veneticorum XII$^{cim}$ electi iuratores addantur; nam si[c] ultra XII$^{cim}$[b] libras questio facta fuerit, iuratores ultra XII$^{cim}$[b] non accedant[d].

(26) Statuimus etiam de pignoribus, que inter partes facta fuerint, ut, si qua de eis contentio orta fuerit, illi tribuatur arbitrium iurandi, qui pignus habuerit, soli[e] sine electis.

(27) De cautionibus[f] vero simili[g] modo agatur.

(28) Promisit[h] cunctus ducatus Veneticorum[i] nobis et successoribus nostris pro[k] huius pactionis federe annualiter omni mense Martio persolvere[l] libras denariorum suorum L et totidem libras piperis et unum pallium.

Si quis igitur dux vel marchio, comes, vicecomes aut aliqua magna vel parva persona huius nostre regalis pagine violator extiterit[m], quod minime credimus futurum, sciat se conpositurum[n] pro pena auri optimi libras mille, medietatem fischo imperiali et medietatem duci Veneticorum[o]. Quod ut verius credatur et ab omnibus diligentius observetur, hanc paginam corroborantes sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Huius rei testes sunt[p]: Albertus[q] Magdeburgensis archiepiscopus, Otto Vuircebergensis[r] episcopus, Sifridus Augustensis[s] episcopus, Ludeuuicus[t] dux Bauuarie, Bernardus dux Karinthie, Otto dux Meranie[u], Azo[v] marchio Estensis, comes Artmannus

**32.** h) *supplendum est* facere; *cf. Pactum Ottonis II, tom. I, p. 42 n.* i. i) pignus quod 1. k) *sequentia etiam leguntur in Libro blanco fol. 49'.* l) Metarnauci 1. m) et *add.* 3. n) arb. evegere 1. 2; arb. vehere 3. o) sive 2. 3. p) habeat 1. q) Lioitbrandi 1; Lottobrandi 2. 3. r) Paulitionem 2. 3. s) idem in 1; idest in 2. 3. t) Foraiuliana 1. 3. u) Fouuli 1. v) et 3. w) legere 1. x) Venet. 1; Venetiis 2. 3. y) omnimoda 1. z) fatiant 3. a) *supplendum est* fiat; *cf. Pactum Heinrici V, tom. I, p. 155 n.* o. b) XV$^{cim}$ 1. 2. 3. c) *om.* 3. d) accedat 1. e) *om.* 2. 3; *in cod.* 1. *positum est post* iurandi. f) captionibus 1. 2. 3. g) scili 1. h) etiam *add.* 2. 3. i) Venet. 1; Venetie 2. 3. k) per 3. l) *om.* 1. 2. 3. m) extitit 1. n) canpositurum 1. o) Venet. 1; Venetie 2. 3. p) sumus 1. q) Albeltus 2. 3. r) Uuircebergensis 3. s) Augustin̄. 2; Augustiniensis 3. t) Luduuicus 3. u) Mañn. 2. 3. v) Azzo 3.

de Vuirtinberc[w], Albertus de Entse, Heinricus[x] marscalcus de Kallindin, Vualtherus pincerna de Schipfen, Heinricus camerarius de Rauinsperc et alii quam plures.

Signum domini Ottonis[y] quarti Romanorum regis invictisimi. (M.)

Ego Conradus Spirensis[z] episcopus regalis aule cancellarius vice domini Tiderici Coloniensis archiepiscopi totius Ytalie archicancellarii[a] recognovi. 5

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo CCVIIII, indictione XII, regnante domino Ottone[b] quarto Romanorum rege glorioso, anno regni eius duodecimo. Data in castris apud curtem Ualeam [1] per manum Vualtheri regalis aule prothonotarii, XV.[c] Kalendas Septembris.

---

# 33. LEGATIO ROMANA. 10

(1209. Aug.)

*Dedit vir d. Tangl e Registri Innocentii III. tom. VI, fol. 43' ep. 191 (ep. 190 in editionibus Registri de neg. imp.), ubi inscribitur:* Littere Ottonis illustris Romanorum regis semper augusti ad dominum papam. — *Böhmer, Reg. imp. V, 298.*

*(P. 217.)* 15

Reverendo in Christo domino et patri suo dilectissimo Innocentio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici O(tto) Dei gratia Romanorum rex semper augustus salutem in Domino et totius filialis dilectionis plenitudinem.

Cum nos omnem honorem nostrum, quem obtinendo Romanum imperium, licet cum multo labore et sudore, post Deum vobis adscribimus, non immerito nobis de 20 vobis est presumendum et in sanctitate vestra est confidendum, quod vos de omni prosperitate et salute nostra sub affectu paterne dilectionis nobis congaudere debeatis. Significamus igitur vestre sanctitati, quod nos iuxta honorem nostrum et imperii, feliciter dispositis et ordinatis in Alamannia nostris et imperii negotiis, cum exercitu forti et glorioso montes magnos transivimus et iam ad Padum transmeavimus, processuri 25 ad vos, ut recipiamus a manu vestra benedicta benedictionem et consecrationem diadematis imperialis. Receptis denique nuntiis vestris, quos ad nos transmiseratis, videlicet Andrea subdiacono et clerico vestro et Thurando fratre Hospitalis sancti Iohannis, auditis quoque omnibus hiis que ipsi nobis ex parte vestra prudenter et discrete proposuerunt, et hiis plene intellectis, habito consilio principum et fidelium 30 nostrorum, nuntios nostros, honestos et sollempnes latores presentium, dilectos fideles nostros, videlicet Cunradum Spirensem epispocum et regalis aule nostre cancellarium, Cunradum Brixinensem episcopum, Iohannem Cameracensem episcopum et Heinricum Mantuanum episcopum et magistrum Heinricum scolasticum Sancti Gereonis in Colonia, Gunzilinum senescalcum nostrum, Cunonem camerarium nostrum, H. de Smalnecke[a], 35 viros utique providos et honestos, ad presentiam vestre sanctitatis duximus destinandos, verbum nostrum ad vos deferendum ipsis plenissime committentes. Mandamus igitur vobis et omni precum vos instantia rogamus[b], ut vos hiis omnibus fidem indubitatam adhibeatis, que ipsi ex parte nostra vestre proposuerint paternitati.

**32.** w) Vuntinberc 1. 2. 3. x) Henricus 3. y) Otthonis 2. z) Sprīn. 1. 2. 3. a) archicancancellarii 1. b) Otthone 2. c) *codex quoque Trivisanus, quem sequitur Böhmer in editione sua, non praebet numerum* XIV, *ut illico legitur, sed* XV. 40

**33.** a) Finalnecke *c.* b) *deest c.*

1) *Hodie, ut Ficker l. c. coniecit, Valeggio ad Mincium.*

# 34. PROMISSIO DE SACRAMENTIS OBSERVANDIS.

1209. Oct. 4.

*Dedit vir d. Tangl e Registri Innocentii III. tom. VI, fol. 43' ep. 193 (ep. 192 in editis). — Böhmer, Reg. imp. V, 301.* *(P. 218.)*

Otto Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Notum fieri volumus universis presentem paginam intuentibus, quod nos iuramenta securitatis venerabilibus patribus nostris, Innocentio pape et cardinalibus sancte Romane ecclesie, et rerum ipsorum et totius populi Romani in coronatione nostra, illuc eundo, ibi stando et inde redeundo, que principes, comites, barones, nobiles et alii imperii fideles de mandato nostro et in nostra fecerunt presentia, rata habemus et ea, secundum quod in scripto distinctum et bona fide utrimque est intellectum, nos observaturos promittimus et firmiter et inviolabiliter faciemus observari.

Datum in castris in Monte Malo, IIII. Non. Octob. indictione XIII.

---

# 35. 36. MANDATA CONTRA HAERETICOS.

1210. Mart. 25.

**35.** *MANDATUM CONTRA HAERETICOS FERRARIENSES. Mart. 25.*

*Dedit Holder-Egger ex apographo tabularii regii Mutinensis sign. A 42 saec. XIII. in., quod negligenter et fugitive litteris fere cursivis exaratum est in lora membranacea, quae tria foramina genuina praebet. Eodem certe apographo usus est Muratorius 'Antiquitates Italiae' V, 89. Epistolam encyclicam fuisse et edicto, quod Fridericus I. a. 1184 contra haereticos emisit, nisam esse contenderim. — Böhmer, Reg. imp. V, 362.* *(P. deest.)*

Otto quartus[a] Dei gratia Romanorum inperator et semper augustus[b]. Notum esse volumus universis fidelibus imperii[c] presentibus et futuris, quod nos volentes intendere conservacioni et augmento christiane religionis ad honorem Dei et sancte universalis ecclesie statuimus et perpetuo[d] edicto sancimus, omnes hereticos Ferrarie[e] commorantes, Patarenos sive Caçaros vel quocumque alio nomine censentur, imperiali banno subiacere[f], nisi ad unitatem ecclesie secundum mandatum Ferrariensis[e] episcopi convertantur, et eos, qui iamdictos hereticos in suis domibus receperint vel eos publice[g] vel privatim manutenuerint vel eis conscilium dederint vel iuvamen. Item statuimus et perpetuo sancimus, quod omnia eorum mobilia et immobilia publicentur; et domus[h], que nunc[i] destructe sunt, et eorum domus, in quibus steterint[k] vel inantea recepti fuerint vel se congregaverint, destruantur, et ulterius non liceat alicui eas reedifficare.

**35.** a) inperator *add. sed del. c.* b) ag̅ *c.* c) imperi *c.* d) ppuo *c.* e) frr *c.* f) subiacer& *c.* g) plubice *c.* h) domos *c.* i) n̅c̅ *c.* k) vel se congregaverint de *iam h. l. add. sed del. c.*

Hoc enim specialiter precipimus sub debito fidelitatis et sub obtentu gratie[l] nostre potestati[m] sive consulibus, qui pro tempore fuerint Ferrarie[e], quod omnia supradicta observent et faciant in civitate memorata[n] inviolabiliter observari. Ad cuius rei evidenciam presentem paginam scribi et sigillo nostro iussimus insigniri[o].

Dat. Ferrarie[e] MCCX, indict. XIII, octavo Kal. Aprilis[p], inperante gloriosissimo imperatore Ottone, anno regni[q] eius XIII, inperii vero primo.

### 36. *MANDATUM CONTRA WALDENSES TAURINENSES.*

*Mandatum signo chronologico carens, quod cum viro cl. Ficker priori adiungimus, dedit Holder-Egger ex autographo tabularii archiepiscopalis Taurinensis sign. Masso I, Categoria 1, nr. 17. Sunt litterae clausae in parva membrana scriptura, qua diplomatum scribae utebantur, exaratae; in plica etiamnunc fila serica flavi et viridis coloris appendent. — Böhmer, Reg. imp. V, 363. (P. deest.)*

Otto Dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilecto fideli suo episcopo Taurinensi[a] gratiam suam et bonam voluntatem.

Late patet Dei clementia, qui pulso infidelitatis errore veritatem fidei suis fidelibus patefecit. Iustus enim ex fide vivit; qui vero non credit, iam iudicatus est. Nos igitur, qui gratiam fidei in vacuum non recipimus, omnes non recte credentes, qui lumen fidei catholice heretica pravitate in inperio nostro conantur extinguere, imperiali volumus severitate puniri et a consortio fidelium per totum imperium nostrum corporaliter separari; presentium tibi auctoritate mandantes, quatinus hereticos Valdelses[b] et omnes, qui in Taurinensi[a] diocesi zizaniam seminant falsitatis et fidem catholicam alicuius erroris seu pravitatis doctrina impugnant, a toto Taurinensi[a] episcopatu imperiali auctoritate expellas. Licentiam enim, auctoritatem omnimodam et plenam tibi conferimus potestatem, ut per tue studium sollicitudinis Taurinensis[a] episcopatus area ventiletur et omnis pravitas, que fidei catholice contradicit, penitus expurgetur.

---

## 37. CONVENTIO CUM PISANIS.

### 1210. Iun. 3.

*Repetimus editionem Böhmeri in Actis imperii selectis p. 767 nr. 1071, quae nititur autographo tabularii reipublicae Pisani, quod descripsit Bonaini b. m. — Böhmer, Reg. imp. V, 411. (P. deest.)*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen.

1. Dominus Otto Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus convenit et promisit Bandino Burgundii, Bulso quondam Petri Albithonis et Bonacurso Henrici Canis missaticis, pro Gottifredo Vicecomite Pisanorum potestate, pro civitate Pisana et

**35.** l) grā *c.* m) pot̄ *c.* n) memorato *c.* o) insingniri *c.* p) Aplis *modo legi potest, compendio deterso c.* q) rengni *c.*

**36.** a) Taurin̄ *c.* b) *sic c.*

communi Pisano recipientibus, quod faciet ita, quod castrum Bonifatii ab hodie ad festum omnium sanctorum proxime venturum dabitur libere in potestatem rectoris vel consulum Pisanorum ad faciendum inde quicquid facere voluerit vel voluerint absque alicuius contradictione; vel ipsum castrum Bonifatii penitus destrui faciet, nullo hedificio ibi remanente; vel, si neutrum istorum facere poterit, ut dictum est, ponet civitatem Ianue et omnes homines ipsius civitatis et fortie et districtus atque riverie Ianue in bannum imperii, et de banno non extrahet, donec castrum Bonifatii datum fuerit Pisanis vel destructum fuerit, ut dictum est. Nov. 1.

2. Et civitatibus omnibus Lombardie et singulis et etiam locis et castris omnibus et marchionibus et comitibus sub sacramento fidelitatis precipiet, et preceptum non revocabit, et rectoribus et consulibus ac potestatibus ipsarum civitatum et marchioni Montisferrati et marchionibus de Vasto et marchioni Malaspine et episcopo Lunensi et rectoribus locorum omnium Lunisciane et Lucanis consulibus atque Pistorii potestati et consulibus Florentinis, quod civitatem Ianue et omnes homines ipsius civitatis et fortie et districtus atque riverie Ianue pro bannitis habebunt et ad eos vel ad aliquem locum eorum non permittent vel patientur mercimonias vel res aliquas vel bladam ab aliquo de suis vel alienis deferri nec a suis recipi; et quod quemlibet Ianue et de riveria eius et eorum res ubicumque poterunt capient et auferent et capi et auferri facient et non reddent nec reddi facient.

3. Vel si acciderit, quod dominus imperator faciendo et fieri faciendo omnia predicta ad castrum Bonifatii Pisanis dandum vel destruendum, ut suprascriptum[a] est, facere non poterit, ut castrum Bonifatii Pisanis detur vel destruhatur, dominus imperator ab hodie ad Kalendas Maii proximas convenit et promisit suprascriptis[b] legatis, ut suprascriptum[a] est, quod faciet ita, retinendo semper Ianuam et homines eius forcie et riverie in banno, ut dictum est, a domino imperatore et ab omnibus suprascriptis[b], quod castrum Portusveneris ab inde ad Kalendas Septembris proximas dabitur libere in potestatem rectoris vel consulum Pisanorum ad faciendum inde quicquid voluerit vel voluerint absque alicuius contradictione, nulla fortia Ianue vel alterius gentis in ipso remanente; vel quod ipsum castrum Portusveneris penitus destrui faciet, nullo hedificio ibi remanente. 1211. Mai. 1. 1210. Sept. 1.

4. Et quod precipiet sub debito fidelitatis et banno imperii, et preceptum non revocabit, et sub pena mille marcharum argenti unicuique, cuius pene pentionem concessit potestati Pisane et successoribus eius, episcopo Lunensi, consulibus vel rectoribus Pontremulensibus et marchioni Malaspine et omnibus rectoribus locorum Lunisciane et capitaneis Versilie et Garfagnane et consulibus Luce et potestati Pistorii et Florentinis consulibus et episcopo Vulterrano et rectori Vulterre, quod ab hinc in antea non offendent nec offendi facient aut permittent seu patientur offendi civitatem Pisanam vel aliquem de fortia et districtu et comitatu Pisane civitatis, nec aliquem hominem de civitate Pisana vel eius districtu vel fortia aut comitatu in persona vel rebus, immo adiuvabunt Pisanos cum tota eorum fortia contra Ianuam ad castrum Portusveneris capiendum usque ad redditum exercitus, quem civitas Pisana in Sicilia pro domino imperatore factura est.

5. Et convenit et promisit suprascriptis[b] missaticis quod, eo reverso de Sicilia, et si non ierit, in propria persona veniet et stabit in obsidione Portusveneris cum suo exercitu suis expensis omnibus, et facere in eo omne malum quod poterit.

6. Et quod ipse dominus imperator vel alia persona pro eo non faciet pacem vel finem vel treuguam vel guerram recredutam, in qua non ponat civitatem Pisanam et

**37.** a) infrascriptum *ed., male certe intellecto compendio.* b) infrascriptis *ed.*

omnes homines Pisane civitatis et Pisani districtus et eorum res et honores, cum Frederico dicto rege Sicilie vel cum aliquo Siciliam habente.

7. Et quod faciet iurare milites suos, quos missurus est in exercitu, salvare et defendere Pisanos omnes et qui cum eis erunt in exercitu contra omnes personas, et non offendere in persona vel rebus, et Pisanos non derelinquere. 5

8. Et quod omnia privilegia, concessa et largita civitati Pisane et comuni Pisano, vel consulibus vel rectoribus vel potestati Pisanorum, pro ipsa civitate et comuni Pisano recipientibus, a memorato domino imperatore Ottone et eius antecessoribus dive memorie imperatoribus et regibus, sicut in ipsis omnibus privilegiis specialiter et generaliter et singulariter continetur, et nominatim omnia ea, que continentur in 10 privilegio concesso Pisane civitati in regno Sicilie, confirmabit et firma tenebit et observabit.

9. Et quod precipiet sub debito fidelitatis et banno imperii episcopo Vulterrano, et preceptum non revocabit, quod omnia privilegia concessa Pisanis, ut suprascriptum[a] est, inviolata teneat et observet. Idem quoque precipiet nuntiis suis omnibus in Tuscia 15 constitutis et qui de cetero constituentur, et nominatim castellano et rectori Sancti Miniatis.

10. Et negotiatores Pisani per Siciliam, Calabriam, Apuliam et Principatum sint liberi et vadant per terram et aquam absque omni pedagio et dirictura et non cogantur emere vel vendere ultra suum velle, nec alius quilibet aliquo ingenio prohibeatur 20 emere.

11. Et taliter dominus imperator et predicti missatici hec omnia me Bonalbergum iudicem et notarium scribere rogaverunt.

Actum in civitate Vercellensi, in prato domini episcopi, presentibus domino Cunrado cancellario imperii, marchione Montisferrati, marchione de Salutiis, Ottone et 25 Henrico de Carretto, domino Guilielmo marchione Malespine, Burgo quondam Boccii, Uberto Vicecomite Placentino, rogatis testibus; dominice vero incarnationis anno millesimo ducentesimo undecimo, indictione XIII, tertio Nonas Iunii.

12. Iuravit hoc sacramentum dominus Cunradus cancellarius imperii et episcopus Spirensis de mandato domini Ottonis imperatoris, videlicet quod bona fide dabit operam, 30 quod predicta omnia observentur ab ipso domino imperatore, et ipse, quantum in eo erit, bona fide per se observabit et faciet. Et hoc idem sacramentum iuraverunt marchio Montisferrato, Manfredus marchio de Salutiis et Otto et Henricus de Carretto et Guilielmus marchio Malespine. Et taliter hec ipsi omnes me Bonalbergum iudicem et notarium scribere rogaverunt. Actum eodem suprascripto[c] loco et die et presentibus 35 Uberto[d] Vicecomite Placentino et Burgo, suprascriptis[b] rogatis testibus.

13. Ego Bonalbergus Ventrilii quondam filius, domni imperatoris Romanorum iudex et notarius, omnibus suprascriptis[b] vocatus atque rogatus interfui et hanc inde cartam scripsi, firmavi, complevi et dedi.

14. In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Promiserunt per stipu- 40 lationem Bandinus Burgundii, Bulsus quondam Petri Albithonis et Bonacursus Henrici Canis, legati et nuntii Pisane civitatis, domino Ottoni Dei gratia Romanorum imperatori et semper augusto ex parte Gottifredi Vicecomitis Pisanorum potestatis et comunitatis eiusdem civitatis, quod dabit quadraginta galeas Pisane civitatis de hinc ad Kalendas

Aug. 1. Augusti proximas ad voluntatem domini imperatoris bene guarnitas cum hominibus 45 bene guarnitis et armatis et cum victualibus, sumptibus et expensis ipsius Pisane civitatis, que debeant proficisci in obsequium suprascripti[e] domini imperatoris in Siciliam. Debeat insuper dare dicta potestas suprascripto[c] domino imperatori in predicto obsequio

**37.** c) infrascripto *ed.* d) Elberto *ed.* e) infrascripti *ed.*

alias galeas, que sunt in eadem civitate Pisana, ita tamen quod dominus imperator suis expensis et sumptibus debeat eas guarnire. Ipsa quoque potestas pro civitate teneatur dare IIII scelos vel quinque, si sunt in civitate, in obsequio predicti domini imperatoris, sumptibus tamen et expensis dicti imperatoris. Preterea bona fide ipsa 5 potestas Pisana dabit operam, quod illi, qui habent navem in civitate, locent ipsi domino imperatori eas in predicto servitio conpetenti mercede.

15. Et hec omnia suprascripta[f] iuraverunt predicti missatici, nuntii et legati adtendere sub hac forma: videlicet Bandinus Burgundii iuravit, quod potestas predicta de consilio et parabola consiliariorum eiusdem civitatis dedit mandatum sibi et aliis conlegatis 10 suis, nec postea revocavit, quod hec omnia predicta iurarent ipsi legati in animam ipsius potestatis, quod ipsa potestas observabit per se et observari faciet bona fide a civibus Pisanis, et quod ipse Bandinus dabit operam et consilium bona fide, quod hec omnia observentur. Idem sacramentum prestiterunt corporaliter Bonacursus et Bulsus predicti; excepto quod dixerunt, se credere, quod potestas dederit eis mandatum pre- 15 dictum de voluntate consiliariorum Pisano civitatis. Actum eodem suprascripto[e] die et loco et coram omnibus suprascriptis[b].

# 38. CONFOEDERATIO CUM EBERHARDO ARCHIEPISCOPO SALZBURGENSI.

20 1210. Iul. 3.

*Ex autographo usque ad a. 1830 in tabulario serenissimae familiae Welficae asservato in Originibus Guelficis III, 799 expressa est. — Böhmer, Reg. imp. V, 427.* *(P. 218.)*

E. Dei gratia Salzpurgensis ecclesie archiepiscopus. Notum facimus universis 25 presentem paginam inspecturis, quod nos bona fide et exclusa omni fraude promisimus et sacramento iuramenti super sancta euangelia confirmavimus, quod nos occasione discordie inter dominum papam et dominum nostrum O. serenissimum Romanorum imperatorem exorte memoratum dominum nostrum imperatorem nunquam deseremus; quin nos in omnibus hiis, que honorem imperii et sue persone respiciunt, promo- 30 vendis sibi tanquam legittimo domino nostro, et in rebus et in persona, pro viribus nostris assistemus et contempto mandato apostolico, si quod forte dominus papa daret in contrarium, ad manutenendum honorem suum et imperii ipsi domino nostro auxilio pariterque consilio semper aderimus et bona fide tum contra papam tum contra quemlibet alium hominem, nulla impediente occasione, ad conservandum honorem suum et 35 imperii perpetuo ipsum pro posse nostro iuvabimus. Ad cuius rei certam evidentiam presentem paginam conscribi iussimus et sigillo nostro consignari.

Datum apud Nouum Forum, V. Non. Iulii, indictione XIII.

**37.** f) infrascripta *ed.*

# 39. CONVENTIO CUM THEODERICO MARCHIONE MISNENSI.

1212. Mart. 20.

*Ex autographo usque ad a. 1830 in tabulario serenissimae familiae Welficae asservato habetur in Originibus Guelficis III, 807. — Böhmer, Reg. imp. V, 472.* 5

*(P. 218.)*

Hec est forma conventionis facte inter O. invictissimum Romanorum imperatorem semper augustum et Thidericum marchionem Missenensem et Orientalem[a].

1. Predictus marchio Misnie fide data promisit et iuravit, quod abhinc ut inantea domino imperatori assistet et eum iuvabit, specialiter contra papam Innocentium 10 in presenti discordia aut si alias eum iniuste vellet gravare; et simili modo contra Odacrium regem Boemie et H. lantgravium Thuringie, et generaliter contra omnem hominem viventem, in omni necessitate sua; et quod nunquam eum deseret; et hec omnia bona fide observabit sine fraude et malo ingenio.

2. Ut autem hec conventio firmius observetur, pro eo et cum ipso et de sua 15 voluntate et mandato, similiter data fide promiserunt et iuraverunt nobiles et homines sui: Geuehardus de Quernuorde comes, Burchardus de Mannisuelt comes, Henricus de Schwartzburc comes, Cunradus de Zana, Henricus de Chorun, Burchardus de Glinde, Guntherus de Rochisberc. Et hoc idem data fide promittent et iurabunt alii nobiles infeudati sui: Hermannus advocatus de Salik, Iohannes de Lubin, Henricus 20 de Scuditz, Dudo de Domo, Harmannus de Lobdiburc, Erkinboldus de Wizenueltz. Hoc idem eodem modo fide data promiserunt et iuraverunt Albertus dapifer de Burne, Cunradus pincerna, Gotzwinus de Branditz, Bodo de Ilburc, Otto de Liechtinhagin[b]. Et hoc idem eodem modo iurabunt alii sui ministeriales, scilicet Henricus de Chamborc, Conradus de Landisperc, Otto advocatus de Ilburc, Otto de Pouch, Henricus de 25 Sladebach, Eckehardus et Henricus fratres de Crozne, Cunradus de Cleberc.

3. Sub hac forma et conditione data fide promissum et iuratum est, et ab hiis, qui nondum iuraverunt, data fide promittetur et iurabitur, ut, si aliquo modo, quod absit, marchio Misnensis, secundum quod promissum et iuratum est, non observaret, omnes intrabunt Bruniswic et inde nunquam recedent sine domini imperatoris licentia 30 et voluntate.

4. Insuper ad maiorem securitatem predicte conventionis observande, filios ministerialium suorum tredecim marchio Misnensis domino imperatori pro obsidibus dabit, scilicet filium Geuehardi de Zurbeke, filium Wolcmari de Chanburc, filium Borhardi de Tebezin, filium Ludolphi de domo Grimme, filium Guntheri de Dewitz, filium 35 Hagenonis de Doblin, filium Alberti de Ziznick, filium Friderici Caratz de Donin, filium pincernae Henrici, filium Friderici de Groiz, filium Godefridi Kiseling, filium Thietdoldi de Nidecke.

5. Hec autem conditio observabitur de obsidibus: quod si marchio, quemadmodum promissum et iuratum est, quod absit, non observaverit, liberam habebit dominus 40 imperator facultatem de ipsis obsidibus faciendi quod ei placuerit, et erunt[c] in eo statu, qui vulgariter vergiselt dicitur. Predictos autem obsides secundum dictas conditiones Mart. 25. tenebit dominus imperator a proximo pascha usque ad biennium, et tunc ipsos marchioni restituet, ita tamen quod tunc patres obsidum vel alii ministeriales

**39.** a) Orientis *ed.* b) Liethtinhagin *ed.* c) erit *ed.* 45

marchionis aeque idonei et totidem numero promittent et iurabunt secundum quod supradicti, tam infeudati quam ministeriales marchionis, promiserunt et iuraverunt.

6. Si vero aliquis denominatorum obsidum vel morte interveniente vel aliquo casu alio domino imperatori dari non posset, alius aeque idoneus domino imperatori 5 dabitur loco illius, omnibus aliis in suo vigore permanentibus.

7. Ex alia parte dominus Otto Romanorum imperator promisit fide data T. marchioni Misnensi, quod sibi bonus et propitius dominus abhinc ut in antea erit, et quod ei assistet et eum iuvabit contra omnem hominem in sua iustitia et omni necessitate et nunquam eum deseret, et quod regnum Bohemie concedet nepoti marchionis 10 Wratizlao et ad optinendum eum iuvabit et optentum defendet, marchione in omnibus et diligenter cooperante; et hoc observabit bona fide et sine fraude et malo ingenio.

8. Et hoc pro eo et de eius voluntate et mandato promiserunt data fide et iuraverunt frater eius H. palatinus comes Rheni, Albertus de Arnistein et Gerhardus burggravius de Liznic, Albertus burggravius de Aldenburc, Gunzcelinus dapifer, Hen- 15 ricus de Coldiz, Henricus de Widha, Henricus de Drackinuelz, Henricus de Crematzoue, Hermannus de Schoneburc.

9. Sub hac autem conditione promissum est et iuratum, quod si forte, quod absit, ex parte domini imperatoris non observaretur convenientia, omnes isti, qui iuraverunt, civitatem Misnam intrabunt nec inde recedent sine licentia marchionis, excepto 20 solo dapifero, qui in hoc casu Goslariam intrabit, inde nunquam recessurus sine voluntate et licentia marchionis.

Actum apud Frankinuurt, anno dominicae incarnationis MCCXII, XIII. Kal. Aprilis, indict. XV.

---

## 40. COMPOSITIO CUM LUDEWICO DUCE 25 BAWARIAE.

1212. Mart. 20.

*Ex autographo usque ad a. 1830 in tabulario serenissimae familiae Welficae asservato legitur in Originibus Guelficis III, 810. — Böhmer, Reg. imp. V, 471.*

*(P. 220.)*

30 Hec est forma compositionis facte inter dominum O. gloriosum imperatorem Romanorum et dominum Ludeuicum illustrem ducem Bawarie.

1. Dominus L. dux Bawarie primum data fide promisit et postmodum sacramento iuramenti firmavit, quod ipse omni tempore vite sue bona fide et sine omni fraude serviet domino imperatori contra papam et contra omnem hominem, nec aliqua unquam 35 occasione emergente a servicio eius recedet.

2. Iuraverunt etiam quidam, et adhuc alii iurabunt pro eo duodecim subscripti nobiles, quod si dux Bawarie, quod absit, aliquo modo contra promissionem suam veniret seu ipsam infringeret, quod ipsi bona fide et sine fraude dominum imperatorem modis omnibus contra ducem iuvabunt iuxta mandatum suum. Sunt autem hi nobiles: 40 Rapoto comes palatinus Bawarie, comes Hainricus de Ortenburch, comes de Moseberc, comes Kalhohus, Hainricus de Lapide, Chuonradus de Horbah, comes Eberhardus de Dornberch, Heinricus de Randeke, Lupus de Lenginuelt, Alrammus de Halse, comes de Valai, comes Sigboto de Niwenborc.

3. Postmodum etiam ad validiorem confirmationem facti iuraverunt quidam, et adhuc iurabunt duodecim subscripti ministeriales, quod si ipse dux aliqua occasione promissionem facti violaret, quod ipsi commoniti quindecim diebus ante in civitatem Augustam intrabunt, nunquam inde sine licentia domini imperatoris recessuri. Sunt autem hi ministeriales: Sifridus Koph, Otto Koph, Otto Vuoz, Hainricus Vuoz, Cuonradus dapifer, Otto de Rore, Berhtoldus de Schiltperch, Arnoldus de Camera, Ruodigerus de Sandincella, Euerhardus de Wittlinspah, Euerhardus de Curia, Hainricus de Ruoden.

4. Et ut etiam maior de duce domino imperatori securitas fiat, ipse dux XII obsides subscriptos dabit domino imperatori, qui a proximo festo pasce (Mart. 25.) ad duos annos in potestate erunt domini imperatoris, et tunc, si dominus dux promissionem factam domino imperatori bene servaverit, dominus imperator obsides illos liberos duci reddet; sed promissiones et iuramenta ipsius ducis et tam nobilium quam ministerialium semper firma et inviolabilia permanebunt. Sunt autem hii obsides: filius pincernae, filius Hermanni Pedis, filius Bartholdi de Vrowenhouen, filius Henrici de Kranechesberch, filius Friderici de Brunowe, filius Gerungi de Berge, filius Heinrici Dimonis, filius Werneri de Burchusen, filius Grinarii, filius Cuonradi de Vriuntsperch, filius Berhtoldi de Snaitbah, filius Grimoldi de Bullenhusen.

5. E contrario dominus imperator data fide promisit, quod ipse semper domino duci pius et propitius erit dominus, et in omnibus, que honorem et utilitatem ipsius respicient, dominus imperator benigno vultu eum promovebit.

Acta sunt autem hec anno Domini MCCXII, apud Franchenfort XIII. Kal. Aprilis, indictione XV.

---

# 41. CONFOEDERATIO CUM ALBERTO MARCHIONE BRANDENBURGENSI.

1212. (Aug.)

*Antea in Originibus Guelficis III, 812 editam, collatam cum authentico in tabulario serenissimae familiae Welficae, quod nunc est Guelferbyti, asservato dedit Pertz. Autographon denuo contulit collega Steindorff, qui animadvertit, sigillum pedestre marchionis lamine membranaceo appendere. — Böhmer, Reg. imp. V, 486. (P. 220.)*

Hec est forma unionis, qua se dominus Otto Romanorum imperator et Albertus marchio Brandenburgensis confaederando colligarunt.

1. Imperator marchioni data fide manu in manum, sicut imperialem excellentiam certitudinem decet facere, promisit, se mediatorem studiosum et efficacem inter regem Dacię et ipsum marchionem et Slavos existere. Si vero medium marchioni competens non invenerit, promisit, regi Daciae suisque fautoribus dedicere et marchioni contra ipsos et contra omnem hominem firmum et constans auxilium cum effectu portare.

2. E contra marchio promisit domino imperatori in terminis sibi finitimis, precipue in Saxonia et Thuringia, contra omnem hominem ad conservandum ei imperium, quantum vires et facultates ipsius admittunt, fideliter servire. Idem etiam XX familiares marchionis, quorum nomina subscripta sunt, sub forma subscripta iuraverunt. Si marchio promissum infregerit, imperator ipsum super voti violatione conveniet.

Accepta conventione, marchio in presentia imperatoris, productis utrobique conscriptis, innocenciam suam probabit. Si in probatione defecerit, ab inde infra VI septimanas XX sacramentales ipsius Brunswic intrabunt et inde non exibunt, nisi per consensum domini imperatoris. Sine vinculis tamen et captivali custodia manebunt. Nomina 5 sacramentalium: Henricus comes de Zwerin, Iachezo, Fridericus de Hassele, Theodericus et Henricus fratres de Osterburch, Burcardus de Cocstede, Albertus de Niendorp, Gerrardus de Beliz, Yo de Giserslage, Albertus de Buntueld, Rudengerus de Piulingen, Fridericus de Buoh, Arnoldus Sac, Conradus et Henricus de Saltwedele.

3. Ut autem hec forma rata teneatur et inconvulsa, placuit utrique[a], imperatori 10 scilicet et marchioni, presentem paginam, que pacti certum maneat indicium, inde conscribi et appensione sigilli communiri.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXII, indict. XV, apud Wicense in castris, hiis testibus presentibus: Adolpho et Ludolpho comitibus de Dassela, Bernardo de Dorstat, Hermanno et Henrico comitibus de Hartesburc.

---

15

## 42. TESTAMENTUM.

### 1218. Mai. 18.

*Autographon tabularii Guelferbytani denuo contulit collega Steindorff, cuius imaginem heliographicam nuper dedit vir cl. Schum 'Kaiserurkunden in Abbildungen' X, tab. 24. Sigillum cerae viridis appendet. Insertum est testamentum, excepto eschatocollo, in Narra-* 20 *tione de morte Ottonis IV. imperatoris in fine mutilata, quam e codice Villariensi edidit Marteneus in Thesauro anecdotorum III, 1376. Quae narratio cum certe a teste oculari ultimorum imperatoris dierum scripta sit, equidem persuasum habeo, auctorem eius fuisse abbatem monasterii Walkenridensis ordinis Cisterciensium, qui ipsa narratione testante die Maii 18 aderat, cum testamentum ordinaretur, et fortasse ipse dictamen testamenti* 25 *concepit. Abbas Walkenridensis narrationem monasterio Villariensi dioecesis Leodiensis eiusdem ordinis, seu potius capitulo generali Cisterciensium transmisisse videtur, ut moris erat Cisterciensium. Textum testamenti in narratione* (N) *insertum si comparaveris cum autographo, viro cl. Schum (l. c. Text p. 458) adstipulaberis, qui textum illum non ex autographo, sed potius ex ingrossato ut dicunt derivatum esse censuit. Sin autem acrius* 30 *discrepantias textuum, imprimis capitis 2 inspexeris, concedes, ea, quibus in hoc capite textus autographi abundat, in favorem Heinrici palatini fratris imperatoris addita esse. Additiones hae factae esse possunt cum voluntate imperatoris, cum textus ingrossati in cartam autographam transscriberetur die mensis Maii 19, antequam imperator moreretur, in praesentia Sifridi episcopi Hildensemensis, qui testis testamenti occurrit, attamen testante* 35 *narratione nocte demum inter dies Maii 18 et 19 in castro Harzburg advenit. Veri similior autem mihi videtur esse sententia viri cl. Ficker, qui autographon post mortem imperatoris demum exaratum et testes non testes rei gestae, sed testes consummationis esse censuit. Quae cum ita sint, additiones autographi suspicionem interpolationis movere mihi videntur, quae suspicio eo quoque confirmatur, quod abbas Walkenridensis inter testes non est obvius. —* 40 *Böhmer, Reg. imp. V, 511.* *(P. 221.)*

41. a) *vox bis scripta or.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Dei gratia Otto quartus Romanorum imperator et semper augustus dilectis fidelibus suis Heinrico[a] fratri suo palatino comiti Rheni, ministerialibus[b] suis et universis burgensibus in Bruneswic et omnibus hoc scriptum intuentibus salutem in eo qui est salus omnium.

1. Que temporaliter acta sunt, ne instabilem[c] temporis sequantur naturam, testimonio literarum memorie[d] sunt commendanda. Nos igitur ob remedium[e] anime nostre testamentum nostrum[d] facientes, omni affectione qua possumus te, frater Heinrice palatine[f] comes Rheni, rogamus, ut si Deus, in cuius ditione cuncta sunt posita, preceptum suum de nobis fecerit, ut universe carnis viam ingrediamur, quatinus pro amore Dei et in ea fide, qua nobis hominio et fraternitate astrictus es, sanctam crucem, lanceam et coronam, dentem sancti Iohannis baptiste et imperialia insignia, preter pallium nostrum[d] quod dandum est ad Sanctum Egidium, viginti septimanas post decessum[g] nostrum conserves et nulli hominum sub celo representes, nisi ei quem principes unanimiter elegerint et iuste, aut ei[h] qui nunc est electus[i], si principes in eum consenserint; et pro hiis representandis, pro honore Dei[k] et nostra salute, nullam acceptes[l] pecuniam, nisi nostrum et tuum patrimonium per ipsa imperialia possis requirere; quod si non potest fieri, super gratiam ipsius, qui habiturus est regnum, que prefata sunt omnia resignes. Rogamus etiam vos fidissimi[m] ministeriales sub fidelitatis debito, et vos dilecti et fideles[n] cives nostri[d] in Bruneswic, ut hiis omnibus promovendis fideliter et efficaciter, sicut[o] vobis confidimus, assistatis.

2. Ad hec volumus, ut uxor nostra[p] cum dapifero Gunzelino et fidelibus nostris castrum Harlungeberch possideat, donec quicumque rex vel imperator est, aut[q] frater noster seu uxor nostra dominabus in Waltingeroth de expeditis bonis annuatim triginta marcas perpetualiter et immutabiliter assignet, et eos qui montis heredes sunt a sua portione cedere fatiat per restaurum ipsis[r] bene placitum[s, 1]. Tunc uxor nostra reddat castrum imperio aut[t] fratri nostro. Sed si processum non habet de castro ut pretactum est, volumus ut castrum destruatur.

3. Omnes reliquias, quas pater noster habuit et nos habemus, Deo et sancto Iohanni baptiste et sancto Blasio in Bruneswic perpetualiter offerimus, preter unum brachium, quod uxori nostre representabitur[u]. Quicquid autem[d] in auro et in[d] gemmis et clenodiis habemus, damus uxori nostre.

4. Castrum in Quidelingeburch destrui volumus antequam abbatisse reddatur; destructa[v] vero munitione, locus cum ecclesia restituatur abbatisse, et nostrum frumentum, quod ibi est, et reliqua[d], quibus argentum comparari potest, abbatisse et eius conventui[w] dentur[x] pro remedio anime nostre, preter balistas, que dabuntur transmarinare volentibus, ut super hostes Dei torqueantur; et annona que Aschersleue ablata fuit reddi debet hominibus et inter ipsos distribui.

5. Iurabunt itaque[d] Gunzelinus dapifer et Ecbertus filius suus[y], ut castrum Wallebeke[z] teneant annum, infra[a] quem terminum mittet ad apostolicum frater noster. Si in voluntate ipsius et eorum, qui heredes montis sunt, castrum habere potest cum salute anime nostre[b], representabitur fratri nostro castrum[c]; si non potest fieri cum salute

**42.** a) H. *N.* b) ministerialibus — salutem *des. N.* c) instabilis *N.* d) *deest N.* e) pro remedio *N.* f) palatine Henrice *N.* g) *corr. ex* discessum *or.* h) ipsi *N.* i) electus est *N.* k) Dei honore *N.* l) accipias *N.* m) fidelissimi *N.* n) fideles et dilecti *N.* o) de *add. N.* p) mea dilecta mihi *N.* q) aut — nostra *des. N.* r) per restauratum eis *N.* s) beneplacitum *or. N.* t) aut fratri nostro *des. N.* u) presentabitur *N.* v) destructa — abbatisse *des. N.* w) conventui eius *N.* x) dentur — nostre *des. N.* y) eius *N.* z) de Walkenberg *N.* a) in *N.* b) *deest N.* c) castrum fratri nostro *N.*

1) *i. e. per recompensationem quae ipsis bene placuerit.*

anime nostre, castrum destruatur. Advocatiam nostram in Wallebeke, quam denariis nostris comparavimus, ipsius loci conventui offerimus.

6. Castrum Hartisburch representabitur imperio et eidem cedet turris[d] quam in eo construximus. Comites de Waldenberch habeant feodum suum, Luthardus de Meinershem feodum suum, Alardus de Burcthorp[e] turrim[f] suam cum feodo suo[b], et alii, sicut ab imperio tenere debent, habeant[g] feodum suum. Castrum[h] Lewenburch reddatur Ottoni de Luneburch nepoti nostro, quia patrimonium suum[i] est et eius cessit portioni. Castrum Varsfelde[k] reddatur Gardolfo de[l] Hathemersleue, sed si frater noster[m] vult habere, dabit pro ipso centum marcas.

7. Omnia bona nostra[b] in Keuerlingeburch et ipsum locum cum[n] ecclesiis, cum[o] agris, cum pascuis, cum pratis, cum silvis et piscaturis et cum omni illa integritate, qua hec[o] et alia omnia ipsi loco[b] contuleramus, Deo et sancte Marie[p], sancto Iohanni baptiste et sancto Blasio in Bruneswic offerimus, eo videlicet[b] ordine, ut conventus de Sancto Blasio statuat ibi sacerdotem, diaconum, subdiaconum, ut sint ibi divina in honore Dei et beate Marie[b] virginis indesinenter pro anime nostre salute, reliqua vero[b] omnia ad prebendam suam utiliter[b] convertant. Rogamus et[b] te, frater karissime[b], omni qua possumus intentione[q] et diligentia, ut hanc nostram ordinationem firmam[r] et inconvulsam teneas pro amore Dei et nostra et tua salute, quoniam[s] speramus[t] et credimus, istud[u] honestius esse Deo et[v] anime nostre et tue salubrius[v], quam prescriptus locus in eo statu quo fuit contra nostram salutem male periret.

8. Ut autem[b] hec nostra voluntas effectui mancipetur[w] ad laudem Dei et ad salutem anime nostre, hoc scriptum nostro sigillo[x] corroborari fecimus, omnem aditum malignandi[y] usque quaque[z] precludentes[a]. Huius rei testes sunt: Sifridus episcopus Hildeneshemensis, Conradus decanus, Conradus cantor, Conradus scolasticus, Heinricus de Tossem, Bertoldus canonicus Sancti Mauritii, magister Marsilius canonicus Sancte Crucis; laici vero comes Heinricus de Waldenberch, Luthardus de Meinershem, Gunzelinus dapifer, Alardus de Borhthorp, Wernerus de Lengethe, Bertoldus de Wetelemstide, Heinricus de Urethe, Rotherus de Velthem, Iohannes de Bornem, et alii quam plures.

Dat. Hartisburch, XV. Kalendas Iunii.

**42.** d) terris . . *N male.* e) de Burcthorp *des. N.* f) terram *N.* g) habeant feodum suum *des. N.* h) de *add. N.* i) eius *N.* k) Garsfelde *N.* l) de H. sed *des. N.* m) meus *N.* n) cum ecclesiis *des. N.* o) cum agris pratis pascuis silvis piscaturis cum omni integritate quam habet *N.* p) et *add. N.* q) intentione et *des. N.* r) firmam et *des. N.* s) quia *N.* t) speramus et *des. N.* u) hoc *N.* v) et salubrius animae meae et tuae *N.* w) effectum acciperet *N.* x) sigillo nostro *N.* y) mal. aditum *N.* z) usque quaque *des. N.* a) *finitur N.*

# FRIDERICI II. CONSTITUTIONES.

## 43. CONFIRMATIO REGALIS DIGNITATIS BOHEMIAE.

1212. Sept. 26.

*Dedit Kehr ex autographo tabularii Vindobonensis, cui filis sericis rubris appendet bulla aurea. — Huillard-Bréholles I, 216. Böhmer, Reg. imp. V, 671.* 5

*(P. deest.)*

Fredericus divina[a] favente clementia Romanorum imperator electus et semper augustus, rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Cum decor et potestas imperii nostrum precesserit statum, ut non solum ceterorum principum dignitates verum 10 etiam sceptra regalia a nostra conferantur maiestate, gloriosum reputamus ac magnificum, quod in tanto nostre largitatis beneficio et aliis crescit regie dignitatis augmentum nec ob hoc eminentia nostra aliquod patitur detrimentum. Inde est, quod nos attendentes preclara devotionis obsequia, que universa Boemorum gens ab antiquo tempore Romano exibuit imperio tam fideliter quam devote et quod illustris rex eorum Otta- 15 charvs a primo inter alios principes specialiter pre ceteris in imperatorem nos elegit et nostre electionis perseverantie diligenter et utiliter astiterit, sicut dilectus patruus noster pie memorie rex Philippus omnium principum habito consilio per suum privilegium instituit, ipsum regem constituimus et confirmamus et tam sanctam et dignam constitutionem approbamus regnumque Boemie liberaliter et absque omni pecunie 20 exactione et consueta curie nostre iusticia sibi suisque successoribus in perpetuum concedimus, volentes ut quicumque ab ipsis in regem electus fuerit, ad nos vel successores nostros accedat, regalia debito modo recepturus. Omnes etiam terminos, qui predicto regno attinere videntur, quocumque modo alienati sint, ei et successoribus suis possidendos indulgemus. Ius quoque et auctoritatem investiendi episcopos regni sui 25 integraliter sibi et heredibus suis concedimus, ita tamen quod ipsi ea gaudeant libertate et securitate, quam a nostris predecessoribus habere consueverunt. De nostre autem liberalitatis munificentia statuimus, quod illustris rex predictus vel heredes sui ad nullam curiam nostram venire teneantur, nisi quam nos apud Babenberc vel Nurenberc celebrandam indixerimus; vel si apud Merseburc curiam celebrare decreverimus, 30 ipsi sic venire teneantur, quod si dux Polonie vocatus accesserit, ipsi sibi ducatum prestare debeant, sicut antecessores sui quondam Boemie reges facere consueverunt, sic tamen ut spatium sex eddomadarum[b] veniendi ad predictas curias eis ante prefi-

43. a) *corr. ex* djvina *or.* b) *sic or.*

gatur; salvo tamen quod si nos vel successores nostros Rome coronari contigerit, ipsius predicti regis Ottachari vel successorum suorum relinquimus arbitrio, utrum ipsi trecentos armatos nobis transmittant vel trecentas marchas persolvant. Ad huius autem constitutionis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium per manus Henrici de Parisius notarii et fidelis nostri scribi et bulla nostra aurea iussimus communiri, anno mense et indictione subscriptis.

Huius rei testes sunt isti: archiepiscopus Barensis[c], episcopus Tridentinus, episcopus Basiliensis, episcopus Constantiensis, episcopus Curiensis, abbas Augensis, abbas Sancti Galli, abbas de Wiceburc, Bertoldus de Nisphe[b] regalis curie prothonotarius, comes Vlricus de Chiburc, comes Rodulfus de Habechesburc et lantgravius de Alsatia, comites Loduicus et Hermannus de Froburc, comes Warnerus de Hohenburc, Arnoldus nobilis de Wart, Rodulfus advocatus de Raprehteshiwilare, Rodulfus de Ramensberc, Albero de Tanehuse camerarius et alii quam plures magnates et nobiles et liberi, quorum testimonio[d] hoc privilegium constat esse confirmatum.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo duodecimo, mense Septenbris, quintedecime indictionis, regni vero domni nostri Frederici illustrissimi Romanorum imperatoris electi et semper augusti regis Sicilie quintodecimo. Dat. in nobili civitate Basilee[e] per manus Vlrici vice prothonotarii, sexto Kal. Octobris; feliciter amen.

---

# 44. FOEDUS CUM PHILIPPO II. REGE FRANCIAE.

## 1212. Nov. 19.

*Dedit Huillard-Bréholles 'Historia diplomatica Friderici secundi' I, 227 e codice bibliothecae Parisinae fonds français 8408, 2. 2 B (Colbert) saec. XIII. ex. fol. 125, Registrum Philippi Augusti regis continente (Registre* E*)*[1]*, quocum plane convenit exemplar a Waitzio descriptum e codice 9852. 3 fol. 98', Registro* F*, quod apographon est Registri* E. — *Delisle 'Catalogue' nr. 1408. Böhmer, Reg. imp. V, 678.* *(P. 223.)*

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator electus et semper augustus, rex Sicilie, ducatus Apulie, principatus Capue. Notum facimus universis presentem paginam inspecturis, quod nos propter mutuam dilectionem et confederationem, quam karissimus frater noster Philippus Francorum rex illustris habuit ad progenitores nostros Romanos imperatores, confederationem cum eodem Philippo rege Francorum inivimus in hunc modum: quod nos cum Otthone quondam dicto imperatore et Iohanne rege Anglie et eorum auxiliatoribus manifestis nullam pacem faciemus sine assensu eiusdem regis. Nullum etiam de illis, qui eumdem inquietant, manifeste recipiemus in terra nostra, ubi potestatem habeamus eum amovendi bona fide. Ad cuius rei certam in posterum memoriam presentem paginam conscribi iussimus et maiestatis nostre bulla aurea consignari.

Datum apud Tullum, anno gratie MCCXII, tercio decimo Kalendas Decembris, indictione prima.

**43.** c) *sequitur rasura or.* d) nio *in rasura or.* e) Basił *or.*

1) *V. Delisle 'Catalogue des actes de Philippe-Auguste' p. XIV.*

# 45. PROMULGATIO LEGATI GENERALIS ET VICARII PER LOMBARDIAM, TUSCIAM, ROMANIOLAM.

1213. Febr. 16.

*Dederunt Pabst b. m. ex* 1) *transsumto codicis Wangiani in praefectura Oenopontana asservati fol. 49', quod factum est a. 1218 XIII. exeunte mense Ianuario a notariis Erecto, Conradino, Ribaldo, et vir cl. Wattenbach ex* 2) *transsumto cartarii Tridentini saec. XVII. tabularii Vindobonensis fol. 74 nr. 113, ubi notarius edicit, autographo appendisse bullam auream. Quod etiam, teste Fickero, confirmatur transsumto coaevo, quod obvium est in tabulario Cremonensi. De episcopo Tridentino constituto legato generali et vicario perpetuo v. Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' I, 338. II, 175. — Huillard-Bréholles I, 249. Böhmer, Reg. imp. V, 692. (P. deest.)*

(C.) ‖ Fredericus divina favente clementia secundus Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie[a]. ‖ Universis imperii fidelibus[b], archiepiscopis, potestatibus sive consulibus atque communibus civitatum et aliorum locorum nec non marchionibus, comitibus, nobilibus, baronibus atque omnibus per totam Lombardiam atque marchiam Veronensem et Tusciam et Romaniam constitutis[c] gratiam suam et bonam voluntatem.

Regiam decet munificenciam expertorum fidelium suorum merita recognoscere eorumque commodis [et] honoribus sine intermissione providere. Ex liberali igitur circumspectione nostra volentes bonum statum, pacem et optatam quietem per totum imperium et specialiter inter vos tamquam dilectissimos nostros et bene meritos imperii fideles reformari et de cetero Deo dante firmiter haberi, presentium certitudine universitati omnium vestrum notum esse volumus, quod nos ex mera liberalitate animadvertentes puram fidem et sinceram devotionem dilecti principis et consanguinei[d] nostri Frederici Tridentini episcopi, quam nobis et imperio nostro usque modo laudabiliter exhibuit et inposterum erit fideliter exhibiturus, ipsum generalem legatum nostrum constituimus per totam Lombardiam et marchiam Veronensem atque Tusciam et Romaniam, ad pacem faciendam et componendam et ad bonum statum per totam terram reformandum et ad fidelitates vice nostra recipiendas nec non iura et possessiones[e] imperii undique recuperandas. Ad hec etiam ad evidenciam nostre circa ipsum episcopum consanguineum nostrum dilectionis, in omnibus prenotatis[f] locis, civitatibus et terris ipsum nostrum vicarium instituimus ad tempora vite sue, vicariam ut prediximus[g] ei in feodum concedentes. Volumus igitur et statuimus vobisque omnibus regia mandamus et precipimus auctoritate, ut ipsi in omnibus et per omnia tamquam maiestatis nostre persone intendatis et sibi sitis obedientes eique in cunctis, que vobis ex parte nostra dixerit, fidem adhibeatis indubitatam; scientes et pro firmo habentes, quod quicquit ipse fecerit, dixerit et concesserit[h] et dederit atque iudicaverit, hoc totum ratum habebimus et firmum irrevocabiliter, ipsaque omnia [in] presentiarum regia confirmamus auctoritate. Statuentes et regia precipientes auctoritate et firmitudine, ut nulla omnino persona humilis vel alta, secularis sive ecclesiastica, prenominatum principem consanguineum nostrum in hac legatione et beneficio vicarie nostre impedire[i] presumat vel ei ausu temerario contraire[k]. Quod qui facere quocumque modo pre-

**45.** a) Scycilie 1. b) *deest* 1. c) constutis 1. d) consanwinei 1. e) posessiones 1. f) prenominatis 2. g) p̄disimus 1. h) cesserit 1. i) impendere 1. 2. k) contrahire 1.

sumpserit, indignationem gratiae[l] nostre se noverit incurrisse et pro pena centum libras auri puri componat, medietatem fisco nostro et medietatem iniuriam passo soluturus[m]. Ad huius autem rei evidenciam, robur et memoriam perpetuo habituram presens scriptum fieri iussimus sigillo maiestatis[n] nostre communitum.

5 Huius rei testes sunt: Sifridus venerabilis Moguntinus arciepiscopus[o], Otto Frisingensis episcopus, Manegoldus Pataviensis episcopus, Chunradus Ratisponensis[p] episcopus, Artuwicus Eistetensis[q] episcopus, Otackerus[r] rex Boemie, Hermannus lantgravius Duiringie, Liupoldus dux Austrie et Stirie, Bernhardus dux Carinthie[s], Ludwicus dux Bawarie, Hainricus de Chalandrina[t] marescalcus imperii, Wernherus[u] de 10 Bonlant dapifer imperii, V̊lricus de Minzenberch camerarius imperii, Anselmus de Iustingen et alii quamplures.

(M.) Signum invictissimi domini Frederici Dei gratia Romanorum regis semper augusti et regis Sicilie. (M.)

Ego Chůnradus[v] Metensis et Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice 15 venerabilis Sifridi Moguntini arciepiscopi[o] tocius Germanie archicancellarii[w] recognovi.

Acta sunt hec anno Domini millesimo CCXIII, indict. prima, regnante gloriosissimo domino nostro Frederico Romanorum rege semper augusto et rege Sicilie, anno Romani regni eius primo, in Sicilia[x] vero XV.

Dat. Ratispone[y] per manus Bertoldi de Niffe regalis aule prothonotarii, XIIII. Kal. 20 mensis Marcii; feliciter.

---

# 46–51. PROMISSIO EGRENSIS ROMANAE ECCLESIAE FACTA.

## 1213. Iul. 12. 1214. Oct. 6.

*Anno 1245 in concilio Lugdunensi tria privilegia et duae iuramenti formulae uno* 25 *eodemque die a. 1213. Iul. 12 a Friderico II. Egrae data ab Innocentio IV. pontifice proposita et notariis transscribenda tradita sunt*[1]. *Rationem, quae intercedit inter his privilegiis et inter duabus iuramenti formulis, quae fere eiusdem tenoris sunt, docte et argutissime exposuit vir cl. Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' II, 423 sq.*

30 **46. 47.** *PRIVILEGIA REGIA PRIMUM ET SECUNDUM. Iul. 12.*

*Privilegia primum* (A; *Huillard nr. 20*) *et secundum* (B; *Huillard nr. 21*) *a nobis uno textu iungi potuerunt, quippe quae paucis modo locis iisque haud magni momenti inter se discrepent. Utrumque transscripsit partem privilegii Ottonis IV. a. 1209. Mart. 22 dati* (O; *supra nr. 31*), *ita tamen ut lectiones privilegii* B *plerumque propius ad textum privilegii* 35 *Ottoniani accedant, quam lectiones* A. *Qua re comprobari videtur sententia viri cl. Ficker, qui privilegium* B *posterius esse censuit, per quod curia Romana accuratiorem affinitatem cum privilegio a. 1209 anhelaverit. Quod in* B *nomina duorum testium Siculorum,*

**45.** l) grāe 1. m) solluturus 1. n) magestatis 1. o) archiep. 2. p) Kunradus Ratisbonensis 2. q) Eisteñ 1; Eistensis 2. r) Ottakerus 2. s) Cahrinthie 1. t) Schlandrina 2. u) Bern- 40 herus 2. v) Cunradus 2. w) archicacellarii 1. x) Sycilia 1. y) Datum Ratisbone 2.

1) *Sunt ea quae enumerat Huillard-Bréholles 'Notices et extraits' XXI, 2, 286. 287 sub nr. 20—24.*

*Berardi archiepiscopi Barensis et Gualteri Gentilis comestabuli, desiderantur, quae in* A *leguntur, ea de causa factum esse recte iudicavit Ficker, quod curia noluit, Siculos in res imperii omnino se ingerere. Praeter haec nomina in* B *desideratur sententia* per manus Bertoldi de Niffen regalis aule prothonotarii *et cognomen Waltheri pincernae* (de Sypf), *quod fortasse per negligentiam notarii evenit.*

*Privilegii* A *editionem paravimus ex autographo tabularii Vaticani Instr. misc. C. Fasc. 37 nr. 1 D. 2, quod iam olim descripsit Pertz, iterum contulit vir cl. Sickel. Bulla aurea iam desideratur, filo serico rubri coloris relicto; membrana nonnullis in locis iniuria temporis corrosa est; litteras igitur, quae supplendae erant, uncis inclusimus.*

*Privilegii* B *autographon cum iam non sit superstes, reiecti sumus ad apographa* 1) *codicis Parisini 8990 saec. XVIII. fol. 180, apographa Rotulorum Cluniacensium continentis (Rot. XIII.), quem contulit vir cl. Molinier; et* 2) *codicis Ottoboniani 2546 saec. XIII. ex. fol. 26', qui apographa transsumtorum Lugdunensium continet; descripsit vir d. Donabaum; edidit ex hoc codice Würdtwein in Novis subsidiis diplomaticis II, 118. — Huillard-Bréholles I, 269 textum trium privilegiorum miscuit, ut ipse fatetur 'Notices et extraits' XXI, 2, 287 not. 1. — Böhmer, Reg. imp. V, 705 et 705a. (P. 224.)*

(C.) ⁞ In nomine san[ct]e et individue Trinitatis. Fredericus[a] secundus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus et rex Sycilię. ⁞ (1) Regnum nostrum tunc[b] stabiliri credimus[c] et confidimus, cum Altissimum, de cuius manu ea quę possidemus bona recepimus, honoramus. Tantó enim Domino, qui bona tribuit nobis, ad offerendas hostias operis et devotionis astringimur[d], quantó ipsum misericordem in nobis et mirabilem experimur. Congnoscentes igitur gratiam quę data est nobis ab ipso, habentes quoque pre oculis inmensa et innumera benefitia vestra, karissime domine et reverentissime[e] pater, protector et benefactor noster domine Innocenti Dei gratia summe pontifex venerande, per cuius benefitium, operam et tutelam aliti sumus, protecti pariter ac[f] promoti, postquam in sollicitudinem vestram mater nostra felicis memorię Constantia imperatrix[g] ex ipso quasi utero nos iactavit, vobis, beatissime pater, et omnibus catholicis successoribus vestris sancteque Romanę ecclesię spetiali matri nostrę omnem obedientiam, honorificentiam atque reverentiam semper humili corde ac[h] devoto spiritu impendemus, quam predecessores nostri reges et imperatores catholici vestris antecessoribus impendisse noscuntur, nichil ex his[i] volentes diminui, set magis augeri, ut nostra devotio magis enitescat. (2) Illum igitur abusum volentes abolere[k], quem interdum quidam predecessorum nostrorum exercuisse dinoscuntur et dicuntur in electionibus prelatorum, concedimus et sanccimus, ut electiones prelatorum libere fiant et canonice[l], quatenus ille prefitiatur ęcclesię viduatę quem totum capitulum vel maior et sanior pars ipsius duxerit eligendum, dummodo nichil obstet[m] ei de canonicis institutis. (3) Appellationes autem in negotiis et causis ęcclesiasticis ad sedem apostolicam libere fiant, earum prosecutionem sive processum nullus impedire presumat. (4) Illum quoque dimittimus et refutamus abusum, quem in occupandis bonis decedentium prelatorum aut etiam ecclesiarum vacantium nostri consueverunt antecessores committere pro motu proprię voluntatis. Omnia vero spiritualia vobis et aliis ecclesiarum prelatis relinquimus libere disponenda, ut quę sunt cesaris cesari et quę sunt Dei Deo recta distributione reddantur. (5) Super eradicando autem hereticę pravitatis errore auxilium dabimus et operam efficacem. (6) Possessiones etiam, quas ęcclesia Romana recuperavit, ab antecessoribus nostris seu quibuslibet aliis ante detentas, liberas et quietas sibi dimittimus, ipsamque[n] ad eas obtinendas bona fide promittimus

**46. 47.** a) Fr. *B* 2. b) *deest B* 1. c) credimus et *des. B.* d) et *add. B* 1. e) reuentissime *A.* f) et *B.* g) et regina Sicilie *add. B.* h) et *B* 1. i) *pro* ex his *B* 1: exinde; *B* 2: inde. k) Illum ig. vol. abol. abusum *B* 1; Illum vol. igitur abol. abusum *B* 2. l) libere et can. fiant *B.* m) desit *B.* n) et ipsam *B. O.*

adiuvare. Quas autem[o] nondum[p] recuperaverit[q], ad recuperandum pro viribus erimus coadiutores[r]; et quęcumque ad manus nostras devenient, sine difficultate ei restituere satagemus. Ad has pertinet tota terra quę est a Radicophano usque* Zeperanum, marchia Anconitana, ducatus Spoletanus, terra comitissę Mahtildis, comitatus Brittenorii, exarcatus Rauennę, Pentapolis cum aliis adiacentibus terris expressis in multis privilegiis imperatorum et regum a tempore Lud[o]wici, ut eas habeat Romana ęcclesia in perpetuum, cum omni iurisditione, districtu et honore suo. Veruntamen cum ad recipiendam c[or]onam imperii vel pro necessitatibus ęcclesię ab apostolica sede vocati venerimus, de mandato summi pontificis recipiemus procurationes sive fodrum ab illis. (7) Adiutores etiam erimus ad rettinendum et deffendendum Romane ęcclesię[s] regnum Sycilię ac cetera iura quę ad ipsam[t] pertinere dinoscuntur, tamquam devotus filius et catholicus princeps. (8) Ut autem hęc omnia vobis[u] memorato sanctissimo[v] patri nostro domino Innocentio sacrosanctę Romane ęcclesię summo pontifici vestrisque[w] successoribus per nos et nostros successores Romanorum reges et imperatores observentur firmaque et inconvulsa semper permaneant, presens* privilegium conscriptum maiestatis nostrę aurea bulla iussimus communiri.

Testes autem hii sunt: Sigefridus Moguntinę sedis arciepiscopus apostolicę sedis legatus, Eberhardus Salzburgensis arciepiscopus, Berardus[x] Barensis arciepiscopus, Chůnradus Ratisponensis episcopus, Otto Wirzinburgensis[y] episcopus, Manegoldus Pattauiensis episcopus, Engelhardus Zizensis episcopus, Odacrius Boemorum rex, Lodwicus dux Bawarię, Liupoldus dux Austrię et Styrię, Hermannus lantgrauius Thuringię, comes Albertus de Eberstein[z], comes Adolfus de Sowenburc[a], comes Burchardus de Mannesueld, comes Gerhardus de Diets, comes Ludwicus de Wirtemberch, Gebehardus burcrauius Meigdeburgensis, Hainricus de Stahhelburch, Waltherus de Langenberch, Hainricus de Chalandrino marescalcus imperii, Waltherus de Sypf[b] pincerna imperii, Gwaltherus[c] Gentilis comestabulus regni Sycilie, et alii quam plures.

(Chr.) Signum domini Frederici secundi Romanorum regis invictissimi (M.) et regis Sycilię. (Chr.)

Ego Chůnradus Dei et apostolicę sedis gratia Metensis episcopus[d] vice domini Sigefridi Moguntini arciepiscopi et apostolicę sedis legati ac totius Germanię arcicancellarii recognovi.

Acta sunt hęc anno domini nostri Iesu Christi millesimo CCXIII, indictione prima, regnante domino Frederico[e] secundo Romanorum rege glorioso et rege Sicilie, anno regni eius Romani primo, Sicilię vero[f] XVI.

Datum apud Egram per[g] manus Bertoldi de Niffen regalis aulę prothonotarii, quarto Idus Iulii.

## 48. *PRIVILEGIUM REGIUM TERTIUM. Iul. 12.*

*Tertium privilegium (*C*; Huillard nr. 22), quod capitulo uno (7) consensum principum imperii continente et nonnullis aliis abundat et, ut vir cl. Ficker iudicavit, aliquantum temporis post mensem Iulium a. 1213, fortasse anno demum 1214 conscriptum est, ad instar privilegii* B, *non vero privilegii* A, *confectum esse, lectiones eius comprobant. Desiderantur et in ipso nomina testium Siculorum; obvia tamen sunt commemoratio Bertholdi protonotarii et cognomen Waltheri pincernae; praestat autem duobus aliis privilegiis in titulo Conradi Metensis* imperialis aule cancellarius. *Privilegium* C *servaverunt duo transsumta a. 1274*

**46. 47.** o) vero *B. O.* p) nundum *B* 1. q) recuperavit *B. O.* r) adiutores *B. O.* s) ecclesie Romane *B. O.* t) eam *B. O.* u) vobis *deest B. O.* v) *deest B* 1. w) eiusque *B. O.* x) Berardus Barensis arciepiscopus *des. B.* y) *corr. ex* Wircinburgensis *A.* z) Everstein *B* 1; Euerstein *B* 2. a) *sic pro* Scowenburc *A*; Sowenbc̃ *B* 1; Sowenberc *B* 2. b) *sic pro* Scypfe *A*; de Sypf *des. B.* c) Gwaltherus Gent. com. regni Sycilie *des. B.* d) et Spirensis *add. B*; episcopus *deest B* 2. e) Fr. *B* 2. f) regni vero eius Sicilie *B.* g) per — prothonotarii *des. B.*

*Iun. 6 Lugduni data, et quidem* 1) *privilegium principum Teutonicorum, quod ex autographo tabularii Vaticani Arm. I caps. V nr. 8 edidit Theiner in Codice diplomatico dominii temporalis s. sedis I, nr. 330 p. 182 (Böhmer 'Reg. Rudolfs Päpste' 208), contulit cum ipso vir d. Kehr; et* 2) *privilegium Ottonis Spirensis cancellarii regii (Böhmer Päpste 207), cuius autographon deperiit, quod tamen insertum est in privilegio Conradi ministri fratrum Minorum a. 1278. Mai. 4 dato (Böhmer 'Päpste' 234)*[1], *cuius autographon in tabulario Vaticano Arm. I caps. V nr. 9 asservatum exprimi fecit Theiner l. c. nr. 358 p. 204, contulit vir d. Kehr; praeterea vir cl. Molinier contulit* 3) *codicem Parisinum 8990 saec. XVIII. fol. 182, apographa Rotulorum Cluniacensium continentem (Rot. XIII.). — Böhmer, Reg. imp. V, 706.* *(P. deest.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Fredericus secundus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus et rex Sicilie. (1) Regnum nostrum tunc stabiliri confidimus, cum Altissimum, de cuius manu ea que possidemus bona recepimus, honoramus. Tanto enim Domino, qui bona tribuit nobis, ad offerendas hostias operis et devotionis astringimur, quanto ipsum misericordem in nobis et mirabilem experimur. Cognoscentes igitur gratiam que data est nobis ab ipso, habentes quoque pre oculis immensa et innumera beneficia vestra, karissime[a] domine et reverentissime pater, protector et benefactor noster domine Innocenti Dei gratia summe pontifex venerande, per cuius beneficium, operam et tutelam aliti sumus, protecti pariter et promoti, postquam in sollicitudinem vestram mater nostra felicis memorie Constantia imperatrix et Sicilie regina ex ipso quasi utero nos iactavit, vobis, beatissime pater, et omnibus successoribus vestris catholicis[b] sancteque Romane ecclesie speciali matri nostre omnem obedientiam, honorificentiam atque reverentiam semper humili corde ac devoto spiritu impendemus, quam predecessores nostri reges et imperatores catholici vestris antecessoribus impendisse[c] noscuntur, nichil exinde volentes diminui, set[d] magis augeri, ut nostra magis devotio[e] enitescat. (2) Illum igitur volentes abolere abusum, quem interdum[f] quidam predecessorum nostrorum exercuisse dinoscuntur et[f] dicuntur in electionibus prelatorum, concedimus et sancimus, ut electiones prelatorum libere et canonice fiant, quatinus ille preficiatur ecclesie viduate quem totum capitulum vel maior et sanior pars[g] ipsius duxerit eligendum, dummodo nichil desit ei de canonicis institutis. (3) Appellationes autem in negotiis et causis ecclesiasticis ad sedem apostolicam libere fiant, earum prosecutionem sive processum nullus impedire presumat. (4) Illum quoque dimittimus et refutamus abusum, quem in occupandis bonis decedentium prelatorum aut etiam ecclesiarum vacantium nostri consueverunt antecessores committere pro motu proprie voluntatis. Omnia vero spiritualia vobis et aliis ecclesiarum prelatis relinquimus libere disponenda, ut que sunt cesaris cesari et que sunt Dei Deo recta distributione reddantur. (5) Super eradicando[h] autem heretice pravitatis errore auxilium dabimus et operam efficacem. (6) Possessiones etiam[i], quas Romana ecclesia[k] recuperavit, ab antecessoribus nostris seu quibuslibet aliis ante detentas, liberas et quietas sibi dimittimus et ipsam ad eas obtinendas[l] bona fide promittimus adiuvare. Quas vero nondum[m] recuperavit ad recuperandum erimus pro viribus[n] adiutores; et quecumque ad manus nostras devenient, sine difficultate ac mora ei restituere satagemus. Ad has pertinet tota terra que est a Radicofano usque Ceperanum, marchia Anconitana[o], ducatus Spoletanus, terra comitisse Matildis[p], comitatus Brittenorii[q], exarchatus[r] Rauenne, Pentapolis, Massa Trabaria cum* adiacentibus terris et omnibus aliis ad Romanam ecclesiam pertinentibus, ut eas habeat Romana ecclesia in perpetuum cum omni iurisdictione, districtu et honore suo. Verum-

**48.** a) carissime 1. 2. b) omnibus cath. succ. vestris *A. B.* c) impedisse 2. d) sed 2. 3. e) dev. magis *A. B.* f) *deest* 2. g) maior pars et sanior 3. h) erandicando 1. i) autem 3. k) eccl. Rom. 2. l) pro *add.* 1. m) nundum 3. n) pro viribus erimus *A. B.* o) Anchonitana 3. p) Mattildis 2; Mathilde 3. q) Britenorii 3. r) exarcatus 3.

1) *Omnia haec privilegia in tomo III. inter constitutiones Rudolfi regis prodibunt.*

tamen cum ad recipiendam[s] coronam imperii vel pro necessitatibus ecclesie ab apostolica sede vocati venerimus, de mandato summi pontificis recipiemus procurationes sive fodrum ab ipsis. (7) Omnia igitur supradicta et quecumque alia pertinent ad Romanam ecclesiam de voluntate et conscientia, consilio et consensu principum imperii libere illi dimittimus, 5 renuntiamus et restituimus, necnon ad omnem scrupulum removendum, prout melius valet et efficacius intelligi, concedimus, conferimus et donamus, ut sublata omnis contentionis et dissensionis[t] materia, firma pax et plena concordia in perpetuum inter ecclesiam et imperium perseverent. (8) Adiutores etiam erimus ad retinendum et defendendum ecclesie Romane regnum Sicilie cum omnibus ad ipsum spectantibus tam citra Farum quam 10 ultra, necnon Corsicam et Sardiniam ac cetera iura que ad eam pertinere noscuntur, tamquam devotus filius et catholicus princeps. (9) Ut autem hec omnia memorato sanctissimo patri nostro domino Innocentio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici eiusque successoribus per nos et nostros successores Romanorum reges et imperatores observentur firmaque et inconvulsa[u] semper permaneant, presens privilegium conscriptum maiestatis nostre aurea bulla iussimus com- 15 muniri.

Testes autem hii sunt: Sifridus[v] Maguntine sedis archiepiscopus apostolice sedis legatus, Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus, Chounradus[w] Ratisponensis episcopus, Otto Wirzburgensis[x] episcopus, Manegoldus Pataviensis[y] episcopus, Engelhardus[z] Zizensis episcopus[a], Otacharus Boemorum rex, Lodouicus dux Bawarie[b], Liupoldus dux Austrie et Styrie[c], Hermannus lantgrauius Thuringie, 20 comes Albertus de Eberstein[d], comes Adolfus de Sowemberc[e], comes Burchardus de Mannesueld, comes[f] Gerardus[g] de Dets[h], comes Lodouicus de Wirtemberhc[i], Gebehardus[k] burcrauius[l] Meigdeburgensis[m], Hainricus de Stahelberch, Walterus de Langenberch[n], Hainricus de Chalandina marescalcus imperii, Walterus de Sipf[o] pincerna imperii, et alii quam plures.

Signum domini Frederici[p] secundi Romanorum regis invictissimi et regis Sicilie.

25 Ego Chunradus[q] Dei et apostolice sedis gratia Metensis et Spirensis episcopus imperialis[r] aule cancellarius vice domini Sifridi Maguntini archiepiscopi et apostolice sedis legati ac totius Germanie archicancellarii[s] recognovi.

Acta sunt hec anno domini nostri Iesu Christi millesimo[t] CCXIII, indictione prima, regnante domino Frederico secundo[u] Romanorum rege glorioso et rege[v] Sicilie, anno regni eius Romani 30 primo, regni vero eius[u] Sicilie XVI.

Datum[w] apud Egram per manus Bertoldi de Niffe[x] regalis aule prothonotarii, quarto[y] Idus Iulii.

## 49. 50. *FRIDERICI II. IURAMENTA DUO.* *Iul. 12.*

*In unum textum coniunximus duas iuramenti formas, fere totas conformes, quarum* 35 *utraque transscripsit formam iuramenti, quod a. 1201 Otto IV. praestitit (*O*; supra nr. 23). Quarum formarum altera* A *(Huillard nr. 24), quam vir cl. Ficker priorem esse iudicavit, multo propius accedit ad iuramentum Ottonianum et una sententia a nobis uncis inclusa perinde atque illud abundat. Quam sententiam in formula posteriore* B *(Huillard nr. 23) eo consilio suppressam esse censuit Ficker, ne rex cum Romanis ullum commercium habere vide-* 40 *retur. Forma* A *servata est in solo codice Parisino 8990 saec. XVIII. fol. 214' (Rot. XVI.), quem contulit vir cl. Molinier. Formam* B *proponimus subsidiis his:* 1) *et* 2) *transsumtis anni 1274 supra ad nr. 48 laudatis;* 3) *codice Parisino 8990 saec. XVIII. fol. 214*

**48.** s) recipiendum 2. t) dissentionis 3. u) inconcussa 1. v) Syfridus 1; Sifredus 3. w) Conradus 1. 2. x) Wizburgensis 2. y) Pactauensis 1; Pattaviensis 3. z) Engerardus 2. 45 a) *deest* 1. b) Bauarie 1. c) Stirye 1. d) Ebstein 1. e) Sowembercg 1; Souwenb'ch 3. f) *deest* 1. 2. g) Berardus 1. 2. 3. h) Bets 2. i) Wirtenberch 2; Wirtemberch 3. k) Geberhardus 1; Gebeardus 2. l) burclauius 2. m) Meideburgensis 2. n) Lagemberch 1. o) Siph 1. p) Friderici 3. q) Conradus 1. 2. r) imp. aule cancellarius *des. A. B.* s) archicancellarius 1. 2. t) M. 1. 2. u) *deest* 3. v) regis 1. w) Dat. 2; Data 3. x) Nife 2; Niste 3. y) IIII. 1. 2.

*(Rot. XVI.) collato a viro cl. Molinier;* 4) *codice Ottoboniano 2546 saec. XIII. ex. fol. 27' collato a viro d. Donabaum. Huillard-Bréholles I, 272 secundum Lünigium 'Reichsarchiv' XIX, 165; Theiner l. c. I, p. 183 ex transsumto illo principum a. 1274. — Böhmer, Reg. imp. V, 707 et 707a. (P. deest.)*

In[a] nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Fredericus[b] secundus[c] Dei gratia Romanorum rex et semper augustus et rex Sicilie tibi domino meo sanctissimo[d] et patri carissimo Innocentio pape tertio[e] tuisque successoribus et ecclesie Romane, presentibus[f] subscriptis principibus imperii et nobilibus, spondeo, polliceor, promitto et iuro: quod omnes possessiones, honores et iura Romane ecclesie pro posse meo bona fide protegam et servabo. Possessiones autem, quas ecclesia Romana recuperavit, liberas et quietas sibi dimittam et ipsam ad eas retinendas bona fide iuvabo; quas autem nondum[g] recuperavit, adiutor ero ad recuperandum, et recuperatarum secundum posse meum ero sine fraude defensor. Et[h] quecumque ad manus meas devenient, sine difficultate restituere procurabo. Ad has pertinet[i] tota terra que est a Radicofano[k] usque Ceperanum, exarchatus[l] Rauenne, Pentapolis, marchia Anconitana[m], ducatus Spoletanus, terra comitisse Matildis[n], comitatus Brittenorii[o] cum[p] adiacentibus terris expressis in multis privilegiis imperatorum a tempore Lodowici[q]. Has omnes pro posse meo restituam et quiete dimittam cum omni iurisdictione, districtu et honore suo. Veruntamen cum ad recipiendum[r] coronam imperii vel pro necessitatibus ecclesie ab apostolica sede vocatus accessero, de mandato summi pontificis recipiam[s] procurationem ab eis. Adiutor etiam ero ad retinendum et defendendum ecclesie Romane regnum Sicilie. Tibi etiam domino meo Innocentio pape et successoribus tuis omnem obedientiam et honorificentiam exhibebo, quam devoti et catholici[t] imperatores consueverunt sedi apostolice exhibere. [Stabo[u] etiam ad consilium et arbitrium tuum de bonis consuetudinibus populo Romano servandis et exhibendis.] *Et si propter negotium meum Romanam ecclesiam oportuerit incurrere[v] guerram, subveniam ei, sicut necessitas postulaverit, in expensis. Omnia vero predicta tam iuramento quam scripto firmabo, cum imperii fuero coronam adeptus.

Principes autem imperii et nobiles, quibus presentibus iuravi, hii sunt: Euirhardus[w] Salzburgensis[x] archiepiscopus, Berardus Barensis archiepiscopus[y], Mangoldus Patauiensis[z] episcopus, Engilhardus Nuemburgensis[a] episcopus, Conradus[b] Metensis et Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius, Luppoldus[c] dux Austrie et Stirie[d], Lodowicus dux Bawarie, comes Albertus de Euirstein[e], Henricus marescalcus de Kallindin[f], Gualterus[g] pincerna.

Actum in capella[h] in castro Egre, anno dominice incarnationis[i] MCCXIII, IIII. Idus Iulii, indictionis prime[k].

## 51. *CONSENSUS LUDEWICI COMITIS PALATINI. (1214.) Oct. 6.*

*Principes imperii universi anno 1213 seu 1214 per scriptum consensisse concessionibus a Friderico II. Romanae ecclesiae factis, docemur scripto principum eiusdem indolis a. 1220*

**49.** a) In — Trinitatis *des. A. O.* b) FR9cus *B* 2; FR. *B* 4. c) *deest B* 3. d) sanctissimo — carissimo *des. A. O.* e) III. *B* 1. 3; tertio *deest A. O.* f) presentibus — nobilibus *des. A. O.* g) nundum *A. B* 3. h) Et *deest A.* i) pertinent *A.* k) Rodicofano *B* 2. l) exarcatus *A. B* 3. m) Anconitana *deest A. O.* n) Mattildis *B* 2; Mathildis *B* 3. 4. *A.* o) Brutenorii *A. B* 3; Brettenorii *B* 4. p) aliis *add. A. O.* q) Lodvici *B* 3; Lodouici *B* 4. r) recipiendam *B* 1. 2. *A.* s) accipiam *B* 1. 2. t) catholici et devoti *A.* u) *uncis inclusa in solo A.* v) intimare *B* 3. w) Eberhardus *A*; Euirhaldus *B* 1; Euiraldus *B* 2; Eurhardus *B* 3. x) Salzeburgensis *B* 2. y) *hic sequuntur in A:* Chonradus Metensis episcopus imperialis aule cancellarius. z) Partaviensis *B* 3. *A.* a) Nuuenburgensis *B* 4; Nuremburgensis *B* 3; Niwenburg. *A.* b) Conradus — cancellarius *des. hic A.* c) Liupoldus *A*; Lupoldus *B* 3. 4. d) Styrie *B* 2. 4; et Stirie *des. A.* e) Ewirtein *B* 1. 2; Euustein *B* 3; Eherstein *A.* f) Callindum *B* 1; Kallindun *B* 2; Ballendin *B* 3; Henricus de Chalanduina marescalcus imperii *A.* g) Galterus *B* 2; Gualterius *B* 3; et Gualterius *B* 4; Walterius *A.* h) cappella *B* 4. i) anno domini *A.* k) indict. I. *B* 4; indict. prima *A.*

*Apr. 23 dato, quod infra posituri sumus. Praeterea et singuli quidam principes scripta consensus dedisse videntur, quorum illud Ludewici palatini comitis Rheni et ducis Bawariae iam pridem e codice 4 a Böhmero 'Wittelsbachische Regesten' p. 135 (= Ficker 'Forschungen' IV, 304) vulgatum est. Quod nos iterum proponimus ex* 1) *transsumto Lugdunensi anno 1245 exarato tabularii Vaticani Arm. I caps. X nr. 3;* 2) *codice Parisino 8990 saec. XVIII (Rot. VI.) fol. 133';* 3) *apographo transsumti Cluniacensis a. 1413 facto, quod in tabulario Vaticano asservatur Instr. misc. C. Fasc. 37 nr. 3 D. I;* 4) *codice bibliothecae Barberinianae XXXII, 218 (373) saec. XVII. fol. 21, apographa privilegiorum imperialium ex authenticis archivii pontificii a Contelorio facta continente*[1]. *Codices 1. 3. 4 Kehr, codicem 2 Molinier contulerunt. Consensum palatini ad privilegium tertium regis pertinere, vir cl. Ficker l. c. 424. 427 docuit. Ludewicus autem, qui iam a. 1213. Iul. 12 testans privilegium approbaverat, singulare consensus scriptum ea de causa dedisse videtur, quod autumno a. 1214 novam dignitatem palatinatus Rheni acquisivit. Indictionem, quae legitur in diplomate, ad annum 1213 tendere, at falsam esse, iam Böhmerus animadvertit. — Böhmer, Reg. imp. V, 749.* *(P. deest.)*

Ludwicus[a] Dei gratia comes palatinus Reni[b] et dux Bauarie[c] universis presentem paginam inspecturis. Cum pro reformanda pace et sopienda discordia, que fuit inter ecclesiam et imperium pro quibusdam abusionibus et possessionibus et aliis rationibus detentis seu occupatis a quibusdam imperatoribus et regibus predecessoribus domini Frederici Dei gratia Romanorum regis et semper augusti et regis Sicilie, ipse dominus noster rex de voluntate nostra et conscientia et consensu nostro dimiserit, contulerit, donaverit seu renuntiaverit ac restituerit per privilegium suum possessiones ipsas et alia supradicta libere et absolute spontanea voluntate sanctissimo patri suo et domino nostro Innocentio sancte Romane ecclesie summo pontifici et eius successoribus in perpetuum[d], attendens ecclesiam et imperium esse unum et idem et mutuis se debere vicissitudinibus adiuvare, nos ipsum privilegium approbamus et ea, que continentur in ipso tam de possessionibus quam de aliis omnibus secundum quod in eodem continetur et exprimitur sigillatim[e], ita quod de hiis omnibus nichil excipiamus, grata habemus et rata, promittentes pro nobis et omnibus successoribus nostris, quod contra privilegium ipsum et consensum nostrum et omnia que continentur in ipso nullo tempore veniemus. Ad cuius rei perhennem memoriam presentem paginam conscribi iussimus et sigillo nostro consignari.

Dat.[f] apud Wormatiam[g], II. Non.[h] Octobr.[i] indictionis[k] II[o].

---

## 52. SENTENTIA DE PROVENTIBUS BONORUM FEODALIUM.

### 1214. Febr. 19.

*Dedit Oswaldus Redlich ex apographo saec. XV. tabularii praefecturae Oenopontanae (Kaiserurkunden, latein. Archiv III, 64), e quo certe editiones derivatae sunt,*

**51.** a) Ludouicus 4. b) Rheni 4. c) Bavarae 4. d) imperpetuum 3. e) singillatim *in correctura* 1. f) Datum 3. g) Worm̄ 1—3; Vormatiam 4. h) Nonas 2. i) Octobris 4. k) indict. 1; ind. 3; indictione II da 4.

1) *V. 'Archiv' XII, 383.*

*cum autographon iam saeculo XVIII. deperditum esset. — Huillard-Bréholles I, 286. Böhmer, Reg. imp. V, 716. (P. 225.)*

Fridericus secundus divina favente clemencia Romanorum rex et semper augustus et rex Sicilie. Constitutus in presencia regie eminencie dilectus princeps, vicarius et legatus noster Fridericus Tridentinus episcopus per sentenciam curie et principum requisivit, si aliquis dominus[a] contulerit alicui vassallo suo feodum de camera non locatum nec denunciatum, et si vassallus talis feodi distulerit per aliquos annos feodum illud a domino, unde illud habiturus est, requirere per se vel per certum nuncium, si dominus ille teneatur ultimo anno, quo forte vassallus voluerit petere beneficium suum, de singulis annis solvere proventus feodi detenti, sicut superius prelibatum est, an non. De hoc inquisitus a nobis fidelis noster Chalochus de Chirchperch per districtum fidelitatis, sentencialiter protulit et firmavit: dominum illum nequaquam teneri in solucione talis feodi detenti[b] forma supradicta, dumtaxat si vassallus potuit requirere feodum suum et non fecit. Quam sentenciam per subsecucionem tocius curie nostre confirmatam ratam habentes, regia confirmamus auctoritate et perpetuo volumus sine alicuius persone contradiccione observari. Ne autem pro temporis transcursu hec iuste lata sentencia oblivioni tradatur, hoc scriptum inde fieri iussimus sigillo maiestatis nostre roboratum.

Testes qui interfuerunt hii sunt: Otto Frisingensis episcopus, Manegoldus Pattaviensis episcopus, Hainricus Eistetensis episcopus, Chunradus Brixinensis episcopus, Ludwicus dux Bavarie, Albertus comes Tirolis, comes Chunradus de Zolr, Albero de Wanga, Hugo de Tuvers, Dieto de Ravenspurch[c] camerarius imperii, Hainricus nobilis Niffer[d], Anshelmus de Iustingen, et alii quam plures[e].

Datum Auguste in curia solemni, anno domini millesimo CCXIIII, indiccione II, XI. Kl. Marcii.

## 53. CESSIO TERRAE NORDALBINGICAE.

1214. (Dec.)

*Servata est in duobus transsumtis, in tabulario regio Havniensi asservatis, quae iam olim contulit Waitz b. m., et quidem* 1) *diploma Gerhardi comitis Holsatiae et episcoporum Revaliensis et Roskildensis a. 1304. Sept. 11 datum, quod transsumpsit privilegium Alberti regis a. 1304. Mai. 23 datum, cui insertum est privilegium Friderici II; editum est 'Schleswig-Holsteinsche Urkundensammlung' II, 132 nr. 118 et 'Meklenburgisches Urkundenbuch' I, 202 nr. 218;* 2) *diploma capituli Roskildensis a. 1301. Mai. 5 datum, quod transsumpsit privilegium Friderici, editum 'Urkundensammlung' II, 129 nr. 115. — Huillard-Bréholles I, 347. Böhmer, Reg. imp. V, 773. (P. deest.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Fridericus divina favente clemencia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie[a]. Quoniam omnis gloria maiestatis auguste ad augendam universalis ecclesie pacem modis omnibus elaborare tenetur, idcirco nobis divina largiente clemencia ad paternum atque Romanum imperium ascendentibus primum et potissimum consilium fuit cum vicinis pacem formare regibus, ut

**52.** a) domnus *c.; similia semper.* b) detenta *c.* c) Ravenspach *c.* d) *i. e.* Nîfaere. e) plueres *c.*
**53.** a) sicirie 2.

sponsa Christi ecclesia, pro cuius defensione gladio utimur, ipsorum cooperacione in diebus nostris tranquilla semper pace letetur. Huius rei gratia cum dilecto nobis domino Waldemaro[b] Danorum rege christianissimo perpetuas et inviolabiles firmavimus[c] amicicias, eique de consilio et[d] consensu principum Romani imperii pro pace sui regni custodienda et hostibus nostri imperii cohercendis omnes terminos ultra Eldanam[e] et Albiam Romano attinentes imperio, quos rex Kanutus multis provocatus iniuriis cum fratre suo iam dicto W.[f] armis optinuit et possedit, et quicquid in Sclavia rex Kanutus comparatum paterno suoque labore tenuit, regno ipsius addidimus factumque[g] presentis privilegii nostri auctoritate et sigillorum principalium impressione confirmavimus. Nullus ergo successorum nostrorum vel principum Romani imperii super predictis, eo quod aliquando imperio subiecti fuerint, memoratum dominum W. regem dilectissimum armis vel querimoniis inquietet, quia non solum in istis, sed eciam[h] in omni causa et necessitate contra omnem personam, salva sedis apostolice reverencia, sic ei semper adesse statuimus, sicut eum nobis et nostris negociis affuturum non dubitamus.

Huius rei testes sunt: Sifridus Maguntinus archiepiscopus et sedis apostolice legatus, Theodericus[i] Treuerensis archiepiscopus, Amedeus[k] Bisuntinus archiepiscopus, Conradus Metensis et Spirensis episcopus et imperialis aule cancellarius, Otto Wirzburgensis episcopus, Othacarus[l] rex Bohemie[m], Ludwicus[n] dux Bawarie, Lupoldus[o] dux Austrie, Theodericus[p] marchio Missinensis et Orientalis marchio, Theobaldus[q] dux Lotharingie, Otto[r] dux de Meran, Albertus comes[s] de Eberstein[t].

Signum[u] domini Friderici secundi Romanorum regis illustrissimi et regis Sicilie. (M.)

Datum apud Mecios, anno dominice incarnationis MCCXIIII, indictione[v] secunda, per manus[w] domini Conradi Metensis et Spirensis episcopi imperialis aule cancellarii.

## 54. INVESTITURA REGNI ARELATENSIS.

1215. Ian. 8.

*Dedit vir cl. Arndt e cartulario tabularii Massiliensis B 2, 175. 176 chartaceo saec. XIV. fol. 6', cuius exemplari usus est etiam Winkelmann in editione 'Acta imperii inedita' I, 105 nr. 125. Qui privilegium fictitium esse censuit; sed eius argumenta refutata sunt a viro cl. Ficker et potissimum a viro d. Sternfeld 'Das Verhältniss des Arelates zu Kaiser und Reich vom Tode Friedrichs I. bis zum Interregnum' p. 44 sq. Privilegii verba initialia et finalia laudantur in carta Raimundi de Baucio filii Willelmi, qua a. 1257 iura sua Karolo comiti Andegavensi renuntiavit; v. Winkelmann l. c. 584 nr. 740. — Böhmer, Reg. imp. V, 776. (P. deest.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie. Veterum solercia ritu benigno approbare consuevit queque facta decenter, et precipue que fiunt bene meritis a regali munificencia, cui

**53.** b) W. 2. c) *literae* avim *in* 1 *vix legi potuerunt.* d) ut et 2. e) eldonam *seu* eldanam 2. f) rege *add.* 2. g) secundum quod 2. h) et 2. i) Theod. 1. k) Amedius 2. l) Othecarus 2. m) Boemie 2. n) Lud' 1; Lodwicus 2. o) Lupol' 1. p) Thedericus 2; Theoder' 1. q) Theob' 1; Thebaldus 2. r) O. 1. s) *deest* 1. t) Ebirstein 2. u) Signum — Sicilie. (M.) *des.* 2. v) indictione secunda *des.* 2. w) manum 1.

commissa est providencia subditorum. Nos quidem comendantes eorum benignam consuetudinem et inherentes vestigiis piorum predecessorum nostrorum, qui de innata[a] sibi mansuetudine fidelibus suis larga largiri munera consueverunt, volentes eciam successoribus nostris imposterum exempla nostre largitatis dimitti[b] et subditos ad fidelissima servicia invitare, dignum duximus quadam spetiali prerogativa ad summos honores illos promovere, quos firma fides et gloria alti sanguinis insignire videtur. Quamobrem universis tam presentibus quam futuris volumus esse manifestum, quod ob exhimia servicia et fidelissima, que predecessores tui nostris piis progenitoribus, Villelme de Baucio, obtulerunt et tu in antea et heredes tui nobis nostrisque successoribus es oblaturus, attendentes[c] eciam illud verbum dominicum, ut qui laborat hic et manducet, conferimus auctoritate regia salvo iure imperiali tibi Villelmo de Baucio et tuis regnum Vienense, quod et Arelatense dicitur, cum omnibus pertinenciis et te donatione investimus, et cum coronam imperii favente divina gracia adepti fuerimus, te nobiscum procurabimus coronare. Et ut fides donis nostris et verbis adhibeatur, presens scriptum sigilli nostri munimine iussimus roborari, et ne imposterum ambiguitas aliqua possit oriri, testimonio nobilium principum nostrorum infrascriptorum presentem paginam statuimus esse testatam, censentes iuxta statuta nostrorum antecessorum, ut nemini liceat nostram infringere donacionem, precipientes eciam, ut omnes in regno predicto degentes tam clerici quam layci, tam nobiles quam plebei, tibi dicto Guillelmo et tuis obediant et sacramenta et fidelitates prestent, que corone debent adhibere. Adicimus[d] etiam supradictis, ut si quis perniciosus, contumax seu rebellis, clericus vel laycus, nobilis vel plebeius, contra mandatum nostrum venire presumpserit, tamquam lęse maiestatis criminosus ab omnibus evitetur et omnia bona ipsius publice[e] dirripiantur[f]. Insuper facimus, ut nolentes tibi tuisque obedire, sichubi capti fuerint vel custodie mancipati, tamdiu teneantur donec de ipsis tibi, sicut ratio decreverit, liceat sententiare.

Huius autem donacionis nostre testes sunt hii: Theodoricus Treverensis archiepiscopus, Berardus Panormitanus archiepiscopus, Corradus Metensis episcopus et imperialis aule cancellarius, Renaldus Tullensis episcopus, Theobaldus[g] dux Lothoringie, Albertus comes de Everstain[h], Sibertus comes de Alsacia[i], Gauterius pincerna, Siffredus de Hagenowe[k] marescalcus, Godefridus de Staquestein vicedominus, Conradus camerarius.

Data per manus C. Metensis episcopi et imperialis aule cancellarii vice Siffredi Maguntini archiepiscopi.

Anno dominice incarnationis MCCXIIII, indictione III, Metis, data VI. Ydus Ianuarii, regnante domno F. Romanorum rege, anno regni eius feliciter tercio.

---

# 55. CONSTITUTIO PROCURATORIS BONORUM REGALIUM.

## 1216. Apr. 17.

*Dedit Beyer 'Mittelrheinisches Urkundenbuch' III, 51 nr. 47 ex apographo Kindlingeri II. 138. 1 iam in tabulario regio Monasteriensi asservato, ex autographo autem*

**54.** a) ignata *c.* b) dimiti *c.* c) atendentes *c.* d) Addicimus *c.* e) *sic solvit Arndt* pp[ce] *c.*; propria *Winkelmann.* f) dirrupiantur *c.* g) Theobardus *c.* h) Herestain *c.* i) Sabertus comes dę Ansassacia *c.* k) Auguendio *c.*

*Gudenus in Codice diplomatico Maguntino II, 2, 933. — Huillard-Bréholles I, 451. Böhmer, Reg. imp. V, 451.* *(P. deest.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris scriptum hoc intuentibus notum esse 5 volumus, quod nos omnem procurationem nostram illa parte Muselle[a] in descensu Rheni tam in hominibus quam in proventibus nostris fideli dilecto nostro Gerhardo de Sinszeche, considerantes ipsius fidelitatem, commisimus procurandam. Unde omnibus ibidem commorantibus sub pena gratie nostre mandamus, ut eidem Gerhardo omni iure quo nobis tenentur obediant et ipsum tamquam nostrum specialem dilectum promovere 10 intendant.

Data apud Spiram anno domini MCCXVI, indictione IV, XV. Kal. Maii.

---

# 56. CESSIO IURIS SPOLII ET REGALIAE.

## 1216. Mai. 11 – 13.

15 *Ad privilegium hoc, quod per singula exemplaria singulis principibus ecclesiasticis datum est, edendum praesto fuere* 1) *exemplar Wirzburgense autographum (Mai. 11; Böhmer, Reg. imp. V, 856) quod asservatur in tabulario regni Bawarici, Kaiser-Select 619, cui appendet sigillum regis illaesum; editum est in Monumentis Boicis XXX, 1, 41 nr. 619 (= Huillard-Bréholles I, 456); ipse contuli perinde ac nr. 5;* 2) *exemplar Quedlin-* 20 *burgense autographum (Mai. 11; Böhmer 857) tabularii Berolinensis 164. 21, quod olim descripsit vir cl. Wattenbach; sigillum appendens illaesum; textus admodum convenit cum 1, falsum autem nomen electi Coloniensis, quod praebet 1, in 2 correctum est; edidit Erath in Codice diplomatico Quedlinburgensi 134, ubi imago addita est;* 3) *exemplar Magdeburgense (Mai. 11; Böhmer 858), cuius apographa tantum supersunt, et quidem* 3a) *Copia-* 25 *rius ecclesiae Magdeburgensis sign. 6 tabularii regii, c. annum 1500 exaratus et a correctore quodam emendatus, fol. 37; exemplavit vir d. Schwalm;* 3b) *Copiarius eiusdem tabularii sign. 1a, cuius folia 1—52 membranacea saec. XII, folia 53—141 chartacea paullo ante a. 1470, folia 142—178 chartacea saec. XVI. exarata sunt; fol. 83' legitur privilegium, quod contulit Schwalm; huius codicis apographon est Copiarius Magdeburgensis saec. XV,* 30 *qui in tabulario Anhaltino Zerbstensi asservatur, quem iam olim exemplavit Karolus Pertz; exemplar Magdeburgense, in quo falsum nomen Coloniensis electi obvium est, abundat nonnullis capitulis, quibus rex ecclesiae Magdeburgensi alia privilegia condonavit, quorum maximam partem iam Otto IV. 1209. Mai. 19 ei concesserat; ediderunt hoc exemplar, e codice* 3a *ut videtur, Meibomius 'Scriptores rer. Germanicarum' II, 378 (= Tolner 'Historia* 35 *Palatina' 66) et Sagittarius 'Historia Magdeburgensis' ed. Boysen II, 114;* 4) *exemplar Corbeiense (Mai. 12; Böhmer 859), cuius apographon saec. XVIII. exstat in tabulario Guelferbytano inter schedas Iohannis Friderici Falke tom. II, p. 67; maxima pars edita est in Böhmeri Actis imperii selectis 239 nr. 268; testium series, cui Albertus Magdeburgensis archiepiscopus accessit, aliquantum diversa est ab aliis exemplaribus et plura* 40 *nomina praebet, itemque eschatocollon diversum est; quamquam vir cl. Philippi nuper 'Mittheilungen des Instituts für öst. Geschichtsforschung' XIV, 476 hoc exemplar Corbeiense*

**55.** a) Moselle *G.*

*a Falkeo confictum esse comprobavit, eius tamen scripturas adnotavimus, quia testium series genuina esse videtur;* 5) *exemplar Ratisbonense autographum (Mai. 13; Böhmer 861), tabularii regni Bawarici, Kaiser-Select 620, nulli principi adscriptum et testante scriptura nequaquam a notario regio exaratum; genuinum ibi electi Coloniensis nomen legitur et inter testes Magdeburgensis obvius est; sigillum illaesum appendet; editum est a Riedio in Codice diplomatico episcopatus Ratisbonensis I, 312 nr. 331 et in Monumentis Boicis XXX, 1, 43 nr. 620; hoc exemplari fundamento editionis usus est Pertz. Nos editionem nostram eo modo instituimus, quod exemplar Wirzburgense fundamentum ponentes discrepantias et additiones minores ceterorum exemplarium adnotationibus deputavimus, maioribus vero singularem columnam asteriscis insignitam aperuimus. — Huillard-Bréholles I, 456—462. Böhmer, Reg. imp. V, 856—859. 861. (P. 226.)*

(C.)[a] ‖ In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus[b] Dei gratia Romanorum[c] rex et[d] semper augustus et rex Sicilie[e]. ‖ Illud privilegium, quod rex regum et dominus dominantium in memoriam ecclesiasticę libertatis preciosissimo sanguine suo scripsit, ita regio decet custodiri favore, ut numquam in eo quicquam appareat, quod illius gratie videatur obtenebrare decorem, que a tanto procedit auctore. Ut ergo post terreni regni fastigia securius expectare possimus ab ipso felicitatis ęternę[f] coronam, cum nostre devotionis ministerio[g] permanserit in sue integritatis gloria sponsa Christi, grata sui status debet a nobis percipere pocius incrementa[h], quam ipsius, quasi sub quadam specie[i] servitutis, probrose[k] sinamus indumenta discerpi. Ideoque veterem illam[d] consuetudinem detestantes, quam antecessores nostri Romanorum imperatores et reges in cathedrales exercuerunt ecclesias et abbatias quę manu regia porriguntur[l], quod videlicet decedentibus episcopis et prelatis earum[m] non tam reliquias rerum mobilium eorundem consueverant occupare ac[n] convertere in usus proprios occupatas, quam etiam redditus et proventus per tocius anni primi[o] circulum ita prorsus auferre, ut nec[p] solvi possent debita decedentis nec succedenti prelato necessaria ministrari, eidem consuetudini sive iuri, vel quocumque vocabulo exprimatur[q], renunciamus[r] penitus ob reverentiam Crucifixi, cuius in nostro corpore baiulamus insignia; illud eisdem ecclesiis perpetuo iure donantes et auctoritate regia statuentes, ut ecclesiarum omnium libertate integra semper in omnibus permanente, res et redditus huiusmodi in solvenda debita decedentium prelatorum et in alios ecclesiarum usus per manus legitime succedentium libere convertantur. Obsecramus igitur easdem ecclesias et in virtute Altissimi contestamur, quatinus ob hanc munificentie nostre gratiam nostrum apud Altissimum[s] supplere dignentur piis orationibus inperfectum[t] et post terminum vitę nostre anniversarium obitus nostri diem[u] in[v] perpetuę commendationis memoria[w] retinere*. Ut

*) Cum autem Magdeburgensis ecclesia, que nonnullas pro exaltacione nostra passa est sollicitudines et labores, in subscriptis articulis a quibusdam antecessoribus nostris[1] privilegio speciali[x] meruit[y] honorari, nos private libertatis ipsius nolentes restringere terminos sed pocius ampliare, ad preces dilecti principis nostri eiusdem ecclesie archiepiscopi Adalberti[z],

**56.** a) *deest* 3. 4. b) Fredericus secundus 5. c) rex Romanorum et Sycilie semper augustus 5. d) *deest* 4. e) Cicilie 3. f) eterne felic. 3. g) ministerium 4. h) incr. perc. potius 5. i) spetie quadam 5. k) *corr. in margine ex* pro posse 3a; pro posse 3b. l) reguntur 4. m) eorum 4. n) et 3. o) primi anni 2. 5; primi *a correctore suppletum* 3a; *deest* 3b. p) non 4. q) exprimantur 3. r) renunciavimus 5. s) omnipotentem 4; deum 5. t) *deest* 4; piis or. imp. *corr. ex* imp. piis or. 3a; imp. piis or. 3b. u) divine 3b; ob. n. diem annivers. 5. v) et 3b. w) memoriam 3. x) priv. spec. *a correctore in marg. suppl.* 3a; speciali *deest* 3b. y) promeruit 3b. z) Adelberti 3b.

1) *Spectat ad privilegium Ottonis IV. 1209. Mai 19 (Orig. Guelf. III, 639; Böhmer V, 278) et fortasse etiam ad privilegium Philippi 1204. Sept. 22 (Cod. dipl. Saxoniae regiae II, 1, 68; Böhmer V, 86), quod tamen spolii tantum iuri renuntiat.*

autem hec omnia, sicut a bonę voluntatis nostre[a] liberalitate procedunt, perpetuis temporibus maneant inconvulsa[b], presens inde privilegium* dilecto principi et amico nostro speciali Ottoni Herbipolensi episcopo et ecclesie suę Wirceburgensi, quam pio favore amplectimur, conscribi precepimus et nostre ymaginis inpressione muniri, 5 statuentes, ut quisquis contra hec presumpserit aliquid attemptare[c], centum libras auri pro pena conponat, quarum[d] medietas fisco cedat et pars altera illis quibus[e] iniuria fuerit[f] irrogata[g].

Testes huius rei[h] sunt**: Otto Frisingensis episcopus, Cunradus[i] Ratisponensis episcopus, Otto Herbipolensis episcopus, Sifridus Augustensis episcopus, Siboto[k] 10 Hauelburgensis[l] episcopus, Engelardus[m] Coloniensis electus, Vlricus[n] Patauiensis[o] electus, Heinricus Hersveldensis abbas[p], Cůno Elewacensis[q] abbas, Hartmannus Fuldensis electus, Ludewicus[r] comes palatinus Reni et[s] dux Bawarie, Lupoldus[t] dux Austrie[u], Otto dux Miranie[v], Hermannus marchio de Badin[w] et Fridericus frater eius[x], Ansalmus[y] marscalcus[z], Wernerus[a] dapifer[b], Walterus[c] pincerna regalis aule[d], 15 et alii quam plures.

qui principalis et precipuus nostre sublimacionis auctor extitit et promotor, eadem auctoritate statuimus innovantes: ut cum in civitate Magdeburgensis ecclesie vel opidis pertinentibus ad eandem a nobis vel successoribus nostris curias regales celebrari contingerit[e], universa, que[f] in aliis civitatibus atque locis in moneta, theoloneis et ceteris utilitatibus quibuscumque im- 20 periali iuri provenerint ab eisdem in prefati archiepiscopi et successorum eius bonis et fructibus, libera semper existant predicte ecclesie profutura. In omnes etiam homines civitatis, opidorum seu villarum ipsius regales[g] tallie, peticiones aut exacciones nulla umquam occasione preter eiusdem archiepiscopi et successorum ipsius exerceantur[h] assensum; nec quisquam preter ipsum archiepiscopum et dictos successores eius aliquid iuris habeat in 25 eosdem. Et ubicumque percussio Magdeburgensis nummismatis hactenus currere consuevit, nullus umquam presumat cudere de novo monetam, sed prefati aut similis[i] cursus[k] nummismatis large per predictos terminos in suo robore perseveret. Ad hec eidem ecclesie nostra liberalitate donamus, ut si alicubi in bonis eius in quavis specie contigerit reperiri metallum, in usus ipsius ecclesie perpetuo[l] deputetur, adicientes ut quelibet iura, que sepedicte ecclesie 30 a nostris antecessoribus sunt concessa[m], libera ipsi[n] semper maneant et quieta. *add.* 3.

*) 2: privilegium dilecte principi nostrę dominę Sophię abbatissę in Quitilingeburch et eius ecclesie perpetuo donavimus et conscriptum imaginis nostre impressione muniri precepimus, statuentes ut *etc.*
4: privilegium fideli et dilecto principi nostro Hugolto[o] Corbeiensi abbati eiusque ecclesie 35 perpetuo donavimus et sigillo maiestatis nostre insigniri precepimus, decernentes ut *etc.*
3. 5: privilegium conscribi precepimus et nostre ymaginis inpressione muniri, statuentes ut *etc.*

**) Albertus Meideburgensis archiepiscopus *add.* 5; *testium series in* 4 *haec:* Albertus Magdeburgensis archiepiscopus, Engelbertus Coloniensis electus, Otto Wirzeburgensis, Otto Frisingensis, Conradus Ratisponensis, Sifridus Augustensis, Siboto Hauelebergensis, Ulricus Pata- 40 uiensis episcopi, Cuno Elwacensis abbas, Hermannus Fuldensis electus, Ludouicus comes palatinus Rheni dux Bawarie, Luipoldus dux Austrie, Hermannus et Fridericus fratres marchiones de Baden, Otto dux Meranie, Gherardus comes de Dietse, Hermannus et Ludovicus comites de Wirtenberg, Bertholdus nobilis de Niffen et filii sui Heinricus et Albertus, Anselmus de Iustin[gen] marscalcus imperii, Wernerus dapifer de Boland, Dieto de Rauensberg camerarius 45 imperii, et alii quam plures.

**56.** a) nostre bone voluntatis 5. b) inc. maneant 4. c) al. att. presumpserit 4. 5. d) quorum 3b. 4. e) cedat, pars vero altera illi cui 4. f) fuerit iniuria 3. 5. g) surrogata 4. h) *pro* huius rei 5: hii. i) Chůnradus 5; Conradus 3. k) Sigboto 5. l) Havelbergensis 2. 3. 5. m) Engelhardus 3; Engelbertus 2. 5. n) Vlricus 5; Ulricus 2. 3. o) Pattaviensis 2. p) ab. Herfeldensis 3. 50 q) Chůno Elwacensis 5; abb. Elew. 3. r) Lodewicus 5, *ubi* comes *deest.* s) *deest* 5. t) Liupoldus 2. 5. u) Styrieque *add.* 5. v) Meranie 5. w) Baden 3. 5. x) fr. eius Fredericus 5. y) Anshelmus 5; Anselmus 3a; Anschalmus 3b. z) marschalcus 2. a) Werenherus 5. b) de Bonlandia *add.* 5. c) Waltherus de Schipfe 5. d) aule regalis 5. e) contigerit 3b. f) *correxi;* universisque 3. g) regalis 3b. h) exerceant 3b. i) aut similis *des.* 3a. k) cursus *deest* 3b. l) perpetue 3b. 55 m) conc. sunt 3b. n) ipsa 3b. o) *post additum* 4.

‖ Signum[p] domini Friderici[q] secundi regis Romanorum[r] invictissimi et[s] semper augusti et[t] regis Sicilie. ‖ (M.)[u]

Ego[v] Cunradus[w] Metensis[x] episcopus imperialis[y] aule cancellarius vice domini Sifridi Moguntinensis[z] archiepiscopi[a] tocius Germanie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hęc[b] anno ab incarnatione Domini[c] MCCXVI, indict. IIII[d], regnante domino Friderico[e] secundo[f] Romanorum rege invictissimo et semper augusto et rege Sycilie[g].

Dat.[h] Herbipolis[i] per manum Bertoldi[k] regalis aule protonotarii[l], V.[m] Idus Maii, anno regni eius[n] quarto[o].

---

# 57. SENTENTIA DE NON ALIENANDIS PRINCIPATIBUS.

## 1216. Mai. 15.

*Contulimus autographa duo tabularii regni Bawarici* 1) *Kaiser-Select 622, exemplar Monasterii Superioris Ratisbonensis, cuius sigilli pars minima eaque informis superstes est, editum in Monumentis Boicis XXX, 1, 48 nr. 622; et* 2) *Kaiser-Select 621, exemplar Monasterii Inferioris, cuius sigillum deperditum est, editum in Monumentis Boicis XXX, 1, 46 nr. 621. Utrumque an a notario regio exaratum sit, mihi valde dubium. Privilegium concambii, quod sententia principum cassatum est, a. 1215. Dec. 22 datum v. in Monumentis Boicis l. c. 36 nr. 616 (Böhmer V, 840), et scripta consensus Bertholdi ducis Zaringensis et Liupoldi ducis Austriae in Riedii Codice diplomatico episcopatus Ratisbonensis p. 309 nr. 328 (ex autographo tabularii regni Bawarici ed. Heyck 'Urkunden, Siegel und Wappen der Herzoge von Zähringen' 32) et 310 nr. 329. Ad rem ipsam gestam conferendum est privilegium Ottonis IV. 1209. Iun. 16 (Butkens 'Les trophées de Brabant' I, instr. 60; Böhmer V, 284), quo ipse in irritum vocavit donationem abbatiae Nivellensis duci Brabantiae factam*[1]. — *Huillard-Bréholles I, 464; Böhmer, Reg. imp. V, 863.*

*(P. 227.)*

(C.) ‖ In[a] nomine sancte et individuę Trinitatis[b]. Fridericus secundus Dei gratia[c] Romanorum rex et semper augustus rexque[d] Sycilie. ‖ Cum ad summam instanciam

**56.** p) Signum — Sicilie *des.* 3b; *in marg. suppl.* 3a. q) Frederici 5. r) *hic monogramma in* 5; Rom. regis 3a. s) et semper augusti *des.* 2. 5. t) atque 4. u) *deest* 3. 4. v) Et ego 3. w) Chůnradus 5. x) et Spirensis *add.* 4. y) *verba* imperialis aule cancellarius *in* 5 *sequuntur infra post* archicancellarii. z) Moguntini 5; Maguntini 2. a) et *add.* 4. b) Herbipoli *add. hic* 4. c) anno dominice incarnationis 5; hec incarn. dominice 3b; anno domini 4. d) ind. IIII *in* 4 *sequuntur infra post* protonotarii. e) Frederico 5. f) *deest* 2. 5. g) rege gloriosissimo et rege Sicilie (Cicilie 3) 2. 3. 5; rege et semper augusto et inclito rege Sicilie 4; anno eius regni Romani *hic adduntur in* 2; anno Romani regni eius IIII, Sicilie vero XVIII *adduntur hic* 4. h) Datum 2. 3. 4; Data 5. i) *sic* 3b; Herbypolis 5; Herbipol' 1. 2. 3a; *deest hic* 4. k) Berhtoldi 5; de Niffen *add.* 4. l) prothonotarii 2; *hic add.* 4: ind. IIII. m) IIII. 4; III. 5. n) domini regis 3; regis Frederici 5. o) anno — quarto *des. hic* 2. 4.

**57.** a) *chrismon et litterae elongatae in* 1. 2. b) amen *add.* 2. c) Fredericus divina favente clementia 2. d) et rex 2.

1) *Ubi haec:* quod nos tempore discordie nostre contra ius et libertatem imperii ipsam et ecclesiam suam ab imperio alienaverimus et in manus Henrici ducis Lotharingie contulerimus. Principum vero dictavit sententia, quod nos eandem abbatissam et ecclesiam suam non potuerimus ab imperio alienare.

precum dilecti principis nostri Chonradi[e] Ratisponensis episcopi cum ipso episcopo nomine ecclesie sue quoddam concanbium fecissemus de duobus principatibus, scilicet de Inferiori et Superiori Monasteriis in civitate Ratisponensi constitutis, pro quibusdam aliis prediis et possessionibus ad prenominatum episcopum et episcopatum suum pertinentibus, accedens ad presenciam regie excellencie nostre in curia solempni Erbypoli[f] domina Tůta[g] Inferioris Monasterii abbatissa personaliter nec non domina Gerdrudis Superioris Monasterii abbatissa per suum procuratorem cum aliqua honesta utriusque capituli parte coram principibus et baronibus atque tota curia nostra gravi querimonia proposuit, se et[h] ecclesias suas indebite a nobis fore gravatas, et[i] super hoc adiutorium et sentenciam principum[k] postularunt; proponentes firmiter, nullum principatum posse vel debere commutari vel[l] alienari ab imperio vel ad alium principem[m] transferri sine voluntate presidentis principis illius principatus et de plano[n] consensu eiusdem ministerialium. Super quo facta a nobis inquisitione, per sentenciam principum et subsecucionem tam nobilium quam baronum atque ministerialium et omnium qui aderant iudicatum est: nullum principatum posse vel debere nomine concanbii vel cuiuscunque alienacionis ad aliam personam transferri ab inperio[o], nisi de mera voluntate et assensu principis presidentis et ministerialium eiusdem principatus. Nos igitur iusticie protectores nullo conamine iuri reniti volentes, sentenciam ipsam duximus approbandam, et quod contra memoratas ecclesias et earum principes pro episcopo et ecclesia Ratisponensi minus debite feceramus, omnino retractavimus in continenti presente episcopo prefato. Et ne de cetero similia contingant, decernimus et perpetua firmitudine observandum iudicamus, quod non liceat ulli successorum nostrorum, Romanorum regi seu inperatori, principatum aliquem, ut superius sentenciatum est, ab inperio aliquo modo alienare, sed omnes inperii[n] principatus in suo iure et honore illesos observare[p]. Ut itaque dilecta fidelis nostra Gerdrudis[q] et successores eius abbatisse nec non regalis ecclesia Superioris[r] Monasterii hac sentencia gaudeant in antea et glorientur in perpetuum, hoc scriptum eis indulsimus sigillo maiestatis nostre roboratum.

Huius rei sunt testes: Albertus Magdeburgensis archiepiscopus, Engelbertus electus Coloniensis archiepiscopus, Otto Wirzburgensis episcopus, Otto Frisingensis episcopus, Sifridus Augustensis episcopus, V̊ltricus[s] Pattauiensis electus, Cuno Eluacensis abbas[t], Lodoyicus[u] dux Bawarie comes palatinus Reni, Hermannus et Fridericus fratres marchiones de Baden, Gerardus comes de Diets, Otto dux Meranie, Hermannus[v] et Lodwicus[w] comites de[x] Wirtenberch, comes Ernesto[y] de Villeseke, Bertoldus nobilis de Niffen et filii sui Henricus[z] et Albertus, Gerardus comes de Rineck, Anselmus[a] de Iustingen marescalcus inperii, Walterus[b] pincerna inperii, Wernerus dapifer de Bolandia[c], Dieto de Rauenspurch camerarius inperii, et alii quam plures.

‖ Signum[d] domini Friderici secundi Romanorum regis et semper (M.) augusti et regis Sicilie[e]. ‖

Ego Chůnradus Metensis et Spirensis episcopus inperialis aule cancellarius, vice domini Sifridi Maguntini[f] archiepiscopi et tocius Germanie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec Erbipolim[g] anno ab incarnacione Domini millesimo ducentesimo sextodecimo[h], regnante gloriosissimo domino Friderico Dei gratia secundo Romanorum

**57.** e) Chůnradi 2. f) Herbipoli 2. g) Tv̊ta 2. h) *sequitur* suas *statim deletum* 2. i) atque 2. k) principum et sententiam 2. l) aliquomodo *add.* 2. m) ad aliam personam quoquomodo 2. n) *deest* 2. o) ab imperio transferri 2. p) honore debere conservare 2. q) T. 2. r) et ecclesia regalis inferioris 2. s) V̊lricus 2. t) Chůno abbas Elwacensis 2. u) Lodwicus 2. v) Hartmannus *rectius* 2. w) Ludwicus 2. x) *deest* 1. y) *sic* 1. 2. z) Hainricus 2. a) Anshelmus 2. b) Waltherus 2. c) Wernherus de Bonlandia dapifer 2. d) *literae elongatae in* 1. 2. e) Sycilię, *sequitur* (M.) *in* 2. f) Moguntini 2. g) Herbipoli 2. h) XVI. 2,

rege et semper augusto et inclito rege Sicilie, anno Romani regni eius quarto, Sicilie vero octavodecimo[i] feliciter.

Datum per manus Bertoldi de Niffen regalis aule prothonotarii, anno prenotato, Idus Maii, indictionis quarte.

---

# 58. PROMISSIO ARGENTINENSIS DE REGNO SICILIAE AB IMPERIO SEPARANDO.

5

## 1216. Iul. 1.

*Adhibuimus* 1) *Registrum Honorii III. tabularii Vaticani tom. I (IX. seriei totius), fol. 35 ep. 146, e quo eam descripsit Pertz, iterum contulit Sickel;* 2) *Transsumtum Lugdunense a. 1245 exaratum eiusdem tabularii Arm. I caps. X nr. 3 a Sickelio collatum;* 3) *codicem Parisinum lat. 8990 saec. XVIII, apographa Rotulorum Cluniacensium continentem*[1] *(Rot. VI.), fol. 132', quem contulit Molinier;* 4) *apographon eorundem Rotulorum a. 1413 factum, quod in tabulario Vaticano asservatur, Instr. misc. C. Fasc. 37 nr. 3 D. I, a Kehrio collatum. — Huillard-Bréholles I, 469. Böhmer, Reg. imp. V, 866.* *(P. 228.)*

10

15

Sanctissimo in Christo patri et domino suo Innocentio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici F. Dei et[a] sui gratia Romanorum rex et semper augustus et rex Sicilie cum filiali subiectione debitam in omnibus apostolice sedi obedientiam et reverentiam.

20

Cupientes tam ecclesie Romane quam regno Sicilie providere, promittimus et concedimus, statuentes ut, postquam fuerimus imperii coronam adepti, protinus filium nostrum Heinricum[b], quem ad mandatum vestrum in regem fecimus[c] coronari, emancipemus a patria potestate ipsumque[d] regnum Sicilie, tam ultra Farum quam citra, penitus relinquamus ab ecclesia Romana tenendum, sicut nos illud ab ipsa sola tenemus; ita quod ex tunc nec habebimus nec nominabimus nos regem Sicilie, sed iuxta beneplacitum vestrum procurabimus illud nomine ipsius filii nostri regis usque ad legitimam eius etatem per personam idoneam gubernari, que de omni iure atque servitio ecclesie Romane respondeat, ad quam solummodo ipsius regni dominium noscitur pertinere; ne forte pro eo, quod nos dignatione divina sumus ad imperii fastigium evocati, aliquid unionis regnum ad imperium quovis tempore putaretur habere, si nos simul imperium teneremus et regnum, per quod tam apostolice sedi quam heredibus nostris aliquod posset dispendium generari. Ut autem hec nostra promissio, concessio et constitutio debitum sortiatur effectum, presentem paginam aurea bulla nostra fecimus communiri.

25

30

35

Dat.[e] apud Argentinam anno Domini MCCXVI.[f] Kal. Iulii, indic.[g] IIII.

**57.** i) XVIII. 2.

**58.** a) et sui *des.* 3. b) Henricum 3. c) facimus 4. d) *sic* 1—4 *pro* ipsique. e) Datum 4. f) MCCXV *male* 1; millesimo ducentesimo sexto decimo 2—4. g) indict. 2—4.

1) *Cf. 'Notices et extraits' XXI, 2, 216 nr. 62.*

40

# 59. CONFIRMATIO ELECTIONIS REGIS BOHEMIAE.

## 1216. Iul. 26.

*Dedit iam olim Wattenbach ex autographo tabularii Vindobonensis, cui appendet filis* 5 *sericis rubri et albi coloris bulla aurea. In plica membranae manu posteriore scriptum est:* R̷ p Iohem de Glacz. — *Huillard-Bréholles I, 478. Böhmer, Reg. imp. V, 874.* *(P. deest.)*

Fredericus secundus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie. Si specialibus et expertis fidelibus et dilectis nostris 10 gratiam facimus specialem, non est indignum, set consonat omnimodis equitati. Ea propter universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris imperpetuum notum esse volumus quod, misso ad presentiam nostram Benedicto venerabili archidiacono Belinensi[a], exposuerunt celsitudini nostre dilecti fideles nostri Henricus marchio Morauie et universitas magnatum et nobilium Boemie, quod comuni voluntate et assensu 15 dilecti nostri Odacrii illustris regis Boemie elegerunt in regem eorum Venczlaum[b] filium ipsius regis Boemie primogenitum. Propter quod maiestati nostre attentius supplicarunt, ut electionem ipsius Venczlai[b] ratam haberemus et firmam et eidem nostrum benignum impertiremur assensum. Nos autem quia votive supplicationis huius affectum ex magne fidelitatis ardore novimus provenire, considerantes sinceri- 20 tatem fidei et pure devotionis ipsius Odacrii regis Boemie, quam erga maiestatem nostram hactenus habuisse dinoscitur, attendentes etiam obsequia filii sui Venczlay[b], dilecti sororii nostri, que nobis et imperio fideliter poterit exhibere, de solita gratia nostra et consilio principum et magnatum imperii, qui tunc circa nos existebant, electionem prephatam ratam habemus et firmam et concedimus eidem Venczlao[b] totum 25 regnum Boemie cum terminis et omni iure et honore ac rationibus eidem regno pertinentibus, sicut ipsum regnum pater suus et alii predecessores sui tam duces quam reges umquam melius tenuerunt et possederunt. Mandamus itaque et firmiter statuimus, ut quecumque persona ecclesiastica vel secularis hanc nostram confirmationem et concessionem infringere vel evacuare presumpserit, mille libras auri puri componat, quarum 30 medietas camere nostre, altera vero iniuriam passis persolvatur. Ut autem hec rata et firma imperpetuum perseverent, presens privilegium scribi et bulla aurea typario nostre maiestatis impresa[c] precipimus communiri.

Huius rei testes sunt: Syffridus Augustensis episcopus, Vlricus abbas Sancti Galli, Cono abbas Elwacensis, Henricus abbas Campidonensis, Radulfus palatinus comes 35 de Twingen, comes Hartemannus de Wirtemberc, comes Lodowicus frater eius, Hermannus marchio de Baden, Hugo iunior palatinus comes de Twingen, comes Lodowicus de Otyngen, Bertoldus de Nyphen, Anselmus de Iustingen marescalcus, Walterus de Syph pincerna, et alii quam plures.

Ego Conradus Metensis et Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice 40 domini Syffridi Maguntine sedis archiepiscopi et totius Germanie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXVI, VII. Kal. Augusti, ind. IIII[a], regnante domino nostro Frederico II. Dei gratia Romanorum rege semper

**59.** a) *in loco raso or.* b) *littera* c *super littera* e *scripta est, quae in linea legitur or.* c) *sic or.*

augusto et rege Sicilie, anno Romani regni ipsius IIII. et Sicilie XVIII; feliciter amen.

Datum apud Vlmam per manus Bertoldi de Nyphen imperialis aule prothonotarii, anno, mense et indictione pretitulatis.

---

## 60. CONSTITUTIO FAMILIARIS REGII.

(1217.) Nov. 17.

*Epistolam iuris publici norma, quam continet, insignem*[1] *ex autographo tabularii Dresdensis dedit vir cl. Ermisch. Qui adnotavit, sigillum nullum in autographo obvium, in tergo eadem manu scriptum esse:* Preposito, decano aliisque canonicis Misnensibus — pro magistro Nicolao. *Ex autographo edita est in Codice diplomatico Saxoniae regiae II, 1, 82 nr. 87. — Huillard-Bréholles I, 562. Böhmer, Reg. imp. V, 918.*

*(P. deest.)*

F. Dei[a] gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie dilectis et fidelibus suis preposito, decano aliisque canonicis Misnensibus gratiam suam et omne bonum. Devotionis et fidelitatis obsequia, que dilectus noster magister Nicolaus domini pape subdiaconus et vester canonicus nostre serenitati exhibuit, attendentes, ipsum in familiaritatem nostram plenarie recepimus et eum modis omnibus secundum ipsius honestatem intendimus honorare. Unde quia ipsum pro nostrorum promotione negotiorum plurimum habemus necessarium, rogamus dilectionem vestram, ut eum, quam diu fuerit nobiscum, ipsum absentem[b] tanquam presentem reputetis, cum regalis sit iuris, unum de qualibet ecclesia cathedrali ad nostra obsequia posse assumere[c]. Sciturі[d] quod ecclesiam vestram ipsius servitii et dilectionis intuitu efficaciter intendimus defendere et ad maiora pro posse promovere.

Datum apud Aldinburc, XV. Kalendas Decembris, indictione VI.

---

## 61. SENTENTIA DE IMMUNITATE CIVITATUM.

(1218.) Iul. 22.

*Sententiam hanc insignem damus ex autographo, quod in tabularium regni Bawarici (Kaiser-Select 631) venit e tabulario episcopatus Pataviensis*[2]. *Autographon totum litteris ut dicunt minusculis exaratum nunc sigillo et loro caret; foramen tamen in membrana inferiore complicata conspicitur. In dorso manu saec. XIV. leguntur haec:* Malefactores et fures puniendi sunt per iudices provincie non obstante foro annuali quod imperator per porrectionem cyrothece alicui confert. *In Monumentis Boicis XI, 185 nr. 53 edita est sententia e codice saec. XIII. med. — Huillard-Bréholles I, 553. Böhmer, Reg. imp. V, 941.*

*(P. 229.)*

**60.** a) d'i d'i *or.* b) abscentem *or.* c) assūmere *or.* d) scitur *or.*

1) *Cf. epistolam Alberti I. ed. Winkelmann 'Acta imp. inedita' II, 212 nr. 317.* 2) *Cf. Monumenta Boica XXX, 1, 64 not. ad nr. 631.*

Fr. Dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie universis presentem paginam inspecturis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Significamus vobis, talem in presentia nostra per principes et magnates imperii latam esse sententiam: quod si forte alicui per cirothecam nostram contulerimus forum annuale vel 5 septimanale in aliquo loco, quod comes aut alius iudex aliquis illius provincie non debeat illic habere iurisdiccionem vel aliquam potestatem puniendi maleficia. Set si forte latro vel fur aut alius maleficus ad mortem fuerit condempnatus, comiti sive iudici provinciali de loco illo erit presentandus ad sententie in eum late executionem.

Dat. apud Winpinam, XI. Kal. Aug., indic. VI.

---

## 10 62. SENTENTIA CONTRA CONSILIA CIVITATUM EPISCOPALIUM.

1218. Sept. 13.

*Ex autographo tabularii civitatis Basiliensis, quod descripsit b. m. Wilhelmus Wackernagel, a Pertzio editam proponimus collata editione novissima et accuratissima 15 libri 'Urkundenbuch der Stadt Basel' I, 61 nr. 92. — Huillard-Bréholles I, 558. Böhmer, Reg. imp. V, 949. (P. 229.)*

‖ In nomine sanctę et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus et rex Sycilie. ‖ Ea quę ad libertatem ecclesiarum necnon ad commoda et honorem seu debitam principum atque fidelium 20 nostrorum quietem coram eminentia regia iusto ordinis processu de consilio et conssensu principum imperii terminantur, perpetuam a nobis merentur recipere firmitudinem. Constitutus coram regia celsitudine et coram multis imperii principibus, baronibus atque nobilibus dilectus princeps noster Heinricus Basiliensis episcopus cum multa instantia postulavit, per sententiam requiri: si vel nos vel alius aliquis possemus vel 25 deberemus in civitate, cui ipse episcopus preest, consilium civitatis instituere sine ipsius episcopi voluntate et assensu. Ad cuius non modicam instantiam cum predilectus princeps noster Theodericus venerabilis Treuirorum archiepiscopus fuisset super hoc a nobis requisitus, ipse cum deliberatione per sententiam indixit: nos nec posse nec debere in civitate predicti principis Basiliensis dare vel instituere consilium 30 citra eiusdem episcopi assensum et voluntatem atque suorum in eodem principatu successorum. Facta igitur secundum iuris ordinem inquisitione per singulos qui aderant, tam a principibus quam nobilibus et baronibus singulisque qui aderant, sententia arciepiscopi fuit per subsecutionem proclamata et confirmata. Nos etiam tamquam iustus iudex de innata nobis regia circumspectione eandem approbantes 35 sententiam iustamque decernentes, consilium, quod usquemodo quocumquemodo Basileę fuit, revocamus, deponimus ac totaliter infringimus atque privilegium nostrum, quod inde habent Basilienses, cassamus omnino nec eo ipsos de cetero uti volumus. Ad maiorem autem gratie ac dilectionis nostrę circa memoratum episcopum evidentiam nolumus, immo sub plena gratie nostre interminatione omnino inhibemus, ne Basilienses 40 de cetero consilium vel aliquam institutionem novam, quocumque nomine possit appellari, fatiant aut instituant sine episcopi sui assensu et voluntate. Decernimus igitur et perpetuo observandum iudicamus, ne aliqua persona humilis vel alta, secularis sive

ecclesiastica, huic sententię nostręque confirmationi et inhibitioni aliquo umquam tempore se audeat obponere vel aliqua temeritate que prescripta sunt infringere. Quod qui facere attemptaverit, indignationem gratię nostrę se noverit cum debita pena incurrisse. Ad cuius rei evidentiam, robur atque memoriam, hoc scriptum inde fieri iussimus, aureo maiestatis nostre sigillo conmunitum. 5

Hii sunt testes: V̊lricus Patauiensis episcopus, Bertoldus Lausanensis episcopus, V̊lricus abbas Sancti Galli, Hugo abbas Morbacensis, Heinricus maior prepositus Constantiensis regalis aule prothonotarius, Theobaldus dux Lotharingie, Lodwicus dux Bawarie comes palatinus Reni, comes Vlricus de Quiburch, comes V̊lricus de Niwenburch, Hermannus marchio de Baden, comes Burchardus de Mannesvelt, comes Hermannus de Harzburch, Hainricus nobilis de Niffe, Anshelmus de Iustingen marescalcus imperii, V̊lricus de Minzenberch camerarius imperii, Eberhardus dapifer de Tanna, Chůnradus de Wintersteten, et alii quam plures. 10

⁞ Signum domini Friderici invictissimi Romanorum regis (M.) semper augusti et gloriosi regis Sycilie. ⁞ 15

Ego Chůnradus Metensis et Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Sifridi sancte Moguntine sedis archiepiscopi totius Germanię archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo XVIII, regnante felicissimo domino nostro ⁞ Frederico ⁞ secundo Romanorum rege semper augusto et glorioso rege Sycilie, anno Romani regni ipsius sexto, Sycilie vero octavo decimo, feliciter. 20

Dat. Vlmę, anno Domini prenotato, Idus Sept., indictione septima.

---

## 63. SENTENTIA IN FAVOREM FORI ECCLESIASTICI. 25

(1218.) Oct. 22.

*Edimus e* 1) *tomo I, fol. 203 librorum camerae Salzburgensis ('Kammerbücher') in tabulario Vindobonensi asservatorum, e quo eam olim exemplavit vir cl. Wattenbach; ex eodem tomo edita est in Actis imperii selectis I, nr. 270;* 2) *tomo VI, fol. 34' nr. 51 eorundem librorum, ubi inserta est innovationi Rudolfi regis a. 1279. Febr. 14 datae, quae edita est 'Wiener Jahrbücher' CIX, 260; descripsit vir d. Michael Mayr Oenopontanus. — Böhmer, Reg. imp. V, 957.* 30 *(P. deest.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum rex et[a] semper augustus et rex Sycilie[b] imperpetuum[c]. Constitutis in presentia nostra dilectis principibus imperii videlicet Treverense[d] et[e] Salzburgense archiepiscopis, Herbipolense, Ratisponense et Pataviense episcopis et duce Bawarie et aliis imperii[f] magnatibus, nuncius capituli Salzburgensis per venerabilem Ratisponensem episcopum per sententiam requiri[g] postulavit: an iudex secularis aliquis victualia religiosorum in strata publica ad querimoniam alicuius detinere ratione iudicii deberet. Dictavit igitur principum sententia: quod nulli iudicum de[h] victualibus religiosorum iusticiam alicui exhibere deberet[i], nisi legittima[k] probatione 35 40

63. a) *deest* 2. b) Sicilie 2. c) in perpetuum 2. d) Treuerensi *similia semper* 2. e) *deest* 1. f) inperii 2. g) requiri per sententiam 2. h) *deest* 2. i) preberet 2; *legendum est* liceret. k) legitima 2.

sibi prius constiterit, quod conquerens[l] ab episcopo loci iusticiam petiverit et ab eo sibi negata fuerit[m]. Nos igitur dictam sententiam rationabiliter latam auctoritate regali[n] confirmamus et ab omnibus iudicibus maioribus et minoribus observari precipimus[o].

Datum aput[p] Nurnberch, XI. Kalendas Novembris, indictione[q] VII.

---

# 64. SENTENTIA DE TUTORIA POTESTATE DUCUM.

(1218.) Dec. 27.

*Ex autographo tabularii Vindobonensis dedit Wattenbach; sigillum in tergo loro membranaceo tenui infixum est. Praesto erant etiam exemplaria duorum cartulariorum tabularii Bruxellensis (Chambre des Comptes 2, chart. saec. XV. ex. et Cartul. et Mss. 65 p. 8), quae fecerat Arndt, et codicis Parisini Colb. 10197. 2. 2, Cartularium Brabantinum continentis, quod paravit Waitz b. m. — Huillard-Bréholles I, 580. Böhmer, Reg. imp. V, 968.* *(P. 231.)*

Fr. Dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sycilie universis ad quos presens littera pervenerit notum facimus, quod nobis existentibus aput Frankenvurt[a], in presentia nostra talis fuit lata pro dilecto nostro principe duce Brabantie[b] sententia et a principibus approbata: quod de universis bonis, que de ducatu suo moventur, omnium heredum, mortuis parentibus, de iure tutor habeatur. Et quia sententiae rationabiliter late debeamus regium prestare firmamentum, ipsum[c] regali confirmamus auctoritate, inhibentes sub optentu gratie nostre precipiendo, ne aliquis hominum huic confirmationi nostre contraire presumat. Quod si quis attemptaverit, sciat se penam gratie nostre graviter incursurum.

Datum aput Frankenvurt[a], VI. Kal. Ian., indictione VII.

---

# 65. 66. PROMISSIO HAGENOWENSIS HONORIO III. FACTA.

1219. Sept.

## 65. *PRIVILEGIUM REGIUM.*

*Dedit vir cl. Sickel ex autographo tabularii Vaticani Arm. I caps. IV nr. 1, quod ab eodem notario exaratum est atque autographon iuramenti subsequentis; bulla aurea iam deperdita est. Privilegium nostrum transscripsit privilegium Egrense tertium* (C) *a. 1213. Iul. 12 datum (supra nr. 48). Transsumtum erat a. 1245 in Rotulo Cluniacensi XIII.*

**63.** l) conquirens 2. m) fuerit denegata 2. n) regia 2. o) precipimus observari 2. p) apud 2. q) Kal. Novemb. indict. 1.

**64.** a) Frankñ *or.* b) Brabant. *or.* c) *sic pro* ipsam *or. et cartularia Bruxellensia.*

*deperdito; v. 'Notices et extraits' XXI, 2, 288 nr. 26. Editionem primam ex autographo paravit Theiner in Codice diplomatico dominii temporalis I, 51 nr. 76. — Cf. Huillard-Bréholles I, 675. Böhmer, Reg. imp. V, 1050.* *(P. 231.)*

(C.) ⁞ In nomine Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi, amen. Fridericus ⁞ secundus divina favente clementia Romanorum rex* semper augustus et rex Sicilie. (1) Regnum nostrum tunc stabiliri confidimus, cum Altissimum, de cuius manu ea que possidemus bona recepimus, honoramus. Tanto enim Domino, qui bona tribuit nobis, ad offerendas hostias operis et devocionis astringimur, quanto ipsum misericordem in nobis et miserabilem experimur. Cognoscentes igitur gratiam que data est nobis ab ipso, habentes quoque pre oculis inmensa et innumera beneficia vestra, karissime domine et reverentissime pater, protector et benefactor noster domine ⁞ Honori ⁞ Dei gratia summe pontifex venerande, per cuius beneficium, operam et tutelam aliti sumus, protecti pariter et promoti, postquam in sollicitudinem vestram mater nostra felicis memorie Constancia imperatrix et regina Sicilie ex ipso quasi utero nos iactavit, vobis, beatissime pater, et omnibus successoribus vestris catholicis sancteque Romane ecclesie, speciali matri nostre, omnem obedientiam, honorificentiam atque reverentiam semper humili corde ac devoto spiritu inpendemus, quam predecessores nostri reges et imperatores catholici vestris antecessoribus inpendisse noscuntur, nichil exinde volentes diminui, set magis augeri, ut nostra magis devotio enitescat. (2) Illum igitur volentes abolere abusum, quem interdum quidam predecessorum nostrorum exercuisse noscuntur et dicuntur in electionibus prelatorum, concedimus et sancimus, ut electiones prelatorum libere et canonice fiant, quatenus ille preficiatur ecclesie viduate quem totum capitulum vel maior et sanior pars ipsius duxerit eligendum, dum modo nichil desit* de canonicis institutis. (3) Appellationes autem in[a] negociis et causis ecclesiasticis ad sedem apostolicam libere fiant, earum prosecutionem sive processum nullus impedire presumat. (4) Illum quoque dimittimus et refutamus abusum, quem in occupandis bonis decedentium prelatorum aut etiam ecclesiarum vacantium nostri consueverunt antecessores committere pro motu proprie voluntatis. Omnia vero spiritalia vobis et aliis ecclesiarum prelatis relinquimus libere disponenda, ut que sunt cesaris cesari et que sunt Dei Deo recta distributione reddantur. (5) Super eradicando autem heretice pravitatis errore auxilium dabimus et operam efficacem. (6) Possessiones etiam, quas Romana ecclesia recuperavit, ab antecessoribus nostris seu quibuslibet aliis ante detentas, liberas et quietas sibi dimittimus et ipsam ad eas obtinendas bona fide promittimus adiuvare. Quas vero nondum recuperavit ad recuperandum erimus pro viribus adiutores; et quecumque ad manus nostras devenient, sine difficultate ac mora ei restituere satagemus. Ad has pertinet tota terra que est a Radicofono usque Ceperanum, marchia Anchonitana, ducatus Spoletanus, terra comitisse Mahtildis, comitatus Brutenorii, exarcatus Rauene, Pentapolis, Massa Trabaria cum adiacentibus terris et omnibus aliis ad Romanam ecclesiam pertinentibus, ut eas habeat Romana ecclesia in perpetuum cum omni iuridictione[b], districtu et honore suo. Verumtamen cum ad recipiendam coronam imperii vel pro necessitatibus ecclesie ab apostolica sede vocati veniremus, de mandato summi pontificis recipiemus procurationes sive fodrum ab ipsis. (7) Omnia igitur supradicta et quecumque alia pertinent ad Romanam ecclesiam de voluntate et conscientia, consilio et consensu principum imperii libere illi dimittimus, renunciamus et restituimus, nec non ad omnem scrupulum removendum, prout melius valet et efficatius intelligi, concedimus, conferimus et donamus, ut sublata omnis contentionis et dissensionis materia, firma pax et plena concordia* inter ecclesiam et imperium perseverent. (8) Adiutores etiam erimus ad retinendum et defendendum ecclesie Romane regnum Sicilie cum omnibus ad ipsum spectantibus tam citra Farum quam ultra, nec non Corsicam et Sardiniam ac cetera iura que[c] ad eam pertinere noscuntur, tamquam devotus filius et catholicus princeps. (9) Ut autem hec omnia memorato sanctissimo patri nostro domino ⁞ Honorio ⁞ sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici eiusque successoribus per nos et nostros successores

**65.** a) *atramento pallidiore or.* b) *sic or.* c) quem *or.*

Romanorum reges et imperatores observentur firmaque et inconvulsa semper permaneant, presens privilegium conscriptum maiestatis nostre aurea bulla iussimus communiri.

Testes* hii sunt: Henricus Argentinus episcopus, Henricus Basiliensis episcopus, abbas Sancti Galli, Vgo abbas Morbacensis, Golfradus abbas de Wicziburc, Tibaldus dux Lotheringie, comes Egeno de Vrahc, comes Lodowicus de Wirtinberc, comes Euerardus de Elfinstein, Henricus de Niffen, et alii quam plures.

⁞ Signum domini Friderici Dei gratia Romanorum regis semper augusti (M.)[d] et regis Sicilie. ⁞

Ego Conradus Dei et apostolice sedis gratia Metensis et Spirensis episcopus inperialis aule cancellarius vice domini Sifridi Maguntini archiepiscopi et tocius Germanie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nonodecimo mense Septembr.[d] indictione octava, regnante domino Fr. secundo Romanorum rege glorioso et rege Sicilie, anno Romani regni ipsius in Germania septimo, et in Sicilia vicesimo[d] secundo; feliciter amen.

Dat. apud Hagnowe per manus Henrici regalis aule prothonotarii, anno, mense et indictione prescriptis.

## 66. *IURAMENTUM REGIS.*

*Et ipsum dedit vir cl. Sickel ex autographo tabularii Vaticani Arm. I caps. IV nr. 2, cui bulla aurea filis sericis rubris appendet. Transsumtum erat a. 1245 in Rotulo Cluniacensi XVI. deperdito; v. 'Notices et extraits' XXI, 2, 288 nr. 27. Insertum est innovationi Friderici II. a. 1221. Ian. Capuae datae. Textus formatus est ad instar iuramenti posterioris* (B) *a. 1213. Iul. 12 praestiti (supra nr. 50). — Huillard-Bréholles I, 676. Böhmer, Reg. imp. V, 1051.* *(P. 232.)*

⁞ In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. ⁞ Ego Fridericus secundus Dei gratia Romanorum rex* semper augustus et rex Sicilie tibi domino meo sanctissimo et patri karissimo ⁞ Honorio ⁞ pape tertio tuisque successoribus et ecclesie Romane, presentibus subscriptis principibus imperii et nobilibus, spondeo, polliceor, promitto et iuro: quod omnes possessiones, honores et iura Romane ecclesie pro posse meo bona fide protegam et servabo. Possessiones autem, quas ecclesia Romana recuperavit, liberas et quietas sibi dimittam et ipsam ad eas retinendas bona fide iuvabo; quas autem nondum recuperavit, adiutor ero ad recuperandum, et recuperatarum secundum posse meum ero sine fraude defensor. Et quecumque ad manus nostras devenient, sine difficultate restituere procurabo. Ad has pertinet tota terra que est a Radicofano usque Ceperanum, exarcatus Ravenne, Pentapolis, marchia Anconitana, ducatus Spoletanus, terra comitisse Mahthildis, comitatus Brittenorii cum adiacentibus terris expressis in multis privilegiis imperatorum a tempore Lodoyci. Has omnes pro posse meo restituam et quiete dimittam cum omni iurisdictione, districtu et honore suo. Verumtamen cum ad recipiendam coronam imperii vel pro necessitatibus ecclesie ab apostolica sede vocatus accessero, de mandato summi pontificis accipiam procurationem ab eis. Adiutor etiam ero ad retinendum et defendendum ecclesie Romane regnum Sicilie. Tibi etiam domino meo ⁞ Honorio ⁞ pape et successoribus tuis omnem obedientiam et honorificentiam exhibebo, quam devoti et catholici imperatores consueverunt sedi apostolice exhibere. Et si propter negocium meum[a] Romanam ecclesiam oportuerit incurrere guerram, subveniam ei, sicut necessitas postulaverit, in expensis. Omnia vero supradicta tam iuramento quam scripto firmabo, cum imperii fuero coronam adeptus.

**65.** d) *monogramma, vox* Septembr., *verba ultimae lineae* vicesimo — prescriptis *atramento pallidiore addita sunt or.*

**66.** a) mūm *or.*

Principes autem imperii et nobiles, coram quibus* iuravi, hii sunt: Henricus[b] Argentinus episcopus, Henricus Basiliensis episcopus, abbas Sancti Galli, Ugo abbas Morbacensis, Golfradus abbas de Wiczibure, Tibaldus dux Lotheringie, comes Egeno de Vrahc, comes Lodowicus de Wirtiberc, comes Everardus de Helfinstein, Henricus de Niffen, et quam plures alii. 5

Actum apud Hagnowe, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nonodecimo, mense Septembris[c], indictione octava.

---

# 67. SENTENTIA DE ALIENATIONE BONORUM ECCLESIASTICORUM.

(1219.) Sept. 25. 10

*Autographon in membrana parva scriptum, cuius sigillum iam deperditum est, in tabulario regio Hannoverano asservatum, Arch. Bremen und Verden nr. 101, iterum contuli. — Huillard-Bréholles I, 683. Böhmer, Reg. imp. V, 1061. (P. 233.)*

F. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus et rex Sicilie prelatis, nobilibus, ministerialibus et tam clero quam populo Bremensis ecclesie nec non et universis aliis, 15 quibus littere presentes oblate fuerint, gratiam suam et omne bonum.

Universitati vestre notum esse cupimus quod, multis nobilibus coram positis et approbante tota familia curie nostre, per sententiam coram nobis diffinitum est: alienationes reddituum episcopalis mense factas a Gerhardo pie recordationis archiepiscopo Bremensi, quos titulo pignoris obligasse dicitur, irritas et inanes esse nec aliquod 20 penitus firmitatis robur habere. Similiter alienationes, quas fecit Waldemarus in possessionibus ecclesie, simili iure viribus omnino carere decernimus. Unde mandamus et sub obtentu gratie nostre precipimus, ne quis dilectum principem nostrum Bremensem electum, qui liberam horum omnium dispositionem debet habere, in eorum fruitione aliquatenus audeat perturbare, ne sententiam transgressionis edicti nostri in se mereatur 25 excipere.

Dat. Hagenowe, VII. Kal. Octobris, indictione VIII.

---

# 68. SENTENTIA DE OFFICIIS EPISCOPATUUM.

(1219.) Sept. 25.

*Edidit primum Maderus in Antiquitatibus Brunsvicensibus p. 259, cuius editionem 30 repetimus, dein Lünig 'Reichsarchiv' XVI, 107, qui eam Heinrico VI. adscripsit; quem secuti sunt reliqui editores antiquiores. — Huillard-Bréholles I, 684. Böhmer, Reg. imp. V, 1062. (P. 234.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie[b] universis Bremensis ecclesie prelatis, canonicis, nobilibus, ministerialibus et universis ad quos 35

**66.** b) Henricus — Lotheringie *alio atramento scripta or.* c) *alio atramento or.*
**68.** a) Friedericus *M*; H. *seu* Henricus *rell.* b) Siciliae *M*; Ceciliae *rell.; ubique* e *pro* ae *correxi.*

he litere pervenerint, gratiam suam et omne bonum. Notum esse volumus omnibus vobis, quod presentibus multis magnatibus et sapientibus coram nobis per sententiam diffinitum est, quod mortuo uno episcopo et alio substituto omnia officia vacant, exceptis quatuor principalibus officiis, dapiferi videlicet et pincernae, mariscalci et camerarii. Preterea omnia, que antecessor alienaverit sine consilio ecclesie et auctoritate imperii, libera redibunt et sine contradictione ad successoris potestatem et ordinationem. Nullus preterea officialium aliquid sibi dicere potest iuris in rebus episcoporum morientium; immo liberum erit cuilibet episcopo morienti disponere de rebus suis mobilibus et dare cui voluerit, prout ipse saluti sue et anime viderit expedire.

Datum Hagenowe[c], VII. Kal. Octobris, indict. VIII.

---

# 69. SENTENTIA DE FEODIS ET RECEPTORIBUS PROSCRIPTORUM.

1219. Dec. 31.

*Lecta est a. 1220, ind. 8. die Mercurii, 10. exeunte Ianuarii Tridenti in palatio episcopatus, atque instrumentum publicum ea de re a Zacheo notario confectum, quod olim in tabulario Vindobonensi, nunc in tabulario praefecturae Oenopontanae asservatur. Quod olim a Chmelio descriptum, cuius exemplari Pertz usus est, iterum accuratissime exemplavit Pabst b. m. — Huillard-Bréholles I, 713. Böhmer, Reg. imp. V, 1080. (P. 234.)*

Fredericus[a] Dei gratia Romanorum[b] rex semper augustus et rex Scicilie universis fidelibus suis[c] hanc paginam inspecturis[d] gratiam suam et omne bonum. Dillectus princeps et fidelis noster A. Tridentinus ellectus nuper apud Augustam in presencia nostra constitutus[e], per sentenciam principum et aliorum[f] fidelium nostrorum obtinuit, quod cuicumque pro violenta alicuius mulieris oppressione bona sua in iudicio fuerint abiudicata. idem de cetero sine manu et[g] voluntate feodatarii nichil de feodo suo possit aud debeat facere vel ordinare. Item quesivit et obtinuit[h], quod quicumque aliquem proscriptum[i] vel bannitum, postquam a suo iudice fuerit denun[ciatus][k] et interdictus, receperit et conscilium vel adiutorium [ei][l] dederit, eandem penam in persona, domo ac re[bus][m] aliis pati[n] debet et subire, que ipsi pro[scripto][o] seu bannito de iure debetur.

Dat. Auguste[p], pridie [Kal.][q] Ian. indic. VIII[a].

**68.** c) Hagenauwe *M.*

**69.** a) Fe. *c.* b) d. g. Rom. *sic c.* c) s̄s *c.* d) *prius bis c.* e) constitus *c.* f) fidelibus *prius additum, nunc oblitteratum c.* g) *deest c.* h) *corr. ex* optinuit *c.* i) p̄scriptum *c.* k) ciatus *nunc abscissum c.* l) *litterae duae vel tres nunc abscissae c.* m) bus *nunc abscissum c.* n) debeat *prius additum, oblitteratum c.* o) scripto *nunc abscissum c.* p) Aug̅ *c.* q) *litterae tres abscissae c.*

---

# 70. PROMISSIO HAGENOWENSIS DE REGNO SICILIAE AB IMPERIO SEPARANDO.

1220. Febr. 10.

*Proponimus e* 1) *transsumto Lugdunensi a. 1245 exarato, in tabulario Vaticano Arm. I caps. X nr. 3 asservato, quod descripsit Kehr;* 2) *codice Parisino lat. 8990 saec. XVIII. fol. 132, apographa Rotulorum Cluniacensium continente (Rot. VI.)*[1], *quem contulit Molinier;* 3) *apographo eorundem Rotulorum a. 1413 facto, quod exstat in tabulario Vaticano Instr. misc. C. Fasc. 37 nr. 3. D. I, quod contulit Kehr. Cartae maxima pars transscripta est e Promissione Argentinensi a. 1216 (supra nr. 58). — Böhmer, Reg. imp. V, 1091.* *(P. deest.)*

Sanctissimo in Christo patri et domino suo Honorio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Fridericus Dei et[a] sui gratia Romanorum rex* semper augustus et rex Sicilie cum filiali subiectione debitam in omnibus apostolice sedi obedientiam et reverentiam.

Cupientes tam ecclesie Romane quam regno Sicilie providere, promittimus et concedimus, statuentes ut, postquam fuerimus imperii coronam adepti[a], protinus filium nostrum Henricum, quem ad mandatum predecessoris vestri[b] bone memorie domini Innocentii pape tertii fecimus* coronari, emancipemus[c] a patria potestate ipsumque regnum[d] Sicilie, tam ultra Farum quam citra, penitus relinquamus ab ecclesia Romana tenendum, sicut nos illud ab ipsa sola tenemus; ita quod extunc nec habebimus nec nominabimus nos regem Sicilie, sed iuxta beneplacitum vestrum procurabimus illud nomine ipsius filii nostri regis usque ad legitimam ipsius etatem per personam idoneam gubernari, que de omni iure atque servitio ecclesie Romane respondeat, ad quam solummodo ipsius regni dominium noscitur pertinere; ne forte pro eo, quod nos dignatione divina sumus ad imperii fastigium evocati, aliquid unionis regnum ad imperium quovis tempore[a] putaretur habere, si nos simul imperium teneremus et regnum, per quod tam apostolice sedi quam et heredibus nostris aliquod posset dispendium generari. Ceterum quia forte quod absit posset contingere, memoratum filium nostrum decedere nullo filio vel germano relicto, reservamus nobis, ut in hoc casu non iure imperii sed ratione successionis legitime, tamquam quivis pater filio[e], ei succedere possimus[f] in regnum, ita quod illud a Romana recipiemus, tenebimus et recognoscemus ecclesia et iuramentum prestabimus[g] pro eodem. Ut autem hec nostra promissio, concessio et constitutio debitum sortiatur effectum, presentem paginam aurea bulla nostra fecimus communiri.

Dat.[h] apud Hagnowe anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo, quarto Idus Febr.[i] indictionis octave[k].

**70.** a) *in rasura* 1. b) *corr. ex* nostri 1; nostri 3. c) emancipiemus 2. d) regnumque 1—3. e) *corr. ex* filio pater 1. f) possumus 3. g) prabimus 1. h) Datum 3. i) Februarii 2. 3. k) indictione octava 2.

1) *Cf. 'Notices et extraits' XXI, 2, 296 nr. 63.*

# 71. PROMULGATIO LEGATI A LATERE IN ITALIA.

1220. Apr. 17.

*Dedit Holder-Egger e Registro grosso civitatis Bononiensis saec. XII—XIII, quod asservatur in tabulario regio Bononiensi, fol. 457 (349), ubi legitur in transsumto Iuliani Leonardi notarii, quod inest in transsumto Petri Piçoli Bolognoli notarii ab Ottone IV. creati. Iuliani notarii transsumtum talis tenoris est:* Exemplar cuiusdam privilegii domni Federiçi regis scripti per Iulianum Leonardi notarium, qui est cum eodem domno Federico rege, sic incipientis: 'Fredericus — octava'. Ego Iulianus Leonardi imperii curie et ipsius domini cancellarii et legati prefati etiam curie ab eo constitutus[a] nuper notarius, prout dicto privilegio inveni nichil addens vel minuens in hac pagina exemplavi et in formam publicam redegi et autenticavi. *Apographon totius instrumenti e Registro grosso legitur in Registro novo fol. 11. Editores omnes, nec minus Pertzius et Huillardus, textum praebent, quem vulgavit Sigonius 'De regno Italiae' lib. XVII (p. 26 ed. 1591) suo modo decurtatum et variatum. Renovavit edictum Fridericus II. imperator factus die Nov. 27 (v. infra nr. 89). — Huillard-Bréholles 1, 753. Böhmer, Reg. imp. V, 1101. (P. 235.)*

Fredericus Dei gratia Romanorum rex et semper[b] augustus et rex Sicilie archiepiscopis, episcopis, abbatibus ceterisque ecclesiarum prelatis, nec non marchionibus, comitibus, capitaneis[c], valvasoribus et nobilibus atque potestatibus, consulibus seu rectoribus et comunitatibus omnium civitatum et opidorum simul et rectoribus atque populo et universis per Lonbardiam, Romaniolam et Tusciam atque per totam Ytaliam constitutis, dilectis fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem.

(1) Post multas ac diversas imperii perturbationes, que ex obitu felicis memorie incliti patris nostri imperatoris Henrici usque ad tempora nostra in mutatione regum ubique locorum imperii procreverunt, per eius misericordiam, qui salvat sperantes in se, sedatis per totam Teotoniam scissionibus omnibus inter principes, pace quoque et quiete undique reformata, nobisque illius providentia, qui in sua dispositione non fallitur, cum omni regia sublimatione in soliis paternis pacifice constitutis, ecce iam ex paterna summi pontificis et venerabilium in Christo patrum dominorum cardinalium[d] cum fideli principum instantia in procintu sumus Deo previo suscipiendi benediccionem imperialem, idem propositum reformande pacis et unitatis atque concordie nobis et imperio admodum[e] necessarie per Lonbardiam, Romaniolam et Tusciam seu totam Ytaliam firmiter habentes. Premittimus autem a latere[f] nostro legatum ad vos karissimum[g] principem et familiarem nostrum Conradum Metensem episcopum imperialis aule cancellarium, quem inter ceteros imperii principes invenimus fideliorem et non inmerito habemus kariorem, ut ipse non solummodo fidelitates et alia iura nostra a vobis requirat vice regia et recipiat, immo etiam discordias omnes in Ytalia et singulis partibus Ytalie ad pacem et concordiam revocando viam nobis preparet planam et securam, quo magis expediti festinantius ad felicem voti nostri consumationem valeamus accedere. (2) Scire igitur volumus universitatem vestram, quod nos iamdicto cancellario et legato nostro plenam dedimus auctoritatem legationis et

**71.** a) constitut̄ *c.* b) senper *c.* c) capetañ *c.* d) cardenalium *c.* e) amodum *c.* f) latore *c.* g) karisimum *c.*

potestatem subponendi civitates, burgos, castra seu villas, marchiones, comites, capitaneos, valvasores seu quoslibet per universam Ytaliam et partes eius constitutos[h] banno nostro et extrahendi, faciendi quoque concessiones, penas etiam[i] exigendi, constituendi[k] tabelliones, dandi possessiones et restituendi, habendi etiam ius animavertendi in facinorosos, nec non in omnibus agendis nostris et imperii per totam Ytaliam et partes eius pertractandis, in dictis et factis agendis et faciendis, prout viderit ad comodum et honorem nostrum et imperii expedire, ratum habentes et incomutabile quicquid in his statuendum[l] decreverit et faciendum, tamquam ab ore[m] processerit regie magestatis. (3) Decernimus super omnia, ne ab legato nostro in aliquo casu ad nostram audientiam fiat appellatio, sed quicquid ipse vice nostra per totam Ytaliam et partes eius dixerit vel fecerit, ratum ab omnibus observetur et incomutabile; quod et nos in adventu nostro, sicut dignum est, promittimus regia firmitudine aprobare. (4) Mandamus ideoque universitati vestre firmiter precipientes, quatinus eidem principi et legato nostro in omnibus et per omnia tamquam nobis intendatis, scientes indubitanter, quod si quis ei in aliquo oviare presumpserit, banna ab ipso tamquam a nobis presentialiter inposita requiremus ab eodem, nec minus idem presumptuosus indignationem regiam se noverit gravius incurrisse. (5) Ad huius autem legationis nostre evidentiam nostrique mandati firmam observantiam sub testimonio subscriptorum hoc scriptum eidem legato nostro dedimus aurea regie magestatis bulla roboratum.

Interfuerunt testes: Sifridus[n] Magontinus archiepiscopus, Teodericus Treverensis, Hengelbertus Colloniensis, Albertus Maydeburgensis archiepiscopi et Hecbertus[o] Babenbergensis[p] episcopus, Lodoicus comes palatinus[q] Reni et dux Bawerie, Hanricus dux Brabantie, Lodoycus lantigravius Turringie, Wernerius de Bolanda dapifer imperii et frater suus Ph., Anselmus de Iustingen[r] marescalcus imperii, Beringerius pincerna imperii, et alii quam plures.

Actum in Frankenfurt[s] in curia solempni, anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo, quinto decimo Kalendas Madii, indictione octava.

---

# 72. CONSENSUS PRINCIPUM DE RECUPERATIONIBUS ROMANAE ECCLESIAE ET REGNO SICILIAE.

## 1220. Apr. 23.

*Per scriptum, quod propondituri sumus, principes imperii consensum dederunt non solum ad privilegium novissimum Friderici II. regis (Hagenowiae a. 1219 m. Sept. datum, supra nr. 65), quod ad recuperationes Romanae ecclesiae spectabat, sed etiam ad scriptum eiusdem novissimum (Hagenowiae a. 1220 Febr. 10 datum, supra nr. 70), quo unio regni Siculi et imperii negabatur. Ergo prior maiorque eius pars niti non potest nisi scripto isto consensus deperdito et hic laudato, quod principes a. 1213 seu 1214 concessionibus*

**71.** h) ꝯstitutas *c.* i) et eam *corr.* etiam *c.* k) ꝯsititiendi *c.* l) statuendis *c.* m) hore *c.* n) Sifredus *eadem manu corr.* Sifridus *c.* o) hēb̄tus *c.* p) Babengeñ *c.* q) campls *c.* r) Iustigen *c.* s) Frankenfur *c.*

*Friderici regis adiunxerunt*[1]. *Revera nonnulla dictaminis sapiunt scriptum consensus singularis a Ludewico palatino Rheni a. 1214 datum, supra nr. 51. Ad edendum diploma subsidia ministrata sunt a viris d. Kehr et Molinier haec:* 1) *transsumtum saec. XIII. in. tabularii Vaticani Arm. I caps. IV nr. 7*[2]; 2) *transsumtum ab eodem ut videtur notario* 5 *exaratum eiusdem tabularii Arm. I caps. IV nr. 8*[3]; 3) *autographon scripti, quo principes imperii Lugduni a. 1274. Iun. 6 nostrum confirmaverunt, quod exstat in tabulario Vaticano Arm. I caps. VIII nr. 5; cuius margo cum abscissus esset, verba quae deperierunt supplenda erant e transsumto a. 1339 ab Iohanne de Amelio facto, Arm. I caps. VIII nr. 6;* 4) *codex Parisinus lat. 8990 saec. XVIII, apographa Rotulorum Cluniacensium* 10 *continens (Rot. XIV.), fol. 196'*; 5) *apographon eiusdem Rotuli a. 1413 factum, quod asservatur in tabulario Vaticano Instr. misc. C. Fasc. 37 nr. 1. D. I.*

*Ad scriptum nostrum nequaquam pertinet epistola Liupoldi ducis Austriae c. Sept. ex. — Nov. in. a. 1220 ad Honorium IV. data, qua dux sese excusavit de* eo quod instrumento vestro apponere sigillum meum denegavi[4]; *statuendum potius est, pontificem, non* 15 *contentum scripto consensus Apr. 23 a principibus Francofurti praesentibus dato, principibus iis, qui ibi non adfuerunt, scriptum ab ipsis sigillandum misisse, per cuius tenorem ipsi se astringerent* sub poena excommunicationis, ne rex et principes contra id venirent quod in eodem continebatur instrumento[5]. — *Huillard-Bréholles I, 763. Böhmer, Reg. imp. V, 1112.* *(P. 397.)*

20 Nos principes imperii universis presentem paginam inspecturis. Ut tollatur de medio omnis materia scandali, dissensionis[a] seu etiam rancoris occasio inter ecclesiam et imperium, et hii duo gladii in domo Domini constituti intime dilectionis federe copulati exurgant in reformationem universi[b] populi christiani et merito mundo appareant in omnem exhibitionem iustitie et veritatis illa duo magna luminaria posita in 25 medio firmamenti, et nos in opere et voluntate filii inveniamur omni tempore devotionis et pacis, qui tam ecclesiam quam imperium confovere tenemur ac etiam unanimiter gubernare quicquid ipsi sancte Romane ecclesie matri[c] nostre factum est per dominum nostrum Fridericum[d] Dei gratia Romanorum regem semper augustum et regem Sicilie per privilegia seu etiam[e] scripta sua pro omni discordia sopienda et 30 evitanda inposterum[f] et pro pace totaliter reformanda pariter et observanda, ut sit in omnibus eisdem omni tempore idem velle et idem nolle, et nos bonorum operum sectatores feliciter gaudeamus nostri nomine principatus, sicut olim ad petitiones et preces necnon et mandatum predicti domini nostri[g] regis Friderici[h] tempore bone memorie domini Innocentii tertii[i] pape pro bono pacis ad omnia scandala evitanda[k] ipsi sancte 35 Romane ecclesie super privilegiis ipsius regis sibi datis nostram tunc voluntatem prebuimus et consensum, sic nunc eandem voluntatem et consensum nostrum noviter innovamus et per omnia approbamus. Et ut hec nostra voluntas et approbatio sive renovatio a nobis ipsi sancte Romane ecclesie imperpetuum[l] observentur[m], et[n] liqueat in effectu in testimonium illi et ad perpetuam memoriam nostri, hoc presens scriptum 40 inde fieri fecimus, nostrorum sigillorum munimine roboratum, super omnibus privilegiis ab ipso rege usque nunc sibi datis et etiam adhuc dandis, tam super facto imperii

**72.** a) dissentionis 1. 2; dissencionis 5. b) *deest* 4. c) matri — est *in rasura* 2. d) Fr. 1. 2; Fredericum 4. 5. e) *deest* 4. 5. f) imposterum 5. g) nostri *deest* 2. h) Fr. 1. 2. i) III. 4; III. *in rasura* 3. k) mutanda 4. l) in perpetuum 3. m) obfruantur 5. n) ut 3.

45 1) *V. supra ad nr. 51.* 2) *Cf. Kehr 'Neues Archiv' XIV, 376.* 3) *Cf. ibidem.* 4) *Ediderunt Winkelmann in Actis imperii ineditis I, 477 nr. 595 et Rodenberg in Epistolis saec. XIII. I, 102 nr. 142 (Böhmer, Reg. imp. V, 10868).* 5) *Cf. etiam Winkelmann 'Jahrbücher Friedrichs II.' I, 43 not. 2.*

quam super facto regni Sicilie, ita quod imperium nichil cum dicto regno habeat unionis vel alicuius iurisdictionis in ipso.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXX[o]. Dat.[p] apud Frankenfort in sollempni curia VIIII.[q] Kal. Maii[r], indictione VIII[s].

---

# 73. PRIVILEGIUM IN FAVOREM PRINCIPUM ECCLESIASTICORUM.

## 1220. Apr. 26.

*Argumenta, quibus vir cl. Philippi 'Zur Geschichte der Reichskanzlei unter den letzten Staufern' 106 sq. probare conatus est, privilegium hoc celeberrimum numquam a rege sancitum, sed eius tenorem petitionem potius esse principum ecclesiasticorum in curia Francofurtana factam, quam nonnulli eorum postea in formam privilegii regii redigerent, uno eodemque tempore victoriose, ut reor, refutata sunt a viro cl. Winkelmann 'Göttingische Gelehrte Anzeigen' 1885, p. 795 sq. et a nobis ipsis in libro qui inscribitur 'Historische Aufsätze dem Andenken an Georg Waitz gewidmet' (Hannover 1885) p. 248 sq.*[1] *Cum singuli principes ecclesiastici exemplaria privilegii sibi facienda certe curaverint, miramur sane, quod autographa nulla, praeter unum Eichstadiensis ecclesiae idque non perfectum, ad nos venerunt. Editio igitur apographis nitatur oportet; cuius subsidia haec sunt:*

A, *exemplar Ultraiectinum anno adhuc 1643 Buchelius, qui secundo Chronicon Wilhelmi Hedae edidit, 'integrum in archivis summi apud Ultraiectenses collegii aurea bulla vel sigillo ornatum' vidit*[2] *eiusque monogramma et bullae aureae imaginem delineari fecit p. 202. Buchelii affirmatio approbatur iis quae manus anni circiter 1560 codici 1, in margine fol. 74, intulit:* Est littera sub aureo sigillo in ecclesia Traiectensi, *ut vir cl. Muller tabularii regii Traiectensis praefectus mecum communicavit. Apographa sunt haec* 1) *Liber donationum in tabulario archiepiscopali asservatus, parte II, saec. XIII. fol. 74, quem accuratissime exemplavit a. 1864 Karolus Pertz; hunc fundamentum editionis posuimus*[3]*;* 2) *cartarium Ultraiectinum saec. XIV. med. tabularii regii Hannoverani sign. XII. 90 (olim D. XIV. 1)*[4] *fol. 45', ubi inscriptum est privilegium* Confederacio imperatoris cum ecclesiis Alemannie et episcopis earumdem; *ipse denuo contuli;* 3) *editio Buchelii p. 193, quae, quamvis se autographi vitia imitari quam a scripturae veritate discedere maluisse dicat, multoties lectiones seu vitia principis editionis Hedae assumpsit*[5]*;* 4) *editio Chronici Hedae princeps, quam paravit Furmerius a. 1612 (Franequerae in 4°) p. 332.*

B, *exemplar Bremense asservavit solus copiarius ecclesiae cathedralis nunc tabularii Hannoverani sign. II. 40 (olim D. XVI. 1), ubi inscriptum est fol. 4' manu saec. XIII. in., quae aliquoties scripturam diplomatum imitatur.*

**72.** o) MCC vicesimo 5. p) Datum 5. q) non. 1; nonas 2; nono 5. r) Madii 3. s) octava 3. 5.

1) *Cf. etiam Winkelmann 'Jahrbücher Friedrichs II.' I, 64 sq.* 2) *V. editionem p. 201 not. o; cf. infra sub* A 3. 3) *Apographon Libri donationum est, viro cl. Muller docente, codex bibliothecae Lugduno-Batavae 67 A saec. XIV; v. 'Archiv' VIII, 570.* 4) *Cf. 'Archiv' XI, 454; 'Neues Archiv' V, 271; SS. XIII, 295.* 5) *Ab editione Buchelii pendent editiones Lünig 'Reichsarchiv' IV, 145 et Mieris 'Charterboek der graven van Holland' I, 179.*

C, *exemplaris Basiliensis apographon fere integrum legitur in* 1) *codice diplomatico episcopatus Basiliensis saec. XIV. fol. 30', qui iam asservatur in tabulario reipublicae Bernensis; contulerunt cum editione Trouillati 'Monuments de l'histoire de l'ancien évêché de Bâle' I, 480 nr. 319, quae ipso nititur, Iaffé b. m. nuperque, me flagitante, tabularii praefectus vir d. Bayer; cum apographon eschatocollon abbreviaret, fausto casu contigit, ut Iaffé in tabulario episcopatus, quod Bruntruti adhuc exstat, alius apographi fragmentum detegeret:* 2) *diplomatarium B tabularii Bruntrutensis saec. XV. p. 31, quod postremam modo partem privilegii inde a capite 10, eschatocollon vero integrum continet. Exemplar Basiliense eo excellit, quod c. 1 sententia caret minatoria (pariter atque exemplaria* D. E. F*) et datum est* mense Aprilis; *in eo loci Frankenfurt non fit mentio. Usque ad c. 10 apographon* C 1 *signavimus modo littera* C, *abhinc demum distinguentes inter* C 1 *et* C 2.

D, *exemplar Eichstetense autographon exstat in tabulario regni Bawarici, Kaiser-Select 649, editum in Monumentis Boicis XXX, 1, 96 nr. 649; imaginem heliographicam publicavit vir cl. Philippi 'Kaiserurkunden in Abbildungen' VI, tab. 13. De cuius indole cf. quae disputavit Philippi 'Zur Geschichte der Reichskanzlei' p. 108. Eo praecipue excellit hoc autographon, cuius sigillum*[1] *deperditum est, filis sericis tamen relictis, quod monogramma quidem praebet, attamen signi ut dicunt linea caret. Autographon igitur imperfectum, regia corroboratione carens nobis obvium esse, nemo infitietur. Cuius textum affinitatem intimam ostendere cum innovatione Moguntina* (E), *iam pridem ('Historische Aufsätze' p. 260 sq.) censuimus. At qualis sit haec affinitas, nunc in medio relinquamus oportet.*

E, *exemplaris Moguntini autographon deperiit; textus tamen insertus est innovationi, quam Sifridus III. archiepiscopus a. 1234 mense Novembri Fogiae ab imperatore impetravit, cuius tenorem in adnotatione proponimus*[2]. *Et ipsius innovationis nonnisi apographa*

1) *In Monumentis Boicis p. 99 not. a legitur, scriptorem copiae saec. XVIII. testari, bullam auream diplomati appendisse; vir cl. Philippi tamen in filis fragmenta cerae se invenisse contendit.* 2) In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie[a] rex. Si grata fidelium nostrorum obsequia dignis retribucionibus compensamus, tanto benivole dilectorum principum nostrorum debemus peticiones admittere, quanto ipsi in partem nostre sollicitudinis et honoris assumpti nobis erga promocionem imperialis excellencie tam fideliter quam efficaciter obsequuntur. Universis igitur imperii nostri fidelibus tam presentibus quam futuris volumus esse notum, quod constitutus in presencia nostra S. venerabilis Maguntinus archiepiscopus dilectus princeps noster privilegium quoddam olim in Teutonia in favorem dilectorum principum nostrorum ecclesiasticorum a celsitudine nostra indultum nobis ostendit, supplicans ut privilegium ipsum innovari de nostra gracia mandaremus, ipsum et ea que in ipso continentur expressius auctoritatis nostre munimine confirmantes. Cuius privilegii talis est tenor: 'In nomine — indictione prescripta'. *supra nr. 73.* Nos igitur ipsius archiepiscopi precibus annuentes, consideratis gratis ipsius[b] obsequiis, que nobis, karissimo filio nostro regi Romanorum illustri et imperio semper exhibuit et exhibere poterit in futurum, in favorem ipsius predictum privilegium innovari precepimus, ea que in ipso continentur in perpetuum confirmantes. Statuimus igitur et presentis privilegii auctoritate sancimus, quatinus amodo nulla persona ecclesiastica vel secularis, alta vel humilis huic nostre confirmacioni aliquatenus contraire presumat. Quod qui presumpserit, quinquaginta librarum auri pena plectatur, medietate parti ipsius archiepiscopi et altera medietate fisco nostro solvenda. Ad huius autem rei memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri. Huius rei testes sunt: E. Babenbergensis et H. Eistetensis episcopi, marchio de Baden, comes H.[c] de Ortenburg[d] et alii quam plures. Signum[e] domini Fr. secundi Dei gracia invictissimi (M.)[f] Romanorum imperatoris semper augusti, Ierusalem et Sicilie regis magnifici. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo tricesimo quarto[g], mense Novembr., ind. VIII, imperante domino nostro Fr. Dei gracia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, anno imperii eius quartodecimo[h], regni Ierusalem nono, regni vero Sicilie tricesimo sexto[i]; feliciter amen. Dat. Fogie[k] anno, mense et indictione prescriptis. *Böhmer, Reg. imp. V, 2064.*

a) Sycilie 4. 5, *et infra.* b) ipsius gratis 1. c) Heinricus *male* 3. d) Ortenburch 2. 3; Ortenberc 4; Ortenberch 5. e) Signum — magnifici *des.* 2. f) *monogramma in solo* 1. g) MCCXXXIIII. 4. 5. h) XIIII. 3–5. i) XXXVI. 3–5. k) Foge 4. 5.

*ad nos venerunt; exemplaria, quibus uti licuit, haec sunt:* 1) *innovatio Rudolfi regis a. 1275. Mart. 13 data*[1], *cuius autographon asservatur in tabulario regni Bawarici, Reichssachen F. 1;* 2) *Registri litterarum ecclesiae Moguntinae, quod asservatur in tabulario regio Wirzburgensi, liber IV. saec. XIV. ex. fol. 76', qui textum meliorem praebet quam liber I;* 3) *transsumtum factum a. 1405 a iudicibus curiae episcopalis (ed. Würdtwein 'Subsidia diplomatica' IV, 398—416); cuius autographon cum deperditum esse videatur, adhibuimus apographon in Registri litterarum libro IV. saec. XV. fol. 32';* 4) *Registri eiusdem liber I. saec. XIII. ex. fol. 112', quod apographon*[2] *negligenter factum est, cuius tamen textus intime cohaeret cum* 5) *transsumto decani et capituli Moguntini, quod c. a. 1247—1260 episcopo Argentinensi dederunt, cuius autographon sign. G. fasc. 46 asservatum in tabulario Alsatiae inferioris Argentinensi contulit vir cl. Wiegand*[3].

F, *exemplar Treverense antiquum an exstiterit, dubium videtur. Apographon enim privilegii nostri, quod legitur in Balduineo tabularii Berolinensis saec. XIV, cuius cognitionem debemus viro cl. Beyer b. m., textum praebet, qui cum traditione Moguntina et quidem cum codicibus* E 4. 5 *ita convenit, ut Balduinum archiepiscopum, qui etiam archiepiscopatum Moguntinum aliquamdiu gubernabat, apographon quoddam Moguntinum in codice suo describendum curavisse putaverim. E Balduineo editio Hontheimii in Historia Trevirensi diplomatica I, 657 derivata est*[4].

G, *fragmentum exemplaris Stabulensis, initium quidem privilegii, e cartulario monasterii, quod in tabulario Bruxellensi asservatur, 116 B fol. 78' et 79 eruit vir cl. Arndt; textus singularis est, solus praeter textum* D *praebet vocem* amen *in invocatione.*

*Et ecclesiam Bisuntinam exemplar privilegii sibi acquisivisse, docent apographa duo, quae iam nunc Bisuntiae exstant, et quidem* 1) *in cartularii ecclesiae Bisuntinae vol. II, nunc bibliothecae publicae Ms. nr. 33, quod diem* VI. Kal. Mai *praebere adnotavit Arndt 'Neues Archiv' II, 282 et* 2) *in innovatione Karoli IV. a. 1356. Nov. 24, ubi privilegium in fine abbreviatum legitur, v. Philippi 'Zur Geschichte der Reichskanzlei' p. 106.*

*Exemplar antiquum Argentinense non exstitisse, textum, qui legitur in innovatione Friderici II. a. 1236 mense Martio Bertholdo episcopo data, quam 'ex veteri apographo tabularii episcopalis' edidit Grandidier 'Oeuvres historiques inédites' III, 334—341 (Böhmer V, 2144), derivatum potius ex* E 5 *et postea in hanc anni 1236 innovationem intrusum esse, exposui 'Historische Aufsätze' p. 257. Neque vestigia exemplaris authentici ecclesiae Coloniensis obvia sunt, quamquam Hartzheim 'Concilia Germaniae' III, 510 se privilegium 'ex archivio metropolitanae Coloniensis ecclesiae' deprompsisse contendit. Philippi enim l. c. p. 110 evicit, Hartzheimium nonnisi editionem Gelenii 'De sancto Engelberto' p. 202 repetivisse et Gelenium codicem quendam Chronici Hedae adhibuisse. Neque vero ecclesia Wormatiensis exemplari authentico gavisa esse videtur; nam textus, qui legitur in Schannati Historia episcopatus Wormatiensis II, 101, editionem Furmerii* (A 4), *quae in margine laudatur, plane repetivit, omissa tamen mirum in modum signi linea.*

*In lectione varia instruenda sic egimus, ut apographorum et editionum, imprimis traditionis Moguntinae, lectiones manifeste perversas ac scripturas nominum varias haudquaquam omnes adnotaremus, lectiones tamen* A 1. 2. B. C. D. G. *omnes reciperemus. — Huillard-Bréholles I, 765. Böhmer, Reg. imp. V, 1114.* *(P. 236.)*

1) *V. infra tom. III. in Actis Rudolfi regis.* 2) *Apographon libri I. exstare in libro II. saec. XIV. fol. 107 persuasum habeo. Praeterea innovatio Rudolfi regis legitur in libro I, fol. 156' et 208 atque in libro IV, fol. 83'.* 3) *Cf. quae exposui 'Historische Aufsätze' p. 252, ubi etiam not. 2 carta decani et capituli prelo data est. De editionibus, quae sequuntur traditionem Moguntinam, v. quae egi ibidem p. 252. 255—257.* 4) *Hontheimius l. c. not. a dicit, se ea de causa privilegium recepisse, 'quia inter illa, quae Trevirensibus archiepiscopis in consecutione imperialis investiturae a quovis imperatore innovantur et confirmantur, hoc integro tenore semper recensetur et primum quidem inter reliqua locum occupat'.*

In[a] nomine sancte et individue Trinitatis[b]. Fridericus[c] secundus[d] divina[e] favente clementia Romanorum rex et[f] semper augustus et[g] rex Sicilie[h]. Digna recolentes animadversione, quanta efficatia et fide dilecti fideles[i] nostri principes ecclesiastici nobis hactenus[k] astiterint[l], ad culmen[m] imperii nos promovendo[n], promotos[o] in ipso firmando et demum[p] filium nostrum Heinricum[q] in regem sibi et dominum[r] benivole atque[s] concorditer eligendo, censuimus eos, per quos promoti sumus, semper promovendos, et per quos firmati sumus[t], una cum ipsorum[u] ecclesiis semper fore nostra defensione contra noxia queque firmandos. Igitur[v] quia in eorum gravamina quedam[w] consuetudines, et ut verius dicamus abusiones, ex longa perturbatione imperii, que per gratiam Dei[x] nunc quievit et quiescet[y], inoleverant in novis theloneis[z] et[a] monetis, que se invicem ex similitudinibus ymaginum[b] destruere consueverant, in guerris[c] advocatorum et aliis malis, quorum non est numerus, statutis quibusdam eisdem abusionibus obviavimus[d].

1. Primo promittentes, quod numquam deinceps[e] in morte cuiusquam principis ecclesiastici reliquias suas fisco vendicabimus; inhibentes etiam, ne laicus quisquam[f] aliquo pretextu sibi eas[g] vendicet, sed cedant successori, si antecessor intestatus decesserit; cuius testamentum, si quod[h] inde fecit[i], volumus esse ratum. Si[k] quis vero contra hanc constitutionem[l] reliquias sibi vendicare presumpserit, proscriptus et exlex[m] habeatur et[n] feodo sive[o] beneficio[p], si quod habet, permaneat destitutus.

2. Item[q] nova[r] thelonea[s] et novas monetas in ipsorum territoriis sive iurisdictionibus eis inconsultis seu nolentibus non statuemus de cetero, sed antiqua thelonea et iura monetarum, eorum ecclesiis concessa, inconvulsa et firma conservabimus[t] et tuebimur, nec ipsi ea[u] infringemus nec ab aliis ledi permittemus modis aliquibus, utpote monete turbari et vilificari solent[v] similitudinibus ymaginum[w], quod penitus prohibemus[1].

3. Item[q] homines quocumque genere[x] servitutis ipsis attinentes, quacumque causa se ab eorum obsequiis[y] alienaverint[z], in nostris civitatibus non recipiemus[a] in eorum preiudicium. Et idem ab ipsis inter se eisque a laicis omnibus universaliter[b] volumus observari.

4. Item[q] statuimus, ne quis ecclesiam aliquam in bonis[c] suis dampnificet occasione advocati[d] eorundem[e] bonorum; sed[f] si[g] dampnificaverit, dampnum in duplo restituet[h] et centum[i] marcas argenti camere nostre solvet[k].

**73.** a) In — rex Sycilie omnibus in perpetuum *prima linea litteris elongatis scripta D;* In — Trinitatis *des. B.* b) amen *add. D. G.* c) Fredericus *A* 3. 4. *G*; Frithericus *B*; Fr. *E* 1. 3. 4. d) secundus *deest B. G.* e) *pro* divina favente clementia *B—F:* Dei gratia. f) et *deest C—G.* g) et rex Sicilie *des. B.* h) omnibus Christi fidelibus hanc paginam inspecturis in perpetuum amen *add. B*; omnibus salutem in perpetuum *add. C*; omnibus in perpetuum *add. D. E. F. G.* i) fideles *deest E. F*; principes *add. G.* k) *deest G.* l) astiterunt *A* 2. *B. C. F. G.* m) cultum *G.* n) et *add. A* 3. o) promoto *C.* p) deinde *C.* q) Henricum *A. F*; H. *G.* r) et dominum sibi *G.* s) ac *A* 1. 4. t) eos *add. A* 3. 4. u) eorum *G.* v) *finitur G.* w) quedam consuetudines *des. C.* x) Dei gratiam *B—F.* y) quiescit *A* 3. 4. *E* 4. 5. *F*; quiescet et quievit *A* 2. z) theoloneis *hic A* 1. a) in *C—F.* b) imaginum *D.* c) gn^sibus *C.* d) obviamus *C.* e) deinceps *deest C*; in morte deinceps *B.* f) quisquam laicus *A* 2. g) eas sibi *E.* h) quid *A* 1. 3. 4. i) fecerit *A* 2—4. *E. F.* k) Si — permaneat destitutus *des. C—F.* l) nostram *add. B.* m) exlex et proscriptus *B.* n) ab omni *add. B.* o) seu *B.* p) beneficium *A* 2. q) § *in D.* r) *deest A* 3. s) *add. a manu recentiori C.* t) conserv. et firma *A* 2. u) etiam *C.* v) solent *deest D. E. F.* w) imaginum *D.* x) genere *deest A* 1. 2. y) exsequiis *A* 2. z) alienaverunt *A* 3; alienarunt *A* 4. a) recepiemus *D.* b) inviolabiliter *E* 4. 5. *F*; universaliter *deest B.* c) limif *B.* d) advocatie *F.* e) eorum *B.* f) sed *deest C. E. F.* g) si *deest D.* h) restituat *B—F.* i) C *D.* k) solvat *B—F.*

1) *Cf. privilegium regis a. 1220. Apr. 26 datum, quo vetat,* ne de cetero aput Nurenberch moneta fiat que contineat imaginem similem imagini monete Ratisponensis; *Mon. Boica XXX, 1, 94; Böhmer, Reg. imp. V, 1115.*

5. Item[l] si aliquis eorum[m] vassallum suum[n], qui forte eum[o] offendit, iure feodali convenerit et sic feodum evicerit, illud[p] suis usibus tuebimur. Et si ipse feodum de bona et liberali sua voluntate nobis conferre voluerit, recipiemus, amore vel odio non obstante. Quocumque autem[q] modo, sive etiam ex morte infeodati, principi ecclesiastico feodum aliquod vacare contigerit[r], illud auctoritate propria, immo violentia nullatenus invademus, nisi de bona voluntate liberalique concessione sua potuerimus[s] obtinere, sed cum effectu suis usibus studebimus defensare.

6. Item[l], sicut iustum est, excommunicatos eorum, dum tamen ab ipsis viva voce vel per litteras eorum vel per honestos nuntios[t] fide dignos nobis denuntiati[u] fuerint, vitabimus; et nisi prius absolvantur, non concedemus eis personam standi[v] iuditio[w], sic distinguentes, quod excommunicatio non eximat eos a respondendo impetentibus, sed sine advocatis[x]; perimat autem[y] in[z] eis ius et potestatem[a] ferendi sententias et[b] testimonia et alios impetendi[c].

7. Et quia gladius materialis constitutus[d] est in subsidium gladii spiritualis, excommunicationem[e], si excommunicatos in ea ultra sex[f] septimanas perstitisse predictorum modorum aliquo nobis constiterit, nostra proscriptio[g] subsequatur[h], non revocanda, nisi prius excommunicatio revocetur[i].

8. Sic utique aliisque[k] modis omnibus, iusto videlicet et efficaci iuditio, ipsis prodesse[l] atque preesse[m] firmiter compromisimus, et ipsi versa vice fide data promiserunt, quod contra omnem hominem, qui tali nostro iuditio ipsis exhibendo violenter restiterit, nobis pro viribus suis efficaciter assistent[n].

9. Item[n*] constituimus[o], ut nulla edificia, castra videlicet seu civitates, in fundis ecclesiarum, vel occasione advocatie vel alio[p] quoquam pretextu, construantur. Et si qua[q] forte sunt constructa contra[r] voluntatem eorum[s], quibus fundi attinent[t], diruantur regia potestate.

10. Item[n*] inhibemus ad imitationem avi nostri, felicis memorie imperatoris Friderici[u], ne[v] quis officialium nostrorum in civitatibus eorundem[w] principum iurisdictionem aliquam sive in theloneis sive in monetis seu[x] aliis officiis quibuscumque[y] sibi vendicet, nisi per octo[z] dies ante[a] curiam nostram ibidem publice indictam et per octo[z] dies post eam[b] finitam[c]. Nec etiam[d] per eosdem dies in aliquo excedere presumant iurisdictionem principis et[e] consuetudines civitatis. Quotienscumque autem ad aliquam civitatum eorum accesserimus sine nomine publice curie, nichil in ea[f] iuris habeant, sed[g] princeps et dominus eius plena in ea[h] gaudeat potestate.

11. Sane[n*] quanto fidem ampliorem predictorum principum circa nos intelleximus[i], tanto excellentius eorum profectibus semper intendemus[k] prospicere. Et quoniam acta hominum oblivio inimica[l] memorie per longam temporum evolutionem[m] sepelire solet, diligentia vigilantiori adhibita, hec nostre gratie beneficia ecclesiis inpensa perpetuari volumus. Statuentes, ut heredes nostri et successores in[n] imperio[o] ea rata

**73.** l) § *in D.* m) eorum *deest E* 5. *F.* n) suimet *B.* o) eum forte *C—F.* p) illum *A* 3. 4. q) etiam *C.* r) contingerit *A* 2. s) poterimus *A* 2. *E. F.* t) nuncios *D.* u) denunciati *D.* v) in *add. A* 3. *C.* w) iudicio *D, similia semper.* x) advocato *A* 3. 4. y) auctoritas *E* 4. 5. *F*; *deest A* 2. z) *duas litteras erasas sequitur* ſη *in A* 1. a) autem eius potestatem *A* 3; autem sic eius ius aut potestatem *A* 4. b) *deest E. F.* c) impendi *A* 2; imputendi *A* 4; impetndi *cum compendio obscuro super littera* t *D*; impetrandi *E. F.* d) institutus *C.* e) excommunicationum *A* 3. 4. f) VI *D.* g) prescriptio *C. E* 5. h) subsequetur *C—F.* i) revoc. exc. *B.* k) aliis *B.* l) preesse *F.* m) prodesse *E* 4. 5. *F.* n) assistant *B. D. E. F.* n*) § *in D.* o) statuimus *A* 3. 4; *deest A* 2. p) aliquo *A* 2. *B. D—F.* q) quae *A* 3. *F.* r) contra — attinent *des. B.* s) *deest A* 2. t) attinent fundi *C.* u) Frederici *A* 2—4; Fr. *E* 1. v) *incipit C* 2. w) eoruṁ *C* 2. x) sive *C*; in *add. B—F.* y) qualibuscunque *C. D.* z) VIII *D.* a) *pro* ante curiam nostram *C* 1: in curia nostra. b) postea *E. F.* c) finita *E* 3. d) *deest C.* e) per *C.* f) illa *C. D*; iuris in ea *F.* g) habebant si *E* 2. h) in ea plena *A* 3. i) intellexerimus *A* 2. *B.* k) intendimus *C—F.* l) immuta *E* 4; immutat *E* 5. m) evolationem *F.* n) in *deest A* 2. *B. D—F.* o) imperii *F.*

conservent et exequantur et faciant in subsidium ecclesiarum a laicis universaliter observari.

Et ut futuris innotescant et a presentium non excidant memoria sive notitia, ea fecimus huic pagine annotari et paginam subnotatione nominum eorum qui interfuerunt, principum videlicet, et sigilli nostri munimine insigniri.

Testes hii sunt: Sifridus Maguntinus[p] archiepiscopus, Theodericus[q] Treverensis archiepiscopus, Engelbertus Coloniensis archiepiscopus, Albertus Magdeburgensis[r] archiepiscopus*, Hugo Leodiensis episcopus, Otto Traiectensis episcopus, Ecbertus[s] Babenbergensis[t] episcopus**, Conradus Ratisbonensis episcopus, Hertwicus Egestedensis[u] episcopus, Theodericus Monasteriensis[v] episcopus, Heinricus Wormatiensis episcopus, Engelhardus Nuwemburgensis[w] episcopus, Heinricus Basiliensis episcopus, et alii quam plures.

Signum[x] domini Friderici[y] secundi Romanorum regis invictissimi[z] et regis Sicilie[a].

Ego[b] Conradus[c] Metensis[d] et Spirensis[e] episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Sifridi[f] Maguntine sedis[g] archiepiscopi et totius Germanie archicancellarii[h] recognovi[i].

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXX[k], indictione IX[l], regnante domino[m] Friderico[n] secundo Romanorum rege et Sicilie[o] gloriosissimo[p]; anno[q] regni eius in Germania VIII[r], in Sicilia[s] vero XXIII[t].

Datum[u] apud[v] Frankenvuurt, VI. Kalend.[w] Maii[x].

*) *abhinc series testium in C:* Ekebertus[y] Babenbergensis episcopus, Conradus Ratisponensis episcopus, Huwardus Leodicensis episcopus, Hertwicus[z] Eihstetensis episcopus, Otto Traiectensis episcopus, Theodericus Monasteriensis episcopus, Engelhardus Nuwenburgensis episcopus, Heinricus Wormaciensis[a] electus, Heinricus Basiliensis episcopus, Willelmus Havelbergensis electus[b]; *in D. E. F:* Cůnradus[c] Metensis et Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius, Ekebertus[d] Babenbergensis episcopus, Cůnradus[c] Ratisponensis episcopus, Hartwicus Eihstetensis[e] episcopus, Heinricus Wormatiensis episcopus[f], Otto Traiectensis[g] episcopus, Theodoricus[h] Monasteriensis episcopus, Hvvardus[i] Leodicensis[k] episcopus, Engelhardus Niwenburgensis[l] episcopus, Heinricus[m] Basiliensis episcopus, H.[n] Habelbergensis episcopus, et alii quam plures.

**) *abhinc testium series in B:* Theodericus Monasteriensis episcopus, Conradus Ratisponensis episcopus, Heinricus Wormacensis episcopus, Hardwicus Egestedensis episcopus, Engelhardus Nouenburgensis episcopus, Heinricus Basiliensis episcopus, et alii quam plures.

**73.** p) Mogontinus *D.* q) Theodoricus *D.* r) Maideburgensis *B*; Medeburgensis *C*; Meideburgensis *D.* s) *manu saec. XV. corr. in* Egbertus *A* 1; Egbertus *A* 2. *B.* t) *manu saec. XV. corr. in* Bambergensis *A* 1. u) *corr. ex* Egesdedensis *A* 1. v) Manasteriensis *A* 1. w) Engelherdus Nuwenburgensis *A* 2. x) Signum — et regis Sicilie *des. D. E. F; des. etiam C* 1, *qui abhinc textum reliquum abbreviavit hoc modo:* Conradus Metensis simul et Spirensis episcopus. Anno dominice incarnationis MCC vicesimo, mense Aprilis. y) Frederici *A* 2—4; Fritherici *B.* z) secundi illustrissimi Romanorum regis semper augusti *C* 2; *post* invictissimi *positum est monogramma in A* 3. a) *sequitur monogramma male delineatum in B.* b) *praecedit monogramma in D, ad cuius latus laevum spatium signi lineae aptum vacuum relictum est.* c) Chůnradus *D*; dei gratia *add. C* 2. d) Mettensis *A* 1; Methensis *C* 2. e) Spyrensis *D.* f) Sifridi *deest D. E. F*; Syfridi dei gratia *C* 2. g) *pro* Maguntine sedis *B. D. E. F*: Mogontini. h) arcicancellarii *B.* i) *sequitur monogramma in E* 1. k) mense Aprilis *add. C* 2. l) VIIII *D*; nona *A* 3. 4. *E. F*; VIII *B*; octava *C* 2. m) nostro *add. C* 2. n) Fritherico *B*; Frederico *A* 3. 4; Fr. *E* 1. 4. 5. o) Rom. et Sycilie (Sicilie *E. F*) rege *D. E. F*; Rom. rege semper augusto et rege Sicilie *C* 2. p) glorioso *B. D. E. F*; *deest C* 2. q) vero Romani *add. C* 2. r) octavo et *C* 2. s) Sycilia *D.* t) XIIII. *A* 4; vicesimo secundo *C* 2. u) Data *D*; Dat. *B. E* 1; *pro* Datum — Maii *C* 2: feliciter amen. v) aput Frankefurte *D*; Frankenwrt *A* 1; Frankenvoerd *A* 2; Frankenvorda *B*; Frankenfurte *E* 1; *al. al.* w) Kal. *B. D. A* 3. x) *deest A* 3; indictione prescripta *add. D. E. F; sequitur monogramma in E* 3. y) Erkenbertus *C* 1. z) Heinricus *C* 1. a) Warmaciensis *C* 1. b) episcopus *C* 1. c) C. *E. F.* d) E. *E. F.* e) Eistetensis *E. F.* f) *deest E* 5. g) *littera* c *supra lin. add. D.* h) Theodericus *E.* i) Huwardus *E* 1; Huitardus *E* 2; Huuardus *E* 3; Huicardus *E* 4. 5. *F.* k) Leodiensis *F.* l) Nuenburgensis *E* 1. 3. 4. *F*; Nuenborgensis *E* 2. 5. m) H. *E* 1. 2. 4. 5. *F*; Heinr, *E* 3. n) Heinr, *E* 3, *siglo male soluto.*

# 74. 75. SENTENTIA CONTRA WARANDIAM TELONEI ET MONETAE.

(1220.) Apr. 30.

*Sententiam in favorem episcopi Traiectini et civium Daventriensium latam Fridericus II. a. 1223. Ian. 4 innovavit mandatumque prohibitorium comiti Gelrensi misit, v. Huillard-Bréholles II, 290. 291 (Böhmer V, 1431. 1432). Cum quibus sententiis pugnant privilegia imperatoris data a. 1222 mense Aprili et a. 1223 mense Martio, v. Huillard-Bréholles II, 242. 334 (Böhmer V, 1384. 1462) et Heinrici regis a. 1224 mense Maio, v. ibidem II, 797 (Böhmer V, 3921. 3922).*

## 74. *SCRIPTUM SENTENTIAE.*

*E transsumto a. 1463 chartularii Daventriensis in codice bibliothecae Lugduno-Batavae nr. 72 A exstantis dedit Bethmann b. m. — Huillard-Bréholles I, 772. Böhmer, Reg. imp. V, 1118. (P. 237.)*

Fredericus Dei gratia secundus Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie omnibus ad quos presens scriptum pervenerit in perpetuum. Notum esse volumus, quod nobis apud Frankenvoirt in curia solempniter indicta in iudicio presidentibus talis data est sententia et a principibus approbata, quod nullam auctoritatem seu warandiam thelonei vel monete in dampnum sive preiudicium alicuius prestare possimus. Cum igitur super theloneo et moneta, quam nobilis vir comes Gelrie se asserit tenere a nobis, querimoniam non modicam audiverimus, significamus universis, quod nullam warandiam thelonei vel monete ei facimus; regia maiestate firmiter inhibentes, ne vel theloneo apud Aernhem vel Oesterbeke sive Lobedde vel in quocumque loco super Renum, vel moneta aliqua de cetero se intromittat, non obstante eo quod se warandiam dicit habere, nec obviantibus literis aliquibus a nobis vel nostris antecessoribus impetratis.

Datum apud Frankenvoirt in curia nostra solempniter indicta, II. Kal. Maii.

## 75. *LITTERAE EXECUTORIALES.*

*Adhibuimus* 1) *Librum donationum in tabulario archiepiscopali Traiectino asservatum, parte II, saec. XIII. fol. 73', quem excussit Karolus Pertz b. m., et* 2) *transsumtum a. 1463 chartularii Daventriensis modo laudati. — Huillard-Bréholles I, 773. Böhmer, Reg. imp. V, 1119. (P. 238.)*

Fridericus[a] secundus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie fideli et dilecto principi suo E. sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo gratiam suam et omne bonum.

Nobis apud Frankenvorde[b] in curia sollempniter indicta iudicio presidentibus, talis data[c] est sententia et a principibus approbata: quod nullam auctoritatem thelonei sive warandiam in dampnum vel preiudicium alicuius prestare possimus. Cum igitur super theloneo, quod nobilis vir comes Gelrensis se asserit tenere a nobis, querimoniam non modicam audiverimus, regia maiestate tibi mandamus, quatinus auctoritate nostra et sub optentu gratie nostre eidem comiti firmiter precipias, ut nullum

75. a) Fredericus 2. b) frankenvoirt 2. c) data talis 2.

theloneum apud Arnheim vel Osterbeke[d] seu Lobedde vel in quocumque loco super Rhenum deinceps accipiat, non obstante aliqua warandia, si quam se dicit habere, nec litteris aliquibus obviantibus a nobis vel antecessoribus nostris impetratis.

Datum apud Frankenvorde[e] in curia nostra sollempniter indicta, II. Kalend. Maii.

---

5

## 76. PACTUM CUM VENETIS.

### 1220. Sept. 20.

*Legitur in* 1) *Libris pactorum lib. I, fol. 19'*; 2) *Libris pactorum lib. II, fol. 88' et* 3) *Libro blanco fol. 50' nr. 24, ubi inscribitur:* Privilegium Frederici secundi Romanorum regis factum domino Petro Ziani duci Venetiarum occasione supradicta. *Qui tres* 10 *codices textum pacti ex notarii instrumento anni 1238* (indictione XI, mense Septembris, in felici urbe Rivoalti, in palatio ducatus) *de mandato Iacobi Teupuli Venetiarum ducis a Gabriele Scribano confecto, hodie, ut videtur, perdito sumpserunt. Ex libris Pactorum transscriptum est in codicem Trivisanum fol. 316, quem Huillard-Bréholles adhibuit. Pactum nostrum illud Ottonis IV. (supra nr. 32) verbotenus repetit. Voces* et regnum 15 nostrum *ter insertae (c. 1. 10. 23) indicant, per regnum etiam Siciliae hoc pactum valuisse; cfr. Winkelmann 'Kaiser Friederich II.' I, p. 99 not. 3. — Huillard-Bréholles I, 836. Böhmer, Reg. imp. V, 1163.* *(P. deest.)*

(C.)[a] ‖ In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus[b] secundus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. ‖ Quoniam stabilem christianorum prin- 20 cipum karitatem operari plurima bona ad multorum utilitatem evidenter novimus et viros sapientes ac discretos rectores regnorum suorum notos habere et amicos semper curavimus, Petrum Ziani illustrem Venecie, Chroacie, Dalmatie, quarte partis et dimidie totius Romanie ducem et dominatorem, quem luce sapientie et totius honestatis hubertate predicabiliter pollere manifestum est, habere notum et amicissimum ad decus imperii Romani[c] stabilitate perpetua decre- 25 vimus. Ad cuius rei evidentiam dilectionem ipsius toto cordis affectu intendentes amplecti, in confirmandis illis, que ab antecessoribus nostris suis sunt collata et confirmata antecessoribus, libenti animo voluntati ac petitioni ipsius, sicut karissimi amici nostri, per omnia satisfacere[d] studuimus. Hac igitur ratione omnino uniti nostram utriusque dilectionem rationabiliter observavimus et in multis magnisque negotiis publicis atque privatis eius sinceram dilectionem ac 30 preclaram sapientiam imperio nostro ac nobis nostrisque fidelibus utilem existere probavimus. Et quia ipsius rei efficatia et sapientum iudicio sapiens atque discretus regni Venetie rector extitit, et egregia fides et pure dilectionis exhibitio, quam semper erga nos habuit nostrumque imperium, eum in omnibus nobis comendabilem exhibuit, dignus eius et honestus interventus apud nostram regalem magestatem locum utpote amici karissimi et viri sapientissimi obtinuit vene- 35 rabiliter. Igitur nuntios eiusdem viros nobiles et prudentes Marinum Dandolum[e] et Benedictum Falletro[f], quos ad nostram destinavit presentiam, eo quo decuit honore suscipientes, ob sinceram et venerabilem eius dilectionem quicquid ipse dux et Venetici ducatus, ecclesie et populus ex antiquo per multos annos in[g] imperii nostri potestate secundum quod in preceptis nostrorum antecessorum, imperatorum et regum, continetur atque in pacto Ottonis, Hainrici[h], Lotharii nec

40 **75.** d) Arnhem vel Oesterbeke 2. e) frankenvode 1; frankenvoirt 2.

**76.** a) *om.* 2. 3. b) Fredericus 2. 3. c) nostri *in anterioribus pactis.* d) facere 1—3. e) Dandulum 3. f) Faletro 3. g) *om.* 3. h) Heinrici 3.

non inclitorum Frederici atque Hainrici felicis memorie avi atque patris nostri et consanguinei nostri Ottonis[i] divorum imperatorum legitur, iuste et legaliter tenuit et habuit, per hanc nostram regalem paginam innovamus et confirmamus, ita quidem, ut pars parti nichil malignum aut iniustum, sed semper quod rectum est, in omnibus actionibus et rebus facere presumat; et si, quod absit, aliqua malicia vel lesio inter partes commissa fuerit, per huius federis decreta tergatur ac facta satisfactione a rebelli et transgressore parte ad pactum observandum hec series federis per cuncta inviolabiliter annorum curricula semper maneat, remota contradictione vel impugnatione tam nostra quam omnium successorum nostrorum.

Quia iniustum videtur, ut aliquis vel suis vel equis sanctionibus obpugnare nitatur, et ut maxime notentur specialiter vicini populi tam ex regno[i] nostro quam ex predicto ducatu Venetie, a quibus omnimodo hanc pactionis institutionem observandam esse decernimus, hii sunt ex nostro scilicet iure: Papienses, Mediolanenses, Cremonenses, Lucenses, Pisani, Ianuenses, Placentini, Florentini, Ferrarienses, Ravennenses, Comaclenses, Ariminenses, Pisaurienses, Cesenenses[k], Fanenses, Senogalienses, Anconitani, Humani, Firmenses, Epinenses, Veronenses, Montesilienses, Gavellenses, Vincentenses, Paduani, Tarvisini[l], Cenetenses, Foroiulienses, Hystrienses[m], et cuncti de nostro Ytalico regno, sive qui modo sunt vel qui in posterum[n] futuri sunt; ex predicto vero Venecie ducatu[o] sunt Rivoaltenses[p], Metamaucenses, Torcellenses, Clugienses, Palestrinenses[q], Caputargelenses[r], Brunduligenses, Lauretani, Murianenses[s], Amianenses, Burianenses, Equilenses[t], Caprulanenses, Civitatinenses[u], Finenses, Gradenses[m] et cuncta generalitas populi Venetici, sive qui modo sunt vel qui futuri sunt.

(1) Confirmamus itaque Veneticorum[v] fines a nemine nostrorum inquietari, invadi vel minorari debere, sed libere et absque ullo impulsu que retro ab annis possederunt multis, deinceps quiete possideant. Proprietates vero et predia, que habere videntur tam ipse dux quam suus patriarcha nec non episcopi, abbates et ecclesie sancte Dei et reliquus populus Venecie sibi subiectus infra potestatem imperii nostri, sive in campis sive in domibus, pratis, silvis, vineis, paludibus, salictis[w], sationibus, piscationibus ceterisque possessionibus, quiete possideant et absque cuiusquam insultantis[x] machinatione aut lesione sive sinistra quapiam tergiversatione, ita ut nemo contrarietatem eis facere inde presumat. Nec etiam venationes aut pabulationes sine eorum exerceat licentia neque molestiam ibi residentibus inferat neque aliquam navem ipsorum Veneticorum in aliqua nostri imperii et regni[y] parte periclitantem predari seu hominibus naufragium patientibus aliquam controversiam inferre presumat; quod qui fecerit, componat centum libras auri purissimi illis, quibus iniuriam intulerit, et res dominio possidentium mancipentur et quiete liceat possessoribus illas tenere ac frui.

(2) Quodsi excursus inter partes factus fuerit, ipsa persona, que in capite fuerit ad eandem malitiam faciendam, infra LX dies tradatur, et omnia, que fuerint ablata, in duplum restituantur; quodsi ipsum duplum[z] compositum non fuerit vel persona ipsa tradita non fuerit infra LX dies, ut dictum est, tunc per unamquamque personam, que ipsam malitiam perpetraverit, componantur aurei quingenti.

(3) Si furtum inter partes fuerit factum, in quadruplum restituatur.

(4) Si servi aut ancille inter partes confugerint, cum omnibus rebus, quas secum detulerint, reddantur; et iudex, qui ipsos fugitivos reddiderit, accipiat pro unoquoque singulos solidos auri, sic tamen, ut, si amplius requiritur[a], per sacramentum dominis illorum ydonea fiat satisfactio. Si vero iudex aut aliquis ipsos fugitivos susceperit[b] et eos reddere[c] negaverit, et ipsi exinde fugerint, tunc pro unoquoque fugitivo componat auri solidos LXXII. Quodsi dubium fuerit

**76.** i) *om.* 2. 3. k) Cesanenses 1. 2. l) Tarvisi 3. m) *in cod. Trivisano nomina civitatum per columnas disposita ordinem mutatum Huillardo subdiderunt; cfr. supra p. 39 not. 1.* n) postero 1. o) duc. Venetie 3. p) Rivoltenses 1. q) Pelestrinenses 3. r) Carpagelenses 1; Campargelenses 2. 3. s) Maurianenses 2. 3. t) Equilinenses 1. 2. u) Civitatienses 1. 2. v) Venetorum 1. w) salinis 1—3. x) insultanti 1. y) regni nostri et imperii 3. z) *om.* 3. a) acquiritur 1—3. b) suscepit 1. c) cura *add. PO. IV.*

et denegaverit iudex vel auctor loci illius, in quo fugitivi requiruntur, tunc prebeant sacramentum XII[cim] electi, quod ibi suscepti non fuerint nec illos habeant nec in conscientia illorum sint nec aliquas res illorum secum habuerint. Si autem hoc distulerit facere, post primam et secundam contestationem presentia testium peractam[d] per iussionem iudicis sui liceat pignorare hominem de ipso loco, ubi causa requiritur, ita tamen, ut ipsum pignus post peractam iusticiam per integrum reddatur.

(5) Et nullatenus liceat alicui pignus accipere per alia loca, nisi ubi fugitivi aut cause requiruntur; et si pignoratio pervenerit, non presumat aliqua pars pro pignore aliam pignorare, sed expectet usque ad audiendam causam, ita sane ut cause in sex mensium spatio fiant et sint cause finite, reddens prius, quia[e] ex iudicio condempnatus fuit, et prius[f] suum recipiat. Nam si quis de alio loco pignus tollere presumpserit aut sine causa tullerit aut aliquem pro pignore pignoraverit, in duplum, qui tullerit, restituat.

(6) Si vero equi aut eque seu armenta aut aliqua quadrupedia furtim fuerint sublata, in duplum restituantur; si ipsa aberraverint, omnino reddantur. Quodsi post primam et[g] secundam contestationem minime reddita fuerint, tunc pignoratio fiat de loco, ubi hec requiruntur, usque dum pars parti satisfaciat; et post satisfationem reddantur ipsa pignora.

(7) Et hoc statutum est, ut[h], si fugitivus seu res reddita fuerit vel si per sacramenta satisfactio adimpleta fuerit, modis omnibus pars parti securitatem faciat.

(8) Si quis vero extra memorata capitula pignorare presumpserit, causam perdat et quod tulit restituat.

(9) Negotia autem inter partes[i] fiant, et liceat dare et accipere quicquid inter eos convenerit sine aliqua violentia vel contrarietate, ita ut equa conditio utrarumque partium negotiatoribus conservetur.

(10) Ripaticum autem et quadragesimum[k] Venetis detur secundum antiquam consuetudinem. Ipsi vero Veneti per totum imperium et regnum nostrum et per totam terram, quam vel nunc habemus vel in posterum auctore Deo habituri sumus, liberi sint ab omni exactione et datione; et licentiam habeant homines ipsius ducis ambulandi per terras seu per flumina totius imperii et regni nostri; similiter et nostri per mare usque ad eos et non amplius.

(11) De hoc convenit, ut, si qua lesio inter partes evenerit, legatarii[l] non detineantur; si vero detenti fuerint, relaxentur et componantur eis solidi trecenti; et si, quod absit, occisi fuerint, componantur parentibus eorum pro ipsis solidi mille, et ipsa persona tradatur in manus eorum.

(12) Si quis inter partes causam habuerit, vadat semel aut bis cum epistola iudicis sui; si ei iusticia facta non fuerit infra dies XIIII, si ipse homo, unde iustitia requiritur, infra ipsum locum fuerit, infra dies VII licentiam habeat pignorare iudex, qui ipso tempore ordinatus fuerit, infra causam[m] suam, quantum ipsum debitum erit; et ipsum pignus usque ad determinationem cause teneatur. Quod si antesteterit pignus, componantur[n] solidi XII, causa manente, ut pro eo iterum pignoratio fiat, ubi potuerit in finibus, ubi causa requiritur. Si tamen, ubi[o] iudicium ambabus partibus[p] annuntiatum fuerit, residentibus duobus de utraque parte, ubi causa requiritur, quod ipsi per ewangelium terminaverint, pars parti satisfatiat.

(13) Addimus autem, ut, si quis homicidium perpetraverit, modis omnibus ipse et quanti mixti fuerint in ipso homicidio, ligati tradantur; quod si factum non fuerit, pro unaquaque persona componantur auri solidi trecenti.

(14) Simili pena decernimus dampnandum eum, qui in communibus mercatis tumultum populi excitans homicidium perpetraverit. Quodsi tumultus sine homicidio aut plaga sedatus fuerit, componat pro excitatione solidos auri trecentos.

**76.** d) paratam 1—3. e) que 1—3. f) *ita* 1—3 *pro* pignus; *cfr. Pactum Friderici I, tom. I, p. 211 n.* q. g) vel 1. 2. h) quod 3. i) *ita correxi; pro* inter partes 1—3: interim. k) quadragesimus 1. l) legatari 1. m) *ita* 1—3 *pro* casam; *cfr. Pactum Lotharii III., tom. I, p. 173 n.* u. n) componatur 1. o) ibi 1—3. p) si tam. amb. partibus ibi iudicium. 2. 3.

(15) Si aliqua pignoratio in silva fieri debuerit, sine homicidio fiat; et si, quod absit, homicidium factum fuerit, pro libero homine componantur solidi auri CCC et pro servo L. Si plaga facta fuerit, ut non moriatur, pro libero homine solidi L, pro servo XXX.

(16) Statutum est[q], ut in rebus sanctarum ecclesiarum Dei nullus pignorationem faciat, excepto si cum sacerdotibus causam habeat; et ante compellatio fiat semel vel[r] bis; nam qui aliter[s] presumpserit, duplum componat, et si nesciens pignoraverit, prebeat sacramentum, et sit solutus pignusque salvum restituat.

(17) Et hoc stetit de capulo, quod Rivoaltenses[t], Metamaucenses, Albionenses, Torcellenses, Amianenses[u] fecerunt retro ab annis multis: habeant licentiam faciendi secundum antiquam consuetudinem, sive per flumina sive per mare.

(18) Equilenses vero capulari debent in ripa sancti Zenonis[v] usque in fossam Metamauri[w] et Gentionis secundum consuetudinem omnem arborem et vegere[x] cum carro aut ad collum, quantum sibi placuerit; et habeant licentiam pecudes in ipsis finibus pascere vel pabulari.

(19) De finibus Civitatis nove statuimus, ut terminatio, que a tempore Liutprandi[y] regis facta est inter Paulucionem[z] ducem et Marcellum magistrum militum, deinceps manere debeat, id est de Plave maiore usque in Plavem siccam; pecudes quoque et greges cum securitate pascere debent.

(20) Caprulani vero in silva Foroiuliana, ubi semper capulaverunt, capulare debeant.

(21) Similiter Gradenses secundum antiquam consuetudinem in silvis Foroiulii capulum faciant.

(22) Confirmamus quoque Lauretum, ut quantum aqua salsa continet, eorum subiaceat potestati.

(23) Et nullus princeps vel pauper aliquem Veneticorum distringere aut legem facere de aliqua habita substantia aut ad placitum ducere, nisi in presentia illorum ducis, aut fodrum tollere de illorum terris, que in nostro sunt imperio et[a] regno, aut bannum mittere tam dominis habitantibus in Venetia quam de illorum hominibus ubicumque habitantibus iusticiam aliquam accipere presumat, nisi in presentia dominorum suorum.

(24) Confirmamus, ut pars parti de causis ecclesiarum et monasteriorum omnimodo iustitiam faciat.

(25) Volumus, ut pro una libra denariorum vel uno homine sacramentum[b], et si usque ad XII libras denariorum Veneticorum XII electi iuratores addantur; nam si ultra XII libras questio facta fuerit, iuratores ultra XII non accedant.

(26) Statuimus etiam de pignoribus, que inter partes facta fuerint, ut, si qua de eis contentio orta fuerit, illi tribuatur arbitrium iurandi, qui pignus habuerit, soli sine electis.

(27) De cautionibus vero simili modo agatur.

(28) Promisit cunctus ducatus Veneticorum nobis et successoribus nostris pro huius pactionis federe annualiter omni mense Martio persolvere libras suorum denariorum L et totidem libras piperis et unum pallium.

Si quis igitur dux vel marchio, comes, vicecomes aut aliqua magna vel parva persona huius nostre regalis pagine violator extiterit, quod minime futurum credimus, sciat se pro pena compositurum auri optimi libras mille, medietatem fisco imperiali et medietatem duci Veneticorum.

Quod ut verius credatur et ab omnibus diligentius observetur, hanc paginam corroborantes sigilli nostri inpressione iussimus insigniri, **sub testimonio principum subscriptorum et aliorum baronum nostrorum, scilicet Bertoldi[c] Aquilegensis patriarche, Vlrici Patauiensis episcopi, Sifridi Augustensis episcopi, Hainrici Augensis abbatis, Iacobi episcopi Astensis, Iacobi Taurinensis episcopi, Iordani Paduani episcopi, Loduuici palatini comitis Reni**

**76.** q) enim *add.* 3. r) et 1. s) *supplendum est* facere; *cfr. Pactum Ottonis II. tom. I, p. 42 n.* i. t) Rivoltenses 1. u) Ammianenses 1. v) Zennonis 2. w) Metarnauci 1. 2. x) arborem evegere 1—3. y) Liutebrandi 1. 2. z) Paulitionem 1. 2. a) aut 2. 3. b) *supplendum est* fiat; *cfr. Pactum Heinrici V. tom. I, p. 155 n.* o. c) Bartholdi 2. 3.

ducis Bawarie, Diepoldi[d] marchionis de Voheburch, Eberhardi comitis de Helfenstein, Hartmanni comitis de Cherss, Alberti nobilis de Niffe, Anselmi de Iustingen marescalci, Wernheri dapiferi imperii et aliorum multorum.

⁞ Signum domni Friderici[e] secundi Romanorum regis et semper augusti invictissimi. ⁞ (M.)

Ego Chůnradus Metensis et Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius, totius Ytalie tunc legatus, vice domini Engelberti Coloniensis[f] archiepiscopi totius Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo XX, regnante gloriosissimo domno nostro Friderico secundo Romanorum rege semper augusto, anno regni ipsius octavo; data in castris in episcopatu Mantuano[g], anno suprascripto, XII. Kal. Octobr.[h], indictione VIIII[a]; feliciter amen[i].

---

# 77. 78. PROMULGATIO NUNTII A LATERE IN TUSCIA.

## 1220. Sept. 21. (1221.) Febr. 4.

*Duas hoc loco cartas coniungi liceat, per quarum alteram rex Eberhardum de Lutra nuntium suum specialem a latere per totam Tusciam promulgavit, per alteram Conradus Mettensis episcopus totius Italiae legatus ipsi Eberhardo vices suas per Tusciam se commendasse declarat. Dedit eas Holder-Egger e Libro censuum civitatis Pistoriensis saec. XIII—XIV, qui asservatur in tabulario municipali, ubi transsumtae sunt a notario, anno certe 1221, qui in calce cartae cancellarii haec profert:* (S. N.) Ego Rinforthatus apostolice sedis notarius et imperialis aule iudex ordinarius illud autenticum bulla domini cancellarii munitum, unde hoc exemplum fideliter sumptum est, et aliud autenticum regali bulla munitum, unde aliud exemplum ex alia parte huius carte fideliter sumptum est, ea ambo non cancellata, non vitiata vidi et legi et prout in utroque eorum inveni non addens verbum aliquod nec minuens de parabola suprascripti domini Euerardi fideliter transcripsi et exemplavi et ad maioris rei evidentiam signum mee manus apposui. *E Libro censuum editiones omnes derivatae sunt.*

### 77. *EDICTUM REGIS. 1220. Sept. 21.*

*E Libro censuum Pistoriensi saec. XIII. in. fol. 57. Quae litteris minoribus excusa sunt, ea e dictamine edicti supra nr. 71 petita sunt, ordine paullisper inverso. — Huillard-Bréholles I, 847. Böhmer, Reg. imp. V, 1167. (P. deest.)*

⁞ Fridericus secundus ⁞ Dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie archiepiscopis, episcopis, abbatibus ceterisque ecclesiarum prelatis necnon marchionibus, comitibus, capitaneis, varvassoribus, nobilibus atque potestatibus, consulibus seu rectoribus et communitatibus[a] omnium civitatum et oppidorum simul et rectoribus atque populo et universis per totam Tusciam a Pontremulo superius constitutis, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem.

**76.** d) Diepoli 2. 3. e) Frederici 3. f) Colloniensis 3. g) Mantwano 1. 2. h) octobrii 2. 3. i) *om.* 1.

**77.** a) cōitatibus *c.*

(1) Cum post multas imperii perturbationes, que ex obitu inclite memorie excellentissimi et illustris patris nostri imperatoris Henrici usque ad tempora nostra in mutatione regum ubique locorum imperii procreverunt, divina clementia dignata sit in solio progenitorum nostrorum nos tam mirabiliter quam misericorditer collocare[b], decrevimus vestigiis[c] feliciter inherendo mente intenta commodum et augmentum imperii promovere, et si qua inveniri poterunt que in eius preiudicium perperam gesta sint, ad rectitudinis semitas revocare et specialiter ad bonum statum et tranquilitatem omnium subiectorum. Eapropter universitati vestre presenti pagina duximus insinuandum, quod nos super rationibus imperii, quas preterite perturbationes nos investigare prohibuerunt, ac super omnibus aliis, que minus bene in eadem provincia disposita sunt, et propter multas discordias atque guerras, que inter vos diutius vigilarunt[d] in detrimentum imperii et omnium subditorum, sollicitudinem debitam nunc habentes, fidelem nostrum Everardum de Lutra[e], virum utique providum et discretum, et de cuius industria fiduciam gerimus specialem, provida consilii nostri deliberatione a latere nostro ad partes ipsas duximus transmittendum, ut ipse non solummodo fidelitates et alia iura nostra atque fodrum regale a vobis requirat vice regia et recipiat, immo etiam discordias omnes in ipsa provincia et partibus eius ad pacem et concordiam revocando, viam nobis preparet planam[f] et securam, quo magis expediti festinantius ad felicem voti nostri consummationem accedere valeamus. (2) Scire igitur volumus universitatem vestram, quod nos iamdictum Everardum[g] in eadem provincia nuntium nostrum constituimus specialem et ei concessimus plenam et perfectam iurisdictionem atque liberam facultatem per se suosque iudices et vicarios cognoscendi[h] et diffiniendi de omnibus causis, dandi possessiones et restituendi, supponendi etiam civitates, marchiones, comites, capitaneos, varvassores, burgos, castra et villas et universaliter omnes per totam Tusciam constitutos banno nostro et absolvendi de banno, faciendi commissiones[i] et ius animadvertendi habere in facinorosos, penas ponendi et exigendi et in omnibus agendis nostris et imperii in tota Tuscia, secundum quod ipse ad honorem et commodum nostrum et imperii viderit expedire; et quod habitantes in predicta provincia, tam archiepiscopi, episcopi, abbates et ecclesiarum prelati quam etiam marchiones, comites, capitanei, varvassores et nobiles, civitates, castra, burgi et ville, teneantur ei respondere de omnibus regalibus et aliis rationibus imperii hinc retro detentis et in futurum debendis tamquam nobis, et ut ea omnia ad nostrum et imperii[k] opus recolligat diligenter. (3) Ideoque devotioni[l] vestre mandamus rogantes et sub obtentu gratie nostre districte precipientes, quatenus dictum Everardum[g] honorare et servire et ei obedire tamquam nobis curetis atque de omnibus aliis iustitiis et rationibus imperii et fodro regali respondeatis eidem et ei fideliter intendatis, pro firmo habentes, quod quicquid ipse in omnibus agendis nostris per totam Tusciam et partes eius dixerit seu fecerit, ita ratum et firmum habebimus, ac si ab ore processisset regie maiestatis. Et illam devotionem ac reverentiam, quam ei exhibueritis, nostre reputabimus exhibitam maiestati. Si quis vero presumpserit ei rebellis existere, indignationem nostram se gravius noverit incursurum, et insuper bannum et penam pecuniariam[m], quam sibi imponet, perinde ratam habebimus atque firmam et tollemus ac si nos eam posuissemus. (4) Ad huius nostre concessionis plenam notitiam presentem paginam inde conscribi iussimus et nostre maiestatis bulla communiri.

Huius rei testes fuerunt: dominus[n] patriarcha Aquilegiensis, Sifridus episcopus Augustensis[o], Olricus episcopus Pataviensis, Homobonus episcopus Cremonensis, Lo-

**77.** b) collare *c.* c) *supplendum videtur* patris nostri. d) *corrigendum videtur* viguerunt. e) lut̄ (lutri) *c.* f) *correxi;* plenam *corr. ead. manu* plemam *c.* g) Ever̄ *c.* h) ꝯgnoscendi *c.* i) *legendum esse videtur* concessiones. k) īperiū *c.* l) de||tiōi *c.* m) pecuñ *c.* n) dn̄s *c.* o) Aug̅ *c.*

doicus dux Bawarie[p], Guarnerius de Bollanda dapifer imperii, Anselmus de Iustingen[q] marescalcus, dux Spoleti, et alii multi.

Dat. in castris in episcopatu Mantue prope Gode, [anno Domini] millesimo CCXX, XI. Kal. Octob., indictione VIII.

5 **78.** *MANDATUM LEGATI TOTIUS ITALIAE. (1221.) Febr. 4.*

*E Libro censuum Pistoriensi saec. XIII. in. fol. 57'. — Huillard-Bréholles II, 115. (P. deest.)*

Conradus Dei gratia Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius atque totius Ytalie legatus archiepiscopis, episcopis, abbatibus ceterisque ecclesiarum 10 prelatis necnon marchionibus, comitibus, capitaneis, varvassoribus et nobilibus atque potestatibus, consulibus seu rectoribus et communitatibus[a] omnium civitatum et oppidorum simul et rectoribus atque populo et universis per Tusciam constitutis imperii fidelibus salutem et omne bonum.

Universitati vestre presenti pagina facimus manifestum, quod nos de fidelitate 15 pariterque industria fidelis imperii et dilecti familiaris nostri Everardi de Lutra[b] plurimum confidentes, quia propter multa imperii negotia in provincia Tuscia ad presens moram facere non valemus, ipsum Everardum[c] in tota eadem provincia nuntium nostrum constituimus specialem, committentes eidem in omnibus agendis imperii vices nostras secundum quod nobis commissa sunt a domino[d] nostro imperatore, eo modo 20 ut omnia negotia imperii faciat et disponat, tamquam nos facere possumus, secundum quod ei videbitur expedire, et ut de omnibus rationibus imperii quilibet[e] ei respondere debeat tamquam nobis. Concedimus etiam ipsi fideli nostro, ut ipse per se et iudices suos possit cognoscere[f] de omnibus causis civilibus et criminalibus et appellationibus in ipsa provincia provenientibus, dare possessiones et restituere, supponere etiam 25 civitates, castra et loca et personas banno imperii et absolvere de banno et cetera omnia facere, que nos facere possemus, secundum quod ad utilitatem imperii noverit pertinere; ita quod quicquid ipse ordinaverit seu preceperit, ita ratum et firmum habeatur, ac si nos ore proprio fecissemus. Banna autem et pene pecuniarie[g], quas ipse posuerit, firma sint, ac si nos posuissemus ea. Si quis autem ei presumpserit 30 rebellis existere, imperialem indignationem nostrumque odium se noverit incursurum. Ad huius vero rei plenam notitiam hanc paginam conscribi nostroque sigillo iussimus communiri.

Huius rei sunt testes: dominus prepositus de Tanne[h], Ermannus de Caten.[i], episcopus Lodiensis, magister Orrigus Preuide et Rufinus Placentini, Iohannes de 35 Regio et Robertus de Sancta Maria ad Montem, curie iudices, et alii plures.

Data Laudi, pridie Non. Febr.

**77.** p) bauíarie *c.* q) Iustino *c.*

**78.** a) cōītatibus *c.* b) lut͞ (lutra) *hic c.* c) Ever̄ *c.* d) dn̄o *c.* e) qllibet *c.* f) 9gnoscere *c.* g) penas pecun̄ *c.* h) Tan̄ *c.* i) Caten̄ *c.*





# 79. EDICTUM CONTRA STATUTA ECCLESIASTICAE LIBERTATI PRAEIUDICANTIA.

1220. Sept. 24.

*Obvium est* 1) *in transsumto Lugdunensi a. 1245, Rot. XII, tabularii Vaticani, sign. Arm. I c. X nr. 4, a viro d. Kehr excusso;* 2) *in codice Parisino 8990 saec. XVIII, apographa Rotulorum Cluniacensium continente (Rot. XII.)*[1], *fol. 178, quem contulit vir cl. Molinier;* 3) *in codice Cencii camerarii dicto Sancti Angeli tabularii Vaticani Arm. III ord. 2 nr. 2526 saec. XIII. ex., quem descripsit b. m. Pertz. — Huillard-Bréholles I, 855. Böhmer, Reg. imp. V, 1171.* *(P. 238.)*

Fredericus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie potestatibus, consulibus ac comunitatibus[b] universarum civitatum et castrorum Italie.

Cum dive memorie imperatores Romani[c] sacrosanctam ecclesiam multiplici libertate[d] dotarint[e], nos disponente Deo, a quo est omnis[f] potestas, ad fastigium culminis imperialis electi, que pie ab illis et[g] a sanctissimis apostolice sedis presulibus pro statu ecclesiarum et ecclesiasticorum virorum sunt edita[h], conservare volumus inconcussa et illis contraria, sicut ad nos spectare dignoscitur, amputare. Cum igitur ad aures celsitudinis nostre pervenerit[i], nonnullos vestrum[k] cupidine ceca seductos quedam detestanda edidisse statuta preiudicantia ecclesiastice[l] libertati ac divino et humano iuri obviantia[m] manifeste, nos ea tanquam de radice pravitatis heretice prodeuntia[n] presentium auctoritate cassamus, sub pena mille marcarum[o] districtius inhibentes, ne qui vestrum illis de cetero inherere[p] presumant aut eorum pretextu ecclesias et[q] ecclesiasticos viros contra sanctiones canonicas et legitimas molestare, quin immo ea de[r] vestris[s] capitularibus seu breviariis tanquam iusto iudicio condempnata penitus abolentes, ecclesias et personas ecclesiasticas permittatis[t] indulta sibi libertate gaudere, si vultis penam effugere prenotatam et indignationem regiam evitare.

Dat.[u] in castris apud Sanctum Leonem anno Domini millesimo CCXX, indict. VIIII, oct. Kal. Octub.

---

# 80. 81. BANNITIO DETENTORUM CASTRI GONZAGAE.

1220. Sept. 30. 1221. Ian.

*Chartam, quam Fridericus rex ecclesiae Romanae a. 1220. Sept. 30 obtulerat, ipse imperator factus a. 1221. mense Ian. innovavit. Cuius innovationis autographon in tabu-*

**79.** a) Fridericus 2. b) comitatibus 2. c) Romañ 1. d) *in rasura* 1. e) donaverint 1. f) omnis est 2. g) *deest* 3. h) edicta 1. i) nerit non *in rasura* 1. k) nostrum 1. l) ecclesie 2. m) obviant *in rasura* 1; obvientia 2. n) prouidentia 3. o) marcharum 2. p) inhibere 2. q) vel 2. r) die 3. s) nostris 1. t) promittatis 2. u) Datum 2.

1) *Cf. Notices et extraits XXI, 2, 288 nr. 29.*

*lario Vaticano Arm. I c. IV nr. 3 asservatum contulit vir cl. Kehr. Qui contra ea, quae vir cl. Philippi 'Zur Gesch. der Reichskanzlei unter den letzten Staufern' p. 78 protulerat, contendit, una eademque manu totum privilegium absque litteris elongatis exaratum, bullam auream iam deperditam esse, filis sericis nonnullis adhuc servatis. Autographon adhibuit etiam Theiner in Codice diplomatico dominii temporalis s. sedis I, 63 nr. 101. — Huillard-Bréholles I, 856. II, 109. Böhmer, Reg. imp. V, 1173. 1275.*

*(P. 239.)*

Fredericus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Per presens scriptum notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nobis existentibus in preterito mense Novembr. none indictionis in castris apud Sanctum Leonem, ad monitionem karissimi in Christo patris domini H. sancte Romane ecclesie summi pontificis et nuntiorum eius fieri fecimus quoddam scriptum bulla aurea roboratum, quod continebat:

Fredericus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie. Per presens scriptum notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod cum ad resignationem comitatus terre et poderis quondam comitisse Mattildis faciendam sancte Romane ecclesie venerabili matri nostre, ad quam pertinet pleno iure, serenitas nostra contra quoslibet detentores speciale mandatum dederit ac etiam generale, tam per litteras quam per dilectum fidelem C. venerabilem Metensem et Spirensem episcopum cancellarium nostrum sub pena mille marcharum argenti, et dictus cancellarius castrum Gonzáge cum pertinentiis suis, quod est de comitatu comitisse predicte, invenerit occupatum a filiis comitum Alberti de Casalod.[a] et Neresii, quibus sub pena predicta iniuncxerit resignandum, et eidem super hoc parere contempserint ad non modicam iniuriam regie maiestatis, propter quod sine alia citacione in metum aliorum preter penam predictam animadvertendum erat in eos: tamen ut excellentia nostra pocius ad veniam quam ad vindictam pronior videretur, laboravimus per ipsorum amicos et consanguineos, cum citati non comparuerint coram nobis, ut sine metu pene nobis resignarent castrum ipsum, et mandatum nostrum contempserint in hac parte: de consilio venerabilium principum nostrorum, patriarche Aquilegensis, episcoporum Tridentinensis[b], Brissinensis, Vicentinensis, Paduanensis[c], Feltrensis, Mantuanensis, Cremonensis, Bergamensis[d], Laudensis, Parmensis, Astensis et Taurinensis, taliter contra eos duximus procedendum, confirmantes primo quod factum est contra eos de banno et pena iniuncta per cancellarium memoratum, et ex nunc personas ipsorum ponimus sub perpetuo banno imperii et omnia bona eorum iubemus ubicumque fuerint confiscari sine aliqua spe remissionis seu revocationis, si usque ad diem dominicum proximo venturum dictum castrum cum omnibus pertinentiis detentis ab eis non resignaverint in manibus Alatrini et Raynaldi cappellanorum domini pape, vel eorum alterius, vel in nostras, sancte Romane ecclesie resignandum. Quod si non fecerint, quicumque de bonis ipsorum detineant vel extunc occupaverint sive quocumque alio modo acquisierint, libere possideant et auctoritate nostra detineant. Et super hoc precipimus Cremonensibus, Parmensibus, Reginensibus[e], Mutinensibus, Bononiensibus et generaliter omnibus aliis fidelibus nostris, ut memoratis nobilibus et aliis adiutoribus, fautoribus et detentoribus memorati castri faciant vivam guerram, firmiter inhibentes Mantuanensibus[f], Veronensibus, Ferrariensibus, Brissiensibus et omnibus aliis fidelibus nostris sub obtentu fidelitatis et gratie nostre, communitati predictarum cuilibet sub pena mille marcharum, marchionibus, comitibus, baronibus sub pena ducentarum marcharum, militibus centum et aliis inferioribus quinquaginta, quod eis nullum prestent auxilium, con-

**80. 81.** a) Casalod *or.* b) Tridentin. *or.* c) Vicentin. Paduan. *or.* d) Bergam. *or.* e) Regin. *or.* f) Mantuan. *or.*

silium, adiutorium vel favorem. Et tam de castro predicto quam de aliis castris, scilicet Pegugnag.[g] et Bonden.[h] necnon de toto ipso comitatu, podere ac terris comitisse predicte, dictos cappellanos nomine Romane ecclesie investivimus et eos constituimus possessores et mandavimus de castris predictis per venerabilem episcopum Taurinensem vicarium nostrum in corporalem possessionem induci; precipientes tam militibus et habitatoribus castrorum ipsorum quam omnibus aliis vassallis de ipso comitatu seu terris et poderis comitisse prefate, quos omnes ad presens absolvimus ab omni iuramento quo nobis tenentur ratione terrarum ipsarum, quod dictis nuntiis domini pape vel alteri eorum seu cuilibet alii ab ecclesia Romana misso, abiuratis aliis iuramentis contrariis istis, prestent fidelitatis nomine Romane ecclesie iuramentum; quod si non fecerint, sciant se ex nunc omnibus bonis comitatus, poderis sive terrarum ab eisdem possessis hac nostra sententia in perpetuum fore privatos; et milites et habitatores ipsius castri Gonzáge desuper ponimus in perpetuo banno nostro. Preterea iniungimus firmiter et mandamus potestatibus, consulibus seu rectoribus civitatum sub pena mille marcharum, ut omnes possessiones comitatus, predicti detentas ab ipsis sub pena predicta mille marcharum sine difficultate ac mora restituant et absolvant omnes homines de comitatu et terris predictis ab omni iuramento, districtu et obligationibus, quibus ratione alicuius iurisdictionis, quam hactenus exercuerunt in eos, tenentur eisdem; et removeant consules, rectores, baiulos et si quos officiales posuerint in eis, et extrahant quoscumque posuerunt in banno de terris ipsis; sub obtentu fidelitatis et gratie nostre ipsis nichilominus iniungentes, ut dictis cappellanis vel eorum alteri seu cuilibet alii ad hoc á sancta Romana ecclesia destinato ad retinendam possessionem terrarum, quas habent, et recuperandam, quam non habent, prestent auxilium, consilium et favorem. Verum quia ipsi filii dictorum comitum nostram contempserunt sententiam et mandatum, predictum castrum infra terminum sibi datum nequaquam ut superius legitur resignantes, nostram promulgatam sententiam contra ipsos et omnes alios detentores comitatus predicti poderis seu etiam terrarum in nostra publica curia publicari fecimus, et ut firma semper et inconvulsa permaneant[i], maiestatis nostre aurea bulla iussimus communiri.

Principes autem imperii et prelati et nobiles Italie, quibus presentibus hec omnia acta sunt, [sunt] hii: patriarcha Aquilegensis, Conradus Metensis et Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius et tocius Italie legatus, episcopus Patauiensis, Syfredus Augustensis episcopus, Albertus Tridentinensis[k] episcopus, Bertoldus Brissinensis, abbas Augenensis, Lodowicus dux Bawarie et comes palatinus Reni, Anselmus mariscalcus imperii, et Guarnerus de Bollandia senescalcus, episcopus Taurinensis et Italie vicarius, F. Papiensis episcopus, O. Laudensis episcopus, M. Mutinensis episcopus, Henricus Bononiensis episcopus, Azo marchio Estensis, Matheus de Corrigia potestas Papiensis, Niger Marianus potestas Parmensis, Birrita potestas Reginensis[l], Egidius potestas Mutinensis, Tisus de Campo sancti Petri et alii plures.

Dat. in castris apud Sanctum Leonem, octavo Kal. Octobr. et publicatum apud Spinlaberc[m] pridie Kal. mensis eiusdem, anno domini millesimo ducentesimo vicesimo, indictione octava.

Nos autem pre oculis habentes dilectionis et gratie puritatem, quam predictus pater noster summus pontifex in nostra promotione laudabiliter dignoscitur habuisse, et quod de bono in melius ad exaltacionem nostram intendit, scriptum ipsum, sicut continetur superius, confirmamus et volumus ab omnibus observari. Et ad maiorem securitatem presens scriptum fieri fecimus bulla aurea typario nostre maiestatis inpressa firmatum.

**80. 81.** g) Pegugnag̅, *littera* g *ultima corr. ex* n *or.* h) Bodeñ *or., ubi* et Bondeñ *bis scripta sunt.* i) *sic or.* k) Tridentin. *or.* l) Regin. *or.* m) Spinlabt̄ *or.*

Datum Capue post curiam sollempniter celebratam anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo primo, mense Ianuarii, nona indictione, et anno imperii nostri primo; feliciter amen.

---

# 82-87. CORONATIO ROMANA.

5 1220. Apr. Nov. – Dec.

## 82. *LITTERAE ROMANORUM.* *(1220. Apr.)*

*Litteras, quas Pertz ex Raynaldi Annalibus ecclesiasticis a. 1220 § 8 petivit, integras proponimus, collato Registro Honorii III. lib. IV, 693 a viro d. Kauffmann. Cf. Rodenberg 'Epistolae saeculi XIII'. I, nr. 113. — Huillard-Bréholles I, 747. (P. 241.)*

10 Gloriosissimo domino Frederico Dei gratia regi in Romanorum imperatorem electo semper augusto et regi Sicilie Parentius eadem gratia alme ac venerande Urbis illustris senator et populus universus Romanus salutem et hostium, tam visibilium quam invisibilium, celitus ac inimicorum crucis victoriam gloriosam, et post imperii terreni sceptra longeva ac felicissima gaudia regni celestis ineffabilia, vel 15 aliter salutem et Romani imperii monarchiam feliciter gubernare.

(1) Dulcis et letabunda materia super receptione litterarum vestrarum, nobis a serenitatę vestra transmissa publiceque in capitolio perlecta, corda nostra multimodis gaudiis exilaravit et gaudia, que se in corde totius rei publice non capiebant, cum iucunditate foras fecit patenter exire; nec immerito. Intelleximus enim tum ex ipsarum serie 20 litterarum, tum per honorabilem, providum et discretum virum . . abbatem Fuldensem, legatum et nuntium ac principem vestre serenitatis, quod vos, qui ad Romani imperii apices estis electi, almificam Urbem, senatum populumque Romanum et totam rem publicam sincera diligitis affectione et eius augmento et promotioni efficaciter intendere disposuistis, et ut nomine, ita et re Romana res publica imperiali celsitudine 25 decorari, magnificari possit merito et augmentari. Ad quod magnificentiam regiam invitant senatus et Romanorum circa vos stabilis et pura sinceritas et indefessa, et merita fructuosa in vestris agendis a senatu et populo multifariam multisque modis ostensa, et in Urbe honorificentia presentialiter[a] regie maiestati exhibita. Super quo rerum omnium auctori quantas possumus laudes referimus, qui vos ad fastigia Romani 30 imperii sublimavit et magnificentie vestre celitus inspiravit, quod talem circa nos et Romanam rem publicam geritis voluntatem, ipsum Altissimum modis quibus possumus deprecantes, ut sublimitatem vestram in tali circa nos conservet sinceritate et vobis Romani imperii gubernacula concedat per longa temporum spatia feliciter gubernare. Nos ergo de tanta magnificentia indubitata fiducia confidentes, adventum vestrum tota 35 mente cupimus et obtamus, parati et expositi in omnibus et ad omnia cum Romane ecclesie et alme Urbis honore, que imperiali debeant et possint celsitudini complacere. Et ille dies nobis iucundus et festivus occurret, quo serenitatem vestram tempore coronationis presentialiter poterimus intueri et laudes tante magnificentie debitas exhibere; et quicquid profectus poterimus et honoris, imperatorie maiestati gratanter 40 curabimus exhibere.

(2) Super eo autem, quod per easdem litteras et nuntium rogastis et monendo

**82.** [a]) presentaliter c.

sollicitastis, ut Romanorum pontificem, communem omnium patrem, et vestrum et nostrum, sic propensius honorare curaremus, ad ipsius benedictionem et gratiam redeuntes, quod ad instar nostre devotionis nationes cetere sint devote, et vos, qui estis ecclesie lacte nutriti et obedientie filius et Romane ecclesie advocatus pariter et defensor, ad grates nobis reddendas sitis omni tempore fortiter illigati, gratum gerimus et acceptum; et regiam serenitatem dignis in Domino laudibus commendamus, et cum multa gratiarum prosequimur actione regie serenitatis sinceritatem, quam, ut ex ipsarum litterarum tenore perpendimus evidenter, vos circa nos gerere plurimum gratulamur.

(3) Proinde presentibus litteris regiis sensibus innotescat, quod nos in eo proposito firmi sumus et stabiles ac fuimus semper, ut ea facere velimus et operari, que Romane ecclesie, que non ab homine, sed ab ipso Iesu Christo est in Urbe fundata, honorem respiciant et incrementum; nec de iis, que possumus et debemus, quicquam aliquando pretermittere, quod ad conservandum inter nos et Romanam ecclesiam indissolubile vinculum dilectionis et pacis facere videatur; et a benedictione eius et latere nunquam discessimus nec dante Domino discedemus. Nam Romana ecclesia nostra specialis est mater, quam non offendimus, sed diligimus et veremur. Iocunda satis est, sicut nostis, matris Romane ecclesie et filiorum dilectio, cum ipsa mater de nostro profectu, et nos filii versa vice de matris exaltatione, leteturᵇ. Et inde est, quod inter alios dilectos filios et devotos, quos ubique terrarum mater sibi ecclesia generavit, nos speciales et proprios reputat et in nos affectum totius caritatis effundit; et nos inter alios et pre aliis semper habuit et habebit, dante Domino, suum propugnaculum speciale, et nos ad depressionem illorum, qui contra ecclesiam matrem et dominam nostram superbie calcaneum erexerunt, quicquid favoris et auxilii potuimus, curavimus indulgere, utpote qui honorem eius non alienum, sed proprium reputamus. Verum si que est vel erit, quod absit, discordia inter ipsam et nos, sic ad eam sedandam propensius intendemus, quod in adventu vestro in pace et quiete vestre coronationis solemnitas in Urbe per summum pontificem peragetur.

(4) Rogamus itaque maiestatem regiam, quatinus ecclesie Romane exaltationi ac nostre prout convenit intendatis, ut de fidelibus fideliores regie magnitudini semper assurgere teneamur, quia quicquid comodi vel honoris ipsi feceritis, nobis, qui sumus ecclesie catholici filii, reputabimus esse collatum.

## 83. *INSTRUCTIO LEGATORUM PONTIFICIS.* *Nov. 10.*

*Et ipsam, quam Pertz e Raynaldo l. c. § 19 dedit et Rodenberg l. c. I, nr. 144 ex editione Pertzii transsumpsit, recensuimus collato Registro Honorii III. lib. V, 184 a viro d. Kauffmann. — Potthast, Regesta pont. Roman. 6395. Böhmer, Reg. imp. V, 6403.* *(P. 242.)*

N(icolao) episcopo Tusculano apostolice sedis legato et dilecto filio Alatrino subdiacono et capellano nostro.

De communi fratrum nostrorum consilio presentium vobis auctoritate mandamus, quatenus efficaciter studeatis, ut capitularia, que vobis mittimus presentibus interclusa, sub competentibus verbis, servata sententia, sub nomine regio in leges publicas redigantur nobisque mittantur regie bulle roborata munimine, in die coronationis sub imperiali nomine in basilica principis apostolorum solemniter publicanda[1]. Ad hec pru-

**82.** [b]) *sic c.*

1) *Est constitutio infra nr. 85 edenda.*

denter et caute studeatis investigare ac perspicere regium animum et propositum tam super vitanda regni atque imperii unione quam super subsidio Terre Sancte, expresse regiis auribus inculcantes, quod videtur contra promissa et privilegia sua manifeste venisse, cum et filium suum coronatum in regem Sicilie in Romanorum regem eligi
5 procurarit et prelatos et magnates regni ad coronam vocarit imperii et ab eis de novo fidelitatis exegerit et exigat iuramenta, per que in sedis apostolice necnon posteritatis sue dispendium videtur prefata unio procurari; unde multi non immerito admirantur.

Necessitatem vero Terre Sancte exaggeretis, sicut res ipsa deposcit, insinuantes
10 regie celsitudini, quomodo fiducia et spes illius negotii in eo post Deum quasi tota dependet, sicut per nuntios et litteras legati, prelatorum et baronum exercitus christiani evidenter apparet, et quomodo ipsum ita instanter ad coronam vocavimus specialiter hac de causa; et addatis, quod nisi in instanti passagio exercitui christiano magnifice succurratur, est procul dubio formidandum, ne predictum negotium Terre Sancte
15 penitus dissolvatur. Quicquid autem super hiis poteritis intelligere, nobis curetis quam citius fideliter intimare.

Dat. Lateran. IV. Id. Novemb. an. V.

## 84. *DECLARATIO REGIS DE REGNO SICILIAE. Nov.*

*Adhibuimus* 1) *editionem Huillardi 'Notices et extraits' XXI, 2, 353 nr. XXVI*
20 *profluam e codice Parisino lat. 8990 saec. XVIII, apographa Rotulorum Cluniacensium (Rot. XIV.) continente*[1]*;* 2) *apographon eorundem Rotulorum a. 1413 factum tabularii Vaticani Instr. misc. C. Fasc. 37 nr. 1 D. I, quod exemplavit Kehr. — Böhmer, Reg. imp. V, 1201.* *(P. deest.)*

Fredericus secundus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus
25 et rex Sicilie. Quia nonnunquam ea, que sunt certa et clara presentibus, lapsu temporis redduntur[a] dubia et obscura futuris, satis utiliter contra oblivionis dispendium ad publice utilitatis suffragium scriptura memorie coaccessit. Hinc est quod nos per hoc scriptum authenticum[b] profitemur, imperium nichil[c] prorsus iuris habere in regno Sicilie nec nos racione imperii obtinere aliquid iuris in ipso, cum ad nos non racione
30 patris aut predecessorum[d] ipsius, sed ex matris tantum successione pervenerit, que a regum Sicilie stirpe descendit, qui regnum ipsum ab ecclesia Romana tenebant, et nos ipsi tenemus, eius[e] regni proprietatem eidem recognoscentes ecclesie. Ad tollendam omnem presumptionem et suspicionem unionis eiusdem regni ad imperium providimus et promittimus, quod tam in regno quam in[f] imperio pro regni negotiis officiales
35 de regno ipso habebimus et utemur sigillo ad expedienda ipsius regni negotia speciali. Preterea promittimus et iuramento firmamus, quod non erimus in dicto, consilio, facto vel assensu, quo regnum ipsum proprietati subtrahatur ecclesie vel aliquo tempore imperio uniatur. Ad cuius rei memoriam et perpetuam firmitatem presens privilegium fieri fecimus sigillo nostro munitum, anno, mense et indictione subscriptis.

40 Datum in castris apud Montem Gaudii, anno dominice incarnationis MCCXX, mense Novembris[g], indictione nona, regnante domino nostro Frederico[h] secundo Dei gratia invictissimo Romanorum rege semper augusto et rege Sicilie, anno Romani regni eius in Germania octavo et in Sicilia vicesimo tertio; feliciter amen.

**84.** a) reddumtur 2. b) autenticum 2. c) nihil 1. d) predeccessorum 2. e) cuius 2.
45 f) *deest* 2. g) novembr. 2. h) Fr. 2.

1) *Cf. ibid. p. 296 nr. 64.*

## 85. *CONSTITUTIO IN BASILICA BEATI PETRI. Nov. 22.*

*Superstes est in triplici forma. Quarum prima* A *absque signo chronologico initio invocatione excellit, nomine autem imperatoris et exordio historico caret; autographon sigillo imperatoris munitum olim exstabat in tabulario pontificio; cuius apographis nos uti licuit his* 1) *transsumto Lugdunensi a. 1245 facto iam tabularii Vaticani Arm. I c. X nr. 4, linea 5—22, quod contulit vir cl. Sickel;* 2) *transsumto eiusdem tabularii Arm. I c. X nr. 13 ab Iohanne de Amelio a. 1339 facto, qui de autographo haec verba facit:* Inter alia vero elegimus ac vidimus et diligenter inspeximus litteras infrascriptas seu privilegium quondam Frederici Romanorum imperatoris cum sigillo fracto de cera alba cum cordula de sirico nigri coloris pendenti sigillatas. In quo quidem sigillo fracto erat totum corpus excepto capite cuiusdam Romanorum imperatoris in solio more Romanorum imperatorum sedentis et tenentis in manu sinistra pomum cum quadam cruce desuper posita, in cuius circumferentia scriptum erat: dericus dei grā impator Ro. *Contulit vir d. Kehr. Exstabat haec forma in Rotulis quoque Cluniacensibus Rot. XII, testante apographo codicis Parisini lat. 8990*[1].

*Forma* B, *quae invocatione et exordio historico caret, nomen imperatoris praebet et data est anno 1221, mense Decembri, indictione nona, i. e. inter dies Dec. 25—31 anni nostri 1220. Et ipsius autographon exstabat olim in tabulario pontificio, idque bulla aurea insignitum, ut testatur Gregorius X. papa a. 1274 in confirmatione sua infra alleganda*[2]. *Apographa formae* B *adhibuimus haec:* 1) *transsumtum Lugdunense a. 1245 supra laudatum, linea 23—40, quod contulit Kehr*[3]; 2) *apographon insertum bullae Gregorii X. a. 1274. Aug. 18 Lugduni datae*[4], *cuius exempla praesto erant tria:* 2a) *cartularii codicis Admontensis nr. 475 saec. XIII, fol. 1, quod iam olim descripsit vir cl. Wattenbach;* 2b) *transsumtum bullae factum a. 1276. Dec. 10 ab archiepiscopo Salzburgensi eiusque suffraganeis, quod ex autographo tabularii Passaviensis ediderunt Monumenta Boica XXXI, 1, 501;* 2c) *transsumtum eorundem a. 1276. Dec. 1 factum, quod editum est in periodico 'Oberbayerisches Archiv' III, 136 e libro traditionum Frisingensium parvo rubro, quinto, fol. 23*[5]; 3) *transsumtum archiepiscopi Salzburgensis a. 1294. Oct. 1, quod edidit Ried 'Codex diplomaticus Ratisbonensis' I, nr. 351.*

*Tertia forma* C, *quae pariter atque* A *caret signo chronologico, sed excellit exordio historico, est mandatum promulgationis, quo imperator subditis suis praecipit, ut leges ab ipso publicatae ab omnibus in perpetuum serventur. Huius formae autographon in tabularium pontificium illatum esse, negandum est. At Registro suo Honorius III. eam inserendam curavit:* 1) *Registrum Honorii III. tabularii Vaticani vol. III, 95. 96, lib. V, 483, quod descripsit Pertz b. m.; ubi inscribitur* Littere imperatoris *et in margine adduntur haec:* Diligens diligenter nota. Hec est nova sanctio Friderici secundi imperatoris Romanorum edictaliter edita et publicata in basilica principis apostolorum in die qua imperiali diadema coronavit eum Romana ecclesia mater sua. Lex siquidem constitututa *(sic)* de abrogatione et destructione omnium statutorum et consuetudinum adversus ecclesias, clericos vel ecclesiasticam libertatem et de abolitione omnium

1) *V. 'Notices et extraits' XXI, 2, 289 nr. 31.* 2) *Ad bullam auream provocat etiam Honorius III. a. 1221. Mart. 25 (Rodenberg I, nr. 169), at non elucet, cuinam formae constitutionis bulla aurea vindicetur.* 3) *Rotul. Cluniac. XII, v. 'Notices' etc. XXI, 2, 289 nr. 32.* 4) *Cuius tenor talis est:* Gregorius episcopus servus servorum Dei universis presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Tenorem privilegii quondam Friderici olim Romanorum imperatoris, prout est in archivis ecclesie Romane, ipsius Friderici aurea bulla bullatum, in prima sui facie non cancellatum, non abolitum nec in aliqua sui parte viciatum ad futuram rei memoriam presentibus de verbo ad verbum fecimus annotari; qui talis est: 'Fridericus — indictionis none'. Dat. Lugduni, XV. Kal. Septembris, pontificatus nostri anno tertio. — *Potthast, Reg. pont. Rom. 20901.* 5) *Transsumtum Gregorii X. legitur etiam in cod. Vindobonensi 2227, Ius can. 127, saec. XIV, fol. 62; v. 'Archiv' X, 490.*

heresum et hereticorum diffidatione et banno. — 2) *codex bibliothecae universitatis Heidelbergensis Salem 9, 25 membr. in folio, fol. 183 manu saec. XIII. in., quae scripturam diplomatum imitatur; singula capita rubra praecedunt; contulit Holder-Egger;* 3) *codex nescio cuius patriae et temporis, fortasse Parisinus*[1], *quem olim contulit Waitz, cuius textus propius accedit ad 2 et ipse rubris excellit. Fundamento editionis usi sumus textu* C, *discrepantiis formarum* A *et* B *in adnotationes reiectis.*

*Cum imperator ipse in exordio historico formae* C *protestetur, constitutionem editam et publicatam esse in die coronationis imperialis Nov. 22*[2], *forma autem* B *tempus praebeat 1220. Dec. 25—31, vir cl. Ficker censuit, constitutionem die Nov. 22 legendo solum publicatam et demum exeunte mense Decembri in formam scripti redactam esse. Cuius opinionem quoad formas* B *et* C *certe rectam esse, concedo; formam vero* A *eam fuisse, quae in curia pontificis concepta et inter legatos papae et regem ante coronationem constituta et fortasse etiam sigillo regio roborata*[3] *promulgationi die Nov. 22 factae inserviverit et hoc ipso die sigillo imperiali insignita sit, contenderim.*

*Constitutionis capita 6 et 7 de haereticis agentia sententias canonis 3 concilii Lateranensis a. 1215 usurpaverunt, quas litteris minoribus excudenda curavimus. Etiam caput 1 ad huius concilii canonem 44 provocare videtur. Capita 6 et 7 primum a. 1232. Febr. 22, deinde saepius a. 1238. Mai. 14, a. 1238. Iuni. 26, 1239. Febr. 22 ab imperatore confirmata sunt; v. infra. — Huillard-Bréholles II, 3. Böhmer, Reg. imp. V, 1203. 1263.*

*(P. 243.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus ducibus, marchionibus, comitibus cunctisque populis, quos clementie nostre regit imperium, salutem et gratiam.

In[b] die, qua de manu sacratissimi patris nostri summi pontificis recepimus imperii diadema, curavimus ad Dei et ecclesie sue honorem edere quasdam leges, quas presenti pagine iussimus annotari per totum nostrum imperium publicandas, per[c] imperialia vobis scripta precipiendo mandantes, quatinus eas quisque in suo districtu irrefragabiliter et inconcusse servetis. Sunt autem hee leges:

1. Ad decus et decorem imperii[d] et ad laudem Romani principis nichil magis videtur accedere[e], quam ut, expurgatis quorundam erroribus et iniquis quorundam statutis penitus destitutis, de cetero[f] ecclesia Dei[g] plena quiete vigeat et secura gaudeat libertate. Sane adeo infidelium quorundam et perversorum iniquitas habundavit, ut non dubitent contra apostolicam disciplinam et sacros canones sua[h] statuta confingere adversus ecclesiasticas personas et ecclesie libertatem. Cum ergo ecclesia, que nichil debet preter bonum appetere, dispositione divina faciente[i] nichil velit quod nobis eodem concursu[k] voluntatum non placeat, nos[l] Fridericus[m] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus hac edictali[n] lege irritamus et[o] precipimus irrita nuntiari[4] omnia statuta et consuetudines, que civitates vel[p] loca, potestates, consules vel

**85.** a) *loco* Fridericus — salutem et gratiam *A*: In nomine domini; *B*: Fridericus (Fredericus 1) secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. b) In — autem hee leges *des. A. B.* c) per imperialia vobis scripta *des. C* 2. 3. d) *loco* imperii — principis *B*: christianitatis. e) cedere *C* 2. 3. f) decetoro *A* 2. g) Dei *deest C* 1. h) *deest C* 2. 3. i) faciente divina *B* 1. 3; fauente divina *B* 2 *b c*. k) cursu *C* 1. *B* 1. 2; consensu *B* 3. l) nos — semper augustus *des. B.* m) Fredericus *A* 1. n) editali *A* 2. *B* 1. o) atque *B* 1. p) et *A*.

1) *Neque tamen latinus 4169, neque 10197. 2. 2, quorum uterque formam* B *continet.* 2) *Cui consentiunt adnotatio marginalis Registri et Riccardus Sangermanensis (SS. XXIX, 340):* in sua coronatione quasdam edidit sanctiones etc. *Honorius III. quoque a. 1221. Ian. 4, allegatis constitutionis verbis, dicit, se die coronationis in celebratione missarum haereticos et constitutionis transgressores excommunicasse; v. Rodenberg I, nr. 160.* 3) *V. instructionem legatorum papae supra nr. 83.* 4) *Hinc fluxit Auth. I, 2, 12:* Cassa.

quecumque alie persone contra libertates ecclesie ac personas ecclesiasticas edere vel[q] servare temptarunt adversus canonicas[r] vel imperiales sanctiones, et ea de capitularibus suis mandamus infra duos menses post huiusmodi publicationem edicti penitus aboleri; et si de cetero similia attemptaverint, ipso iure decernimus esse nulla et eos sua iurisditione privatos, necnon locum ubi deinceps talia presumpta fuerint banno mille marcarum precipimus subiacere. Potestates vero, consules, rectores, statutarii et scriptores dictorum statutorum necnon consiliarii locorum ipsorum et[s] qui secundum statuta vel consuetudines memoratas iudicaverint sint extunc ipso iure infames; quorum sententias et[t] actus alias[u] legitimos statuimus aliquatenus non tenere. Qui[v] si per annum huius[w] nostre constitutionis inventi fuerint contemptores, bona eorum per totum[x] nostrum imperium mandamus[y] impune ab omnibus occupari, salvis nichilominus aliis penis contra tales in generali concilio promulgatis[1].

2. Item[2] nulla communitas vel persona, publica vel privata, collectas sive[z] exactiones, angarias vel parangarias ecclesiis aliisque piis locis aut ecclesiasticis personis imponant aut invadere ecclesiastica bona presumant; quod si fecerint et requisiti ab ecclesia vel imperio emendare contempserint, triplum refundant, et nichilominus banno imperiali subiaceant, quod absque satisfactione debita nullatenus remittatur.

3. Item[a. 3] quecumque communitas vel persona per annum in excommunicatione propter libertatem ecclesie facta perstiterit, ipso iure imperiali banno[b] subiaceat, a quo nullatenus extrahatur, nisi prius ab ecclesia beneficio absolutionis obtento.

4. Statuimus[4] autem, ut nullus ecclesiasticam personam in criminali questione vel civili trahere ad iudicium seculare presumat contra constitutiones imperiales et canonicas sanctiones[5]. Quod si fecerit[c], actor a iure suo cadat, iudicatum non teneat, et iudex sit ex tunc iudicandi potestate privatus.

5. Sanccimus[d] etiam, ut si qui clericis vel personis ecclesiasticis iusticiam denegare presumpserint, tertio requisiti suam iurisditionem amittant[e].

6. Chataros[f. 6], Patarenos[g], Leonistas, Speronistas, Arnaldistas, Circumcisos et omnes hereticos utriusque sexus, quocumque nomine censeantur, perpetua dampnamus infamia, diffidamus atque bannimus, censentes ut bona talium confiscentur nec ad eos ulterius[h] revertantur, ita quod filii ad successionem eorum pervenire non possint, cum longe sit gravius eternam quam temporalem offendere maiestatem. Qui autem inventi fuerint sola suspitione notabiles, nisi ad mandatum ecclesie iuxta considerationem suspitionis qualitatemque persone propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, tamquam infames et banniti ab omnibus habeantur, ita quod si sic per annum permanserint, ex tunc eos sicut hereticos condempnamus.

7. Statuimus[7] etiam[i] hoc edicto in perpetuum valituro, ut potestates vel[i] consules seu rectores, quibuscumque fungantur officiis, pro defensione fidei[k] prestent publice iuramentum, quod de terris sue iurisditioni subiectis universos hereticos ab ecclesia denotatos bona fide pro viribus[l] exterminare studebunt, ita quod amodo quandocumque quis fuerit in potestatem sive[m]

**85.** q) et *C* 2. 3. r) canones *A*. s) *deest C* 1. t) vel *C* 2. 3. u) alios *A* 1. v) Quod *A*. *C* 2. 3. w) huiusmodi *A*. *B* 1. 2. x) *pro* totum nostrum imperium *B*: cunctas provincias. y) mandamus per totum n. imperium *C* 2. 3. z) seu *A* 1. *B* 1. a) Item *deest C* 2. 3; Item — beneficio absolutionis obtento *des. B* 3. b) banno imperiali *A* 2. *B* 1. 2. c) factum fuerit *C* 2. 3. d) Sc̄imus *A* 1. *B* 1; Sancimus *A* 2. e) ammittant *C* 1. f) Porro Chataros *B*. g) Paterenos *C* 1. h) ultra *C* 2. 3. i) *deest C* 2. 3. k) katholice *add. C* 2. 3. l) iuribus *A* 1. m) seu *C* 2. 3.

1) *Haec spectare videntur ad Concilii Lateranensis a. 1215 canonem 44; v. Mansi XXII, p. 1027.* 2) *Auth. I, 3, 2:* Item nulla. *Cf. Concilii Lateranensis c. 46 p. 1020.* 3) *Auth. I, 3, 13:* Item quaecumque. 4) *Auth. I, 3, 32:* Statuimus. 5) *Ad hanc normam provocat privilegium Heinrici regis a. 1225. Ian. 23. Salernitanis datum; v. Winkelmann 'Acta imperii' I, nr. 451 (Böhmer V, 3963).* 6) *Auth. I, 5, 19:* Gazarenos. *Capita 6 et 7 maximam partem e Concilii Lateranensis c. 3 p. 986 sq. desumpta sunt.* 7) *Auth. I, 4, 19:* Statuimus.

perpetuam vel[m] temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare. Alioquin neque pro potestatibus neque pro consulibus habeantur, eorumque sententias decernimus extunc irritas et inanes. Si[1] vero dominus temporalis requisitus et amonitus[n] ab ecclesia[o] terram suam[p] purgare neglexerit ab heretica pravitate, post annum a tempore monitionis elapsum terram ipsius exponimus catholicis occupandam; qui eam exterminatis hereticis absque ulla[i] contradictione possideant et[q] in fidei puritate conservent, salvo iure domini principalis, dum modo super hoc nullum prestet obstaculum nec aliquod impedimentum opponat; eadem nichilominus lege servata contra eos qui non habent dominos principales. Credentes[2] preterea, receptatores[r], defensores et[i] fautores hereticorum bannimus, firmiter statuentes, ut si postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere[s] contempserit infra annum, extunc ipso iure sit factus infamis nec ad publica officia seu consilia vel ad eligendos aliquos ad huiusmodi nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis, ut nec testamenti liberam habeat factionem nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus preterea ei super quocumque negotio, set ipse alii respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec cause alique ad eius audientiam perferantur. Si fuerit advocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur; si tabellio, instrumenta confecta per ipsum nullius penitus sint momenti.

8. Navigia[3] quocumque locorum perveniant[t], si quo casu contingente rupta fuerint vel alias[u] ad terram perveniant[v], tam navigia ipsa quam navigantium bona illis integre reserventur ad quos spectabant, antequam navigium huiusmodi periculum incurrisset, sublata penitus omni consuetudine locorum que huic adversatur[w] sanctioni; nisi talia sint navigia que piraticam exerceant aut sint nobis vel Christiano nomini inimica. Transgressores autem huius[x] nostre constitutionis bonorum publicatione multentur[y], et[z] si res exegerit, eorum audacia[a] iuxta mandatum nostrum modis aliis compescatur.

9. Omnes[b.4] peregrini et advene libere hospitentur ubi voluerint; et hospitati, si testari[c] voluerint, de rebus suis ordinandi liberam habeant facultatem; quorum ordinatio inconcussa servetur. Si vero intestati decesserint, ad hospitem nichil perveniat, set bona ipsorum[d] per manus episcopi loci tradantur si fieri potest heredibus, vel in pias causas erogentur. Hospes vero si aliquid de bonis talium contra hanc nostram constitutionem habuerit, triplum episcopo restituat, quibus visum[e] fuerit assignandum. Non obstante statuto aliquo aut consuetudine seu etiam privilegio, que hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contra presumpserint, eis[f] de rebus suis testandi interdicimus facultatem, ut in eo puniantur in quo deliquerunt, alias prout culpe qualitas exegerit puniendi[g].

10. Agricultores[5] et circa rem rusticam occupati dum villis insident[h], dum agros colunt, securi sint quacumque parte terrarum, ita ut nullus inveniatur tam audax, ut personam[i], boves, agrorum instrumenta, aut si quid aliud sit quod ad operam[k] rusticanam pertineat, invadere, capere[l] aut violenter auferre presumat. Si quis autem statutum huiusmodi ausu temerario violare presumpserit, in quadruplum ablata restituat et[m] infamie notam ipso iure incurrat, imperiali animadversione nichilominus puniendus[n].

**85.** n) monitus *A. C* 2. 3. o) ab ecclesia *des. C* 2. 3. p) suam terram *C* 2. 3. q) ut *A* 1. r) receptores *B* 2*b*. *C* 2. 3. s) et satisfacere *C* 2. 3. t) pervenerint *B*. u) aliter *C* 2. 3. v) pervenerint *B* 2. w) adversantur *B* 1. 2*a*. 3. x) huiusmodi *A. B* 1. 2*b*. y) multentur *C* 1. z) ut *B* 1. a) eorum audacia *des. C* 2. 3. b) vero *add. C* 1. c) testare *A* 1. *C* 1. 3. d) eorum *B*. e) iustum *A. C* 2. 3. f) *deest C* 2. 3. g) puniendis *A. C* 2. 3. h) resident *A* 1; dum vineas incident *C* 2. 3. i) personas *B*. k) operatus *A* 2. l) rapere *A. C* 2. m) *deest A* 2. *C* 1. n) Dat. anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo primo, mense Decembri, indict. non̄ (indictione IX. 2*b*; indictionis none 2*a c*. 3) *add. B*.

1) *Auth. I, 5, 4:* Si vero. 2) *ibid.:* Credentes. 3) *Auth. VI, 2, 18:* Navigia. 4) *Auth. VI, 59, 10:* Omnes peregrini. 5) *Auth. VIII, 16, 8:* Agricultores.

## 86. *LITTERAE IMPERATORIS AD UNIVERSITATEM BONONIENSEM.*

*Litteras, quibus imperator universitati Bononiensi constitutionem Nov. 22 editam codici iuris inserendam transmisit, proponimus e* 1) *codice bibliothecae publicae Senensis F. I, 8, qui S. Remigii expositionem in Matheum manu saec. XII. continet, in cuius folio ultimo recto p. 267 illata est manu saec. XIII. epistola nostra, quam contulit Holder-Egger; constitutionis sola capita 1—4 epistolae inserta ibi leguntur;* 2) *editione Sarti in libro 'De claris archigymnasii Bononiensis professoribus' I, appendix p. 60 (= Savioli, Annali Bolognesi II, 449), quae codice collegii Hispanici 275 saec. XIII. usa est. Formam constitutionis litteris insertae eam quam supra littera* C *signavimus fuisse, patet cum e lectionibus codicis Senensis tum ex eo quod narratio historica et ipsa verbis paullisper mutatis obvia est. Hanc textus formam Bononienses revera in Corpus iuris intulerunt, adiecta confirmationis Honorii III. formula*[1]. *— Huillard-Bréholles II, 7. Böhmer, Reg. imp. V, 1204.* *(P. 245.)*

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator et[a] semper augustus universis sacrarum[b] legum doctoribus et scolaribus Bononie commorantibus salutem et gratiam suam.

Ad honorem Dei omnipotentis[c] et ecclesie sancte sue in die, qua[d] de manu sacratissimi patris nostri[e] summi pontificis suscepimus imperii[f] diadema, edidimus quasdam leges, quas presenti pagina[g] fecimus adnotari, per imperialia vobis scripta mandantes, quatinus eas faciatis in vestris[h] scribi codicibus et de cetero legatis solenpniter tamquam perpetuis temporibus valituras. Sunt autem hee leges: 'Ad decus et decorem imperii — nichilominus puniendus'. *supra nr. 85.*

## 87. *DECLARATIO IMPERATORIS DE REGNO SICILIAE. Dec.*

*Declarationem, quae verba declarationis regiae (supra nr. 84) transscripsit, proponimus ex* 1) *editione Huillardi 'Notices et extraits' XXI, 2, 354 nr. XXVII proflua e codice Parisino lat. 8990 saec. XVIII, apographa Rotulorum Cluniacensium (Rot. XIV.) continente*[2]*;* 2) *ex apographo eorundem Rotulorum a. 1413 facto tabularii Vaticani Instr. misc. C. Fasc. 37 nr. 1 D. I, quod descripsit Kehr. — Böhmer, Reg. imp. V, 1262.* *(P. deest.)*

Fredericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Quia nonnunquam ea, que sunt certa et clara presentibus, lapsu temporis redduntur dubia et obscura futuris, satis utiliter contra oblivionis dispendium ad publice utilitatis suffragium scriptura memorie coaccessit. Hinc est quod nos per hoc scriptum authenticum[a] profitemur, imperium nichil prorsus iuris habere in regno Sicilie, tam ultra Farum quam citra, nec nos racione imperii obtinere aliquid iuris in ipso, cum ad nos non racione patris aut predecessorum[b] ipsius, sed ex matris tantum successione pervenerit[c], que a regum Sicilie stirpe descendit. Quod regnum sicut predecessores[d] nostri a[e] Romana ecclesia tenuerunt, sic

**86.** a) Federicus Romanorum et 2. b) sacrorum 1. c) omnip. Dei 2. d) quo 2. e) H. *add.* 2. f) *deest* 1. g) pagine 2. h) in vestris *des.* 1.

**87.** a) autenticum 2. b) predeccessorum 2. c) provenerit 1. d) predeccessores 2. e) et 2.

1) *Quae sic audit:* Nos vero Honorius episcopus servus servorum Dei has leges a Friderico Romanorum imperatori filio nostro carissimo pro utilitate omnium christianorum editas laudamus et approbamus tamquam in eternum valituras. Et si quis ausu temerario inimico humani generis suadente quocumque modo has infringere temptaverit, indignationem Dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli apostolorum se noverit incursurum. *(Potthast, Reg. pont. 6408.) Editores Bullarii Romani inde a Cherubinio (I, 43) usque ad editores Taurinenses (III, 1, 217) e Corpore iuris haurientes hanc confirmationis formulam constitutioni ipsi praeposuerunt, ut bullam pontificiam conficerent.* 2) *Cf. ibid. p. 296 nr. 65.*

nos ipsi tenentes et sub eodem censu, sicut ipsi tenebant, promittimus*, quod non erimus in dicto, facto, consilio vel consensu, quo regnum ipsum aliquo tempore vel subdatur imperio vel aliquatenus uniatur. Ad cuius rei memoriam et firmitatem presens scriptum fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa precepimus communiri, anno, mense et indictione subscriptis.

Datum Neapoli, anno dominice incarnationis MCCXXI, mense Decembris, indictionis none[f].

---

# 88. MANDATUM DE PACE IURANDA.

(1220. post Nov. 22.)

*Mandatum hoc, quod vulgavit Schannat in Vindemiis literariis I, 197 nr. 36 e codice suo Moguntino i. e. copiario ecclesiae Hildesheimensis, inter a. 1220. Nov. 22 et 1225. Nov. datum esse, titulo imperatoris, qui adhuc nomine regis Ierusalem caret, comprobatur. Curia ergo Frankenfurtana, cuius mentio fit, ea, quae a. 1220. Apr. celebrabatur, censenda est. Pertz et alii, imprimis etiam Ficker et ego ipse, mandatum nostrum ad curiam Heinrici regis a. 1234. Febr. celebratam spectare arbitrati sunt. Sed textum sequentes annum 1220 iam praeferamus. — Huillard-Bréholles I, 471. Böhmer, Reg. imp. V, 2043.*

*(P. 302.)*

F. Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus et rex Sicilie archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ducibus, nobilibus, liberis et ministerialibus omnibus in imperio constitutis gratiam suam et omne bonum.

Scire debetis certissime et nullatenus dubitare, quod si status terre vestre malus est et turbatio est in partibus vestris, ut audivimus, supra modum nobis displicet, et ut emendetur in melius, omnem diligentiam quam poterimus intendimus adhibere. Mandamus ergo vobis sub obtentu gratie nostre, ut pacem firmatam in curia celebrata Frankenfurt infra IV ebdomadas iuretis, tam divitibus quam pauperibus vobis[a] subiectis, ut similiter iurent et servent, iniungentes diligentius et mandantes. Quicunque enim non iuraverit et mandatum nostrum adimplere neglexerit, indignationem nostram indubitanter se noverit incurrisse. Et hoc etiam volumus, ut precepti nostri contemptores in proxima curia, quam celebraturi sumus, manifeste in nostra presentia nominentur.

---

# 89. PROMULGATIO LEGATI A LATERE IN ITALIA.

1220. Nov. 27.

*Litterae, quibus Fridericus II. imperator factus Conradum episcopum Mettensem denuo legatum a latere promulgavit, maximam partem textus litterarum usurpaverunt, quibuscum ipse adhuc rex die Apr. 17 Conradum legatum in Italiam praemiserat (supra*

**87.** f) decembr. indicon. none 2.
**88.** a) nobis *ed.*

*nr. 71). Proponimus eas ope* 1) *transsumti fere coaevi a Guidone Marchisii notario exarati, iam in tabulario regio Senensi asservati, Riformagioni nr. 141 sdo, quod descripsit Hermannus Pabst b. m.;* 2) *editionis Mittarellii in Annalibus Camaldulensibus IV, append. p. 411, qui usus est 'exemplo Classensi', i. e. apographo a. 1221. Ian. 30 a Guidone Faba facto, bibliothecae civitatis Ravennae. Editionem aliam instructam a Rena et Camicio 'Delle serie degli antichi duci e marchesi di Toscana' V, 4, 119* [1], *cum hanc libri illius partem bibliotheca nostra non praestaret, non curavimus; Huillardo teste caret haec editio notis chronologicis. — Huillard-Bréholles II, 54. Böhmer, Reg. imp. V, 1232.*

*(P. deest.)*

(C.) Fredericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus archiepiscopis, episcopis, abbatibus ceterisque eclesiarum prelatis, nec non marchionibus[a], comitibus, capitaneis, vavassoribus et nobilibus atque potestatibus, consulibus seu rectoribus et communitatibus[b] omnium civitatum et oppidorum simul et rectoribus atque populo et universis per Lombardiam, Romaniolam et Tusciam atque per totam Ytaliam constitutis, dilectis fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem.

(1) Post multas ac diversas imperii perturbationes, que ex obitu felicis memorie incliti patris nostri imperatoris Henrici usque ad tempora nostra in mutatione[c] regum ubique locorum imperii procreverunt, per eius misericordiam, qui salvat sperantes in se, sedatis[d] per totam Teotoniam scissionibus omnibus inter principes, pace quoque et quiete undique reformata, nobisque illius providentia, quí in sui dispositione non fallitur, cum omni imperiali sublimatione in soliis paternis pacifice constitutis, ecce iam ex adiutorio Dei et ex paterno summi pontificis et venerabilium in Christo patrum dominorum cardinalium[e] assensu cum fideli principum famulatu culmen recepimus imperialis consecrationis[f], firmum propositum reformande pacis et unitatis atque concordie nobis et imperio admodum necessarie per Lombardiam, Romaniolam et Tusciam seu totam Ytaliam firmiter habentes. Remittimus autem a latere[g] nostro legatum ad vos[h] carissimum principem et familiarem nostrum Conradum Metensem episcopum imperialis aule cancellarium, quem inter ceteros imperii principes invenimus fideliorem et non inmerito habemus cariorem, ut non solummodo fidelitates et alia iura nostra a vobis requirat vice imperiali et recipiat, immo etiam discordias omnes in Ytalia et singulis partibus Ytalie ad pacem et concordiam revocando vices nostras suppleat in singulis, immo universis que ad honorem et utilitatem nostram et imperii spectaverint adimplendis. (2) Scire igitur volumus universitatem vestram, quod nos iam dicto cancellario et legato nostro plenam dedimus auctoritatem legationis[i] et potestatem supponendi civitates, burgos, castra seu villas, marchiones[k], comites, capitaneos, vavassores seu quoslibet per universam Ytaliam et partes eius constitutos banno nostro et extrahendi[l], faciendi quoque concessiones, penas etiam exigendi, conficiendi tabelliones, dandi possessiones[m] et restituendi[n], habendi etiam ius animadvertendi in facinorosos, nec non in omnibus agendis nostris et imperii per totam Ytaliam et partes eius pertractandis, in dictis et factis agendis et faciendis, prout viderit ad commodum et honorem nostrum et imperii expedire, ratum habentes et incommutabile quicquid ipse in hiis statuendum[o] decreverit et faciendum, tamquam ab ore processerit imperialis maiestatis. (3) Decernimus super omnia, ne ab ipso legato nostro in aliquo casu ad nostram audientiam fiat appellatio, set quicquid ipse vice nostra per totam Ytaliam et partes eius dixerit vel fecerit, ratum ab omnibus observetur et incommutabile; quod et nos*, sicut dignum est, promittimus imperiali firmitudine approbare. Et quicquid ante adventum nostrum in Ytaliam nobisque in Ytalia constitutis[p] iam dudum fecit et adhuc vice nostre fecerit maiestatis, approbamus et semper ratum haberi imperiali sancimus auctori-

**89.** a) marcħ 1. b) cōitatibus 1. c) nostra immutatione 1. d) sedatam 1. e) dnōrum cardinał 1. f) affectionis 2. g) alatē 1. h) advos 1. i) legōis 1. k) marcħes 1. l) contrahendi 2. m) poss̄ 1. n) restituhendi 1. o) statuhendum 1. p) Ytaliam costitutis 1.

1) *Aut III, 119.*

tate. (4) Mandamus ideoque universitati vestre firmiter precipientes, quatinus eidem principi et legato nostro in omnibus et per omnia tamquam nobis intendatis, scientes[q] indubitanter, quod siquis ei in aliquo[r] obviare presumpserit, banna[s] ab ipso tamquam a nobis presentialiter[t] imposita[s] requiremus ab eodem, nec minus idem presumptuosus indignationem imperialem se noverit gravius incurrisse. (5) Ad huius autem nostre legationis[u] evidentiam nostrique mandati firmam observantiam sub testimonio subscriptorum hoc scriptum eidem legato nostro dedimus auctoritate imperialis maiestatis bulle[v] roboratum; ad maiorem gratie nostre evidentiam concedentes eidem legato nostro potestatem et liberam plenamque facultatem faciendi iudices ordinarios[w] et omnia ea instituenda[x] et peragenda que ad officium legationis[u] quocumque modo largius videantur[y] pertinere super eis omnibus, sicut superius apertius denotatur.

Huius rei testes sunt: Bertoldus Aquilegensis patriarcha, Sifridus Maguntinus archiepiscopus, Sifridus Augustensis[z], Ulricus[a] Pataviensis, Bertoldus Brixinus[b], Henricus Bononiensis, Henricus Mantuanus[c] episcopi, Albertus Tridentinus[d] electus, Lodovicus comes palatinus Reni dux Bawarie, Guillelmus marchio Montis Ferrati[e], Anselmus de Iustingen[f] mareschalcus imperii[g], Wernherus de Bollanda[h] dapifer imperii, Everardus de Lutra[i], et alii quam plures.

Dat.[k] in castris prope Sutrium in pede Montis Rosi, anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo, quinto Kal. Decemb., indict. nona; feliciter.

# 90. CONFIRMATIO IURAMENTI HAGENOWENSIS.

## 1221. Ian.

*Privilegium, cui insertum est ipsum iuramenti scriptum a. 1219 mense Septembri datum (supra nr. 66), servaverunt* 1) *codex Parisinus lat. 8990 saec. XVIII. fol. 138, apographa Rotulorum Cluniacensium continens (Rot. VII.)*[1], *quem contulit Molinier;* 2) *apographon eorundem Rotulorum a. 1413 factum, quod exstat in tabulario Vaticano Instr. misc. C. Fasc. 37 nr. 2 D. I, quod contulit Kehr;* 3) *codex Ottobonianus 2546 saec. XIII. ex. apographa Rotulorum Lugdunensium continens, quem excussit Donabaum;* 4) *codex Cencii camerarii dictus S. Angeli saec. XIII. ex., qui in tabulario Vaticano Arm. III ord. 2 nr. 2526 asservatur, fol. 162, quem iam olim exemplandum curavit Pertz. — Huillard-Bréholles II, 108. Böhmer, Reg. imp. V, 1276. (P. 245.)*

Fredericus[a] divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. Per presens scriptum notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nobis existentibus anno preterito in mense Septembri[b] octave indictionis[c] apud Agenoue[d]

**89.** q) sancientes 2. r) inaliquo 1. s) banno — imposito 1. t) specialiter 2. u) legoĩs 1. v) bulla 1. 2. w) ordinar̃ 1. x) instituhenda 1. y) videntur 2. z) Aug̃ 1. a) Viricus 1. b) Brixiensis 2. c) Manī 1. d) Trideñ 1. e) Ferr̃ 1. f) iustin' 1; Iustin. 2. g) *deest* 1; Limbur. 2. h) de Bollanda *des.* 2. i) Lutri 1. k) Datum 2.

**90.** a) Fredr'. 1. 3. b) Septembr. 2. c) VIII. indictione 4. d) *sic* 2; Agenoñe 1. Agenouem 3; Agenov 4.

1) *Cf. 'Notices et extraits' XXI, 2, 289 nr. 33.*

fieri fecimus quoddam scriptum ad mandatum karissimi in Christo patris domini H.[e] sancte Romane ecclesie summi pontificis et nuntiorum eius, quod continebat:

'In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Ego Fridericus secundus *etc. usque* indictione octava'. *supra nr. 66.*

Nos autem pre oculis habentes dilectionis et gratie puritatem, quam predictus pater noster summus pontifex in nostra promotione laudabiliter dignoscitur habuisse, et quod de bono in melius ad exaltationem nostram intendit, scriptum ipsum, sicut continetur superius, confirmamus et volumus ab omnibus observari, et ad maiorem securitatem presens scriptum fieri fecimus bulla aurea typario nostre maiestatis impressa firmatum.

Datum Capue post curiam[f] sollempniter celebratam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo primo[g], mense Ianuarii, indictione nona[h] et anno imperii nostri primo[i]; feliciter amen[k].

---

# 91–93. EPISTOLAE DE EXPEDITIONE TRANSMARINA.

1221. Febr. 10.

## 91. *EPISTOLA AD HUGOLINUM EPISCOPUM OSTIENSEM.*

*Adhibuimus* 1) *Registrum Honorii III. III, 89, lib. V, 447, quod pro parte exemplavit Pertz, suppleto textu ex Annalibus Raynaldi a. 1221 § 3;* 2) *codicem Parisinum lat. 5152 A (Colb. 1660), acta legationis Hugolini cardinalis a. 1221 et 1222 exarata continentem*[1]*, quem excussit Bethmann; e quo codice editio Baluzii in Miscellaneis ed. I. I, 446 (ed. II. III, 93) derivata esse videtur. — Huillard-Bréholles II, 124. Böhmer, Reg. imp. V, 1286.* *(P. 246.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie karissimo in Christo patri et amico suo H(ugolino) eadem gratia Ostiensi episcopo apostolice sedis legato salutem et sincere dilectionis affectum.

Iocunde fame felicitas et felicis rumoris iocunditas, que dilecto fideli nostro . . Reginensi[b] episcopo referente nostris auribus sonuerunt, immense prosperitatis gaudio fecerunt nos secundum utrumque hominem in Domino prosperari. Retulit namque nobis, venerabilem patrem nostrum H(onorium) summum pontificem vos promotioni negotii crucis Christi, immo totius populi christiani consulto consilio deputasse, vobis per Lombardiam et Tusciam concesso plene legationis officio propter hoc, sicut speramus, feliciter promovendum. Gaudeat igitur Romana ecclesia, quia negotium multis initiatum laboribus, optatum[c] finem indubitanter assumet. Gaudeamus et nos, quia vir fama integer, religione perspicuus, vita purus, facundia eloquentissimus et claris virtutum et scientie titulis circumspectus ad animandum eos, in quos exprobrantium nomen Christi obprobria ceciderunt, tam utiliter quam efficaciter destinatur, ut secularibus desideriis abnegatis vexillum salutifere crucis assumant, ipsum toto mentis

**90.** e) Honorii 4. f) *finitur* 3. g) MCCXXI. 2. 4. h) IX. 4. i) I. 4. k) *deest* 1.
**91.** a) Fredericus 2. b) Regino 1. c) obtatum 1.

1) *V. 'Archiv' VII, 888.*

desiderio requirentes. Gaudere debet et totus populus christianus, quia terra, quam Christus nostra salus proprio sanguine dedicavit, a longo tempore horrendis Agarenorum[d] spurcitiis non sua potentia set nostris peccatis exigentibus conculcata, ipsis ab hereditate Domini brachio virtutis divine reiectis, ad verum et ineffabilem Christi
5 cultum per vestrum ministerium reducetur. Et quidem licet ea simus devotione subiecti sancte Romane ecclesie matri nostre, ut credamus quemlibet missum de latere summi pontificis patris nostri facere dignum fructum, tamen sicut stelle in firmamento a se invicem differentius lumen habent et alia magis alia minus lucet, sic salva reverentia aliorum firmam spem gerimus et indubitatam dante Domino fiduciam obtinemus,
10 quod pre cunctis, qui huic essent ministerio deputati, vestrum verbum igne caritatis accensum gratum fructum afferet nomini sancto Dei et toti populo Christi caractere insignito. Nam ex retroactis infallibilem de futuris elicimus coniecturam. Ut igitur efficatius et expeditius possitis hoc tam pium et salubre negotium promovere, vobis imperialis celsitudinis auctoritate[e] plenam concedimus potestatem, ut omnes illos, qui
15 per terram vestre legationis sunt suppositi nostro banno, dum tamen plene super hoc nostris curaverint obedire mandatis, in favorem predicti negotii, quod magis humeris nostre maiestatis incumbit et ardentius quam aliquid aliud cupimus promovere, ab ipso banno, cum expedire videritis, absolvere valeatis. Quidquid enim super hoc duxeritis faciendum, firmitatem volumus inviolabilem obtinere. Nos enim, qui a matre
20 nostra Romana ecclesia culmina in hoc seculo summe felicitatis accepimus, quidquid sua in hoc negotio et aliis fuerit deliberatione statutum, intemerata volumus stabilitate vigere.

Dat. Salerni, IIII. Idus Februar., indict. VIIII.

## 92. *ENCYCLICA AD OMNES FIDELES.*

25 *Dedit Pertz e Registro Honorii III. III, 88, lib. V, 446 et ex Annalibus Raynaldi a. 1221 § 4 et 5. — Huillard-Bréholles II, 123. Böhmer, Reg. imp. V, 1287.*

*(P. 245.)*

Fridericus secundus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus et rex Sicilie universis eius fidelibus ad quos littere iste pervenerint suam gratiam et
30 bonam voluntatem.

Post obtentam de multa et varia hostilitate faciente Domino victoriam, post plurimos laboriosos agones, in quibus imperii virtus et gloria imperatorie maiestatis enituit, decet nos omnium creatorem, per quem vivimus, movemur et sumus, per quem imperialis culminis optatis felicitatibus gubernamur, toto corde, tota mente et omni
35 virtute diligere et ei devotissime omnibus viribus totaliter adherere; quia etsi successus nobis mundane prosperitatis arrideat, absit, ut favor transitorie felicitatis nos a nostri conditoris amore pariter et timore deflectat. Considerantes igitur nec sine amaritudine amarissima recolentes, salutifere crucis triumphale vexillum, dominicam sepulturam, civitatem sanctam, in qua salutem nostram est Dominus operatus, et venerabile
40 templum et cenaculum grande stratum, in quo Domino pascha discipuli paraverunt, conversa in theatrum et seculare ridiculum, ubi Rachel plorat filiorum suorum iugulum, horrendum facinus et triste spectaculum, tacti dolore cordis intrinsecus et rubore, de succursu celeri diebus et noctibus cogitamus, galeas et naves, prout res exigit, magnifice preparantes. In imperialibus itaque humeris in nomine Crucifixi vexillum crucis
45 patenter tempore nostre coronationis ereximus, ut cunctis imperii nostri fidelibus innotescat, quod sicut gratiam nostram diligunt et coronam, ad succursum Terre Sancte se viriliter et potenter accingant. Et licet multi principes, barones et milites vota

**91.** d) Aggarenorum 2. e) auctoritatem 1.

nostra humiliter prosequentes, insigniti sint signiculo sancte crucis, pauci tamen sunt in articulo necessitatis instantis. Eia milites fideles imperii, arripite velociter arma christiane militie, quia iam Romani imperii victrices aquile prodiere. Duplicis quidem retributionis donativa percipiunt qui celsitudini nostre in proposito huius sancte peregrinationis assistunt, quia preter imperialem gratiam adipiscuntur felicitatem eternam. 5 Quocirca universitati vestre per imperialia scripta mandamus, obsecramus in Domino, rogamus et hortamur omni affectione qua possumus exorantes, quatinus accensi zelo illius, cuius sponsa ecclesia mater vestra in ea terra captiva miserabiliter detinetur, recolentes etiam qualiter a diebus antiquis et generationibus seculorum imperatores Romani mundum universum sue subdiderint ditioni auxilio suorum fidelium, qui cum 10 eis usque ad effusionem sanguinis laborarunt, non patiamini in nostro pio proposito nos confundi, immo sicut umquam Deum diligitis et gratiam nostram caram habetis, ad succursum Terre Sancte vos sine dilatione pro presenti passagio viriliter accingatis, scientes quod nichil umquam aliquo tempore possetis efficere, per quod taliter omnibus vobis et singulis imperialem redderetis celsitudinem obligatam, maxime cum 15 inimici crucis Christi et hostes nominis christiani pre timore Regis superni et membrorum suorum iam quasi totam quam querimus relinquant Terram Sanctam. Super hoc autem plene credatis et efficaciter impleatis quecumque vobis ex parte nostra karissimus in Christo pater H(ugolinus) Hostiensis et Velletrensis episcopus apostolice sedis legatus duxerit proponenda, quem speciali diligentes affectu, ut personam nostram 20 ab omnibus volumus et precipimus honorari.

Dat. Salerni, IIII. Id. Febr., indictione VIIII.

## 93. *ENCYCLICA AD CIVITATES LOMBARDIAE ET TUSCIAE.*

*Sistimus ex* 1) *autographo tabularii regii Senensis, Riformagioni nr. 153 sdo, tribus atramentis exarato et iam sigillo carente, quod descripsit Pabst;* 2) *Registro Honorii III.* 25 *III, 89, lib. V, 448, quod exemplandum curavit Pertz; ubi Mediolanensibus epistola inscripta est;* 3) *editione viri d. Salice 'Annali Tortonesi' 518, quae textum praebet mendis scatentem et falso anni numero depravatum. — Huillard-Bréholles II, 126. Böhmer, Reg. imp. V, 1288.* *(P. 247.)*

Fredericus[a] secundus[b] Dei gratia Romanorum imperator et[b] semper augustus et 30 rex Sicilie dilectis fidelibus suis potestati et populo Senensi[c] gratiam suam et bonam voluntatem.

Postquam universorum Dominus et creator multiplici hostilitate devicta nobis dignatus est facere nomen grande ultra nomen magnorum qui sunt in terra, inter filios suos nos enutriens multiplicatione successuum et exaltans, decet omnimodis, ut pro 35 immensis ab eo susceptis beneficiis non existentes ingrati, prerogativa fidei, sinceritate devotionis et caritatis ardore nos et imperium nostrum ei, qui fecit utraque unum, totis studeamus viribus propensius inherere. Sublimis namque honor et dignitas tam precelsa, qua nos omnipotens Dominus eterna sua providentia sublimavit[d], diligenti nos facit consideratione perspicere, quantam[e] contrahamus creatoris offensam, si bene- 40 ficiorum illius simus[f] ingrati, de cuius inextimabili[g] bonitate tanta[d] principatus amplitudine dilatamur. Considerantes igitur et non sine[h] maxima cordis amaritudine recolentes, civitatem et locum sanctum, templum Salvatoris, paganorum dominio et Agarenorum subici potestati, matrem ecclesiam sponsam Christi apud[i] inimicos crucis Christi miserabiliter exulare, sepulchrum Domini esse prorsus inglorium, quod solebat existere 45 gloriosum, doloribus immensis affligimur, replemur angustiis zelo crucis et caritatis

**93.** a) Fridericus 2. b) *deest* 2. 3. c) Mediolanensi 2; Terdonensi 3. d) *deest* 3. e) quantum 2. 3. f) sumus 2. 3. g) inest. 2. 3. h) non sine *des.* 3. i) apud — Christi *des.* 3.

immense iaculo vulneramur, et preparando magnifice galeas et naves, sicut decet imperatoriam maiestatem, de festino succursu die ac nocte disponimus et sine intermissione[k] aliqua cogitamus. Heu quantum opprobrium[l], quanta confusio, quantus pudor[m]: non compatiuntur menbra capiti suo, quod pro nobis tot voluit opprobria[l], tot 5 supplicia sustinere, non compatiuntur filii matri, a cuius sunt uberibus satiati, quam inimici crucis percussam et flagellatam suis vestibus spoliarunt. In humeris quidem propriis vexillum suscepimus Crucifixi, qui crucem propter nos cui affigendus fuerat suo corpore baiulavit. Quocirca universitati vestre per imperialia scripta mandamus, obsecramus, rogamus et hortamur, omni affectione qua possumus exorantes, quatinus 10 accensi zelo Christi et nominis christiani, recolentes etiam qualiter a diebus antiquis et generationibus seculorum fidelium suorum auxilio imperatores Romani de hostibus magnifice triumpharunt, non patiamini nos, immo nomen christianum, in tam pio proposito iam confundi, qui ad succurrendum in persona propria potenter accingimur[n] et arma viriliter accipimus[o] militie christiane; immo sicut umquam Deum[d] diligitis[p] 15 et gratiam nostram caram habetis, pro subsidio Terre Sancte sine dilatione in presenti passagio certum numerum militum destinetis, preter retributionem divinam perpetuo vobis et civitati vestre imperatoriam celsitudinem obligantes; maxime cum filii perditionis pre timore illius, quo moriente terra mota est, quo resurgente ad sepulchrum territi sunt custodes, iam quasi totam reliquerint Terram Sanctam. Super hiis autem 20 plene credatis[d] et efficaciter impleatis quecumque vobis[d] ex parte nostra carissimus[q] in Christo pater H.[d] Ostiensis et[d] Velletrensis episcopus apostolice sedis legatus duxerit proponenda, quem speciali diligentes affectu, ut personam nostram ab omnibus volumus et[r] precipimus honorari.

Dat.[s] Salerni, IIII. Idus Febr., indic. VIIII.[t]

25 [In eundem modum scriptum est omnibus civitatibus Lombardie et Tuscie.][u]

---

# 94. SENTENTIA DE FEUDIS PRAELATORUM CLIPEUM MILITAREM NON TENENTIUM.

## 1223. Febr. 5.

*Dedit Wattenbach e cartulario monasterii Victring saec. XV. fol. 46, quod in tabu-* 30 *lario societatis historicae Carinthicae Klagenfurti (cod. nr. 39) asservatur. Eundem codicem adhibuit Böhmer in Actis imperii selectis p. 252 nr. 286. Iohannem Victoriensem (Böhmer 'Fontes' I, 277) hanc sententiam allegare, adnotavit Ficker. — Böhmer, Reg. imp. V, 1437. (P. deest.)*

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie 35 universis per imperium constitutis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Per presens scriptum notum vobis fieri volumus, quod dum feliciter essemus in civitate Capue, presentibus nobiscum nonnullis de principibus Alamanie, videlicet archiepiscopo Magdeburgensi, Hildesemensi, Brandeburgensi, Cicensi, Warmaciensi, Tridentinensi,

**93.** k) intromissione 2. l) obpropr. 2. m) dolor 3. n) accingimus 2. o) arripimus 2. 3. 40 p) dilexistis 3. q) karissimus 2; *abhinc atramento nigriori* 1. r) vol. et *des.* 3. s) *abhinc atramento alio viridi* 1. t) nona 1188. 3. u) *add.* 2.

Brixiensi, Verdunensi[1] episcopis et aliis tam imperii quam regni magnatibus, ab eisdem principibus talis fuit lata sententia: quod nulli ecclesiarum prelato, qui insignia sua de manu imperiali non receperit seu qui non teneat clippeum, qui vulgariter dicitur herschilt, liceat possessiones ecclesie cui preest alicui infeudare, ita quod ipsum feudum perpetuo sit apud feudatarium permansurum. Quam sententiam a memoratis principibus latam et eorum consensu approbatam scribi fecimus ac sigilli nostri munimine roborari, districte mandantes et auctoritate imperiali precipientes, quatenus nullus sit qui contra huiusmodi sententie munimentum ecclesias aut ecclesiarum prelatos super eorum possessionibus presumat in aliquo perturbare aut occasione aliqua molestare. Quod qui presumpserit, indignationem nostri culminis noverit se graviter incursurum.

Acta sunt hec anno ab incarnacione Domini millesimo ducentesimo vicesimo tertio, presentibus principibus supradictis. Datum Capue, nono Idus Februarii, indictione undecima.

---

# 95. SENTENTIA CONTRA SUBOFFICIATOS ET ALIENATIONES BONORUM OFFICIATORUM.

## 1223. Febr. 5.

*Autographon tabularii Hannoverani, Domstift Hildesheim 103, quod iam sigillo caret, denuo contulimus. Sententiae prior pars congruit cum sententia sequenti, infra nr. 96, eodem tempore pronuntiata. — Huillard-Bréholles II, 297. Böhmer, Reg. imp. V, 1438. (P. 250.)*

Fr. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie universis imperii fidelibus hanc paginam inspecturis gratiam suam et omne bonum. Constitutus in presentia nostra dilectus nobis imperii nostri princeps domnus Conradus Hildensemensis episcopus sententiam imperialis curie nostre sibi postulavit edici super eo: si officiatus aliquis principis cuiuscumque, dapifer videlicet, marscalcus, camerarius vel pincerna, posset principi domino suo ratione sui offitii quemquam ponere subministrum vel aliquid de rebus eius mobilibus vel immobilibus preter assensum eiusdem principis et eius beneplacitum voluntatis ordinare. Super quo sententiam hanc imperialis curia nostra promulgavit: quod nisi de assensu principis fuerit et eius libera voluntate, nullus talium offitiatorum suboffitiatum quemquam talem domino suo dare potest nec aliquid de rebus principis disponere preter eius beneplacitum voluntatis. Data est hec sententia assidentibus et assentientibus ipsi sententie hiis imperii nostri principibus: domno A. Magdeburgensi archiepiscopo, domno Warmaciensi, domno Verdunensi[1], domno Tridentino, domno Nuenburgensi, domno Brixiensi, domno Ymolensi, domno Brandeburgensi episcopis, et domno abbate Morbacensi; astantibus autem laicis eiusdem imperii nostri nobilibus et eidem sententie acclamantibus, marchione de Voburch, Henrico de Waldenberch pincerna memorati episcopi Hildensemensis, Henrico de Euerstein comitibus; ministerialibus autem imperii Gunzelino de Wolferbotle, Wernero de Bonlant et quam pluribus aliis nobilibus et ministerialibus.

Data Capue, anno Domini MCCXXIII, Nonas Febr., indict. XI.

---

1) *i. e. Verdensi.*

# 96. SENTENTIA CONTRA SUBOFFICIATOS.

1223. Febr.

*Sententia, quae convenit cum priore parte sententiae antecedentis, nr. 95, servata est in innovatione imperatoris episcopo Wormatiensi a. 1238. mense Iunio data (Böhmer V, 2360),* 5 *quam ex autographo tabularii Dalbergensis, quod in oppido Aschaffenburg exstat, dedit b. m. Kaufmann tabularii Wertheimensis praefectus in periodico 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins' XXV, 122*[1]. — *Böhmer, Reg. imp. V, 1439.* (*P. deest.*)

Fridericus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus et rex Sycilie fidelibus imperii, ad quos littere iste pervenerint, graciam suam et omne bonum. In 10 nostra audiencia et principum tam imperii quam regni fuit quesitum: utrum aliquis de quatuor officiatis principalibus possit aliquem in officio suo per se substituere preter domini, a quo recognoscit officium, voluntatem. Quod nos de consensu principum imperiali sententia diffinivimus: videlicet quod nullus, sive fungatur officio dapiferi, pincerne, camerarii sive marescalci, per se potest in illo aliquem subrogare preter domini 15 voluntatem. Astantibus et assensum prebentibus in palacio Capue quorum nomina sunt inferius subarata: A. Magdeburgensi archiepiscopo, E. Nunburgensi, G. Brandenburgensi, H. Wormaciensi, C. Hildesemensi, B. Vrisingensi[2], A. Tridentino et .. Verdunensi episcopis, abbate Morbacensi, B. Panormitano archiepiscopo, A. Tarantensi archiepiscopo, I. Pacitanensi episcopo. Nullo ergo hominum hanc nostre maiestatis 20 sentenciam infringere liceat vel ei ausu temerario contravenire.

Datum in palacio Capue, anno millesimo ducentesimo vicesimo tercio, mense Februario, indictione XI.

---

# 97. CONSTITUTIO COMITIS ROMANIOLAE.

(1223. Apr. 20–29.)

25 *Adhibuimus* 1) *codicem Vindobonensem Philol. 411 saec. XIII. fol. 18', quem olim descripsit Dolliner b. m.;* 2) *editionem profluam e codice Monacensi 9683 saec. XIII, Summam prosarum dictaminis Saxonicam continente, quam instauravit vir cl. Rockinger 'Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Geschichte' IX, 1, 271 (= Ficker 'Forschungen' IV, 339 nr. 305). Tempus constitutionis diffinivit vir cl. Winkelmann 'Jahr-* 30 *bücher Friedrichs II.' I, 182 not. 4*[3]. *In adnotatione subiungimus chartam, qua Albertus*

1) *Tenor innovationis hic est:* Fridericus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis, quod dilectus princeps noster venerabilis episcopus Wormaciensis nostro culmini supplicavit, ut quasdam litteras renovare de nostra gracia dignaremur, quarum tenor per omnia talis erat: 'Fridericus — indictione XI'. Nos igitur supra- 35 dicti ..... lecti principis nostri supplicacionibus inclinati suprascriptas litteras transscribi et de nostra gracia iussimus renovari. Ad cuius renovacionis memoriam presens scriptum fieri iussimus et sigillo nostri culminis communiri. Anno, mense et indictione subscriptis. Datum Verone anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo tricesimo octavo, mense Iunii, XI. indictione. *Appendet sigillum filis sericis.* 2) *Geroldo ei nomen erat.* 3) *Ad hanc diffinitionem quadrat vox* Kalend. *codicis 1. Cf.* 40 *praeterea Ficker l. c. II, 161. 487.*

*archiepiscopus Magdeburgensis a. 1226 m. Iulio, se Alvericum de Darneburc*[1] *vice sua comitem Romaniolae constituisse, promulgat ex iisdem codice fol. 19 et editione p. 271 (= Ficker l. c. 353 nr. 322) desumptam*[2]. — *Böhmer, Reg. imp. V, 1473.*

*(P. deest.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et[b] semper augustus et[c] rex Sicilie dilecto principi suo A. Magdeburgensi archiepiscopo gratiam suam et omne bonum. Tunc princeps Romanus gloriatur in subditis, cum ipsorum devocionem ac fidei constancie[d] puritatem evidentibus indiciis experitur, sicque pulchre pariter ac decenter digne retribucionis premio ipsorum fidelitas coronatur, ut ubi fides per operis evidenciam declaratur, ibi merces per remuneracionis dignissime premium sit parata. Sane imperialis nostre magnificencie celsitudo fidelitatis tue servicia, expensas videlicet et

**97.** a) Vilhelmus 1. b) *pro* et — Sicilie 2: etc. c) *correxi;* Ierusalem et Sicilie rex 1. d) *pro* constancie — relevare 2: etc.

1) *Alvericum de Arneburg esse, qui a. 1228 obvius est, iudicavit Ficker l. c. III, 453.* 2) Sicut serenissimus dominus noster Fridericus[a] Romanorum imperator et semper augustus[b], Ierusalem et Sicilie rex circa celsitudinis sue culmen nostre devocionis desiderium accendi pariter et accingi frequenter considerat et ferventer, sic nimirum obsequii nostri operas pertrahit ad diversa[c], ibi maxime, ubi labor nostre devocionis[d] esse potest sibi et imperio multipliciter fructuosus, presenciam nostram ordinans et disponens. Licet enim pro modo[e] possibilitatis nostre presencia nostra semper[f] in partibus Romaniole[g] fuerit et esse debeat imperio fructuosa, visum est tamen prenotato domino imperatori et principibus imperii aliquantis, nos ad ea que magis urgent negocia ad presens[h] debere in Alemaniam[i] proficisci[i*], cooperante[k] multum huic imperatoris et principum consilio fidelitate et constancia vestra, utpote qui nunquam ab ipso imperio recessistis nec unquam auctore domino recedetis. Certi sunt[l] etenim et per omnia[m] securi, quod occasione nostre absencie defectum in nullo sentire debeat fides vestra. Cum igitur[f] Iohannes de Wormacia fidelis noster in comitatu Romaniole[g] nobis servierit iam secundo[n], ita quod ipsius famulatus devocio semper nobis placuerit tanquam viri providi et discreti, nullius male voluntatis pretextu, nullius etiam occasione defectus, quin sciat et possit nobis et imperio obsequi et servire, ipsum ad presens aliis nostris serviciis duximus[o] applicandum. Substituimus etiam dicto Iohanni nobilem virum fidelem imperii[p] atque nostrum, de predicti[p*] domini nostri imperatoris beneplacito speciali[q] et mandato, Aluericum[r] de Darneburc[r], comittentes eidem per totum Romaniole[g] comitatum[s] in omnibus et per omnia vices nostras cum omnibus iuribus[t] et honoribus, iurisdictione et potestate, imperio mero et mixto, auctoritatem etiam cognoscendi de causis tam civilibus quam criminalibus et easdem causas prout ius dictaverit decidendi, pure et simpliciter secundum omnem formam et tenorem privilegii quo ad nos ab excellencia imperiali est eiusdem comitatus[u] donacio devoluta. Auctoritatem etiam plenissimam[v] damus ipsi inponendi banna, dandi tutores et curatores et omnia totaliter faciendi que persone nostre competunt ex ipsius privilegio et officio comitatus[u], non obstantibus commissionibus, quas[w] Oderico de Bononia[x] et fratribus eius necnon et Nicolao[y] de Aquisgrani, Iohanni eciam de Wormacia supradicto, cui[z] ipsum commiseramus aliquociens comitatum[s], quandoque dedimus[a], quorum commissionum privilegia[b] ex certa sciencia revocamus. Cum igitur speremus, quod quantum ad personam Aluerici nostri vicecomitis antedicti sufficienter comitatui sit[c] provisum, fidelitatem vestram rogamus, monemus pariter et exhortamur[d] sub debito fidelitatis quo tenemini imperio atque nobis, universitati[e] vestre firmiter precipiendo mandantes, ut ipsum recipiatis honorifice et honorificencius pertractetis, honorantes et habentes ipsum[f] pro comite et domino vice nostri[g] et de rationibus et reditibus nostris respondentes[h] eidem. Inpendatis eciam persone eius omne id comodi et honoris, quod nobis velletis inpendere, si personaliter adessemus. Ut igitur constet vobis lucide de predictis, presens privilegium conscribi fecimus[i] et sigilli nostri munimine roborari, eatinus valiturum, donec id ex certa[k] sciencia duxerimus revocandum.

a) W. 1. b) et *add.* 1. c) op. protrahit ad diversas 2. d) dev. nostre 2. e) modulo 2. f) *deest* 2. g) Romanie 1. h) ad presens *des.* 2. i) in Alemaniam *des.* 2. i*) profuisse 1. k) quo operante 2. l) sumus 1. m) per omnia et 2. n) anno *supplendum censuit Ficker.* o) duximus serviciis 2. p) imperio 2. p*) predicto 1. q) spec. ben. 2. r) H. de tali loco 2. s) comiciam 2. t) *deest* 1. u) comicie 2. v) plenissime 1. w) per quas 1. x) Banonia 1; *pro* Oderico de Bononia 2: tali. y) tali 2. z) *deest* 1. a) quandoque dedimus *des.* 1. b) commissiones et privilegia 2. c) sit comite 2. d) hortamur 2. e) universitati — mandantes *des.* 2. f) ipsum et habentes 2. g) nostra 2. h) respondeatis 2. i) iussimus 2. k) vera 2.

labores, que infatigabiliter ad honorem imperii pluries iam fecisti, gratuito intuitu adeo iam perspexit, quod nostro iudicio videtur condecens et honestum fidei tue meritum aliqua retribucione respicere et inpendiorum tuorum onera aliquantis ad presens subsidiis relevare. Volentes igitur, ut fructus[e] tui obsequii aliquis appareat et laboris, fidelitati tue damus et concedimus pleno iure ac iurisdictione perfecta comitatum[f] Romaniole[g] a Folia usque ad Renum[h], a mari usque ad Alpes, cum omnibus iuribus, placitis et bannis[i], aquis et piscacionibus, viis et inviis, nemoribus atque pratis, cultis pariter[k] et colendis, cum omni etiam racione[l] fiscalium et nostrorum redituum lucris et annuis pensionibus nobis et imperio debitis, serviciis etiam, angariis et parangariis ac universali iure tam in causis civilibus quam in[m] criminalibus iudiciis presidendi. Concedimus etiam fidelitati tue, inperiali te per hoc magnificencia decorantes, auctoritatem sive potestatem emancipandi, iudices delegatos et ordinarios, tabelliones etiam sive notarios publicos faciendi, dandi tutores et[n] curatores, animadvertendi in facinorosos tam pena corporali quam pecuniaria secundum delicti vel[o] criminis qualitatem. Mandamus igitur et precipimus comitibus[p], baronibus, nobilibus, communibus, potestatibus, castellanis ac universis imperii fidelibus per Romaniolam[q] constitutis, ut tibi vite tue temporibus obediant et obaudiant[r] in hiis omnibus que ad iurisdictionem imperialem pertinent, sicut bannum tuum, quod imperiale censebitur[s], voluerint evitare. Ut igitur huius[k] nostre concessionis donacio[t] rata et inpermutabilis[u] perseveret, presentem divalem paginam conscribi iussimus et bulla aurea typario nostre maiestatis inpressa[v] fecimus consignari. Huius rei testes sunt etc.

Datum[w] per manum talis notarii. Anno et Kalend., indictione.

---

# 98. CONVENTIO CUM COMITE SWERINENSI DE TRADENDIS REGIBUS DANIAE.

1223. Sept. 24.

*Recognovit accuratissime vir cl. Grotefend ex autographo, quod asservatur in tabulario Swerinensi, e quo editum prius est in libro 'Meklenburgisches Urkundenbuch' I, 273 nr. 290 et a viro cl. Hasse 'Schleswig-Holstein-Lauenburgische Regesten und Urkunden' I, 177 nr. 402. Annum incarnationis a librario post additum esse in spatio vacuo prius relicto, perperam iudicavit Hasse. Membranae, quae a scriptore Germaniae superioris exarata est, appendent adhuc septem sigilla, in medio Heinrici regis, a laeva episcopi Wirzburgensis, Eberhardi de Waldburg, Guncelini dapiferi, a dextera marchionis de Hohenburg, comitis de Diez, Anselmi de Iustingen. Aliud exemplar a comite Heinrico eiusque fideiussoribus sigillandum imperio datum esse, recte iudicavit vir cl. Ficker. — Böhmer, Reg. imp. V, 3909.* *(P. deest.)*

**97.** e) *deest* 2. f) comiciam 2. g) Roman. 1; Rom̄ 2. h) retin. 1. i) bannis et placitis 2. k) *deest* 2. l) *deest* 1. m) etiam 2. n) etiam *add.* 2. o) sive 2. p) et *add.* 2. q) Romaniam 1; Rom̄ 2. r) obaudiant et obediant 2. s) conscribitur 2. t) donacionis concessio 2. u) inmutabilis 2. v) inpresso 1. w) *reliqua des.* 2.

Hec est forma conpositionis[a] seu conventionis facte inter dominum imperatorem et dominum regem filium suum ex parte una, et comitem Heinricum de Zwerin et amicos suos ex altera parte, super captivitate regum Datie et representatione eorundem domino imperatori et domino regi filio suo facienda.

1. Dominus imperator et dominus rex dabunt comiti Heinrico de Zwerin boni argenti quinquaginta milia marcarum et amicis suis, quibus ipse voluerit, duo milia marcarum. Insuper conferent eidem in feudo castrum unum cum redditibus ducentarum marcarum ante festum beati Iohannis baptiste primo venturum (1224. Iun. 24.), et si in redditibus eisdem aliquis fuerit defectus, supplebunt aliunde, cum primum redditus aliqui imperio vacabunt. Item castrum unum in terra, que Boizenburc vocatur, edificari debet comiti Heinrico de Zwerin de expensis imperii cum fossato et blancis.

2. Item matri uxoris comitis H. de Zwerin, domine de Zlawin, dominus imperator et dominus rex bona et hereditatem suam ad ipsam de iure spectantia, que rex Datie hactenus per violentiam occupata detinuit, restitui facient aut pro ipsa hereditate in restaurum ei duo milia marcarum persolvent.

3. Predicta autem pecunia comiti H. de Zwerin promissa solvetur in terminis istis et in hunc modum: quingente marce quindecim diebus ante festum sancti Martini (1223. Oct. 28.) proximum sine introitu alicuius civitatis; post festum sancti Martini ad quindecim dies (Nov. 25.) iterum quingente marce solventur eidem et sine introitu fideiussorum; item in epiphania domini extunc primo subsequente (1224. Ian. 6.) mille marce ei persolventur et sine introitu; post epiphaniam eandem ad sex septimanas iterum mille marce solventur ei, que si solute non fuerint, fideiussores subnotati in fine sex septimanarum (Feb. 17.) earundem Nůrenberc intrabunt, abinde non exituri, nisi persolvantur mille marce; et alie mille marce infra sex septimanas subsequentes (Mart. 30.), ita quod duo milia marcarum infra XII septimanas procul dubio et sine protractione aliqua persolvantur; deinde ad sex alias septimanas iterum mille marce solventur eidem (Mai. 11.), vel fideiussores in fine sex septimanarum Nůrenberc intrabunt, inde non recessuri, nisi persolvantur; deinde in festo Michahelis (Sept. 29.) extunc primo subsequente solventur duo milia marcarum et quingente marce, que si iterum tunc solute non fuerint, fideiussores Nůrenberc intrabunt, inde non recessuri, nisi fuerint persolute; iterum alia duo milia marcarum et quingente marce debent esse persolute in octavis pasche primo extunc subsecuturis (1225. Apr. 6.); quod si factum non fuerit, comes H. de Zwerin et amici sui de bona gratia et voluntate domini imperatoris et domini regis filii sui absoluti erunt a promisso istius negocii facto, perditis decem milibus marcarum predictis, nisi de bona voluntate comitis H. de Zwerin et amicorum suorum aliud ordinatum fuerit et obtentum. Veruntamen si aliquo casu, quod Deus avertat, pecunia vel pars pecunie predicte ad terminum vel ad terminos supradictos soluta non fuerit, propter hoc principalis contractus et principale laudamentum rescindi non debent, nisi forte fideiussores commoniti per dominum H. Romanorum[b] regem vel Erbipolensem episcopum vel comitem G. de Dieths vel E. dapiferum de Walpurc infra sex septimanas a tempore conmonitionis[a] solvere et satisfacere noluerint. Est autem predicta pecunia presentanda et persolvenda apud Northusam in terminis constitutis et in conductu et periculo domini imperatoris et domini regis transportanda Harttispurc aut Werningerode vel Blankinburc vel Reginsteine vel Asseburc.

4. Si contingat, quod rex Datie pro captivitate sua et filii sui conponat[a] et pecuniam dare promittat vel aliquid pro honesta et commoda custodia erogaverit, primum argentum cedet in solutionem decem milium marcarum, pro quibus fideiussores dati sunt, residuum in solutionem superstiti[s] debiti comitis H. de Zwerin cedere debet, deductis tamen expensis regum Datie et custodum.

**98.** a) *pro syllaba* con *hic compendium* 9 *in or.* b) Rom̄ *or.*

5. Item quocunque tempore dominus imperator et dominus rex filius suus totam summam pecunie supradicte, videlicet quinquaginta duo milia marcarum, persolverint, sive de pecunia, que extorta fuerit a regibus Datie, sive per propriam pecuniam domini imperatoris et domini regis, seu per obsides, seu quocunque alio modo comiti
5 H. de Zwerin fuerit satisfactum, tunc presentabit reges Datie domino imperatori et domino regi libere et absolute et sine malo ingenio ad faciendum et disponendum quicquid eis placuerit, ita tamen quod cautio fiat comiti H. de Zwerin et amicis suis ad arbitrium venerabilis Coloniensis archiepiscopi et comitum de Harttispurc et comitis C. de Regensteine et comitis Volradi de Tannenberc, Bernhardi de Horst-
10 maria et Gvnzelini dapiferi, ut priusquam reges Datie a captivitate imperii dimittantur, fiat securitas, que vͤrpheide vocatur, comiti H. de Zwerin et amicis suis, et quod prius rex Datie dimittat et resignet terram, que est citra flumen quod Eidra nominatur.

6. Item iunior rex Datie datus est in potestatem imperii detinendus in castro Harttispurc sub custodia et fidelitate comitis Hermanni de Harttispurc et comitis
15 Heinrici fratris sui, comitis Adolfi de Schowenburc et domini Livthardi de Meinhersheim et aliorum castrensium, ministerialium imperii ibidem conmorantium. Item senior rex Datie remanebit in potestate imperii et in manibus et in custodia comitis H. de Zwerin, quousque dominus Coloniensis archiepiscopus et sepedictus comes de Zwerin intelligant et expergiantur, si possint reges Datie inducere ad domini impera-
20 toris et domini regis gratiam, acquirendam tum per pecuniam, tum per restitutionem terrarum, quas imperio abstulerunt, et aliis quibuscunque modis. Quod si efficere non possunt, tunc relictum est arbitrio et fidei domini Coloniensis archiepiscopi et comitis H. de Zwerin et comitis Volradi de Tannenberc, utrum et quando expediat domino imperatori et domino regi ac etiam comiti H. de Zwerin, quod senior rex
25 Datie ducatur Harttispurc sub custodiam predictorum et ad mandatum imperatoris et regis, ut predictum est, et filius reducatur sub custodiam comitis H. de Zwerin. Super quo si concordare non possunt archiepiscopus Coloniensis et comes de Zwerin, tunc cum ipsis duobus deputati sunt Bernhardus de Horstmaria, comes Hermannus de Harttispurc, comes Volradus de Tannenberc, comes Cͤnradus de Regenstein et
30 Gvnzelinus dapifer, et quicquid illi septem decreverint vel sex ex illis domino imperatori et domino regi et etiam comiti H. de Zwerin magis expedire super illa translatione et locatione regum Datie, hoc servari debet.

7. Item de auxilio conquirendo domino imperatori et domino regi et etiam comiti H. de Zwerin et amicis suis super predicto negocio contra reges Datie sic est con-
35 ventum, quod dominus Coloniensis archiepiscopus et comes H. de Zwerin et comes V. de Tannenberc et comes C. de Regenstein, dominus B. de Horstmaria et Dietho de Rauinspurc acquirent auxiliatores et fautores ad hoc negocium expedientes, sive sint illi de Brvnswic, sive puer de Lvneburc, sive pueri de Brandenburc, sive quicunque alii, qui expediant ad hoc factum; si autem illi, qui acquirendi sunt auxilia-
40 tores et fautores ad hoc negocium secundum consilium predictorum, ut predictum est, nimis se reddant difficiles et caros, tunc arbitrio eorundem septem relictum est, in quem modum loco eiusdem auxilii comiti H. de Zwerin aliter satisfiat.

8. Demum si dominus imperator et dominus rex terras imperii recuperaverint a regibus Datie per guerram vel per pactum sive quocunque alio modo, tunc precipue
45 ipsi comiti de Zwerin, pueris de Brandenburc, comiti Adolfo de Dasle, comiti Adolfo de Schowenburc et aliis consanguineis comitis H. de Zwerin et eorum heredibus ea, que antecessores eorum habuerunt et in quibus ipsi ius habent, restituentur ad consilium sepedicti comitis H. de Zwerin, ea condicione, ut e converso ipsi, quibus terre eorum recuperabuntur et restituentur, imperio subserviant ad ipsam terram recupe-
50 randam, sicut proprium diligant commodum et profectum.

9. Si hec, que predicta sunt, servata non fuerint et soluta comiti H. de Zwerin ex parte domini imperatoris et filii sui domini regis, custodes, quorum fidei rex vel reges Datie sunt conmissi[c], regem vel reges Datie, qui pro tempore sub eorum custodia fuerint, comiti H. de Zwerin restituere tenebuntur; et e converso si ea, que promissa sunt domino imperatori et filio suo ex parte comitis H. de Zwerin et amicorum suorum, servata non fuerint et soluta, tunc illi, sub quorum custodia rex vel reges Datie tenebuntur, domino imperatori et regi assignabunt, ita quod ex utraque parte dolus malus et malum ingenium excludatur, secundum quod continetur in illo articulo: 'Veruntamen si aliquo c.' et cetera, superius[1] prenotato.

10. Si autem comes H. de Zwerin medio tempore decesserit, uxori sue et filiis suis et heredibus suis et aliis consanguineis et amicis suis, quibus ipse voluerit, hec omnia persolvantur, et e contrario uxor et filii et heredes et consanguinei et amici sui et nominatim comes Volradus de Tannenberc domino imperatori et domino regi et imperio hec omnia observare tenebuntur sine malo ingenio.

11. Hec omnia, que predicta sunt, debent esse completa et soluta a festo pasche proximo venturo ad annum et octo dies; quod si factum non fuerit, comes H. de Zwerin et amici sui debent esse absoluti cum bona gratia et voluntate domini imperatoris et regis et imperii ab omni pacto et promisso in hac litera conprehenso[d], nisi aliter de comitis voluntate fuerit ordinatum. (1224. Apr. 14.)

12. Item si super predictis articulis inter dominum imperatorem et dominum regem et comitem H. de Zwerin et suos amicos aliqua oriatur disceptatio, ita ut una partium asserat aliquod pactum vel promissum sibi non esse observatum vel solutum, istius dissensionis determinatio domini Bernhardi de Horstmaria, Hermanni et Heinrici de Harttispurc, Adolfi de Schowenburc comitum et Livthardi de Meinhersheim arbitrio est commissa.

13. Hii sunt qui ex parte domini imperatoris et domini regis filii sui iuraverunt et data fide promiserunt: dominus H. Romanorum rex tantum data fide promisit sine introitu, dominus Herbipolensis episcopus, comes Gerhardus de Dieths, Diepoldus marchio de Hohinburc, Ebirhardus dapifer de Walpurc, Cv̊nradus pincerna de Clingenburc, Cv̊nradus pincerna de Winterstetin, Eberhardus frater suus, Anshelmus marscalcus de Iustingen, Dietho de Rauinspurc, Hermannus prepositus de Werda, Thegenhardus maior scolasticus Herbipolensis, magister Marquardus notarius, Fridericus camerarius de Bienburc, Cv̊nradus de Werda, Heinricus magister coquine de Rotemburc, Gotefridus, Hæmeradus, Heinricus Quænzelin de Bôminburc, Dietricus camerarius, Cv̊nradus Schiuerstein de Mvlhusen, Cv̊nradus de Widense.

14. Hii sunt qui ex parte comitis Heinrici de Zwerin iuraverunt et data fide promiserunt: ipse comes Heinricus de Zwerin, dominus Fridericus frater suus, Bernhardus de Horstmaria, Waltherus de Baldensel, comes Volradus de Tannenberc, comes Cv̊nradus de Regenstein, Hermannus et Heinricus comites de Harttispurc, comes Lv̊degerus de Insula, comes Adolfus de Schowenburc, comes Cv̊nradus de Werningrode, Livthardus de Meinhersheim, Livdolfus et Adolfus de Dasle, Eigebertus filius Gvnzelini dapiferi, Burchardus de Lv̊chowe, Diethardus de W̊strowe.

15. Fideiussores comitis Heinrici de Zwerin, qui prenominati sunt, Goslariam intrabunt, si hec termino condicto servata non fuerint et soluta, abinde non exituri, nisi de gratia domini regis Romanorum fuerit et voluntate; fideiussores domini imperatoris et domini regis quidam Nv̊renberc intrabunt, quidam Mvlhusam, quidam

**98.** c) *pro syllaba* con *hic compendium* 9 *in or.* d) cōprehenso *or.*

1) *Cf. in c. 3.*

Northusam et quidam Hallis, abinde non exituri nisi de voluntate comitis H. de Zwerin et suorum amicorum.

Actum apud Northusam, anno incarnationis Domini MCCXXIII, VIII. Kal. Octobris, indictione XII.

---

5

# 99. FOEDUS CUM LUDOVICO VIII. REGE FRANCIAE.

1223. Nov.

*Proferimus e* 1) *codice tabularii Parisini JJ 26, fol. 8, ubi inscribitur* Confederatio imperatoris Frederici Alemannie et domini regis Ludovici Franc.; *contulit vir d.* 10 *Molinier;* 2) *paucas lectiones varias editionis Huillardi adnotavimus, qui codicem bibliothecae Parisinae fonds français 8408, 2. 2, B (Colbert) saec. XIII. ex. adhibuit, Registrum Philippi Augusti regis a viro cl. Delisle*[1] E *nuncupatum continentem. Foederis istius verba usurpaverunt foedus, quod Heinricus rex a. 1226. Iun. 11 cum rege Franciae condidit, itemque pacta, quae ab ipso imperatore a. 1227. m. Aug. et 1232. m. Maio cum* 15 *Ludovico IX. icta sunt. — Huillard-Bréholles II, 462. Böhmer, Reg. imp. V, 1509.*

*(P. 253.)*

Fr.[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie universis presentem paginam inspecturis salutem. Noveritis quod propter dilectionem, quam nos et progenitores nostri habuimus et habemus erga karissimum amicum nostrum et 20 fratrem Ludovicum illustrem regem Francorum et ipsius progenitores et antecessores, hanc confederationem cum eodem rege bona fide duximus iniendam: quod nos homines regni sui vel ad regnum suum pertinentes contumaces et[b] eidem rebellantes seu moventes guerram contra ipsum regem vel forisbannitos regni sui non receptabimus nec receptari sustinebimus in imperio nostro, ubi potestatem habeamus, neque aliquam 25 confederationem cum eis faciemus, postquam id ipsum ab eodem rege nobis fuerit intimatum. Et hanc similiter confederationem fecit bona fide nobiscum idem rex Ludovicus: quod homines imperii nostri vel pertinentes ad imperium nostrum contumaces et nobis rebellantes seu moventes nobis guerram et forisbannitos regni nostri non receptabit vel receptari permittet bona fide in regno suo, ubi potestatem habeat, nec ali- 30 quam confederationem cum eis faciet, postquam id ipsum fuerit significatum eidem regi. De rege Anglie sic erit: quod nullam cum eo faciemus confederationem nec cum heredibus suis nec a nostris fieri permittemus, ubicumque impediendi habeamus potestatem. Hanc autem confederationem precepimus[c] et iniunximus iurandam pro nobis et in anima nostra a Renaldo duce Spoleti dilecto familiari et Iohanne de 35 Traiecto curie nostre notario, fidelibus nostris, coram magistro Simone[d] de Domibus clerico et Guillielmo de Balneolis, dicti regis legatis.

Actum Cathene[e], anno incarnationis dominice MCCXXIII, mense Novembr.

**99.** a) Fridericus 2. b) vel 2. c) precipimus 2. d) Sim. 2. e) Cathane 2.

1) *'Catalogue des actes de Philippe-Auguste, préface'.*

# 100. CONSTITUTIO CONTRA HAERETICOS LOMBARDIAE.

1224. Mart.

*Legitur in* 1) *Registro Gregorii IX. libr. IV, 103*[1], *e quo integram eam exhibuit Huillardus; Pertzius Raynaldum a. 1231 § 18 secutus partem omisit, quam a. 1840 exemplavit b. m. Böhmer; quorum discrepantias lectionum adnotavimus sub siglis* H *et* B; 2) *in Statutis civitatis Vercellensis saec. XIII. in tabulario civitatis asservatis, quarum editionem in Monumentis patriae historiae XVI, 1234 instauratam adhibuimus, adnotatis tantummodo praecipuis lectionibus. — Huillard-Bréholles II, 421. Böhmer, Reg. imp. V, 1523.* *(P. 252.)*

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator[a] semper augustus et rex Sicilie venerabili . . Magdeburgensi archiepiscopo, comiti Romaniole et totius Lombardie legato, dilecto principi suo, gratiam suam et omne bonum.

Cum ad conservandum pariter et fovendum ecclesiastice tranquillitatis statum ex commisso nobis imperii regimine defensores simus a Domino constituti, non[b] absque iusta cordis admiratione[c] perpendimus, quod hostilis invaleat heresis, proh pudor, in partibus Lombardie, que plures inficiat et per ora blasphemantium contra decus ecclesie[d] et catholice fidei documenta ex impunitate sumat audaciam insultandi. Nec possumus merito non moveri, qui tam[e] ex urgenti causa turbari[f] compellimur non iniuste, quod ante sedem principis apostolorum et doctoris ecclesie, per quem ad remotos populos fluenta vere scientie derivantur, tam vicina provincia mendicatis iniquorum adinventionibus inquinetur in parte, ut in ea dicantur esse[e] quamplures, qui prevaricantes legem Domini et abeuntes post scientiam seductricem, decipiunt ad invicem semetipsos et velut aliorum saluti nequiter invidentes, quotquot possunt seductoriis verbis alliciunt et eorum dampnationi connectere[g] moliuntur, ut per hec verba[h] putrida corpus ledatur ecclesie ac maior pars gregis fidelium per oves has morbidas maculentur. Erit[i] igitur dissimulandum a nobis, aut sic negligenter agemus, ut contra Christum et fidem catholicam ore blasphemo insultent impii, et nos sub silentio transeamus? Certe ingratitudinis et negligentie nos arguet[k] Dominus, qui contra inimicos sue fidei nobis gladium materialem indulsit et plenitudinem contulit potestatis. Quapropter in exterminium et vindictam auctorum[l] sceleris tam nefandi, complicum et sequacium heretice pravitatis, quocumque nomine censeantur, utriusque iuris auctoritate muniti, dignos motus nostri animi exercentes, presenti edictali constitutione nostra in tota Lombardia[m] inviolabiliter de cetero valitura duximus sanciendum: ut quicumque per civitatis antistitem vel diocesis[n], in qua degit, post condignam[o] examinationem fuerit de heresi manifeste convictus et hereticus iudicatus, per potestatem[p], consilium et catholicos viros civitatis et diocesis earumdem ad requisitionem antistitis illico capiatur, auctoritate nostra ignis iudicio concremandus, ut vel[q] ultricibus flammis pereat aut[r], si miserabili vite ad coercitionem aliorum elegerint reser-

**100.** a) et 2. b) nec 2. c) adm. cordis 2. d) eccl. decus 2. e) *deest* 2. f) moveri *H.* g) convertere *H.* h) *sic B. H; legendum esse videtur* membra. i) Eritne *H.* k) argueret 2. l) actorum 1. m) per totam Lombardiam 2. n) diocesanum 1. o) dignam 2. p) et *add.* 2. q) ut vel *des.* 2. r) aut — blasphemare *des.* 2.

1) *Cf. Rodenberg I, 174 nr. 246.*

vandum, eum lingue plectro deprivent, quo non est veritus contra ecclesiasticam fidem invehi et nomen Domini blasphemare. Ut autem presens hec edictalis constitutio nostra debeat in hereticorum exterminium firmiter observari, circumspectioni tue committimus et mandamus[s], quatenus hanc constitutionem nostram per totam Lombardiam 5 facias publicari, amodo per imperialis banni censuram[t] ab omnibus universaliter observandam.

Datum Cathanie, anno dominice incarnationis MCCXXIIII, mense Martii, duodecime indictionis.

---

# 101. CONVENTIO PRAEVIA 10 DE LIBERATIONE REGUM DANIAE.

## 1224. Iul. 4.

*Ex autographo tabularii Swerinensis accuratissime recognovit vir cl. Grotefend eiusdem tabularii praefectus. Membranae olim appendebant sigilla undecim, quorum modo fragmenta supersunt, ita ut sola sigilla comitis de Swerin, comitis de Dannenberg, Guncelini 15 dapiferi, necnon dapiferi, marscalci, pincernae regis Danorum cognosci possint. Autographon adhibuerunt etiam editiones priores, e. g. novissimae 'Meklenburgisches Urkundenbuch' I, 290 nr. 305 et Hasse 'Schleswig-Holstein-Lauenburgische Regesten und Urkunden' I, 190 nr. 419. — Böhmer, Reg. imp. V, 10922. (P. deest.)*

Hec est forma liberationis domini regis Woldemari et filii eius, presentibus 20 magistro Hermanno domus Teutonicorum et aliis nunctiis imperii.

1. Dominus rex promisit, quod accipiet crucem iturus in subsidium Terre Sancte, et egredietur de regno suo a mense Augusto proximo venturo post duos annos, et 1226. Aug. ibit ducens secum centum naves, cockonibus et sneccis computatis, ut prima yeme post exitum suum, si Dominus dederit, sit in Yspania et estate proxima subsequente 1227. 25 veniat in Terram Sanctam, ibi secundum consilium regis Iherosolomitani et aliorum magnatum per annum integrum moraturus. Si vero morte preventus fuerit vel alia causa legitima prepeditus, dabit viginti quinque milia marcarum argenti in subsidium Terre Sancte, presentaturus eas a die[a], quo iter peregrinationis arripere deberet, ad annum in civitate Lubeke nunctiis regis Iherosolomitani et fratribus domus Teutoni- 30 corum, ita videlicet, quod nichil de supradicta pecunia in usus proprios convertere debeant, sed in animarum suarum periculo expendant ad opus Terre Sancte, prout viderint melius expedire. De itinere vel de pecunia, si personaliter rex ire non potuerit, pro itinere persolvenda prestabit rex et sui omnem cautionem preter obsides et pignora, quam pecierint domini legatus, archiepiscopus Coloniensis, episcopus Hilden- 35 semensis[b], magister domus Teutonicorum, comes Sifridus de Blankenburch, et eam secundum eorum consilium et mandatum inviolabiliter ratam habebit. Si aliquis predictorum interesse non poterit, nichilominus[c] procedatur.

2. Item rex terram Transalbinam integraliter restituet imperio et ea privilegia, que super eadem terra ei data fuerunt, imperio in gwerra pendente, restituet universa, 40 et eatenus predicte terre renunctiabit, ut nec ipse nec filii sui super eadem terra de

**100.** s) et mandamus *des.* 1. t) censuras 2.
**101.** a) *sequitur litera* p *or.* b) hildm̄ *or.* c) nicħlomin' *or.*

cetero habeant actionem. Terram etiam illam, quam comes Albertus de Orlamunde a rege in pheudo tenuit, et alia bona, que in eadem terra regi vacabant, dictus comes Albertus in pheudo ab imperio recipiet, et imperium prestabit ei super eis contra quemlibet warandiam. Episcopi quoque in eadem terra constituti, scilicet Lubecensis, Racesburgensis, Zuerinensis, regalia sua ab imperio recipient. Preterea rex liberos dimittet omnes illos ubicunque constitutos, qui in predicta terra ei hominio vel iuramento fuerunt astricti, et ipsi iurabunt imperio et comiti Alberto ad suam iusticiam utrobique, et bona, que a rege tenebant, a comite A. recipient.

3. Item rex et comes Albertus terram Boicenburch et terram Zuerin cum omnibus rationabiliter attinentibus comiti Heinrico de Zuerin libere dimittent, quas ab imperio recipiet; et reedificabitur ei castrum Wotmunde, prout erat quando destructum fuit. Preterea omnia bona, que comes Heinricus a comite Alberto tenebat, ubicunque sita sint, iterum tenebit et vassalli eius. Item bona, que Thidericus Scacman a comite Alberto cum filio matertere sue debet habere de iure, tenebit. Item rex matri uxoris comitis Heinrici terram eius restituet vel duo milia[d] marcarum dabit.

4. De dicta terra Transalbina non repetenda secundum consilium principum imperii prestabit rex omnem cautionem quam poterit et quam principes voluerint, preter obsides et pignora.

5. Cum rex fuerit in curia Barduwic principibus presentatus, omnem, quam poterit et quam principes requisierint, faciet cautionem preter obsides et pignora, quod terras Slavie, super quibus causa vertitur inter imperium et regnum Datie, die convenienti sibi a principibus prefixo imperio dimittet vel secundum iusticiam vel secundum gratiam retinebit.

6. Item dominus rex accipiet regnum Datie de manu imperii et ei homagium faciet, secundum quod alii principes facere solent, et fidelitatem bona fide servabit.

7. Item rex et comes Albertus firmam facient cautionem, que oruede dicitur, comiti Heinrico pro se et pro omnibus suis amicis et cognatis; et ut ista oruede rata habeatur et firma, dabit rex obsides unum de filiis suis legitimis et decem alios, quinque de Dacia et quinque de Holsatia. Isti dabuntur ad decem annos et mutabuntur pro temporis oportunitate, cum opus fuerit; isti obsides dabuntur imperio vel principibus imperii, et ipsi committent eos quibus ipsi voluerint.

8. Item rex dabit pro redemptione sua quadraginta milia marcarum argenti comiti Heinrico, que presentabuntur imperio et principibus. Ista pecunia dabitur in pondere Coloniensi, uno lothone minus valente in unaquaque marca examinato argento. In eadem valoris quantitate pecunia, que ad opus Terre Sancte dabitur, persolvetur. De pecunia quadraginta milium marcarum dabit rex viginti milia marcarum, tam in pecunia quam in pignoribus, ut ipse et filius suus simul egrediantur. Quodsi in egressu suo viginti milia marcarum solvere non possit, solutis decem milibus marcarum, egredietur ipse, filio suo seniore pro decem milibus remanente; que decem milia cum primum soluta fuerint, filius senior liber egredietur. Pro residuis autem viginti milibus marcarum dabit rex triginta obsides adultos et unum de filiis suis; quodsi triginta obsides adultos habere non potuerit, dabit quindecim adultos et totidem iuvenes cum duobus filiis suis; et si quindecim adultos habere non potuerit, dabit triginta pueros cum tribus filiis suis. Isti obsides presentabuntur imperio sicut priores. Pro hiis duobus articulis tantum, videlicet pro oruede et pro pecunia redemptionis, dabuntur obsides. De possessionibus, quas rex in terra Transalbina pecunia comparavit, pro sue voluntatis arbitrio ordinabit. Item si in curia Barduwic pars predicte pecunie propter temporis brevitatem persolvi non poterit, secundum consilium principum

d) *supra lin. add. eadem manu or.*

imperii prestabunt rex et sui cautionem, quod die sibi a principibus prefigendo residuum pecunie persolvant, et rex ibi secundum consilium principum suis restituetur hominibus.

9. Item in festo nativitatis beate virginis proximo venturo dominus rex Romanorum et principes imperii Bardvvic curiam celebrabunt ad ea diffinienda que superius dicta sunt. Sept. 8.

10. Et ut hec rata habeantur et inviolabiliter observentur, subscripti iuraverunt et in fide promiserunt: comes Albertus, Wicpertus dapifer suus, Reinfridus[e] de Scorlemere, Heinricus pincerna et alii quam plures homines sui; hii Dani domini: Buro pincerna, Scorio marscalcus, Iohannes marscalcus, Drugillus dapifer et alii quam plures; ex parte altera: comes Heinricus de Zuerin, comes Hermannus de Woldenberch, comes Heinricus de Sladen, comes Heinricus de Danneberch et duo filii sui, comes Heinricus de Luchowe, comes Conradus de Regensten, Lupoldus Ursus, Burchardus advocatus de Luchowe, Thidericus Scacman et alii quam plures.

11. Hec promissiones et iuramenta sub tali conditione facta sunt, ut si dominus rex Romanorum et principes imperii ea que supra dicta sunt voluerint adimplere, supradicti promissores ad hec omnia teneantur; si vero principes noluerint adimplere, iamdicti promissores ad hec observanda minime tenebuntur, ita quod a iuramentis et promissionibus sint penitus absoluti. Nunctii imperii: dominus Bernardus de Horstmare, comes Hermannus de Woldenberch, Guncelinus imperialis aule dapifer, dapifer de Waltpurch, dapifer domini Coloniensis archiepiscopi, promiserunt in fide, quod modis omnibus et bona fide studebunt, ut ea que supra dicta sunt principes prosequantur, et hoc idem magister domus Teutonicorum facturum se dixit.

Acta sunt[f] hec anno incarnationis dominice MCCXXIIII, mense Iulio, IIII. Non. Iulii, indictione XII.

# 102. 103. PROMISSIO DE EXPEDITIONE IN TERRAM SANCTAM.

1225. Iul.

## 102. *PROMISSIO PER LITTERAS PATENTES FACTA. Iul.*

*Adhibuimus* 1) *Registrum Urbani IV. tom. IV, fol. 163, anno III, quod exscripsit Pertz, qui tamen in editione sua Raynaldum secutus est;* 2) *editionem Würdtweinii in Novis subsidiis diplomaticis XI, 6, qui usus est codice Vaticano 6223 chart., Librum censuum Cencii continente;* 3) *editionem Raynaldi in Annalibus ecclesiasticis a. 1225 § 4, quae e Registro Honorii III. lib. X, 8a fluxit*[1]. — *Huillard-Bréholles II, 501. Böhmer, Reg. imp. V, 1569.* *(P. 255.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie. (1) Per presens scriptum notum facimus universis, quod nos transibimus in subsidium Terre Sancte ab instanti Augusto presentis XIII. indictionis ad duos annos et per biennium tenebimus ibi mille milites ad minus[a]; ita quod si aliquos de ipso numero 1227. Aug.

**101.** e) Reinfrd' *or.* f) sūt sunt *or.*

**102.** a) nostrum 1; numerum 3.

1) *Cf. Rodenberg I, 199 nr. 278.*

statuto tempore deesse contigerit, in quinquaginta marchis argenti per annum defectum militis redimemus. (2) Pecuniam autem de huiusmodi redemptione collectam nos, si ibi fuerimus, ad testimonium et consilium regis et patriarche Ierosolimitanorum ac magistri domus Teotonicorum et aliorum proborum hominum de terra, ibidem ad servitium Iesu Christi expendemus in[b] usus eosdem vel alios, ubi eis magis visum fuerit expedire. Quod[c] si aliquo casu nos acciderit tunc abesse, memorata pecunia in predictorum regis et patriarche ac magistri domus sancte Marie Teotonicorum manibus deponetur, per ipsos in Terre Sancte negotio expendenda. (3) Passagium dabimus, si venerint in primo passagio vel in duobus subsequentibus[d] passagiis, duobus milibus militum et familiis eorundem et pro milite tribus equis. (4) Ducemus nobiscum centum calandras et tenebimus quinquaginta galeas similiter[e] per totum biennium, si necesse fuerit, bona fide armatas. Quod si aliquo tempore illius biennii non esset necesse illas teneri vel si forsitan non possent inveniri homines necessarii apparatui earundem, extimabuntur fideliter sumptus illi, qui in eis tenendis necessarii haberentur, si[f] tenerentur armate eo modo quo debuissent armari, et tantundem[g] in pecunia numerata persolvemus in ipsius terre negotio expendendum[h]. Eo modo per omnia, quo superius de quinquaginta marchis militum est expressum[i]. (5) Preterea deponemus in manibus predictorum regis et patriarche ac magistri et fratrum domus Teotonicorum centum milia unciarum auri vel equivalentiam[k] in argento hiis terminis persolvenda: in instanti passagio[l] Augusti huius tertiedecime indictionis viginti milia, [sequenti passagio Marcii XIIII. indictionis alia viginti milia][m], sequenti[n] passagio subsequentis Augusti eiusdem XIIII. indictionis viginti milia, alia quadraginta milia in duobus subsequentibus passagiis Martii et Augusti anni secundi; ita quod partes memorate pecunie persolute per terminos antedictos ultra mare in singulis passagiis deportentur. Si vero in aliquo[o] termino plus persolverimus, quam superius est expressum, tantum minus solvere tenebimur passagio subsequenti. (6) Quando autem nos in fine biennii ad passagium assignatum transfretare continget, reddentur nobis dicta centum milia unciarum ad expendendum in servitio Dei et Terre Sancte. Et si nos, quod Deus avertat, in terra illa vel citra ante passagium memoratum obire contigerit vel alia quacunque de causa forsitan non transierimus, rex et patriarcha et magister domus Teotonicorum predicti ad laudem et consilium magistrorum Hospitalis et Templi ac aliorum proborum hominum de terra expendent eandem pecuniam bona fide, sicut melius viderint expedire utilitati Terre Sancte, in servitio Iesu Christi et terre pro salute anime nostre et antecessorum nostrorum. (7) Si vero, quod absit, infra prescriptum terminum passagio assignatum quicquam humanitus de nobis acciderit, vel si aliquid vel aliqua forte defecerint de hiis que superius expressa[p] sunt et promissa, regnum nostrum Sicilie remanebit ad ea omnia obligatum, ita quod quicumque illud tenebit, ea integre tenebitur adimplere. (8) Nos autem personaliter iuravimus, quod transibimus ultra mare in subsidium Terre Sancte in passagio suprascripto, et Raynaldum ducem[q] Spoleti iurare fecimus in anima nostra, nos firmiter et fideliter servaturos reliqua omnia, sicut superius sunt expressa; et predicta omnia observabimus bona fide, lata ex nunc excommunicationis sententia, in quam incidemus, si non transiverimus[r] in passagio suprascripto vel non duxerimus et[s] tenuerimus nobiscum mille milites vel non miserimus prescriptam pecuniam, sicut superius est expressum. (9) Si autem defecerimus in aliquibus vel in aliquo ceterorum, ecclesia Romana sententiabit

**102.** b) in — alios *des.* 2. c) Quod — negotio expendenda *des.* 2. d) sequentibus 2. e) similiterque 2. f) et 1. 2. g) *correxi;* tandem 1—3. h) expendenda 1; expendendo 2; expendendam 3. i) expresum 1. k) equivallentiam 1; equipollentia 2. l) subsequentis *add.* 2. m) sequenti — milia *des.* 1—3; *recte supplevit Pertz.* n) sequenti — milia *des.* 2. o) alio 1. 2. p) expresa 1. q) natum quondam ducis 3. r) transfretaverimus 3. s) vel 3.

in nos et in terram nostram de spontaneo et iam prestito consensu nostro. Quod[t] si in alicuius termini solutione defecerimus, lata sententia teneamur astricti; ita quod, si post terminum elapsum per testimoniales litteras illorum, qui pro rege ac patriarcha et magistro hospitalis Teotonicorum ad recipiendum statutis terminis ipsam pecuniam 5 statuentur, ecclesie Romane constiterit, nos de huiusmodi satisfecisse defectu, statim super illo articulo absolvemur nec super aliis occasione illius sententie gravabimur ullo modo. (10) Ad huius autem rei maiorem evidentiam presens scriptum fieri fecimus et bulla aurea nostro tipario inpressa iussimus insigniri.

Datum apud Sanctum Germanum, anno dominice incarnationis MCCXXV, mense 10 Iulii, XIII. indictionis[u].

### 103. *EPISTOLA AD PONTIFICEM.* *Iul. 28.*

*Damus e* 1) *codice Cencii dicto S. Angeli in tabulario Vaticano asservato Arm. III ord. 2 nr. 2526, saec. XIII. ex. fol. 163, quem exemplavit Pertz;* 2) *codice Parisino lat. 4188 saec. XV, et ipso Cencii opus continente, quem adhibuit Huillard et contulit* 15 *Molinier. — Huillard-Bréholles II, 500. Böhmer, Reg. imp. V, 1570. (P. deest.)*

Beatissimo patri domino Honorio Dei gratia sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Fredericus eadem gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie[a] salutem et reverenciam filialem.

Venerabiles fratres vestros dominum Albanensem episcopum et dominum G. 20 tituli Sancti Martini venerabilem presbyterum cardinalem affectione sincera et honore condecenti suscepimus et ipsos ilariter vidimus et audivimus diligenter. Super hiis autem, que per[b] illustrem regem et venerabilem patriarcham Ierosolimitanum[c] et magistrum domus Theotonicorum coram paternitate vestra fuere tractata et per vos et venerabiles cardinales consulta deliberatione provisa, iuxta beneplacitum processimus, 25 singula executioni mandantes, prout in patentibus litteris bulla aurea insignitis profusius continetur.

Dat. apud Sanctum Germanum, XXVIII. die[d] Iulii, XIII. indict.

---

# 104. PROMULGATIO VICARII IN LEGATIONE TUSCIAE.

30 1226. Mai. 20.

*Dedit Hermannus Pabst b. m. e copiario civitatis Senensis dicto 'Caleffo vecchio', in tabulario regio nunc asservato, ubi bis legitur inscripta* 1) *fol. 171' a Buonfilio notario a. 1227. Iun. 26 et* 2) *fol. 195' ab Iohanne notario a. 1229. Dec. 15. — Huillard-Bréholles II, 570. Böhmer, Reg. imp. V, 1607. (P. deest.)*

35 Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex universis prelatis ecclesiarum, marchionibus, comitibus, baronibus, potestatibus, rectoribus, consiliis et comunibus civitatum, villarum et castrorum per Tusciam con-

**102.** t) Quod — ullo modo *des.* 2. u) indictione 1.

**103.** a) semper augustus *sequuntur hic* 2. b) *deest* 1. 2. c) Ierosolimitarum 2. d) *deest* 2.

stitutis quibus presentes littere ostense fuerint, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem.

Ecce quod nos mittimus in Tusciam fidelem nostrum Bertoldum[a] fratrem Rainaldi[b] ducis Spoleti et Tuscie legati, ut rationes omnes inperii loco eiusdem legati diligenter inquirens recipiat fideliter et procuret. Quare universitati vestre firmiter et districte sub optentu gratie nostre precipiendo mandamus, quatinus predicto Bertoldo[c] tamquam vicario predicti legati fratris sui a nostra maiestate transmisso de omnibus rationibus inperii ad honorem et fidelitatem nostram parere et intendere studeatis, adversus[d] contradictores, si qui[e] fuerint, auxilium et consilium efficaciter impensuri, ubi expedierit et ab universis vestris et singulis duxerit requirenda; mandatum nostrum taliter impleturi, ut universitatem vestram possimus merito commendare. Nos enim eidem Bertoldo[c] dedimus in mandatis, ut auctoritate nostra et vice dicti legati, si opus fuerit, banna et penas imponat[f] pro rationibus nostris inperii optinendis. Que banna et penas, sicut imposuerit, rata et firma penitus haberi volumus et teneri.

Dat. Parme[g], XX. mensis Madii, XIIII. indict.

---

# 105. EPISCOPORUM DE EXCOMMUNICATIONE LOMBARDORUM DECLARATIO.

## 1226. Iun. 10.

*Damus e Copiario Hildesheimensis capituli saec. XV. in tabulario Hannoverano asservato VI. 11, p. 642 nr. 1228, quem etiam adhibuit Sudendorf 'Registrum' I, 89 nr. 42. — Huillard-Bréholles II, 609. Böhmer, Reg. imp. V, 1624. (P. deest.)*

G. Dei gratia patriarcha Ierosolimitanus, A. Magdeburgensis, Burdegalensis, Mediolanensis, L. Reginus archiepiscopi, Iacobus Acconensis, E. Merseburgensis, H. Wormatiensis, Curiensis, Nuenburcensis, Basiliensis et Brixinensis, G. Parmensis, Imolensis, Brixiensis, Pergamensis[a], Vercellensis, Novariensis[b], Astensis, Terdonensis, Aretinus et Thaurinensis[c] episcopi, Morbacensis, Prumiensis, Fabariensis et Nonantulanus[d] abbates. Notum facimus universis presens scriptum perspicientibus, quod cum dominus Fridericus[e] illustris Romanorum imperator semper augustus, Iherusalem et Cicilie rex sibi assumeret onus ad negocium Terre Sancte divinitus inspiratus, in Ytaliam venire proposuit de consilio sapientum pro dicto negotio promovendo, filio suo illustri Romanorum regi semper augusto ac principibus Alemannie die et loco ad hoc specialiter assignatis, sicut ex litteris ipsius imperatoris, quibus vocavit eosdem, evidenter apparet. Porro cum ad locum secundum propositum statuto termino declinaret transiretque pacificus per civitates et stratas, nemini iniuriam inferens vel gravamen, prout tam sancto proposito noverat plenius expedire, dictus filius cum principibus antedictis a quibusdam civitatibus Lombardie, videlicet Mediolanum, Brixia, Mantua, Verona, Tervisium, Padua, Vercelle[f], Bononia, Faiencia, Placencia et Alexan-

**104.** a) bertuldum 2. b) ranaldi 2. c) bertuldo 2. d) ad ũsus 1. e) siqui 1. 2. f) im ponat 1. g) Parm̃ 1. 2.

**105.** a) pargamensis *c.* b) nauarieñ *c.* c) thaureñ *c.* d) nonentulanus *c.* e) Fr. *c.* f) Vercell̄ *c.*

dria, aperte fuit et efficaciter impeditus, ita quod ad patrem venire non potuit, sibi et suis transitu penitus denegato, licet dominus imperator indempnitati civitatum ipsarum cavere offerret et disponere usquequaque. Sed ipsi cives cauciones huiusmodi inter ceteras exigebant: videlicet quod quamdiu ipse dominus imperator esset in Lombardia, Marchia vel Romagnola, ipsos supponere banno imperiali non posset, volentes astringere ipsum filium ac principes memoratos, ut mille et ducentorum equorum numerum non excederent ad colloquium venientes, victualia quoque, que dominus imperator ad idem colloquium deferri pro suis et suorum necessitatibus faciebat, specialiter inhibendo; et si aliquos secum habebat armatos, ipsos ad propria remitteret, antequam ad ipsum filius perveniret. Cum igitur indecens esset ac penitus inhonestum, dominum imperatorem taliter coartari, ut ad instantiam querulancium non posset iusticiam exercere, cum legis dator non debeat legis execucione privari ac iurisdictio debeat comitem cohercionem habere, regem Alemannie, Aquilegensem patriarcham, Maguntinum, Treuerensem, Salceburgensem archiepiscopos, Herbipolensem, Babenbergensem, Haluerstadensem, Pattaviensem, Augustensem et Tergestinensem episcopos, Austrie, Bawarie[g], Carinthie, Meranie et Limburc duces, marchionem de Andest ac alios nobiles et barones quamplures, qui cum eis erant, ad tam modice numerum quantitatis astringi, quod venire non possent ad colloquium aliqua ratione, nisi quilibet eorum maiorem partem proprie familie remitteret predicta necessitate coactus ac taliter ipsi colloquio interesset sine servitoribus indecenter — quamvis dominus imperator non habens animum aliquem offendendi[h] — ut remissis destrariis atque armis, dummodo sub numero qui deceret venirent ad colloquium nominatum. Mirumque pluribus videbatur, quod prohiberetur propriis victualibus sustentari, cum predecessores sui satis aliter se habuerint transitum per imperium facientes. Quod autem ad instanciam civitatum, armatos quos secum habebat, antequam ipse filius cum principibus perveniret ad ipsum, remittere teneretur, suspicionis scrupulo non carebat, quia cum adhuc dubium esset, utrum ad ipsum filius venire deberet, si sic remitteret quos habebat, certa relinqueret pro incertis, sicque solus inter eos utique remaneret, qui iam ei certis indiciis reddiderant se suspectos. Requirebant preterea, quod dominus imperator, filius eius ac principes eorumdem se iurisdictioni domini legati supponerent in hac parte, qui terras interdicere teneretur ex pacto et excommunicare personas, si, quamdiu in Ytalia moraretur, civitates predictas bello vel modo quolibet molestaret, ac personam domini imperatoris, precipue si preter molestationes reliquas vellet statum eorum etiam iuris ordine aggravare, et dominus papa has sententias confirmaret. Quod quidem hilariter admisisset, si iuris equitas et honestas fieri talia paterentur. Cum autem admittere supradicta imperialem excellentiam penitus dedeceret, maluit sibi illatas iniurias sustinere, quam ad inconveniencia obligari, que superius sunt expressa. Inter hec venerabilis Hildesemensis episcopus ad domini imperatoris instanciam produxit in publicum domini pape literas, in quibus continebatur expresse, quod in favorem ac reverenciam crucis Christi dominus papa suscipiebat sub beati Petri protectione et sua ipsum dominum imperatorem ac filium eius, honores, iura imperii atque regni, eidemque domino episcopo firmiter iniungebat, ut quocienscumque foret super hoc requisitus, monicione premissa, censura ecclesiastica coherceret perturbatores imperialium iurium et honorum. Unde a nobis, tamquam vir providus et discretus, consilium postulabat instanter, utrum propter precedentes iniurias et offensas in prefatos Lombardos animadvertere teneretur de iure, interdicendo terras et personas eorum excommunicacionis vinculo innodando. Ad quod ei duximus unanimiter consulendum, quod cum ipsorum Lombardorum immoderatus excessus liquido demonstraret evidentem

**105.** g) bowarie *c.* h) *hic aliqua deesse videntur, quae simul apodosin incipiebant, e. g.* neminem laeserat, tamen praecepit.

contumaciam et iniurias eorumdem, secundum formam mandati apostolici sentenciando procedere contra eos de iure poterat et debebat. Ea propter ad ipsius episcopi instanciam et excusacionem ac processus firmitatem eiusdem, duximus hec nostra consilia sigillis presentibus solempniter communire.

Actum aput Parmam, anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo XXVI, X. Iunii, XIIII. indictionis.

---

# 106. CASSATIO COMMUNIAE CIVIUM CAMERACENSIUM.

1226. Iun.

*Dedit vir d. Arndt e duobus autographis, quae iam asservantur in tabulario publico Insulano, et quidem* 1) *fonds Delattre nr. 24, cuius bulla aurea, quae saeculo praeterito adhuc appendebat*[1], *nunc deperdita est, filis sericis rubri et flavi coloris superstitibus; et* 2) *fonds de Cambray, cui appendet adhuc sigillum imperiale cereum filis sericis rubri et flavi coloris. — Huillard-Bréholles II, 629. Böhmer, Reg. imp. V, 1638.*

*(P. deest.)*

(C.) ¦ In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. ¦ Cum imperatoriam deceat maiestatem, merita suorum fidelium diligenter attendere et subiectorum postulationibus iustis adesse, tanto pocius ad sacrosanctas ecclesias oculos tenetur reducere pietatis, quanto regi regum gracius residet, cum et sue pietatis operibus noster adhibeatur assensus. Eapropter notum fieri volumus universis fidelibus nostris tam presentibus quam futuris, quod accedens ad presentiam nostram Godefridus venerabilis Cameracensis episcopus, dilectus princeps et fidelis noster, nobis exposuit, qualiter inter ipsum ex parte una et cives Cameracenses ex altera conpositum extitit et firmatum, ut privilegia, que utraque pars ab antecessoribus nostris Romanorum imperatoribus seu regibus se habere dicebat, ad curiam Alemannie deferre deberent et ea in ipsa curia presentare, ut per iudicium eiusdem curie videretur, que pocius ex ipsis, cassatis aliis, deberent firmitatem roboris obtinere[a]. Verum quia dictus episcopus ad curiam pretaxatam accessit, et nemine pro parte predictorum civium in ipsa curia conparente, licet quidam ex civibus ipsis accederent ad eandem, qui nec mandatum nec procurationis litteras ostendebant et coram dilectis principibus nostris venerabilibus Basiliensi et Lausanensi episcopis ac Morbacensi abbate, quos ipsis dedimus auditores, exciperent, quod privilegia memorata non nisi in curia Alemannie ostendere tenebantur, dicentes non esse curiam Alemannie ubi nostra esset persona, dictus episcopus maiestati nostre tam devote quam humiliter supplicavit, ut cassatis penitus et irritatis omnino privilegiis civium predictorum, sicut alias in sollempnibus Alemannie curiis contra ea extitit iudicatum, prout in scriptis inde confectis noscitur contineri, ecclesie sue privilegia benignius acceptare nostra serenitas dignaretur et ea in statu suo firmitate perpetua consistere iuberemus. Nos autem supplicationibus suis, quas consentaneas vidimus rationi, benignius inclinati, quia dicti cives nec venerunt

**106.** a) optinere 2.

1) *V. Mutte 'Mémoire pour l'archevêque de Cambrai' (Paris 1772) pièces justif. p. 35 nr. 21.*

nec privilegia sua, sicut inter eos convenerat, ad dictam curiam transmiserunt, verbis tamen illorum civium predictorum, qui nec mandatum nec litteras procurationis ut dictum est ostendebant, frivolis penitus reputatis, cum ibi sit Alemannie curia ubi persona nostra et principes imperii nostri consistunt, de consilio et providentia principum tunc existentium nobiscum in curia memorata sententialiter decrevimus privilegia dictorum civium cassa de cetero et inania reputari, privilegiis memorati episcopi et ecclesie sue Cameracensis in suo robore perpetuo duraturis. De liberali quoque nostre munificentia maiestatis volentes Cameracensem ecclesiam a dictorum civium molestiis et gravaminibus de cetero respirare quibus actenus[b] ab eisdem civibus multipliciter vexabatur, firmiter inhibemus, ne sono campane ad aliquam convocationem civium faciendam ammodo predicti[c] cives utantur vel ad sonum ipsum convenire presumant. De mera liberalitatis nostre clementia statuentes, ut preter alia iura iam dicte Cameracensis ecclesie competentia memorato episcopo suisque successoribus in predicta civitate Cameracensi libere pro sua voluntate prepositos suos instituere liceat et scabinos, et cum eis placuerit, querelas civitatis audient et terminabunt vel prepositis suis audiendas et decidendas relinquent, nulla iurisdictione predictis[d] civibus nomine comunie vel consuetudinum quas pacem nominant reservata, sicut in privilegiis predecessorum nostrorum, quas[e] eadem Cameracensis ecclesia habere dignoscitur, apertius continetur. Statuentes et presentis privilegii autoritate[f] firmiter iniungentes, ut nulla omnino persona magna vel parva, secularis vel ecclesiastica[g] contra prescripta omnia tempore aliquo temerario ausu venire presumat vel dictum episcopum et successores suos ac ecclesiam supradictam exinde molestare. Quod qui presumpserit, in sue temeritatis vindictam indignationem nostram et penam quingentarum librarum auri puri se noverit incursurum, quarum medietas camere nostre, altera vero passis iniuriam persolvatur. Ut autem hec omnia rata semper et inconvulsa permaneant, presens privilegium fieri et bulla[h] aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri.

Huius vero rei testes sunt: Albertus Magdeburgensis, H. Mediolanensis et Lando Reginus archiepiscopi, . . Curensis et abbas Sancti Galli, . . Cicensis, . . Basiliensis, . . Lausanensis, . . Warmatiensis, C.[i] Yldesemensis, Iacobus Taurinensis, Maynardinus Ymolensis et A.[k] Cenetensis episcopi, L. lantgravius Thuringie, . . dux Saxonie, Raynaldus dux Spoleti, comes S.[l] de Vienna, et alii quam plures.

Signum domini Friderici secundi Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti (M.) Ierusalem et Sicilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXVI, mense Iunii, quartedecime indictionis, imperante domino nostro Friderico secundo Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, anno Romani imperii eius sexto, regni Ierusalem primo et regni Sicilie vicesimo nono; feliciter amen.

Dat. apud[m] Burgum sancti Donini, anno, mense et indictione prescriptis.

**106.** b) hactenus 2. c) predicti ammodo 2. d) prefatis 2. e) *sic* 1. 2. f) auctoritate 2. g) eccl. vel secularis 2. h) *pro* bulla — impressa 2: sigillo maiestatis nostre. i) . . 2. k) Albertus 2. l) Syfridus 2. m) aput 2.

# 107. ENCYCLICA DE BANNITIONE LOMBARDORUM.

1226. Iul. (12.)

*Supersunt exemplaria haec:* 1) *autographon Cremonensibus missum, etiamnunc asservatum in tabulario civitatis sign. 1925 (olim YY), iam pro parte vix legibile, quod in nostros usus exemplavit vir d. Laurentius Astegiano professor Cremonensis; in ima membrana foramina filis apta adspiciuntur*[1]; 2) *exemplar Cumanis missum, quod legitur in Registro tabularii civitatis saec. XIV. in. inscripto* Vetera monumenta civitatis Novocomi, *tom. I, fol. 64, ubi insertum est transsumto, cuius tenorem v. infra*[2]; *contulit Holder-Egger; exemplari Cumano usus est Schiavina historiographus Alexandrinus, cuius annalium codicem quendam in usus suos vertit primus encyclicae editor Ghilini 'Annali di Alessandria' 31 (= Huillard-Bréholles); legitur etiam in editione operis Schiavinae in Monumentis historiae patriae XI (Scr. IV.), 188 et in eiusdem collectionis tomo XVI, 1, 418 ex ipso Registro Cumano edita;* 3) *exemplar Astensibus missum legitur in Cartario seu Codice Astensi saec. XIV, qui asservatur in bibliotheca publica Taurinensi, F. II. 9 parte II, fol. 9 nr. 22, e quo editum est a Böhmero in Actis imperii selectis 254 nr. 290; qui mendas codicis tacite emendavisse videtur, cum editor proximus Quintinus Sella 'Atti della reale accademia dei Lincei, anno CCLXXIII, serie seconda', vol. V. (Roma 1880), p. 91 earum complures adnotaverit. Codicum 2 et 3 paucas tantum lectiones adnotari necesse erat; discrepantias editionum codicis 3 siglis* 3 B *et* 3 S *adnotavimus.*

*Exemplar Imolensibus missum, cuius apographon exstat in tabulario civitatis sign. I. 64, die Iulii 12 datum esse, adnotavit vir cl. Ficker*[3]. — *Huillard-Bréholles II, 642. Böhmer, Reg. imp. V, 1658.* *(P. deest.)*

F.[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex potestati[b], consilio totique comuni Cremone[c], fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. (1) Expectavimus hactenus, ut Lombardi coniurationis et[d] societatis illicite, qui contra nostrum[e] et imperii honorem quodam elationis spiritu conspirarunt et desipuerunt nequiter in insipientia cordis sui, resipiscerent[f] ab errore ac resumentes animum fidei viam perfidie non tenerent. Set ecce, quod dolentes dicimus, adeo pertinaciter hostinati[g] sunt in reprobis viis suis, quod nec verba salutis accipere nec conversionis tramitem agnoscere voluerunt, quin manifeste contra Deum et Romanam matrem ecclesiam [in] fidei catholice[h] et totius christiani nominis lesionem, contumeliam crucis et ignominiam imperii graviorem, ad impediendum generalem curiam pro reformatione pacis, extirpanda heretica pravitate et Terre Sancte negotio celebrandam

**107.** a) FR. 2; Fredericus 3. b) *pro* potestati — Cremone 2: venerabili episcopo, clero, potestati, consilio totique comuni Cumarum. c) Astensi 3 B; Astensium 3 S. d) et soc. *des.* 2. e) urm 2. f) rescipiscentes 2. g) obstinati 2. 3. h) cath. fid. 2.

1) *Variae lectiones paucae, quas ab Hippolyto Cereda b. m. communicatas dedit Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 929, non omnes genuinae sunt.* 2) Ego Rovolus notarius de Larouole (*corr.* lauole), filius condam Brugnoli de Larovole, de Cumis hoc exemplum ex hautentico seu privilegio rescripto, sigillo munito suprascripti domini Fr. Romanorum imperatoris, exemplavi et iussu domini Bertoldi marchionis de Fohenburch, potestatis Cumarum et de mandato imperiali eiusdem civitatis et eorum circumstanciis capitaneus generalis, scripsi et suscripsi, et sicut in eo continebatur, ita et in isto legitur preter litteras plus minusve. *Registrum illud apographon Registri antiquioris deperditi esse, statuit Holder-Egger.* 3) *Cf. 'Archiv' XII, 573.*

temerariis ausibus excessissent. Nam cum eorum indempnitati pro transitu regis filii nostri et principum, qui ad eamdem curiam veniebant, cavere voluerimus, ut decebat, per venerabilem Portuensem et Sancte Rufine episcopum, apostolice sedis legatum, Ierosolimitanum patriarcham, archiepiscopos, episcopos et per magistrum domus Theotonicorum in Ierosolima, quos ad eosdem Lombardos apud Mantuam sepius misimus, numquam obstinata protervia[i] eorumdem ad humilitatem et pacientiam nostram, ad preces et monita potuit a concepte iniquitatis proposito declinare, quin per inhonestas et indecentes petitiones in depressione[k] honorum et iurium nostrorum[l] nos ad inconveniens deducere moliretur. (2) Quod cum maiestatem nostram et dignitatem imperii penitus dedeceret ac super eisdem petitionibus consilium predictorum Ierosolimitani patriarche, archiepiscoporum, episcoporum, principum et aliorum imperialis aule procerum quereremus, per eos nobis extitit dissuasum, ut ad tam illicitas petitiones nos[m] deberemus astringi, sicut in generalis[n] scripto consilii per eosdem prelatos solempniter facto[1] plenius continetur. Preterea dilectus princeps noster venerabilis[o] Yldesimensis episcopus, cui per apostolicas litteras est commissum, ut quia dominus apostolicus nos, regem filium nostrum, imperium et regnum, iura, honores et rationes nostras, pro eo quod onus assumpsimus Terre Sancte, sub beati Petri et sua protectione susceperat, in perturbatores honorum[p] nostrorum et iurium excommunicationis in personas et interdicti in terras sententiam ferret, quotiens a nobis existeret requisitus[q], citavit eosdem[r], assignato eis termino, quo ad satisfaciendum nobis de commissis excessibus ad presentiam nostram venirent, eos inducere apostolica auctoritate non potuit nec a via erroris[s] in qua[t] deviaverant revocare. Nos quoque per litteras nostras universis et singulis eorum iniunximus, peremptorium terminum indicentes[u] eisdem, videlicet usque[v] ad sequentem diem festi sancti Iohannis[w] proximo preteriti[x], quo se de commissis satisfacturos excessibus et iniuriis nostro conspectui presentarent. Quod pertinaciter[y] contempserunt. (3) Super quibus consultati patriarcha predictus ceterique prelati nec non principes et proceres nostri, iudices curie nostre ac plures alii sapientes, si possemus et[z] deberemus ex dignitate nostra pro tam gravibus iniuriis et offensis procedere contra eos, tamquam contra reos criminis lese maiestatis, in personis et rebus et spetialiter ad imponenda banna et privationem omnium iurisdictionum tam civilium quam criminalium, tam voluntariarum quam contentiosarum, regalium, dationum, pheudorum, donationum, privilegiorum, offitiorum, iudicatus, tabellionatus, missorum regis et omnium honorum, potestarie et consulatus, monetarum et privationem etiam omnium eorum[a], que possent eis ex pace Constantie[b] universis aut singulis provenire, et eorum omnium, que ab imperio seu[c] a nobis, avo nostro et patre nostro imperatore[d] Henrico aut ab aliis imperatoribus predecessoribus nostris tenent, habent seu possident, tenuerunt[e], habuerunt seu possederunt, nec non in aliis animadvertere contra eos: ex comuni deliberatione et[f] approbato consilio nos id debere ac posse concorditer providerunt, sicut memorialia eorum scripta consilii manifestant. (4) Set patientia nostra non destitit, quin ad eorum conversionem nostra libentius intentio[g] verteretur. Permisimus enim predictum venerabilem Portuensem[h] apostolice sedis legatum convenire cum rectoribus, quin potius perversoribus eorumdem. Qui cum apud villam

Iun. 25.

**107.** i) protervitas 2. k) depressionem 2. l) nost. iurium 2. m) non 2. 3. n) generali 2. 3. o) *deest* 2. p) bonorum 2. q) quotiens esset requisitus a nobis 3. r) et *add.* 2. s) honoris 1. t) quam 2. u) ind. eisdem *des. hic* 2. v) *deest* 2. w) babtiste *add.* 3. x) indicentes eisdem *add. hic* 2. y) pertinacius 2. z) ac 2. 3. a) eor. om. 3. b) Costantie 1. c) 2 *sic:* seu a domino Fr. imperatore avo nostro seu a patre nostro imperatore Henrico aut ab aliis imperatoribus pred. nostris seu a nobis tenent. d) imperatoribus Frederico et 3. e) et *add.* 2. f) *deest* 3. g) int. lib. 2. h) episcopum Portuensem 2; Port. ep. 3.

1) *V. supra nr. 105.*

Marcarie[i] formam quamdam pacis invenerunt et de communi assensu civitatum coniuratarum approbata existeret[k], redactam in scriptis per venerabilem Mediolanensem archiepiscopum, Mantuanum[l], Brisciensem episcopos, dominum Alatrinum domini pape[m] subdyaconum et capellanum et fratrem Gualam de ordine Predicatorum nostris nuntiis optulerunt. Que cum nobis representata fuissent, nos ad supplicationem et instantiam prelatorum, licet instarent principes ex adverso, quod non deberet recipi talis forma, petitioni tamen et forme oblate pacis adeo humiliter acquievimus, ut mirabile fieret universis, quod illum quem imperialis celsitudo deposceret in nobis animum non viderent. (5) Set cum diem eis prefixerimus adque[n] locum in quibus comparere[o] deberent, pacem quam apud Marcariam[p] optulerant impleturi, nuntiis nostris ad eos ducendos euntibus, sicut venire pro pactis adhimplendis debuerant, non venerunt, set variantes propositum et affectum, potius illudere quam velle satisfacere videbantur, sicut singula sub sigillis et testimonio[q] prelatorum qui interfuerunt plenarie continetur. (6) Ne igitur Lombardi coniurationis eiusdem super tanta possint insolentia et illatis nobis et imperio[r] iniuriis insultare, die sabbati presentis Iulii XI[s], indictionis XIIII.[t] apud Burgum sancti Donnini in maiori ecclesia, solemni et generali curia venerabilium archiepiscoporum, episcoporum, principum et aliorum nostrorum procerum congregata[u], residentibus nobis et existente[v] nobiscum[w] venerabili Ierosolimitano patriarcha, presentibus[x] quoque nobilibus et prudentibus viris et iudicibus curie nostre et populi multitudine infinita, littere sancti[y] patris summi pontificis super delegatione dicto Ildesemensi episcopo contra perturbatores nostrorum iurium et honorum[z] iam commissa in puplicum sunt deducte. Quibus sollempniter recitatis, perlectis quoque et expositis scriptis domini patriarche et omnium tunc presentium prelatorum sub sigillis et testimonio eorumdem, per quos et eidem Ildesemensi episcopo, quod auctoritate apostolici mandati[a] posset in eosdem coniurationis Lombardos procedere et quod nos iuxta dignitatis nostre fastigium animadvertere et banna imponere deberemus pariter et possemus, provide consulebant[b]. Exposita quoque ultima forma pacis, quam adimplere[c], sicut apud Marcariam[d] convenerant, denegarunt, prefatus[e] Ildesemensis episcopus in civitates coniurationis et societatis illicite, videlicet Mediolanum[f], Brisciam, Mantuam, Veronam, Placentiam, Vercellas, Alexandriam, Laudam, Tervisium, Paduam, Vicentiam, Bononiam et Faventiam, et ceteras civitates coniurationis eiusdem ac fautores earum apostolica autoritate[g] suum est offitium executus, excommunicationi personas et terras interdicto supponens. Prelatis quoque civitatum ipsarum apostolica fretus auctoritate prohibuit, ne comunicent cum eisdem, set evitent eos et fatiant artius evitari et divina sibi offitia interdici. (7) Dicto igitur delegato suum offitium exequente, nos stipati principibus nostris tam ecclesiasticis quam mundanis de comuni deliberatione ac sententia eorumdem principum nostrorum et aliorum Romani imperii procerum in eadem curia residentium, iudicum quoque curie nostre ac plurium sapientum ex auctoritate nostra et imperii pronunciavimus et condempnavimus omnes civitates ipsas in personis et rebus et omnes cives[h] et habitatores earum[i] districtuum et episcopatuum earumdem[k] in banno imperii posuimus et nostros et imperii bannitos et hostes denuntiavimus et tamquam reos criminis lese maiestatis tam universos quam

Iul. 11.

**107.** i) Marcharie 3. k) ex. ap. 2. l) et *add.* 3. m) et *add.* 2. n) atque 2. 3. o) venire 2. 3. p) Marchariam 2. 3. q) testimonia 1; testimonium 2. r) imperii 1; Romano imperio 2. s) XI. presentis mensis Iulii 2; XI. mensis presentis Iulii 3. t) indictione XIIII. 2. u) congreta 1. v) assistente 2. w) *deest* 3. x) 2 *sic*: presente quoque nobilium iudicum curie nostre et virorum prudentum et populi *etc.* y) sanctissimi 2. 3. z) hon. et iur. 2. a) mand. ap. 2. b) providere consultabant 2. c) implere 2. d) Marchariam 2. 3. e) venerabilis 2. f) *ordo civitatum in* 2: Mediolanum, Mantuam, Veronam, Vincentiam, Paduam, Terusium, Bononiam, Favenciam, Brixiam, Laudam, Vercelleñ, Alexandriam. g) auctor. ap. 2. h) cives et *des.* 2. i) ipsarum 3; et *add.* 2. k) suorum 2.

singulos privavimus[l] omni iurisdictione tam civilium quam criminalium, tam voluntariarum quam contentiosarum, dationum, pheudorum, donationum, privilegiorum, regalium, honorum omnium, offitiorum iudicatus, tabellionatus, missorum regis, potestarie, consulatus et monetarum. (8) Privavimus etiam sententialiter civitates predictas[m] et cives earum hiis omnibus, que possent eis ex pace Constantie universis et singulis provenire, ac ceteris omnibus, que ab imperio seu ab imperatoribus supradictis[n], avo scilicet[o] et patre nostro, et aliis predecessoribus nostris dive recordationis augustis aut[p] a nobis tenent, habent seu possident[q], tenuerunt, habuerunt seu possederunt. Item privavimus vavassores et cataneos[r] eorum[o] ab honoribus et specialiter ab[s] honore cathaniatus et vavassoriatus, ut de cetero non possint dici nec nominari cathanei vel[t] vavassores, et prohibuimus[u] ipsos et alios[v], ne de cetero ad tales vel ad alios honores ascendant. Item[w] quod statuta non fatiant, et[o] facta cassavimus[x], et quod, si de cetero fecerint, ipso iure inania et irrita censeantur. Item privavimus eos omnibus legitimis actibus, ita quod non[y] habeant ius testandi, testificandi, alienandi et[z] succedendi ex testamento vel ex[a] intestato, nec capiendi ex causa donationis inter vivos vel ex causa mortis vel iure codicillorum vel alio quolibet modo, et quod ipso iure perpetuo sint infames. (9) Pronunciantes insuper[b] et[c] presenti santientes edicto, ut omnes fautores civitatum earum vel[d] qui eis de cetero auxiliari vel assotiari presumpserint[e] vel aliquem[f] de civitatibus supradictis[g] in potestatem, rectorem[h], consiliarium, assessorem assumpserint[i], eidem condempnationi[k], banno et privationi subiaceant. Scolas et studia ab eisdem civitatibus statuimus et iubemus perpetuo removeri[l], doctores et scolares, qui contra presentem constitutionem nostram in eisdem civitatibus adque[m] locis docere, legere vel audire presumpserint, perpetua infamia denotantes[n], offitiis[k], honoribus et legitimis actibus privantes eosdem. Statuimus insuper, ut quicumque[o] bannitos et hostes nostros et Romani imperii offenderit[p] in personis et rebus, indempnis transeat[q] et impunis et nullo umquam tempore possit exinde[r] ab aliquo conveniri. (10) Quare universitati vestre[s] firmiter precipiendo mandamus, quatinus omnes civitates predictas, cives[t] et habitatores earum tamquam nostros et Romani imperii bannitos et hostes habeatis et denuntiatos amodo teneatis[u], ipsos[v] etiam[w] in personis et rebus persequi et capere intendatis, mercata[k], negotiationes et stratas per districtus et posse vestrum eis[x] penitus inhibentes et interdicentes civibus et mercatoribus vestris, ne participent vel mercimonia aut aliqua negotia contrahant[y] cum eisdem. Quod qui[z] presumpserint, supradictis penis et bannis se noverint subiacere. Faciatis[a] preterea constitutionis formam[b] per totum districtum et episcopatum vestrum sollempniter publicari.

Datum[c] apud Burgum sancti Donnini, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo sexto, mense Iulii, quartadecima indictione[d].

**107.** l) priv. tam — singulos 2. m) pred. civ. 2. n) a predictis imperatoribus 2. o) *deest* 2. p) seu 2. q) aut *add.* 2. r) capitaneos 2, *similia semper.* s) ab honore *des.* 3. t) nec 2. 3. u) prohibemus 2. v) ipsis et aliis 2. w) privavimus a statutis *add.* 2. x) cassamus 2. y) nec 2. z) *deest* 2. 3. a) ab 2. b) quoque 2. c) ex 1. d) fautores eorum civitates et loca vel ceteri 2. e) presument 2. f) alii qui 2. g) de predictis civitatibus 2. h) *deest* 2. i) assument 2. k) et *add.* 2. l) removenda 2. m) atque 2. 3. n) et ab avocationis, iudicatus, tabellionatus *add.* 2. o) ipsos predictos *add.* 2; predictos *add.* 3. p) offenderint 1. q) *pro* transeat et impunis 2: exinde habeatur. r) vel debeat 2. s) sub debito fidelitatis qua imperio et nobis tenemini *add.* 3. t) *deest* 2. u) facientes presentis condempnationis formam per totum districtum et episcopatum vestrum sollempniter publicari *hic inserit* 2; *v. infra.* v) ipsis 1. w) autem 2. x) eos 1. y) exerceant 2. z) si 2. a) Faciatis — publicare *des. hic* 2. b) presentis *add.* 3. c) Dat. 2. d) quartedecime indictionis 3.

# 108. CASSATIO CONSULATUUM CIVITATUM PROVINCIAE.

## 1226. Oct.

*Dedit vir d. Arndt e transsumto ab Iacobo Evausio notario a. 1288. Ian. 8 confecto, quod exstat in tabulario Massiliensi. Idem apographon tunc asservatum in tabulario regio Aquis Sextiis constituto adhibuisse videtur Papon 'Histoire de Provence' II, preuves p. 50, utpote qui eandem lacunam ac codex praebet. — Huillard-Bréholles II, 683. Böhmer, Reg. imp. V, 1680.* *(P. 256.)*

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex universis per comitatum Provincie et Forcalcarii constitutis quibus presentes littere ostense fuerint, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem.

Pervenit nuper ad notitiam nostram, quod quarumdam civitatum, villarum et aliorum locorum universitates in comitatibus ipsis degentes proprio motu et auctoritate constituerunt iurisdictiones, potestates, consulatus, regimina et alia quedam statuta, que ad sue arbitrium voluntatis exercent et diu iam apud quasdam ipsarum in abusum et pravam consuetudinem inolerunt, allegantibus nonnullis earum, quod concessionem[a] super hiis per comites Provincie et Forcalcarii habuerint et assensum. Cum igitur indecens penitus sit et indignum, ut ab universitatibus talia presumantur, que ledunt Romani imperii dignitatem et in quibus debite fidelitatis et subiectionis tramitem excedentes moliuntur sibi partem eorum que ad merum spectant imperium vendicare, nec comites Provincie et Forcalcarii eadem concedere potuerunt, quia nostra interest huiusmodi enormitatibus obviare, nos ex imperiali auctoritate[b] tam iurisdictiones, consulatus, regimina, potestates et statuta cetera per universitates civitatum inventa quam concessiones super hiis per comites Provincie et Forcalcarii ab eis obtentas ex certa scientia revocamus et inania esse censemus, similia de cetero fieri prohibentes. Mandamus igitur et presenti statuentes sanccimus edicto sub pena . . . .[c] librarum auri, singulis universitatibus iniungentes, quatenus ab eisdem iurisdictionibus, potestatibus, consulatibus, regiminibus et statutis deinceps omnino cessent et nulla universitas civitatum, villarum, castrorum seu locorum ea exercere presumat vel inantea similia attemptare; transgressoribus, si qui fuerint, pena imposita puniendis, quam ad comitem Provincie et Forcalcarii devolvi censemus. Ad huius itaque revocationis memoriam et perpetuam firmitatem presentem paginam fieri fecimus et bulla aurea tipario nostre magestatis inpressa iussimus insigniri.

Dat. Fogie anno dominice incarnationis MCCXXVI, mense Octobris, quintedecime indictionis.

**108.** a) concessione *c.* b) actoritate *c.* c) *foramen in cod.*

# 109-114. PACTA CUM SOCIETATE LOMBARDIAE.

1227. Ian. – Mart.

*Cum epistolae ab Honorio III. et Gregorio IX. pontificibus de hoc negotio emissae 5 aliaque acta nuper a viro d. Rodenberg in Epistolarum saeculi XIII. e Regestis pontificum Romanorum selectarum tomo I. editae sint*[1], *restat ut edendo suppleamus seu repetamus ea quae ad partes tam imperatoris quam Lombardorum pertinent. Pactorum descriptiones seu formas in cancellaria apostolica formatas esse constat, et quidem nr. 109 et 110 annexi erant epistolae Honorii III. ad imperatorem die Ian. 5 datae (Rodenberg nr. 329); 10 forma autem nr. 111 et similis quaedam epistolam Lombardorum pontifici mittendam continens*[2], *quae iam non exstat, inclusae erant epistolae Honorii ad Lombardos die eodem datae (Rodenberg nr. 327).*

## 109. *FORMA EPISTOLAE IMPERATORIS AD PONTIFICEM DANDAE.* *(Ian. 5.)*

15 *Dedit vir cl. Winkelmann in Actis imperii adhuc ineditis 1, 263 nr. 288 I e codice bibliothecae universitatis Bononiensis 317, apographon Registri Honorii III. continente, Reg. V, fol. 157 ep. 444.* *(P. deest.)*

Forma litterarum quas dominus Fridericus imperator debet mittere domino pape.

20 Sanctissimo in Christo patri domino Honorio Dei gratia sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Fridericus eadem gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex salutem et reverentiam tam debitam quam devotam.

Causam discordie nuper inter nos et rectores Societatis Lombardie, Marchie et Romaniole orte, quia videbatur impedimentum afferre negotio Terre Sancte, in provi- 25 dentia et dispositione sanctitatis vestre et fratrum vestrorum posuimus absolute. Eorum igitur provisione super hoc plenius intellecta, pro reverentia Iesu Christi et ipsius Terre Sancte negotio, ipsis universis et singulis de innata nobis clementia remittimus omnem rancorem, malivolentiam, iniurias et offensas, omniaque banna, constitutiones, sententias et ordinamenta, que fecimus vel imposuimus per nos vel per alium aliusve 30 pro nobis Societati eorum seu alicui de Societate ipsa, civitatibus et personis eiusdem, et quecumque ex eis vel ob ea secuta sunt, penitus revocamus et specialiter constitutionem factam de studio et studentibus Bononie; universos et singulos, qui occasione alicuius predictorum lesi videntur, restituentes in integrum in omnibus et per omnia suo statui atque fame, remittendo infamiam omnem et penam, que secute sunt ex 35 aliquo predictorum, ita quod ea que per eos medio tempore acta sunt, non obstantibus supradictis, robur obtineant quod alias obtinere debuerant. Ad hec civitates, loca et eorum personas recipimus in nostre gratie plenitudinem et eis reddimus firmam pacem et specialiter marchioni Montisferrati, Mediolano, Placentie, Vercellis, Bononie, Faventie, Alexandrie, Taurino, Laude, Pergamo, Brixie, Mantue, Verone, Padue, Vicentie, Tre-

40 1) *Et quidem epistolae Honorii III. sub nr. 327. 329. 331. 332. 342; Gregorii IX. sub nr. 345. 349—354; tria rectorum Societatis gesta sub nr. 319—321.* 2) *V. sententiam finalem nr. 111.*

visio, Creme, Ferrarie et comitibus de Blandrato aliisque locis et personis quibuslibet Societatis eiusdem. Faciemus etiam restitui captos occasione predicte discordie cum bonis suis ac alia que occasione huiusmodi capta sunt vel detenta. Insuper faciemus fieri patentes litteras ex parte filii nostri, quod pacem et concordiam istam ratam et firmam habebit quodque remittet Societati predicte omnem rancorem, malivolentiam, 5 iniurias et offensas. Ad plenam autem certitudinem huius rei presentes litteras iuxta ipsius sanctitatis vestre beneplacitum fieri iussimus et maiestatis nostre typario insigniri.

## 110. *FORMA EPISTOLAE IMPERATORIS AD LOMBARDOS DANDAE.* *(Ian. 5.)*

*Dederunt Rodenberg l. c. nr. 330 e Registro Honorii III. lib. XI, 444, cuius edi-* 10 *tionem repetimus, et Winkelmann l. c. p. 264 nr. 288 II e codice Bononiensi.*

*(P. deest.)*

Forma litterarum quas dominus Fridericus imperator debet mittere rectoribus Societatis Lombardie, Marchie et Romaniole.

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et 15 Sicilie rex fidelibus suis rectoribus Societatis Lombardie, Marchie et Romaniole et toti eidem Societati gratiam suam et bonam voluntatem.

Causam discordie nuper inter nos et vos orte, quia videbatur impedimentum afferre negotio Terre Sancte, in providentia et dispositione domini pape ac fratrum suorum posuimus absolute. Eorum igitur provisione super hoc plenius intellecta, pro 20 reverentia Iesu Christi et ipsius Terre Sancte negotio, vobis universis et singulis de innata nobis clementia remittimus omnem rancorem, malivolentiam, iniurias et offensas omniaque banna, constitutiones, sententias et ordinamenta, que fecimus vel imposuimus per nos vel per alium aliusve pro nobis Societati vestre seu alicui de Societate ipsa, civitatibus et personis eiusdem, et quecumque ex eis vel ob ea secuta sunt, penitus 25 revocamus, et specialiter constitutionem factam de studio et studentibus Bononie; universos et singulos, qui occasione alicuius predictorum lesi videntur, restituentes in integrum in omnibus et per omnia suo statui atque fame, remittendo infamiam omnem et penam, que secute sunt ex aliquo predictorum; ita quod ea que per eos medio tempore acta sunt, non obstantibus supradictis, robur obtineant quod alias debuerant 30 obtinere. Ad hec civitates, loca et personas vestras recipimus in nostre gratie plenitudinem et eis reddimus firmam pacem et specialiter marchioni Montisferrati, Mediolano, Placentie[a], Vercellis, Bononie, Faventie, Alexandrie, Taurino, Laude, Pergamo, Brixie, Mantue, Verone, Padue, Vicentie, Trevisio, Creme, Ferrarie et comitibus de Blandrato aliisque locis et personis quibuslibet Societatis eiusdem. Faciemus etiam restitui captos 35 occasione predicte discordie cum bonis suis ac alia que occasione huiusmodi capta sunt vel detenta. Insuper faciemus fieri patentes litteras ex parte filii nostri, quod pacem et concordiam istam ratam et firmam habebit quodque remittet vobis omnem rancorem, malivolentiam, iniurias et offensas. Ad plenam autem certitudinem huius rei presentes litteras iuxta ipsius domini pape[b] beneplacitum fieri iussimus et maie- 40 statis nostre typario insigniri.

In eundem modum debet scribi domino pape verbis competenter mutatis[1].

**110.** a) Plecentie *c.* b) *deest c.*

1) *V. supra nr. 109.*

## 111. *FORMA EPISTOLAE LOMBARDORUM AD IMPERATOREM DANDAE.* *(Ian. 5.)*

*Dedit Rodenberg l. c. nr. 328 e Registro Honorii III. lib. XI, 443.*

*(P. deest.)*

5 Forma litterarum quas Lombardi debent mittere domino imperatori.

Serenissimo et excellentissimo domino suo Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatori semper augusto et regi Ierusalem atque Sicilie illustrissimo rectores Societatis Lombardie, Marchie ac Romaniole totaque ipsa Societas, fideles sui, promptum et fidele servitium.

10 Inter cetera que dominus papa ordinavit et statuit, sicut eius nobis littere declararunt, [hec[a] de fratrum suorum providentia piissime decrevit], ut nos ad honorem Dei omnipotentis et ecclesie sancte sue ac vestrum demus excellentie vestre pro subsidio Terre Sancte in expensis nostris per biennium milites quadringentos, ac civitatibus, locis et personis vestre celsitudini adherentibus faciamus pacem firmiterque 15 servemus, remittentes eis omnem rancorem, malivolentiam, iniurias et offensas, omniaque banna, constitutiones, sententias et ordinamenta, que fecimus vel imposuimus civitatibus, locis et personis vestre celsitudini adherentibus, et quecumque ex eis vel ob ea secuta sunt, penitus revocemus, ac restituamus captivos, qui occasione huius discordie capti sunt, cum bonis eorum, et alia que occasione eiusdem discordie capta 20 sunt vel detenta, ita quod adherentes sublimitati vestre similiter nobis faciant et observent. Alii autem captivi secundum ius restituantur imperii, cum legatum vestrum in Lombardiam pro pace reformanda inter discordes duxeritis destinandum. Constitutiones vero, leges et statuta ab ecclesia Romana et Romanis imperatoribus ac specialiter a vestra celsitudine contra hereticos, receptatores, defensores, credentes et fautores eorum 25 hactenus promulgata vel in posterum promulganda recipiamus et observemus inviolabiliter et efficaciter exequamur, constitutionibus municipalibus editis contra tales nichilominus in suis locis firmiter observandis. Civitatum autem aliorumque locorum potestates, consules et rectores, quocumque nomine censeantur, iurent, quod illa fideliter observabunt, idque suos iurare faciant successores, ponentes ea in statutis civi- 30 tatum aliorumque locorum, ea inde nequaquam imposterum deleturi. Statuta omnia communia et particularia facta contra ecclesias et ecclesiasticam libertatem penitus revocent, de suis constitutionibus deleant et ea vel eis similia decetero non resumant. Ad hec statuta Lateranensis concilii[b] et constitutiones ab ipso domino papa et a vobis super hiis editas observent et iurent imposterum observare, suosque iurare faciant 35 successores. Supradicti vero quadringenti milites teneantur ire in vestro passagio, quod a vobis statutum est et a Romana ecclesia approbatum. Nos igitur omnia, que super hiis ab ipso domino papa et fratribus suis ordinata sunt et statuta, volentes inconcussa servare, promittimus nos ea omnia, sicut superius plenius sunt expressa, humiliter et fideliter completuros. Ad plenam autem rei certitudinem presentes litteras 40 iuxta eiusdem domini pape beneplacitum et preceptum per manum publicam scribi fecimus et sigillorum nostrorum appensione muniri.

In eundem modum debet scribi domino pape verbis competenter mutatis.

## 112. *EPISTOLA IMPERATORIS AD HONORIUM III. Febr. 1.*

*Exscripsit Pertz e Registro Gregorii IX. ann. I*[1], *ubi inscribitur* Tenor litterarum 45 Frederici imperatoris quas idem transmisit bone memorie Honorio pape predecessori

**111.** a) hec — decrevit *des. cod., suppleta sunt ex nr. 114.* b) concilia *cod.*

1) *Cf. Rodenberg nr. 340.*

nostro super facto Lombardorum. *Transscripsit multas formae nr. 109 sententias, alias tamen variavit, imprimis nomen civitatis Ferrariae et appellatio Societatis Lombardorum suppressa sunt, adiecta clausula de marchione Montisferrati. — Huillard-Bréholles II, 712. Böhmer, Reg. imp. V, 1693.* *(P. 258.)*

Sanctissimo in Christo patri domino Honorio Dei gratia etc. Fredericus eadem gratia Romanorum imperator semper augustus etc.

Causam offense quam nuper quidam de civitatibus, locis et personis de Lombardia, Marchia et Romaniola, videlicet Mediolanum, Placentia, Vercelle[a], Bononia, Fauentia, Alexandria, Taurinum[b], Lauda, Pergamum, Brixia, Mantua, Verona, Padua, Vicentia, Teruisium, Crema[1], . . marchio Montisferrati, comes Gotifridus de Blandrato et quelibet alie persone de locis predictis contra maiestatem nostram et nostrum imperium commiserunt, quia videbatur impedimentum afferre negotio Terre Sancte, in providentia et dispositione vestra ac fratrum vestrorum venerabilium cardinalium posuimus absolute. Vestra igitur provisione super hoc plenius intellecta, pro reverentia Iesu Christi et ipsius Terre Sancte negotio universis et singulis supradictis de innata nobis clementia remittimus omnem rancorem, malivolentiam, iniurias et offensas, omniaque banna, constitutiones et sententias et ordinamenta, que fecimus vel imposuimus per nos vel per alium aliusve pro nobis imposuit eis seu alicui de civitatibus, locis et personis eisdem, et quecumque ex eis vel ob ea secuta sunt, penitus revocamus, et specialiter constitutionem factam de studio et studentibus Bononie; universos et singulos, qui occasione alicuius predictorum lesi videntur, restituentes in integrum in omnibus et per omnia suo statui atque fame, remittendo infamiam omnem et penam que secute sunt ex aliquo predictorum, ita quod ea que per eos medio tempore acta sunt, non obstantibus supradictis, robur obtineant quod alias debuerant obtinere. Ad hec civitates, loca et personas predictas recipimus in nostre gratie plenitudinem et eis reddimus firmam pacem*, reservantes tamen nobis contra predictum marchionem Montisferrati omnia iura omnesque actiones que nobis competunt, tam de debito quo nostre celsitudini est astrictus, quam de terra que propter ipsum debitum nobis extitit obligata. Faciemus etiam restitui captos occasione predicte offense cum bonis suis ac alia que occasione huiusmodi capta sunt vel detenta. Faciemus insuper fieri patentes litteras ex parte carissimi filii nostri Henrici Romanorum regis illustris, quod pacem et remissionem istam ratam habebit et firmam quodque remittet eis omnem rancorem, malivolentiam, iniurias et offensas. Ad plenam autem certitudinem huius rei presentes litteras iuxta beneplacitum vestrum fieri iussimus sigillo maiestatis nostre munitas.

Data Cathanie, I. die Febr., XV. indictionis.

In eundem modum scripsit idem imperator rectoribus civitatum Mediolani, Placentie, Vercellarum[a], Bononie, Faventie, Alexandrie, Taurini[b], Laude, Pergami, Brixie, Mantue, Verone, Padue, Vicentie, Teruisii, Creme, . . marchioni Montisferrati, comiti Gotifrido de Blandrato aliisque locis et personis quibuslibet de Lombardia, Marchia et Romaniola, que nuper contra maiestatem imperialem et imperium commiserunt offensam, usque in finem, verbis competenter mutatis. Data ut supra.

## 113. *EPISTOLA IMPERATORIS AD LOMBARDOS. Febr. 1.*

*Traditur in* 1) *Registro novo civitatis Bononiensis saec. XIII. fol. 15, quod asservatur in tabulario regio, ubi legitur in transsumto Henrici episcopi Bononiensis dato a. 1227 die undecimo intrante Iunio; Registrum adhibuit editio Muratorii in Antiquitatibus Italicis III, 909; et in* 2) *Schiavinae Annalibus Alexandriae editis in Monu-*

**112.** a) Vercell *cod.* b) Taurin *cod.*

1) *Adnotandum est, hoc loco nomen civitatis Ferrariae suppressum esse, quod in formis nr. 109. 110 legitur.*

*mentis historiae patriae XI (Scr. IV.), 193, qui tamen ad textum recognoscendum fere nihil faciunt. Transscripta est forma nr. 110, variatis nonnullis pariter atque in epistola nr. 112. — Böhmer, Reg. imp. V, 1694. (P. deest.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex rectoribus civitatum Mediolani, Placentie, Bononie, Alexandrie, Thaurini[b], Laude[c], Faventie, Pergami, Brixie[d], Mantue, Verone, Padue, Vicentie[e], Tervisii[f], Creme[g], marchioni Montisferrati[h], comiti Gottifredo de Blanderato aliisque locis et personis quibuslibet de Lonbardia, Marchia et Romaniola que nuper contra maiestatem nostram et imperium conmiserunt offensam, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem.

Causam offense, quam nuper contra celsitudinem nostram et nostrum imperium conmisistis, quia videbatur impedimentum afferre negotio Terre Sancte, in providentia et dispositione domini pape ac fratrum suorum venerabilium cardinalium posuimus absolute. Eorum igitur provisione super hoc plenius intellecta, pro reverentia Iesu[i] Christi et ipsius Terre Sancte negotio vobis universis et singulis de innata nobis clementia remittimus omnem rancorem, malivolentiam, iniurias et offensas, omniaque banna, constitutiones, sententias et ordinamenta, que fecimus vel imposuimus per nos vel per alium, aliusve pro nobis imposuit vobis seu alicui de civitatibus, locis et personis eiusdem, et quecumque ex eis vel ob ea secuta sunt, penitus revocamus, et specialiter constitutionem[k] factam de studio et studentibus Bononie[l]; universos et singulos, qui occasione alicuius predictorum lesi videntur, restituentes in integrum in omnibus et per omnia suo statui atque fame, remittendo infamiam omnem et penam, que secute sunt ex aliquo predictorum, ita quod ea que per eos medio tempore acta sunt, non obstantibus supradictis, robur obtineant quod alias debuerant obtinere. Ad hec civitates, loca et personas vestras recipimus in nostre gratie plenitudinem[m] et vobis reddimus firmam pacem,* reservantes tamen nobis contra predictum marchionem Montisferrati omnia iura omnesque actiones, que nobis competunt tam de debito, quo nostre celsitudini est astrictus, quam de terra, que propter ipsum debitum nobis extitit obligata. Faciemus etiam restitui captos occasione predicte offense cum bonis suis ac alia, que occasione huiusmodi capta sunt vel detenta. Faciemus fieri patentes litteras ex parte karissimi[n] filii nostri Henrici Romanorum regis illustris, quod[o] pacem et remissionem istam ratam habebit et firmam quodque remittet vobis omnem rancorem, malivolentiam, iniurias et offensas. Ad plenam autem certitudinem huius rei presentes litteras iuxta ipsius domini pape beneplacitum fieri iussimus sigillo maiestatis nostre munitas.

Dat. Cathanie[p], I. die Februarii, quintedecime indictionis.

## 114. *EPISTOLA LOMBARDORUM AD HONORIUM III. Mart. 26.*

*Dedit Pertz e Registro Gregorii IX. ann. 1, fol. 3*[1]*, ubi inscribitur:* Tenor litterarum rectorum Societatis Lombardie, Marchie et Romaniole quas iidem rectores transmiserunt bone memorie Honorio pape predecessori nostro super facto ipsorum. *Formata est ad instar formae deperditae scripto nr. 111 similis, cuius supra mentionem fecimus. Huillardus, qui III, 5 hanc epistolam et ipse e Registro deprompsisse videtur, in adnotatione haec animadvertit: 'Reperitur in collectione Laporte-du-Theil sub nr. 125 aliud eiusdem formae exemplar*[2]*, in quo nomina rectorum desunt et in fine legitur:* Acta

**113.** a) Frid. 1. b) thaurin̄ 1. c) laud' 1; Laudis 2. d) fauent̄ pergam̄ brix̄ 1. e) vicent̄ 1. f) teruix̄ 1; Tarvisii 2. g) cremm̄ 1; Cremonae 2. h) Montisferati 1 *semper*. i) ıhc 1. k) ꝯstoeʒ 1. l) bon̄ 1. m) pleitudinem 1. n) reverendissimi 2. o) qui 1. p) Dat̄ cathan̄ 1.

1) *Cf. Rodenberg nr. 344.* 2) *Quod etiam in codice Bononiensi supra ad nr. 113 laudato exstare, docuit Winkelmann 'Jahrbücher Friedrichs II.' I, 321 not. 1.*

sunt hec anno a nativitate Domini etc. die lune mense exeunte Martio *(Mart. 29)* in civitate Brixie in quadam caminata domini episcopi Brixiensis, presentibus domino Agone de Turbiado archidiacono, domino Lanfranco archipresbytero maiore canonico Brixie, magistro Alberto de Bornado canonico Brixiensi, fratre Iacobo, fratre Rogerio de ordine fratrum Predicatorum, Guidone notario de Folliano et Girardo Spalla notario de Placentia et aliis multis testibus rogatis. Ego Iohannes Savalensis sacri palatii notarius hiis interfui et rogatus hoc perpetuavi et scripsi'. *Rodenberg ad nr. 344 p. 262 not. 1 recte censuit, has esse eas alias litteras, quas Gregorius IX. propter nonnullorum sigillorum defectum a Lombardis poposcerit (nr. 349 a. 1227. Apr. 16); quas, ut Raynaldus hunc eundem numerum 125 commemorans refert, maturato consilio omnium sigillis munitas miserint; quod si res ita se habeat, rectores temporis notas non veras, sed diem aliquanto maturiorem indicantes subscribi iussisse. Enuntiata epistolae nostrae, quae cum forma nr. 111 congruunt, litteris minoribus excudenda curavimus. — Huillard-Bréholles III, 3. (P. 259.)*

Sanctissimo in Christo patri et domino reverendo Honorio Dei gratia etc. Pilazarius de Mandello, Iohannes Zauattarius pro communi Mediolanensi, Obertus Strictus, Obertus Lauandarius pro communi Placentie, Lanfrancus de Sala, Vianesius de Lauello Longo pro communi Brixie, Tucimannus et Bonifacius de Sancto Laurentio pro communi Bononiensi, Marescotus, Anrigetus Vgonis Rogate pro communi Fauentie, Gui. de Carturio, Henricus de Vico Ageris pro communi Padue, Iacobus de Bono Iudeo, Vgutio Iohannis Gaudentii pro communi Vicentie, Iacobus de Sallerano, Guidottus Sachus pro communi Laude, Guirisius, Iohannes Cremascus pro communi Mantue, Ianinus de Iacobo, Albertus de Portu, Pecorarius, Bertholomeus Iudex pro communi Veronensi, Vgatus de Malaparte, Albertus Matoncinus pro communi Taruisii, rectores Societatis Lombardie, Marchie, Romaniole totaque ipsa Societas sanctorum pedum osculum cum debito famulatu.

Inter cetera que mansuetudinis vestre sapientia statuit et ordinavit, sicut vestre nobis littere declararunt, hec de fratrum vestrorum providentia piissime decrevistis, ut nos ad honorem Dei omnipotentis et ecclesie sancte sue ac vestrum demus maiestati imperatorie pro subsidio Terre Sancte in nostris expensis per biennium milites quadringentos, ac civitatibus, locis et personis imperiali celsitudini adherentibus faciamus pacem firmiterque servemus, remittentes eis omnem rancorem, malivolentiam, iniurias et offensas, omniaque banna, constitutiones, sententias et ordinamenta, que fecimus vel imposuimus civitatibus, locis et personis imperiali celsitudini adherentibus, et quecumque ex eis vel ob ea secuta sunt, penitus revocemus, ac restituamus captivos, qui occasione huius discordie capti sunt, cum bonis eorum, et alia que occasione eiusdem discordie capta sunt vel detenta, ita quod adherentes imperiali sublimitati similiter nobis faciant et observent. Alii autem captivi secundum ius restituantur imperii, cum maiestas imperialis legatum suum in Lombardia pro pace reformanda inter discordes duxerit destinandum. Constitutiones vero, leges et statuta ab ecclesia Romana et Romanis imperatoribus et specialiter a clementia domini Friderici Romanorum imperatoris semper augusti et regis Sicilie contra hereticos, receptatores, defensores, credentes et fautores eorum hactenus promulgata vel imposterum promulganda recipiamus et observemus inviolabiliter et efficaciter exequamur, constitutionibus municipalibus editis contra tales nichilominus in suis locis firmiter observandis. Civitatum autem aliorumque locorum potestates, consules et rectores, quocumque nomine censeantur, iurent, quod illa fideliter observabunt, idque suos iurare faciant successores, ponentes ea in statutis civitatum aliorumque locorum, ea inde nequaquam imposterum deleturi. Statuta omnia communia et particularia facta contra ecclesias et ecclesiasticam libertatem, penitus revocent et de suis constitutionibus deleant et ea vel eis similia decetero non resumant. Ad hec statuta Lateranensis concilii et constitutiones a vobis et domino imperatore super hiis editas observent et iurent

imposterum observare, suosque iurare faciant successores. Supradicti vero quadringenti milites teneantur ire in passagio domini imperatoris, quod ab ipso imperatore statutum est et a Romana ecclesia approbatum. Nos igitur omnia, que super hiis a vestra sanctitate et vestris fratribus ordinata sunt et statuta, volentes inconcussa servare, promittimus nos ea omnia, sicut 5 superius plenius sunt expressa, humiliter et fideliter impleturos. Ad plenam autem rei certitudinem presentes litteras iuxta vestrum beneplacitum et mandatum per manum publicam scribi fecimus et sigillorum nostrorum impressione muniri.

Acta sunt hec anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi MCCXXVII, indictione XV, die Veneris, VI. exeunte mense Martio, Brixie in quadam caminata 10 episcopi Brixiensis, coram domino Lanfranco archipresbytero, domino Azone archidiacono, magistro Alberto canonico Brixiensi, fratre Iacobo, fratre Rogerio, fratre Nazario, de ordine fratrum Predicatorum, Gasparro Menelocie, Promo de Incoardis, Aldrigotto Marcellino, Lantelino de Puteobonell. et multis aliis testibus rogatis ad postulationem fratris Guale de ordine Predicatorum fungentis in hac parte vice do- 15 mini pape.

Ego Gerardus Spalla notarius Placentinus huic interfui et rogatu atque mandato istorum rectorum hec scripsi.

In eadem forma mandati scripserunt iidem rectores Frederico[a] Romanorum imperatori: Inter cetera etc. usque in finem[b, 1].

---

20

# 115. FOEDUS CUM LUDOVICO IX. REGE FRANCIAE.

## 1227. Aug.

*Summarium, quod legitur in codice bibliothecae Parisinae fonds français 8408, Registrum Philippi Augusti E continente, fol. 168' in margine nr. IV, dedit Huillard-* 25 *Bréholles III, 16. Foedus hoc eiusdem tenoris fuisse videtur atque eius innovatio a. 1232 mense Maio facta (v. infra nr. 174) et certe pro maxima parte verba foederis mense Novembri a. 1223 conditi (supra nr. 99) usurpaverat, ut ex iis, quae typis minoribus infra excusa sunt, elucet. — Huillard-Bréholles III, 16. Böhmer, Reg. imp. V, 1702.*

*(P. deest.)*

30 Eamdem confederationem fecit idem Fridericus cum Ludovico dicti regis Ludovici filio, ubi ita dicit de rege Anglie:

De rege Anglie sic erit, quod nos amicitiam et confederationem cum eo nullam faciemus sine voluntate regis Francorum. Hanc autem confederationem precepimus et iniunximus iurandam pro nobis et in anima nostra a dilecto fideli nostro Raynaldo duce Spoleti.

35 Datum Melfie, anno dominice incarnationis MCCXXVII, mensi Augusti, XV. indictione.

**114.** a) Friderico *Huillard.* b) verbis competenter mutatis *add. Huillard.*

1) *Quae epistola deperdita est.*

# 116. ENCYCLICA DE EXCOMMUNICATIONE SUA.

1227. Dec. 6.

*Adhibuimus* 1) *Bullarium Romersdorfense in tabulario Confluentino asservatum p. 36, quod iam olim exemplavit Beyer b. m. eidem tabulario tunc praefectus; ubi epistola ad archiepiscopum Trevirensem data est;* 2) *editionem exemplaris ad Senenses dati, quam publicavit Tommasi 'Dell' Historie di Siena' Parte I, p. 217;* 3) *editionem Würdtweinii e codice Vaticano 4957 ep. 5 paratam*[1] *in 'Novis subsidiis diplomaticis' VI, 7; textus, qui in capite 8 desinit, satis bonus aliquoties cum 1, aliquoties cum 2 consentit;* 4) *editionem exemplaris Astensibus missi, quod legitur in Codice Astensi dicto de Malabayla saec. XIV. fol. 7 nr. 21, qui in bibliotheca publica Augustae Taurinorum sub signo F. II. 9 asservatur; quam editionem instruxit Quintinus Sella 'Atti della reale accademia dei Lincei anno CCLXXIII (1875—76), Serie seconda, volume V' (Roma 1880) p. 84; textus admodum corruptus est, propter quod permultas eius lectiones adnotare superfluum duximus;* 5) *editionem Huillard-Bréholles III, 37, qui editionem pessimam, quam Martène 'Collectio amplissima' II, p. 1194 ep. 79 e codice quodam reginae Sueciae instruxerat, ope codicis Parisini S. Germain nr. 455 pars 1 recognovit; editionem hanc repetivit nuper Balan 'Storia di Gregorio IX' I, 336. Exemplar autographon* Potestati consilio totique communi Ymolensibus fidelibus suis *missum in tabulario municipali Imolae inspexit vir cl. Philippi (v. 'Kaiserurkunden in Abbildungen' Text p. 137). Exemplar Veronam missum die 5. Decembris datum legitur in codice epistolari bibliothecae universitatis Vratislaviensis saec. XV. IV. fol. 102 ep. 12*[2]. *Praeterea exstat in tribus codicibus epistolaribus Monacensibus saec. XV. lat. 18382. 5831. 14196*[3] *atque in codice Parisino 2954, ubi in capite 3 abrumpitur. Burchardus Urspergensis in Chronico (SS. XXIII, 382) dedit paraphrasim ex exemplari quodam, quod inscriptum fuit:* Fridericus Dei gratia Romanorum imperator principibus Alamanniae. *Ea quae afferunt Rogerius de Wendover in Floribus Historiarum (ed. Coxe IV, 165; SS. XXVIII, 59) et Matheus Parisiensis (ed. Luard III, 151; SS. XXVIII, 151), minime ex encyclica nostra, sed e commento potius quodam sumpta esse, animadverterunt viri cl. Liebermann in adnotationibus suis et Ficker ad Böhmeri Regesta V, 1716. — Huillard-Bréholles III, 37. Böhmer, Reg. V, 1715. (P. deest.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Iherusalem et Sicilie rex dilecto principi suo venerabili archiepiscopo Treverensi gratiam suam et omne bonum.

(1) In admirationem vertitur vehementer[b], quod unde pro multis beneficiis prestolabamur gratiam, inde tam offensionis quam contumelie diversa genera reportamus[c]. Inviti loquimur, set tacere nequimus, quod[d] in eo quod diu tacuimus spes, que multos decipit[e], nos decepit. Forte nos sumus, ad quos devenerunt seculorum fines, cum[f] non tantum in ramis, set in radicibus etiam videatur caritas refrigere[g]. Non enim

**116.** a) Fridericus — rex potestati, consilio totique communi Senensi fidelibus suis gratiam — bonum 2; Fridericus — bonum *des.* 3; Fredericus — rex potestati consilio totique comuni Astensium fidelibus suis suam gratiam et bonam voluntatem 4; Fredericus Romanorum imperator semper augustus etc. universis crucesignatis etc. 5. b) vehementem 4; vertimur vehementem 5. c) reportemus 1. 3. 4. d) et 1. 3. 4; ne 5. e) recipit 2. f) quod 4; cum — refrigere *des.* 3. g) refugere 2; refrigescere 5.

1) *Cf. 'Archiv' V, 377.* 2) *V. 'Archiv' VII, 924.* 3) *Cf. 'Forschungen zur deutschen Geschichte' XIX, 75.*

solum gens contra gentem insurgit, non regnum regno minatur, non pestis et fames tantummodo corda viventium[h] premisso terrore conturbant, set ipsa caritas, qua celum et terra regitur, non tantum in rivulis, set videtur in fonte turbari, dum[i] Romanum imperium ad defensionem christiane fidei divinis provisionibus deputatum, non a quibuslibet infimis, set ab ipsis[k], quos honoravit et sibi preposuit, patribus graviter infestatur. Si enim contra nos homo inimicus insurgeret, si persecutor[l] ecclesie, si hostis fidei subiectos[m] imperio nostro populos in nostrum odium concitaret[n], apprehenderemus arma defensionis et gladium, cuius est nobis a Domino pro tuitione fidei et ecclesiastice libertatis attributa potestas, et totis inciperemus viribus prelia Domini preliari. (2) Set cum universalis ille[o] pater, Christi vicarius et beati Petri successor, in quo locavimus fiduciam spei nostre, contra patientiam[p] nostram indigne set acriter[q] moveatur et ad conflandum in nos odium totius orbis intendere videatur, quis non conturbetur et[r] stupeat, adversus innocentiam nostram tam gravia bella parari, quibus nonnisi urgens necessitas nos invitos cogeret obviare, cum beato Petro, velut[s] cui ligandi atque solvendi concessit in terris Dominus potestatem[t], ob conferentis reverentiam credamus[u] humiliter deferendum. Audiat igitur et intelligat orbis terre, quod provocati trahimur scripturis et nuntiis dudum[v] nostre matris ecclesie, nunc in filium novercantis, quos[w] contra nos ubique terrarum, sicut accepimus, destinavit. (3) Audistis sane, quod imperatrix Constantia dive memorie mater nostra de nobis unico filio, quem[x] diligebat, laudabilem curam gerens, in extrema voluntate ipsum[y] in sinu et[z] tuitione sacrosancte matris ecclesie non[a] sine multa circumspectione commisit, ut rex[b] filius adhuc in cunabulis positus materno minime subsidio privaretur, set[c] amisse matris solatia, noviter suscepta[d], cura salubrior tanto firmius[e] compensaret, quanto per spiritualem et temporalem eius potentiam pupilli poterat indempnitatibus provideri. De cuius tutela licet sancta sedes apostolica sollicitudinem habere laudabilem debuisset, non tamen pupillo defuit de persona[f] periculum et de regno suo non modicum detrimentum. Et ne videamur diffusius cognita recitare[g]: omnino patuit invasionibus[h] et destructionibus[i] regnum nostrum. Et sicut navis in tempestate sine remige, sic absque gubernatoris[k] regimine pupillaris hereditas indefensa in partes discissa fuit et ab inimicorum morsibus quasi penitus dissipata. (4) Deinde nobili viro consanguineo nostro[l], licet inimicissimo domus nostre, Ottone[m] de Saxonia multo set indebito favore sedis apostolice, oppressa pupilli iusticia, qualitercunque ad imperiale fastigium sublimato, dum crederetur pupilli status vacillans[n] per ipsius potentiam totaliter[o] perimendus, quia[p] aliter homo, aliter iudicat[q] Deus, divina misericordia[r] humanam intentionem reprobans cum multa pietate permisit, ut dictus nobilis consanguineus noster, licet ut diximus inimicissimus[s], per superbiam cuncta despiciens, non solum contra nos inimicum[t] suum, commissum ecclesie pupillum[u], set in ipsum tutorem nostrum, per quem coronatus fuerat, nequiter conspiravit, et maiori parte regni nostri iam per incuriam[v] desolati per conceptam maliciam occupata, ipsam sedem apostolicam, que ipsum promoverat[w], multis persecutionum generibus inclementer[x] oppressit, ita quod tunc verius quam nunc ab

**116.** h) vincentium 2. i) unde 2; ac 5. k) his 2. l) persecutio 1. m) fideles 4. n) concitarent 1. 4. o) *deest* 2. p) personam 5. q) et acr. 3; et acute 5. r) quis non 2. s) *deest* 1; cui velut 3. t) dom. pot. in terris 2. u) credimus 1; concedamus 4. v) *deest* 2. w) quas 1. 2. x) quem diligebat *des.* 1. y) *deest* 1—4. z) et — sacrosancte *des.* 5. a) *loco* non — commisit 5: provida dispositione dimisit. b) rex — positus *des.* 5. c) cum 4. d) *sic* 3; suscepte 1. 2. 4; subtracta 5. e) firmior 2. f) patre 5; de persona *des.* 3. g) retractare 2. 3. h) invasoribus 2—5. i) destructoribus 3. 4; detractoribus 2; et destr. *des.* 5. k) gubernationis 1. 3. l) *deest* 2. 3. 5; cons. nostro *des.* 4. m) O. 1; Oddoni 2. 3; Oddone 4. n) vacillantis 1. 4. 5. o) ipsius personam facile 3. p) sed quia 3. q) videt 2—5. r) miseratio 4. 5; miseratione 2. s) inimicus 1. 3. 4. 5. t) inimicum — pupillum *des.* 3. u) *deest* 2. 4. 5. v) iniuria 2; inania 3; eum 5. w) promovit 2. x) vehementer 5.

existentibus in navicula Petri tantis[y] tempestatibus[z] agitata clamari poterat: 'Domine salva nos, perimus'. Cumque non inveniretur alius, qui oblatam imperii dignitatem contra nos et nostram iusticiam vellet assumere et periclitanti navicule de portus solatio providere[a], vocantibus nos principibus, ex quorum electione nobis corona imperii debebatur, tunc dormiens in puppe[b] Dominus discipulorum clamoribus excitatus per nos derelictum, quem mirabiliter preter[c] humanam conscientiam conservarat, deiciendo superbum et humilem exaltando, quasi[d] ventis precepit, ut[e] tranquillitas fieret, et naviculam non solum liberavit a fluctibus, set in tutiori[f] et altiori specula[g] mirabiliter[h] collocavit. Novit enim Altissimus, quod preter[i] humanum sensum et subsidium in Teotoniam[k] veniendo multimodis[l] periculis personam nostram[m] exposuimus, et divino necnon et[n] principum imperii subsidio mediante per ministerium[o] nostrum sic superbum potentia divina deiecit, ut prius statum reformaret[p] ecclesie, quam quieti nostre sublatis penitus periculis provideret. (5) Nos autem quid retribueremus Domino pro tot[q] beneficiis, que retribuit[r] ipse nobis, devoto animo metientes, quam cito imperii diadema recepimus Aquisgrani[s], licet non sit equa facture retributio[t] ad factorem, personam et posse nostrum non in sacrificium, set in holocaustum humiliter obtulimus Domino[u] puro et sincero[v] animo, crucis signaculo nostros humeros decorantes, ut ad recuperationem Terre Sancte votivis et debitis studiis efficaciter intendere deberemus. Plures vero de principibus et magnam multitudinem nobilium et magnatum exemplo, promissis et largitionibus ad susceptionem crucis[w] induximus, quorum nonnulli nostris liberaliter adiuti subsidiis ad subsidium Terre Sancte[x] tunc temporis precesserunt[y]. Sic enim estuantibus[z] votis et solius divini zelo[a] servitii negotium ipsum ferventer assumpsimus. Quod ut maturius iniremus[b] cum ceteris cruce signatis personaliter transituri, cum instantia magna postulavimus, tam nobis quam omnibus[c] aliis certum sub censura ecclesiastica prefigi terminum veniendi. Quod[d] libentissime fecissemus, nisi voluntas principum et evidens necessitas, quia nondum fuerat imperii plene[e] pacata turbatio, nostra desideria prepedissent, licet tenui occasione more inde nostra bona in malum notetur intentio, unde laudem meruit et favorem. (6) Deinde[f] ad vocationem[g] apostolicam, rebus imperii tranquille dispositis[h], venimus et sollempniter imperiale suscepimus[i] dyadema, ut non inutilis[k] extitisset apostolice sedi nostra vocatio, que de maioribus et melioribus provinciis[l] Ytalie florentibus divitiis et strennuitate virorum a nobis extitit assecuta. Post susceptionem vero imperialis corone per manus reverendi patris domini Gregorii[m] nunc apostolici, tunc episcopi Hostiensis, iterum crucis signaculum reverenter accepimus, vota votis et desideria desideriis aggregantes. Ingressi demum[n] prosperis auspiciis regnum nostrum, quod pre diutinis[o] guerris bonis suis et opibus erat exhaustum, munitissimas[p] arces et inexpugnabiles munitiones[q] invenimus tam a christianis quam a Sarracenis nostris rebellibus detineri, et cum oportuerit eas quasi de novo per bellicam potentiam nostre subicere ditioni, nichilominus tamen inter ipsos labores et nondum pacate[r] turbationis tempus subventioni non defuimus Terre Sancte, premittentes dilectos principes nostros, ducem Bavarie[s], episcopum quondam[t] Pataviensem[u] et plures alios in auxilium Damiate. Nuntios vero

**116.** y) nautis 5. z) clamoribus 2. a) provideret 1. 5. b) puppi 2. c) potest 2. d) *deest* 2. e) ut — fieret *des.* 5. f) tuitiori 1. 4. g) speculas 1. h) mirabilius 2. 5. i) post 2. k) Teutonicam 2. l) multis modis 2. m) *deest* 1. 2. 4; expos. nostram 5. n) *deest* 2. o) ministrum 2. p) status reformaretur 5. q) tantis 2. r) tribuit 3. s) Aquisgrane 2. t) retr. facture 2. u) Deo 2. 4. v) corde et *add.* 3. w) ad suscipiendam crucem 2. x) ad t. s. subs. 2. 4. y) processerunt 3. z) ex ferventibus 5. a) zelo divini 2. b) *conieci;* veniremus 1. 2. 4; teneremus 5; procederet 3. c) *deest* 1. d) et quam 3. e) plene imperii 2. 5. f) demum 3. 4. 5. g) evocationem 4. h) pacatis 5. i) recepimus 1. 4. k) multis 5. l) primitiis 2. m) G. 1. 2. 4. n) deinde 2. 4. o) diuturnis 2. p) munitas 2; invictissimas 4. q) mansiones 4. r) pacatum 2. s) et *add.* 3. 5. t) *deest* 3. u) Pictaviensem 1. 2.

nuntiis frequenter[v] et litteras litteris sepius inculcavimus, rogantes et monentes totum exercitum christianum, ut navalem classem nostram et exfortium[w] expectantes, nequaquam sine ipsis[x] a Damiata moverent, certi nostram[y] presentiam se cominus[z] habituros. (7) Set nostris precibus et monitis pretermissis, absque consilio virorum nobilium et prudentum, non expectato laudabilis[a] classis nostre[b] subsidio, incaute ductus est populus et incidit in lacum[c], immo laqueum[d] improvisum. Cuius inopinati casus incerti Anselmum de Iustingen tunc temporis marescalcum cum subsidio militum et victualium subventione transmisimus, e vestigio[e] comitem Henricum[1] fidelem nostrum cum XL[f] galeis pro ipsius terre succursu laudabiliter et magnifice[g] dirigentes. Qui salubriter applicans Damiatam et exercitu non invento, quia receperat in mandatis a nobis, ut legato[h] sedis apostolice, qui exercitui preerat[i], usque ad felicem[k] adventum nostrum intenderet et pareret, deorsum per flumen cum galeis[l] ad exercitum properabat, ubi occurentibus ei nuntiis legati, magistris videlicet domus milicie Templi et domus sancte Marie Teotonicorum et[m] comite[n] de[o] Pizzi[p.2], et ex parte legati precipientibus, ut rediret, rediit cum eisdem. Qui ad hoc venerant, ut pro liberatione captivorum Soldano redderent civitatem. Que in hunc modum amissa extitit, non ex interdicto, quod inventionibus novis astruitur de[q] inhibitione concambii Damiate per litteras nostras fuisse transmissum; quia non est verisimile, ut qui[r] ad liberandam Terram Sanctam expensis innumeris et immensa sollicitudine laboramus[s], interdictum concambii, per quod optatus finis nostre sollicitudini[t] et laboribus advenisset[u], fieri mandaremus. (8) Nos autem acceptis tam infelicibus de amissione Damiate rumoribus, ut tam enormi dampno possemus competentibus remediis[v] obviare, premissis ad sedem apostolicam nuntiis, ad colloquium[w] apud Verulas cum felicis recordationis patre reverendo[x] papa Honorio[y] pro disponendo et reformando[z] passagio maturavimus convenire[a]. Ubi de curia Veronensi[b] disposito[c], que casu fortuito[d] extitit impedita, post elapsum temporis spatium cum eodem apostolico apud Ferentinum negotio exigente convenimus et ad exhortationem et apostolica monita pro hiis, que cause meritum[e] requirebat[f], nostram inclinavimus maiestatem et[g] Iherosolimitani regni[h] hereditariam dominam duximus feliciter in uxorem. (9) Ac statuto ibidem termino transeundi[i], dum pie recordationis C.[k] Portuensis episcopus in Theotonia et alii predicatores per regna diversa monitis apostolicis et statutis, demum[l] rex Iohannes et magister domus Teotonicorum nostris oblatis promissionibus vel paucos vel infimos[m], velud omnes recenti[n] casu Damiate tam enormiter consternatos, ad susceptionem crucis[o] inducere potuissent, ne pro huiusmodi defectu contingeret assumptum negotium impediri, nichil de contingentibus obmittentes, convenimus apud Sanctum Germanum cum venerabilibus viris P.[p.3] Albanensi episcopo et pie memorie G.[4] tituli[q] Sancti Martini presbitero cardinali. Et ut animarentur omnes nostris largitionibus et promissis, termino passagii usque ad biennium

**116.** v) *deest* 2. 3. w) ex fortuitu *corr. eadem manu in marg.* exercitum 1. x) neq. se ipsos 5. y) nostram certi 1; pro certo nostram 5. z) cōminuos 2. a) laudabili 2. b) nostre classis 2. 5. c) laqueum 2. 3. d) immo laq. *des.* 3. e) e vest. *des.* 3. f) XC 3. g) magn. et laud. 2. h) legatis 3. i) preerant 3. k) *deest* 3. l) cum gal. per flumen 2. 3. m) *deest* 1. n) comitem 1. o) *deest* 2. p) *sic* 2; Pic. 1; Pizita 3; Pizij 4; Piogi 5; Percy *Martène.* q) quod inventoribus nobis astruit et de *male* 3. r) dum 3. s) laboravimus 5. t) sollicitudinis 2. u) ei *add.* 5. v) rem. comp. 2. w) colloquendum 2. x) rev. patre 2; patre *deest* 3. 5. y) H. 1. z) maturando 3. a) *desinit* 3. b) Veroñ 1; Verone 4. 5. c) dispositum est 5. d) fortune 1. e) militum 1; nuntium 4. f) requirebant 2. g) ut — duxerimus 5. h) Hierosolymitanam reginam 2. i) inserviendi 2. k) Cardinalis 2. l) deinde 2. 4; denique 5. m) infirmos 1. n) recordati 2. o) ad suscipiendae crucis signum 2. p) *deest* 2. q) *loco* G. tituli 2: Cardin.

1) *Henricum de Malta marini stolii ammiratum. HUI.* 2) *Quis, nescimus. HUI.* 3) *Pelagius, idem ipse qui Damiatam amiserat. HUI.* 4) *Gualo.*

prolongato[r], personaliter transmittere[s] promisimus et ducere mille milites ad stipendia nostra tenendos ad biennium, in[t] servitio Terre Sancte mittere infra[u] spatium pretaxatum, per[t] quinque videlicet terminos CM uncias[v] ad partes ultramarinas, statutis[w] assignandas[x] personis, C insuper chelandras[y] habere ac[z] L galeas et[a] pro duobus milibus militum[b] certis terminis passagium[c] exhibere. Quibus sollempniter constitutis, misimus magistrum domus Teotonicorum pro militibus solidandis, in[d] optione sua ponentes[e], viros eligere strennuos et pro meritis personarum ad suam providentiam stipendia polliceri et ceteris insuper passagium transituris. (10) Cum[f] nobili viro[g] principe[h] et consanguineo nostro lantgravio Thuringie de marchia Misinensi gratiam fecimus, ut crucem assumeret[i] et veniret — qui eandem marchiam ex iure imperii simili modo tenere possemus[1], valentem ultra XX milia marcarum argenti per annum — set[k] addidimus etiam[l] de camera nostra V milia marcarum argenti, eligentes potius utilitati nostre deesse quam servicio crucifixi. Cum exemplo eiusdem lantgravii, ducis de Limburg[m] et aliorum principum, quos ad sumendam crucem largitionibus et promissis induximus, infinita se multitudo signavit, septingentis militibus per eundem magistrum ad nostra stipendia[n] solidatis[o]. Magistros etiam pro fabricandis chelandris per diversas partes regni nostri statui iussimus, de quibus octingenti[p] pre[q] aeris intemperie tum morte tum infirmitate impediti fuerunt, quod[r] omnes[2] non potuerunt percompleri[s], licet maior pars fuerit fabricata. (11) Tandem instante[t] passagio navigia, chelandras et L galeas ad loca passagii non a nobis set ab antiquis temporibus ordinata, Brundusium videlicet, ubi passagium fieri semper[u] competentius consuevit, duci fecimus et parari, nos personaliter in occursum[v] clare memorie lantgravii[w] Thuringie et aliorum venientium principum conferentes. Quibus accedentibus, dum ad passagium rediremus, gravi egritudine sumus[x] a Domino in itinere visitati[y], que sic nos vehementer[z] invasit, ut moram nobis medici suaderent. Set[a] ne pro absentia nostra contingeret passagium impediri, medicorum persuasione contempta, in estivi calore temporis non omisimus versus Brundusium equitare. Ubi[b] naves et chelandras pro[c] principibus et aliis peregrinis necnon pro septingentis[d] nostris stipendiariis militibus, sicut expediebat singulis, pro quantitate rerum et numero personarum iussimus assignari, que per octo dies aquis et aliis necessariis onerarentur[e], aura prospera salubriter[f] navigantes. Tempus enim passagii adeo erat Domino faciente[g] paratum, quod navigia, in quibus camera nostra et familia[h] post octavum diem prime[i] motionis navium recepte fuerant[k], infra dies undecim transfretaverint[l]. Copiam vero navium tantam habuimus[m], quod pro defectu peregrinorum multa in portu navigia remanserunt. (12) De[n] corruptela vero aeris, que nocuit peregrinis, per quam divina providentia, que previderi non potest ab homine, diversas mundi partes et regni nostri specialiter occulto iudicio flagellavit, nulli magis quam nobis molestum extitit et dampnosum. Nam in propria persona[o] sensimus, de quo[p] aliis condolemus. Preterea nondum[q] resumpta convalescentia galeas ingressi fuimus[r] nos et dilectus consanguineus noster lantgravius vestigia precedentium secuturi[s].

**116.** r) prorogato 2. 4. s) transire 2. 4. 5. t) *deest* 2. u) intra 1. v) unciarum 1. w) statuimus 2. x) assignanda 1. 4. y) celandr. 1, *semper*. z) et 1. a) *deest* 1. 4. b) equitum 5. c) passagii 1. d) sed in 5. e) potentem 5. f) *deest* 4. g) vero 2. h) principi 4. i) sumeret 2. k) et 2. 5. l) et 2; ei *add.* 4. m) Lintburg 2. n) stip. nostra 2. o) solidandis 1. p) contingenti 1. q) post 2; per aeris intemperiem 5. r) quare 5. s) post compleri 2. t) in statuto 1. u) fieri *repetitum* 1. v) occursu 1. w) ducis 2. x) fuimus 2. y) vis. in itinere 1. z) vehementius 2. a) Et 1. b) ut 1. c) *deest* 1. d) septem millibus 2. e) onerarunt 2. 5; oneratur 4. f) feliciter 2. g) favente 2; concedente 5. h) et fam. nostra 2. i) primo 2. k) fuerunt 5. l) transfretarunt 1. 4. m) huiusmodi 1. 4. n) *vox superflua, unde infra anacoluthon.* o) in persona nostra 2. 4. p) quod de 2; in *add.* 4. q) *deest* 1; Post nondum 5. r) sumus 2. s) secuti 2.

1) *En locum notabilem de iure regis in retinendis feudis!* 2) *sc. chelandrae.*

Ubi tanta subito[t] invasit utrumque turbatio, quod et nos in graviorem incidimus[u] recidivam et idem lantgravius post accessum nostrum apud Ydrontum de medio proh dolor[v] est sublatus. In cuius[w] decessu gravius animo consternati pati cepimus vehementer, tam principes quam alias illustres personas orientalium partium, que presentes nobiscum aderant, super nostre[x] transfretationis proposito consulentes. Qui, viso et inspecto statu persone nostre et quibuslibet circumstantiis indagatis, consulendum de transitu non viderunt. Quia igitur sevities[y] erat perdere nosmet ipsos, cum a nobis vita salusque multorum pendeat populorum, dilata est persone nostre transfretatio[z] pro convalescentia resumenda, set dante Domino non ablata, quia fervor tanti propositi, donec spiritus est in corpore, per dispendium aliquod[a] non valebit extingui. (13) Commisimus insuper dilecto principi et[b] consanguineo nostro duci de Limburg[c] interim usque ad felicem transitum nostrum[d] curam totius exercitus christiani et L galeas, que pro transfretatione nostra erant armate in portu[e], assignari precepimus venerabili Iherosolimitano patriarche, magistro domus Teotonicorum et aliis magnatibus[f] transituris, de quibus non nisi XX pro eorum itinere accipere voluerunt. Nos autem ad succursum eorum, quos premisimus, et ad Terre Sancte subsidium intendentes, competentiorem in vascellis[g] et chelandris aliis fieri fecimus apparatum, proponentes in estate futura circa medietatem proximo[h] futuri mensis Maii[i], quando tempus est aptius et magis offert se[k] mare navigantibus oportunum, in maiori potentia transfretare. (14) Cumque singula per duos de iudicibus magne curie nostre, nostros nuntios et fideles, in conspectu apostolico miserimus proponenda, dum[l] speravimus a patre patrum paterne consolationis[m] antydotum, compassionis[n] benigne solatium et[o] remedium consequi salutare, dominus apostolicus eosdem nuntios nostros recipere noluit nec audire. Quin potius ad postulationem eorundem nuntiorum nostrorum cognitores et[p] iudices non concedens[q], infirmitatis nostre casu inevitabili non inspecto[r], solutione non considerata pecunie pretaxate nec militibus ad stipendia nostra transmissis animo revolutis, quod non absque[s] maxima cordis anxietate proferimus, denuntiavit in nos pro eisdem tribus capitulis[t], in quibus, cum defectus[u] non sit, defectum, quia sic placet, allegat: videlicet quod personaliter non transfretavimus[v], quod non miserimus centum milia untiarum, quod non duxerimus mille milites tenendos ad biennium ad stipendia nostra pro subsidio[w] Terre Sancte. (15) Qui cum ad deliberandum super hoc provinciale concilium quorundam[x] prelatorum totius[y] Ytalie convocasset[z], sollempnes nuntios ad sedem apostolicam replicavimus, videlicet[a] Reginensem et Barensem archiepiscopos, ducem Spoletanum[b] et comitem Henricum, familiares et fideles nostros et procuratores in eadem causa statutos a nobis, ad proponendum in presentia[c] omnium: qualiter persone nostre transfretationem infirmitas, que in promptu est et cuius adhuc manent vestigia, prepediverit[d] et quod in presentiarum ultra mille milites[e] in transmarinis partibus ad nostra stipendia pro Dei servitio teneamus, videlicet septingentos[f] milites transalpinos per manus magistri Theotonicorum ad nostra stipendia solidatos, CC et L milites regni nostri, quos anno preterito de pecunia ecclesie quietatos sequenti anno ad solidos nostros ibi fecimus retineri; quod inter familiam nostram et alios regni milites, qui ad expensas nostras transacto passagio transierunt[g], fuerunt ultra C, et

**116.** t) Ubi tam subita 1. 4. u) dedimus 2. v) pre dolore 2. w) eius 2. x) nostro 2. 4. 5. y) sevitia 2. z) transf. pers. nostre 2. a) aliquid 1; aliquo modo 5. b) *deest* 2. c) Lintburg 2. d) nostr. trans. 1. e) in p. armate 2. f) ministris 2. g) vasellis 5; vascellos et chelandras 2. h) *deest* 5. i) Maii mensis 1; mensis Marzii 2. k) se offert 2. l) cum 1. m) miserationis 2. n) compositionis 2. o) ac 2. p) *deest* 1. q) et *add.* 2. r) conspecto 2. s) sine 2. t) capitibus 2. u) defectu 2. v) transfretaverimus 4 *minus recte.* w) milites ad tenendum ad st. nostra ad bienn. ad subsidium 2. x) omnium 1. 4. y) *deest* 1. 4. z) et *add.* 2. a) *deest* 2. b) Spoleti 2. 4. 5. c) prop. coram 4. d) prepedivit 1. 4. 5. e) nostros *add.* 5. f) septem mille 2. g) transfretarunt 2.

insuper[h] quadringentos milites nobis[a] a Longobardis ecclesia mediante promissos, ultra quam[i] ex promissione tenebamur, deputavimus[k] pro eodem servitio transmittendos, nisi dilationi et more ipsorum ecclesia, per quam accelerari[l] debuerant, consensisset; quod[m] etiam de centum milibus untiarum satisfecerimus[n], mittentes primo in tribus terminis sexaginta milia untiarum, in quarto vero termino magister domus Theotonicorum, qui est unus de statutis ad ipsam pecuniam reservandam, petiit assignari sibi[o] siclam[p] nostram Brundusii pro[q] quarta solutione XX milia untiarum, et ipsam recepit et untias habuit pro solutis, sic quod[r] dominus apostolicus in presentia fratrum et omnium prelatorum[s], presentibus quoque nuntiis nostris, in vigilia beati Martini fuit, (Nov. 10.) sicut per eos accepimus[t], recordatus, quod dictus magister pro nobis absolutionem habuit. Residua vero XX milia unciarum, que tenebamur[u] in nostra transfretatione deferre, cum camera nostra premisimus. (16) Et parati erant[v] idem nuntii et procuratores nostri[w] facere plenam fidem. Qui cum[x], priusquam consulerentur prelati, audiri debuerint[y], eos, ordine prepostero[z] in quo nostrum fuit gravatum[a] negotium[b], vix admisit, quia, primo[c] consultatis semotim[d] per se singulis[e] prelatorum et eorum[f] consilio per scedulam assignato, premonitis ut dicitur universis, ne[g] a deliberatione qualitercunque prehabita dissentirent[h], eisdem nuntiis et[i] procuratoribus nostris audientiam prestitit, non deliberans postmodum cum prelatis et nuntios nostros ulterius non admittens, immo[k] iustis excusationibus et causis rationabilibus non receptis et[l] clauso eisdem nuntiis nostris et procuratoribus[m] ostio iusticie, quod[n] apud sedem apostolicam patet[o] omnibus in communi[p], denuntiationem prout voluit replicavit. (17) Preter hec Reatini[q], qui sunt fideles ecclesie, quos de[r] nostra fuit munificentia consecuta, tam cito quod eis innotuit, nos apud Brundusium intrasse galeas, instigantibus illis qui, si beneficiorum reminiscerentur imperii[s], prohibuisse debuerant[t], absque quorum permissione nullatenus adtemptassent, fines regni nostri[u] armata manu hostiliter invaserunt, fideles nostros, qui quendam[v, 1] rebellem nostrum artius[w] obsidebant, confundere satagentes. Set dextra Domini faciente[x] devicti et effugati a nostris fidelibus inciderunt in laqueum, quem parabant[y]. (18) Que[z] omnia supradicta plene[a] cupimus ad tuam[b] et universalem[c] noticiam pervenire, in veritate pura talem fuisse rei seriem et processum et nos penitus inculpabiles coram celo et orbe[d] terrarum infallibiliter[e] protestantes[f], ut universi et singuli seriatim et plene cognoscant[g] manifestam iniuriam et gravamen, que[h] pro tot predictis obsequiis et[i] expensis ab illis perferre conquerimur, a quibus nos et totus orbis optata pro crucifixi negotio subsidia[k] sperabamus. (19) Nos igitur, quantumcunque intentio ecclesie lacessentis excandeat, quia puram habentes conscientiam de iudiciis Dei confidimus potius quam timemus, iniuste maledicentibus scriptura clamante 'benedicate[l] maledictoribus vestris', ab incepto Christi negotio[m] (Luc. 6, 28.) nullatenus desistemus. Quod non ore tantum, set opere sinceris affectibus et imperiali conamine ad finem gratum, ipso[n] auctore qui principium est et finis, ducere[o] per-

**116.** h) et insuper *des.* 2. i) qua 1. k) deputabimus 1. l) magis *add.* 4. m) quin 5. n) satisfecimus 5. o) *deest* 1. p) sitelam 2. q) set 1. r) si quidem 5. s) prel. omn. 2. t) recepimus 2. 5; audivimus 4. u) tenebamus 1. v) parati erant *des.* 2. w) parati erant *add.* 2. x) *deest* 2. y) debuerant 2. z) postposito 5. a) gr. fuit 2. b) propositum 5. c) prius 2. d) semotis 2. e) singulariter 2. f) communi 5. g) nec 2. h) dissentiant 1. i) ac 2. k) *deest* 5. l) set 1. m) proc. et nunt. nostris 2. 4. 5. n) que 5. o) pro 5. p) omni debetur 5. q) Beatini 1. r) dum 1. s) imp. rem. 2. 5. t) debuerat 2; debuerunt 4. u) nostri regni 1. v) quondam 1. 2. 5; per quosdam rebelles nostros 4. w) verius 2. x) favente 2. y) tendebant 2. 4. 5. z) Quare 2. a) *deest* 2. 4. 5. b) tuam et *des.* 2. 4. 5. c) iustam 2. d) orbem 2. e) ineffabiliter 4. 5; *deest* 2. f) prestantes 2. g) plenius cognoscatis 2. 4. 5. h) quod 2. i) et pred. obs. 2. k) suffragia 2. 4. 5. l) benedicam 2. 4. 5. m) servitio 2. 4. 5. n) pro 2. o) perducere 2. 4. 5.

1) *Rainaldum de Bareto, ut Huillard-Bréholles e Riccardo Sangerm. ad a. 1226 docuit.*

optamus[p], nisi gravioris[q], quod absit, scandali[r] suborta dissensio nos invitos et coactos a tam sancto itinere revocaret. Speramus enim, quod pro pleniori bono et maiori Terre Sancte subsidio divinitas[s] iter nostrum sua visitatione[t] distulerit[u], quod[v] principes et alii providi viri dudum consultati iam viderint[w], quod in manu virorum tam modica que transivit, si nos transisse contingeret, treuge infringi non possent; set oporteret nos ad perpetuam imperii et[x] totius christiani nominis iniuriam prestolari subsidium[y] aliorum, qui nomen et vires pre ceteris principibus obtinemus et cuius fama est barbaris ad terrorem. (20) Rogamus insuper[z] circumspectionem[a] tuam et monemus[b] attente[c], quatenus ad susceptum Christi negotium votum singulariter[d] non tepeat, set quo maior necessitas imminet, eo[e] ferventius[f] exardescat. Attendas[g] etiam diligenter, si est iniuria similis sicut nostra, honori imperii, quod tam iniuriose tangitur, attentius provisurus. Presentes vero litteras ob reverentiam nostram publice perlegi facias et audiri, quod[h] ex earum tenore cunctis pateat nostre innocentie certitudo et iniuria, que nobis et imperio infertur. Set tamen aperte cognoscant tam[i] crucesignati quam ceteri, qui zelo transfretandi[k] moventur, propositum nostrum, ut interim se preparent, venturos tempore competenti, ut in medietate primo venturi[l] mensis Maii[m] ad[n] Christi servitium in[o] manu potenti et brachio excelso[p] transfretemus[q], certis[r] omnibus et indubitanter scientibus, quod[s] in passagio et[t] aliis liberaliter providebimus transituris.

1.

(21) Preterea circa medietatem proximo venture sacre quadragesime ante felicem transfretationem nostram pro arduis imperii negotiis et ad reformandum pacem in Ytalia et gratiam nostram redintegrandam ad omnes tecum et cum plerisque principibus imperii generale colloquium in Ravenna disposuimus celebrare. Quare tuam monemus et hortamur devotionem, quatinus loco et termino pretaxatis in eodem colloquio presentialiter et libenter, si fieri poterit, studeas interesse, cum moderata familia veniendo, nobis pro tam laudabili negotio peragendo efficaciter affuturus, ut abinde cum generali pace et universali gratia, licentia tam a te quam ab aliis accepta principibus et ab omnibus amicis vale recepto, iter peregrinationis nostre feliciter assumamus.

2. 4. 5.

(21) Preterea quia in medietate[u] proxime future[v] sacre quadragesime disposuimus ante felicem transfretationem nostram[w] cum plerisque principibus[x] et vobiscum habere colloquium in Ravenna ad removendam[y] de nostrorum cordibus fidelium omnem turbationem pariter[z] et rancorem et[a] optatam pacem in Italia reformandam[b], nostram ad omnes gratiam effundendo[c], universitatem vestram monendo[d] mandamus precipimusque obnixius et mandantes hortamur, quatenus loco et termino prestitutis per[z] honorabiles nuncios vestros, viros[e] industrios in eodem colloquio interesse curetis, nobis ad tam laudabile negocium peragendum[f] efficaciter affuturi, ut abinde cum generali pace et universali gratia[f], licentia prestita et amico vale recepto, ad Christi servitium transfretemus[g].

Mart. 5.

**116.** p) percunctamus 1; peroptantes 2. q) gravior 5. r) *deest* 5. s) divinitus 2. t) miseratione 2. 5. u) distulit 5. v) quia 5. w) viderunt 2. x) *deest* 2. y) auxilium 2. z) igitur 2. 4. 5. a) *loco* circ. tuam et 2. 4. 5: universitatem vestram. b) *loco* monemus — negotium 4: ne in tam arduo Christi negocio. c) attentius et hortamur 2. 5. d) generale 2. 4. 5. e) *deest* 1. 4. f) frequentius 2. g) Attendas — cognoscant *des.* 2. 4. 5. h) quo 1. i) et tam 2. 4. 5. k) *loco* transfretandi — preparent 2. 4. 5: movemini transfretandi vos interim preparate (preparetis 4. 5). l) med. futuri 2; med. pr. futuri 4. m) Madii 2. 4. n) ad — servitium *des.* 2. 4. 5. o) cum 2. 4. 5. p) exc. br. 2. 4. q) feliciter transeamus 2. 5. r) ceteris 1. s) et *add.* 2. t) in *add.* 2. 4. 5. u) circa medietatem 5 *ut* 1. v) venture 4. 5 *ut* 1. w) transitum nostrum 5. x) principum imperii 4. y) et ad removendum 4; ut ad removendum 5. z) *deest* 4. a) *deest* 5. b) reformare 4; reformemus 5. c) effusuri 5. d) monendam 2; *loco* monendo — mandantes 5: monemus obnixius et; 4: monemus precipimus obn. et mandantes. e) *deest* 2. f) *deest* 5. g) transeamus 5.

(22) Confidimus autem in auctore salutis, quod summus pontifex nostre devotionis[h] non immemor nec Terre Sancte necessitatis oblitus diutius[i] non permittet a[k] devotione et dilectione sancte matris ecclesie devotum filium amoveri, cum eum sincere dilexerimus, priusquam ad altioris loci speculam vocaretur.

Datum Capue, VI. Decembris, indictionis prime[l]. 5

# 117. PROMULGATIO LEGATI IMPERII PER MARCHIAM ANCONITANAM ET TERRAM MATHILDIS.

1228. Iun.

*Legitur haec carta inserta privilegio Reinaldi ducis Spoleti a. 1229. Mart. Auximitanis et Recanatensibus indulto, cuius autographon etiamnunc asservatur in tabulario municipali Auximitano*[1]. *Contulit vir d. Simonsfeld. Autographo illo usi sunt et ipsi editores Italici. De ratione nostrae constitutionis cf. Ficker 'Mittheilungen des Instituts' IV, 351. — Huillard-Bréholles III, 65. Böhmer, Reg. imp. V, 1728. (P. deest.)* 10

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis imperii nostri fidelibus tam presentibus quam futuris, quod cum ex commissa nobis imperialis eminentie dignitate teneamur cura et providentia diligenti de totius imperii nostri regimine salubri disponere et partes eius universas et singulas sollicite moderari, de prudentia et legalitate Raynaldi ducis Spoleti dilecti fidelis nostri, cuius industriam habemus diu cognitam et expertam, plenius confidentes, constituimus eum legatum imperii in marchia Anconitana, tota terra comitisse Mattildis, Valle Lacus et Maritima et ei concessimus in eisdem plenarie vices nostras, ut in omnibus earundem regionum locis et partibus officium legationis exerceat et loco ac vice nostri ad honorem nostrum et imperii comode tractet, disponat et statuat universa. Cui dedimus plenariam potestatem in omnibus quecumque in predictis locis nos ipsi personaliter facere deberemus. Statuimus igitur et imperiali auctoritate firmiter et districte precipimus, quatinus eidem duci Spoleti dilecto fideli nostro, tanquam persone nostre, in omnibus que ad ipsius legationis officium pertinent, universi et singuli fideliter pareant et devote intendant, nec sit aliquis qui sue dispositioni vel voluntati temerarium in aliquo se opponat. Quod qui presumpserit, indignationem nostri culminis se noverit incursurum. Ad huius itaque constitutionis et commissionis nostre memoriam et robur perpetue firmitatis presens scriptum fieri et bulla aurea typario nostre magestatis impressa iussimus communiri. 15 20 25 30

Datum Brundusii, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo octavo, mense Iunii, prime indictionis. 35

**116.** h) dev. nostre 2. 4. 5. i) devotum filium non — ecclesie diutius 2. 4. 5. k) absoluta 4; solita *add.* 2. 5. l) indictione prima 1; prime indictionis 4.

1) *V. Ciavarini 'Collezione di documenti storici antichi della città e terre Marchigiane' IV, 6. Privilegium Reinaldi repetivit Huillard-Bréholles III, 113, ubi, viro d. Simonsfeld monente, p. 115 emendanda sunt nomina testium duorum ex autographo ita:* comitis Berardi de Monoplello *et* Conradi de Luçinardo. 40

# 118. ENCYCLICA DE REVOCANDIS DONATIONIBUS ECCLESIAE FACTIS.

1228. Iun. 21.

*Exemplar communi Civitatis Novae in marchia Anconitana sitae missum descripsit e bullario eiusdem oppidi saec. XVI. ex. conscripto, p. 84 (ubi signatur C, 5) Bethmann, qui adnotavit eodem bullario usum esse Marangonium 'Memorie sacre e civile di Civitanova' (1743. 4°) p. 270, et autographon, quod adhuc viderit Gaetani 'Istoria di Civitanova' (1740) p. 22, iam non exstare. De re ipsa cf. Ficker 'Forschungen' II, 437, qui recte iudicavit, epistolam hanc esse encyclicam. — Huillard-Bréholles III, 66. Böhmer, Reg. imp. V, 1729. (P. deest.)*

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex potestati, consilio totique communi Civitatis Nove, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem.

Novit Altissimus, de cuius munere imperiali solio presidemus, quod ob reverentiam Dei, a quo recognoscimus id quod sumus, Romanam ecclesiam affectu[a] filiali semper dileximus et iuravimus totis viribus honorare, adeo quod metas imperii, cuius terminos amplificare tenemur, sponte reliquimus, ut ecclesiam largioribus beneficiis ditaremus, eidem vos et plures alios de fidelibus nostri imperii concedendo, sperantes quod exinde placeremus Altissimo et ipsius rectores ecclesie fierent huiusmodi nostri beneficii non ingrati. Sic etiam in utilitatem ecclesie ipsius nostrum beneficium concessimus, ut sub nostre protectionis umbraculo essetis[b] et nihilominus viveretis, ut nulla conturbationum concuteremini tempestate, et vos semper haberemus, cum expediret, ad nostra et imperii servitia preparatos, quos ex concessione huiusmodi a iurisdictione et servitiis imperii nunquam fieri volumus alienatos. Sed prout evidenter apparet et sepe sumus experti, ipsi rectores ecclesie contravenientes immo pervertentes huiusmodi nostrum beneficium in abusum dominandi, proposito gratiam eis a nostra serenitate provisam semper satagebant supprimere; et si aliquando per partes ipsas contigit nos transire, reverentiam et servitium, quod a vobis ceterisque fidelibus nostri imperii celsitudini nostre debetur, impedire conati sunt, ut nobis non velut Romanorum imperatori et vero domino vestro, sed tanquam extraneo per imperium nostrum et per vos maxime, quos reputamus esse imperii fideles precipuos, transitum simpliciter prebere, licet id numquam implere vel exequi potuissent, vobis et ceteris fidelibus nostri imperii contradicentibus nec in hoc faventibus voluntati eorum, qui fidem illesam semper imperio servavistis. Est etiam aliud nullatenus sub silentio transeundum, quod iidem rectores non sine nota infamie de terra ipsa imperii contra nos et fideles nostros in favorem et coniurationem nostrorum rebellium non semel sed sepius exercitum congregare studentes, nos et nostros vexare et persequi pro viribus non desistunt, iura nostra tam in regno quam in imperio conculcare et deprimere satagentes. Quod in effectu multoties ostendissent et adhuc ostenderent, si eis facultas suppeteret adversandi. Fecerunt insuper, quo meruerunt predicte concessionis nostre gratiam demereri; quoniam cum vos debuissent pacis solatio velut persone pacifice confovere, semper rixarum et discordie fomitibus cibaverunt, cum videantur prefecisse vobis et aliis homines scismatis et discordie filios, prorsus vobis inutiles et tam nobis

118. a) effectu *c.* b) esset *c.*

quam nostro imperio adversantes; de quorum presentia quasi ex adipe prodiret iniquitas, que vos redderet inquietos et tedio contraventionum afficeret, ut hoc possent inposterum nostris imputare operibus et sic famam nostri nominis denigrare ac vestrum bonum statum nihilominus perturbare. Unde cum huiusmodi manifesta gravamina serenitas nostra non possit nec debeat equanimiter substinere, que tam Deo quam hominibus debent merito displicere, nos qui vobis et aliis fidelibus nostri imperii adesse tenemur propensi et prodesse, volentes pressuris et inquietationibus vestris perpetuum finem imponere et vos de cetero sub nostra et imperii potestate pacifice conservare, concessionem nostram predictam factam ipsi Romane ecclesie de vobis merito duximus revocandam, volentes et imperiali statuentes edicto, ut de cetero sub nostro et imperii dominio debeatis semper consistere et manere nec per nos aut successores nostros debeatis unquam alienari seu substrahi ab imperii potestate. Unde fidelitati vestre mandamus sub debito fidei qua nobis et imperio tenemini firmiter iniungentes, quatenus in nostra et imperii fidelitate de cetero persistentes nulli alii nisi nobis et imperio debeatis intendere seu parere. Preterea commisimus Raynaldi ducis[c] filio, dilecto fideli nostro, super hoc nostras vices; cui etiam dedimus in mandatis, ut vobis ex parte nostra constanter promittat, et si necesse fuerit ac volueritis, debeat realiter in animam nostram iurare, quod nunquam vos amplius a nostro et imperii dominio subtrahemus. Vos ergo intendatis et pareatis eidem Raynaldo[d] in omnibus quecumque de servitiis nostris et imperii ex parte nostri culminis duxerit iniungenda. Ut autem predicta omnia perpetuum robur firmitatis obtineant, presentes litteras bulla aurea tipario[e] nostre maiestatis impresso iussimus communiri.

Datum Brundusii, XXI. Iun., prime ind.

---

# 119. ENCYCLICA DE INIMICITIA PONTIFICIS ET DE PASSAGIO.

(1228. Iun. ex.)

*Proponimus e codice Guelferbytano 331 (Helmst. 298) saec. XV. fol. 20, qui collectionem dictaminum Petri de Vineis continet; quo usus est etiam Hahn in Collectione monumentorum I, 215 nr. 13. — Huillard-Bréholles III, 71. Böhmer, Reg. imp. V, 1731. (P. deest.)*

Fredericus Dei gratia Romanorum[a] imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex etc.

(1) Si solicitudine cordis et labore corporis indefessi pro servicio Iesu Christi et auxilio Terre Sancte, cuius onus suscepimus, hactenus nostra providentia vigilarit et in unum collegerit vires suas, testis est exactor conscientie nostre Deus, cui pro maximis que contulit ipse nobis pure vovimus et debemus quidquid accepimus, quidquid sumus. Et ne tanti muneris et tantorum beneficiorum videremur ingrati, firmiter prosequentes devocionis incepte propositum et votum, quod elegimus coram ipso, gratum duximus in laudem sui nominis et honoris, in studium vere religionis et fidei nec parcere sumptibus nec quieti corporis indulgere, ut in presentibus eo potissimum sub-

**118.** c) Bovoaldi comitis *c.* d) Bovo *e correctura c.* e) tipo *c.*
**119.** a) *deest c.*

traheremus affectui, quo magis eternorum sperabatur effectus nobiscum studio et sollicitudine occupatis, ut quam cito, quam prospere, quam provide, quam prudenter firmum prosequeremur mentis nostre propositum et rem tam dignam tanto molimine gereremus, quod et orbis ambitus miraretur et Altissimus acceptaret. (2) Et cum super hiis nostra laboraret intencio et speraremus ab ecclesia Romana omne conscilium, cum quem rectorem et ducem habere credebamus, ex insperato contrarium huius nostre disposicionis accepimus, adeo quod contra nos procedens iniuste prolatu excommunicationis sententie patenter nisus sit conatibus et votis nostris, quibus insistimus pro servicio Terre Sancte, non zelo iusticie, sed motu proprie voluntatis obstare. (3) Sed inter hec omnia contra nos sic immerite, sic iniuste prolata patiencia et mansuetudine usi sumus nec ad iniquam exercere voluimus iracundiam animi nostri motum, ut non deterioraretur in aliquo causa nostra, quam iusticia fovet et paciencia fulcit, per quas et ira deprimitur et iactancia conculcatur. Quod non ob aliud fecimus nisi ob reverenciam Altissimi et ne impediretur servicium terre Dei. Ad evidentem insuper mansuetudinis nostre constantiam, licet offensi pocius quam aliqua culpa notabiles, post varias supplicationes et preces, quas ad excusationem innocencie nostre et de nullo reatu[b] et ad[c] pacem aut graciam obtinendam per solempnes et frequentes nuncios nostros, etiam ultra quam imperialem excellenciam nostram deceat, apud antistitem ecclesie Romane porreximus. (4) Nuper etiam per venerabilem Magdeburgensem[d] archiepiscopum, dilectum principem nostrum, et duos de iudicibus curie nostre, nuncios nostros ad hoc specialiter destinatos, ipsi Romano antistiti formam nostre satisfaccionis obtulimus, ut nobis iam transire paratis pro servicio Ihesu Christi benediccionis munus et graciam non negaret. Quod nullatenus acceptavit et, cum predicti archiepiscopus et nuncii nostri ab eo requirerent, ut satisfaccionis formam, que sibi placeret, exprimeret, id facere recusavit. (5) Preter hoc autem, ut plus iusto aspere nos tractaret et mansuetudinem nostram verteret in furorem, homines ecclesie, quos licet beneficiorum oblitus ex concessione nostra tenet, iussit arma sumere et insurgere graviter ad dispergendum regnum nostrum, pro tuitione nostrorum rebellium et favore, non contentus, quod homines Reatini primo exercitum nostrum, quem in obsidionem proditoris nostri direximus, invadere sunt conati, quamquam et prima et ultima ipsorum acies cesa sit et fugata; quorum maiorum magna pars ibi gladio ultore succubuit, ubi facinus est aggressa. (6) Preter hec etiam idem Romanus pontifex de pecunia ecclesie, quam erogare tenetur in Christi servicium transituris, soldatarios retinet contra nos, ut nobis modis omnibus quibus valeat adversetur. (7) Quamquam autem idem Romanus antistes per hec omnia nostris desideriis se opponat et iniuste mansuetudinem nostram exasperare conetur, nullatenus tamen nos a Christi servicio revocavit. Nam pro certo noveritis, nos cum galeis et navigiis nostris et strenua militum comitiva et multitudine bellatorum Christo duce, cuius res agitur, de Brundisio feliciter iam movisse versus Suriam cum celeritate et aura prospera profecturos. Quare fidelitati vestre precipiendo mandamus, monentes attencius et hortantes, quatenus ad[e] succursum nostrum et servicium Terre Sancte intendatis pro viribus ut potestis, grave ferentes quod summus pontifex in hiis omnibus nos iniuste provocat et indigne, cum deberet pocius paterna compassione nostris laboribus providere.

Dat. etc.

**119.** b) conscii *deesse videtur c.* c) *deest c.* d) Cod'burgeñ *c.* e) ac *c.*

# 120–123. CORONATIO HIEROSOLIMITANA.

1229. Febr. Mart.

## 120. *CONVENTIO CUM SOLDANO (Febr. 18).*

*Conventionis huius fragmenta tantum Geroldus patriarcha una cum epistola sua a. 1229. Mart. 26 data (Rodenberg I, nr. 384) pontifici misit, adiectis censuris, quas hoc loco supprimendas duximus*[1]. *Leguntur capitula in Registro Gregorii IX. lib. III, 35, e quo ea vulgavit, mendis, ut dicit, accurate correctis, Huillardus. Quem secutus Rodenberg I, 297 nr. 380 ea recognovit; cuius editionem repetimus. Rodenberg etiam recte animadvertit, textum Latinum, quem Raynaldus in Annalibus ecclesiasticis a. 1229 § 15—21 et eum secutus Pertz publicaverunt, nihil esse nisi versionem e Gallico sermone ab ipso Raynaldo factam. — Huillard-Bréholles III, 86. Böhmer, Reg. imp. V, 1736.*

*(P. 260.)*

I. Li soldans baille a l'impereour ou a ses baillis Jerusalem le exalchie, quil en face cho que ilh vora, de garnir ou autre chose.

II. L'emperere ne doit touchier[a] la Geemelaza[2], cho est le temple Salomon, ne le temple Domini ne nule rien de tot le porpris, ne ne doit soufrir que nus Francs de quelque generation quil soit, que ilh se mete sor les lius motis[b], mais ilh remandront sens riens cangier en la main et la garde des Sarrasins, qui les[c] terront por lor oresons faire et por lour loie crier, sens cho que defendu ne contredit ne lor iert nulle riens de cho, et les cles des portes des porpris de ches lius, qui moti sunt, seront es mains de chiex ki iki seront por les lius servir, et de lour mains tollues ne seront.

III. Non sera defendu a nul Sarrazin quil ne voyse franchement en pelerinage en Bethleem.

IV. Et si yl y a acuns Frans qui ayt ferme creanze en la hautece e en la dignite del temple Domini, e il vuelt le lou visiter e fayre yki ses oresons, il les y puisse faire, e sil ne croyit en sa hautece e en sa dignite, non doyt estre soffers a entrer en tot le porpris de leu.

V. Se acuns Sarrazins meffayit des estajanz en Jerusalem a Sarrazins com' il est[d], doyt estre menez per l'esgart des Sarrazins.

VI. L'empereres non aydera nul Franc, ki ke il soyt, en nule maniere per nule entention kil ayent[e] de kelke diversite kil soyent, ne Sarrazin a combatre ni a guerre fayre contre les Sarrazins ly[f] kel sunt en ceste trive moty, ni no mandra[g] o eulz ni ne segra nul d'euls en nule des partyes[h] ki motyes sunt, por battaille fayre, ne no se asentyra a eulz en aucune maniere, ne no les soccoyra ne d'ost ne d'avoyr ne de genz.

VII. L'empereres destornera toz cels qui auront[i] entendement del mal fayre en la terre del soldan Melec el Kemel e en la terre ke est motye[k] en la trive, e les defendra a son ost e a son avoyr et a ses homes e a tot kant[l] kii aura de poer.

**120.** a) douchier *H.* b) motit *H.* c) le *H.* d) *locus ut videtur corruptus R.* e) avent *H.* f) ky *H.* g) mandera *H.* h) partye *H.* i) aurant *H.* k) motyes *H.* l) kaute *H.*

1) *V. eas in editione Rodenbergiana.* 2) *Vox Arabica, rectius autem Djami al-Asca, id est Mesquita longinqua, in ea parte qua olim surgebat Salomonis templum a kalifo Omaro exstructa, maxima apud Moslemos veneratione colitur. HUI.*

VIII. Saucuns Frans, ki ke il soyt, a entendement de trapasser rien des fermetez ke recordees ou motyes sunt en ceste trive, li empereres .......[m] e sor li est de deffendre le soldan e doster e destorner l'en a son ost e a son avoyr et a ses homes.

IX. Triple e sa terre, le Chrach, Castel Blanc, Tortose, Margat e Antioche e 5 kant ke est en lor terre[n], se soyt en son estat en guerre e en trive; e sor l'empereor soyt kil[o] deffendra a ses genz e a son ost e as apendanz a li e a cels ki a li venrunt, Frans prives e enstranges a li venanz, la aye des segnors de cels leus motiz sor nule entention kyl ayent en la terre de Sarrazins.

## 121. *EPISTOLA MAGISTRI DOMUS TEUTONICORUM AD PONTIFICEM.* 10 *(Mart. 7—17.)*

*Dedit Pertz e Registro Gregorii IX. vol. I, 116 lib. III, 19*[1]. — *Huillard-Bréholles III, 90. Böhmer, Reg. imp. V, 1737.* *(P. 263.)*

G(regorio) sanctissimo et reverendo in Christo patri et domino ac benefactori suo sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici frater H(ermannus) Hospitalis sancte 15 Marie domus Theutonicorum in Ierusalem minister humilis cum debita reverentia et devotione oscula pedum beatorum.

Rumores et status Terre Sancte et exercitus christiani in passagio autunni preteriti, secundum quod tunc erat, vestre satis innotuit sanctitati, set gratiam, quam dominus exercituum Deus circa Terram Sanctam non nostris meritis set sola miseratione 20 divina post hec operari dignatus est, dignationi vestre in presentibus significare dignum duximus et utile. Noveritis igitur, quod quintodecimo die mensis Novembris dominus (1228. Nov. 15.) imperator cum omni exercitu christianorum venit Ioppen ad reedificationem castri illius, ut facilior fieret processus in Ierusalem tempore suo. Et cum exercitus Christi necessaria in someriis per terram per aliquod tempus sufficientia ferre nequivisset, 25 quisque secundum suam possibilitatem barchas cum necessariis in portu Accon oneraverat. Set mutato aere et turbato mari tanta tempestas inhorruit, ut vassella cum victualibus nequaquam exercitui venire possent. Et dum exercitus Christi in multa sic esset ancxietate, fere omne consilium totius exercitus iam desperare cepit, murmurantes nil aliud superesse quam in Accon redeundum. Et dum in tali essemus 30 discrimine, miserator et misericors Dominus, qui sanat contritos corde, adiutor in oportunitatibus, serenato aere pacavit mare; et statim tanta navium et barcarum multitudo venit Ioppen cum victualibus, ut omnis defectus prius habitus mutaretur in habundantiam et plenitudinem omnium necessariorum. Et ab illo tempore semper ulterius tantam fecit misericordiam Deus in aeris temperie, ut indifferenter venirent vassella 35 per mare et abirent, ita quod omnis copia omnium necessariorum habita est semper ulterius. Interea sine mora de communi consilio incepta sunt edificia Ioppen in fossato et muris et turribus erigendis, quod opus memoriale erit in evum omni populo christiano, quia per Dei gratiam ex nimia dilectione et affectu, quo[a] dominus imperator et omnis populus circa ipsum fervebat et laborabat, ante dominicam LX[me] usque adeo (1229. Feb. 18.) 40 fuit promotum, quod a principio sue prime inchoationis numquam extitit tam forte et bene factum. Interea vero dum hec sollicite agerentur, nuntii soldani et domini imperatoris indifferenter ibant hinc inde et revertebantur, tractantes de bono pacis et concordie. Idem vero soldanus Babilonie et frater suus soldanus, qui dicitur Sceraph,

**120.** m) *hic aliquid excidisse apparet R.* n) trive *H.* o) kal *H.*

45 **121.** a) quem *c.*

1) *Cf. Rodenberg I, nr. 381.*

cum innumerabili exercitu apud Gazaram erant in castris per unam dietam modicam a nobis, et soldanus Damasci cum ingenti exercitu apud Neapolim erat[b] per unam similiter dietam a nobis. Et dum de restitutione Terre Sancte tractaretur, dominus Iesus Christus sua solita providentia ita ordinavit, quod soldanus restituit domino imperatori et christianis civitatem sanctam Ierusalem cum suis tenimentis, excepto illo quod monasterium illud, quod dicitur templum Domini, debet esse in custodia Sarracenorum, quia orare diu consueverunt ibidem, ut liberum habeant introitum et exitum illic orationis causa, et christianis similiter ibi orare volentibus sit expositum. Villam etiam, que dicitur ad Sanctum Georgium[c], et casalia, que sunt ex utraque parte vie usque in Ierusalem, reddiderunt; et Bethleem[d] cum suis tenementis et casalibus, que sunt inter Ierusalem et Bethleem. Restituit etiam Nazareth cum suis tenimentis et casalia, que sunt inter Accon et Nazaret. Reddidit etiam castrum Tyronis cum omnibus pertinentiis et villis et terris. Civitatem etiam Sydonis cum omni planitie, que attinet, similiter reddidit, et omnes terras, quas christiani tempore pacis habebant et in pace tenebant. Licet etiam nobis per pactum, reedificare Ierusalem in muris et turribus iuxta voluntatem christianorum et castrum Ioppen et castrum Cesaree et Montfort, castrum novum nostrum, quod in montanis hoc anno firmare cepimus. Verisimile enim videtur, quod si dominus imperator in gratia et concordia ecclesie Romane transivisset, longe efficacius et utilius prosperatum fuisset negotium Terre Sancte. Predictus vero soldanus Babilonie usque ad finem treuguarum, que inter dominum imperatorem et eum per decennium statute sunt, aliqua castra aut edificia facere de novo aut edificare non debet nec aliquis suorum. Omnes captivi etiam, qui in perditione Damiate remanserunt et qui capti sunt in guerra novissima, totaliter reddentur[e] ex utraque parte. Proponit etiam imperator cum omni populo ascendere Ierosolimam et ibi in honore Regis regum omnium ferre coronam — sic enim consultum est ei a pluribus — et cum omni diligentia intendere ad reedificationem civitatis Ierusalem. Qualis etiam fuerit exultatio omnis populi in restitutione predicta, vix potest enarrari. Frater enim Leonardus venit ad nos Ioppen VII. die Martii, referens nobis rumores de partibus cismarinis; quos libenter vellemus esse meliores et de alia maneria quam sint. Ceterum dominus archiepiscopus Reginus, qui ad pedes vestre dignationis missus est, discretionem vestram plene novit expedire, qualiter et in quem modum circa dominum imperatorem remanserimus; et dum per eum fueritis expeditus, qua intentione fecerimus et quis fuerit profectus, quicquid super hiis vestra nobis preceperit dignatio, et de preteritis et de futuris, parati sumus obedire.

Mart. 7.

## 122. *ENCYCLICA IMPERATORIS.* *Mart. 18.*

*Editionem paravimus ope* 1) *Registri Gregorii IX. vol. I, fol. 118 lib. III, 21*[1], *e quo epistolam ad pontificem datam exemplandam curavit Pertz;* 2) *codicis Claustroneoburgensis 929 saec. XIII, fol. 8', cuius exemplar die 19. Martii datum universis imperatoris amicis inscriptum est; contulit vir d. Kehr;* 3) *editionis Monumentorum Boicorum XXXI, 1, 532 nr. 281 e copiariis Passaviensibus II, fol. 72 et III, fol. 62', qui in tabulario regni Bawarici asservantur, proflua; exemplar hoc datum fuit ad comites, barones, alios per imperium constitutos*[2]; 4) *schedarum Henrici Meibom senioris, quae exstant in bibliotheca regia Hannoverana, ubi prior tantum pars exemplaris episcopo Hildesheimensi missi exemplata est; contulit hoc fragmentum Waitz, quod postea edidit Sudendorf in Registro I, 103 nr. 52. Quae exemplaria cum inter se admodum conveniant,*

**121.** b) erant *c.* c) Gorgium *c.* d) *correxi;* Ierusalem *c.* e) redderentur *c.*

1) *Cf. Rodenberg I, nr. 382.* 2) *Ex iisdem, ut videtur, codicibus editum est in periodico 'Jahrbücher der Literatur' (Wien 1827) XL, 147 et a Leibnitio in Codice iuris gentium, Mantissa II, 245 (= Lünig 'Reichsarchiv' IV, 147).*

*discrepat ab iis 5) exemplar regi Angliae missum, quod servaverunt Flores Historiarum Rogeri de Wendover, cuius editionem a viro cl. Liebermann paratam SS. XXVIII, 63 in usus nostros vertimus. — Exemplar pontifici missum legitur, teste Fickero, etiam in cartulario Romersdorfiensi saec. XIII, quod asservatur in tabulario Confluentino; exemplar regi Bohemiae missum non multum differens a 3 in codice olim G. Libri, cui titulus 'Epistolae regum et imperatorum', se legisse dicit Huillardus; exemplar textui 4 consimile ab Alberto duce Saxoniae Revaliensibus missum est, cuius epistolae autographon in tabulario maioris ecclesiae Wisbyensis asservatum exemplatum est saec. XVIII. a viro cl. Langebek, cuius apographon iam exstat in tabulario Havniensi; editum est adnotatis lectionibus potioribus encyclicae a viro cl. Winkelmann in Actis imperii I, 493 nr. 614. E Rogerii opere recepit textum 5 Matheus Parisiensis in Chronica maiora (ed. Luard III, 173; cf. SS. XXVIII, 123), cuius varias lectiones adnotavit l. c. Liebermann. Nos editionem nostram ita instruximus, ut textu 1 pro fundamento posito, praecipuas modo discrepantias reliquorum textuum adnotaremus, non curantes minutias nec verborum transpositionem. — Huillard-Bréholles III, 93. Böhmer, Reg. imp. V, 1738. (P. 261.)*

Sanctissimo patri in Christo domino Gregorio divina providente clementia sancte Romane ecclesie summo pontifici Fredericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex salutem et reverentiam filialem[a].

(1) Letentur[b] in Domino et exultent omnes[c] recti corde, quoniam beneplacitum est ei super populo suo, ut exaltet mansuetos in salute. Laudemus et nos ipsum quem laudant angeli, quoniam ipse est dominus Deus noster, qui facit mirabilia magna solus quique antique sue misericordie non oblitus, ea miracula nostris temporibus innovavit que fecisse legitur a[d] diebus antiquis. Quia cum ipse, ut notam[e] faciat potentiam suam, semper non in equis aut curribus glorietur, nunc dedit sibi gloriam in paucitate virorum, ut cognoscant et intelligant omnes gentes, quod ipse sit terribilis in magnificentia, gloriosus in maiestate et mirabilis in consiliis super filios hominum, cum in paucis diebus istis miraculose potius quam virtuose[f] negotium illud[g] feliciter[h] sit peractum, quod a longis retroactis temporibus multi potentes et diversi principes orbis nec in multitudine gentium[i] nec per metum aut[k] quodlibet aliud facere potuerunt. O[l] quam laudanda est clementia Creatoris et quam metuenda est semper potentia virtutis ipsius, quia cum in humilitate mentis et devotione cordis semper processerimus ad servitium sanctum eius, nobis ab ipso principio consilio et auxilio sue non defuit pietatis. O quam glorificanda est ineffabilis misericordia Redemptoris, qui super populum suum devotum peccatis nostris facientibus tam diu derelictum, nunc ex alto respiciens, ipsum secundum miserationum suarum multitudinem visitavit. Ecce nunc quidem dies illa salutaris[m] advenit, in qua veri christicole salutare suum accipiunt a domino Deo suo, ut cognoscat et intelligat orbis terre, quia ipse est et non alius, qui servorum suorum salutem quando vult et quomodo vult operatur. (2) Credimus[n] itaque, quod ea[o], que in principio accessus nostri[p] ad Accon procurante[q] Altissimo nobis feliciter con-

**122.** a) Fr. Dei gratia Romanorum imperator — rex universis presentes litteras inspecturis fidelibus amicis suis gratiam suam et bonam voluntatem 2; Fridericus — rex comitibus, baronibus, militibus ceterisque nobilibus et universis per imperium constitutis quibus presentes littere ostense fuerint, fidelibus suis, gratiam — voluntatem 3; Fridericus — rex venerabili episcopo Conrado Hildeshemensi principi suo gratiam suam et omne bonum 4; Fretherieus — rex karissimo amico suo H. Anglorum regi salutem et sincere dilectionis affectum 5. b) Letentur iusti 2; Letentur omnes 3; *pro* Letentur — potentiam suam semper 5: Letentur et exultent omnes in Domino et glorientur pariter recti corde, qui ut notam faceret potentiam suam. c) *deest* 2. 3; iusti et glorientur omnes 4. d) in 2—4. e) notum 1. f) fortitudine 5. g) sancte terre 4. h) *deest* 5. i) nec per vires quantumcunque grandes *add.* 5. k) nec per 2; *pro* aut — facere 5: aliquem facere hucusque modo quolibet. l) O — reddere volumus plenius certiores *des.* 5. m) salutis 2. 4. n) Recolimus 2—4. o) *pro* ea que 2—4: ex hiis que procurante altissimo. p) usque *add.* 2. 3. q) procurante Altissimo *des.* 2—4.

tigerunt, vestra[r] paternitas plene novit. Nunc autem de subsequentibus prosperis omni gaudio et felicitate maioribus, que operante sola virtute divina nobis postmodum emerserunt, transcursa materia de premissis, ne longus sermo sanctitatis[s] vestre desideria diu teneat in suspenso, vos[t] reddere volumus plenius certiores[u]. Noveritis[v] igitur sanctissime pater, quod nos spem firmam semper habentes in Deo firmiterque[w] credentes, quod dominus[x] Iesus Christus filius eius, pro cuius servitio corpus et animam exposuimus sic devote, nos non relinqueret in tam longinquis[y] regionibus et ignotis, quin saltem ad[z] honorem et gloriam suam consilium et auxilium[a] nobis tribueret in[b] obsequio suo sancto, in eius[c] nomine ad[d] ipsius servitium procedentes venimus[e] apud Ioppen decimo quinto die mensis Novembris primo preteriti, ut reedificaremus[f] castrum ipsum, quatinus eundi in civitatem sanctam Ierusalem felicior[g] pateret aditus nobis et exercitui christiano. Nec[h] tamen sine temptatione maxima per continuationem dierum octo[i] Christi exercitus fuit ibi, quia cum unusquisque de exercitu necessaria victus pro se et equitaturis suis sufficienter pro diebus pluribus portare per terram cum sommeriis nequivisset et propter hoc specialiter in portu Accon preparata essent vassella nonnulla que victualium copiam portare debebant, repente ac fortiter turbato aere ventoque flante gravissime et tumescentibus etiam ultra modum procellis, succursus vassellorum illorum per alios continuos octo dies atlethis Christi et christiane[k] defensoribus fidei pro peccatis nostris extitit interdictus. Fuit autem tunc murmur et timor maximus[l] apud multos, ne super populum suum Dominus forsitan indignatus, gladio dire famis vellet ipsos penitus delere de terra. Set quia summa est ira Dei misereri potius quam irasci, quia etiam ineffabilis clementia eius ultra quam sustinere potest temptari hominem non permittit, lacrimosis et suplicibus rogatus precibus et excitatus clamoribus valde piis, continuo imperavit ventis et mari, et facta[m] est tranquillitas magna[n], dicentibus unanimiter et clamantibus universis: 'qualis est hic qui ventis et mari imperat, et ipsi obediunt ei'[o]. Statimque vassellorum innumera multitudo cum ingenti copia frumenti, ordei, vini et necessariorum omnium Ioppen venit. Tunc autem totus exercitus sic fuit satiatus bonis omnibus et refectus[p], quod preter peregrinos aliquos forte pauperes mendicantes ubique nullus in exercitu fuit alius, quin necessaria recepisset[q] alter pro uno, alter pro duobus mensibus habundanter. Et adhuc secundum miserationem divinam, ut manifestaret apertius gloriam suam nobis, tranquillitate maris et aeris[r] diu ac diu mirabiliter perdurante, vasella predicta redierunt Accon et iterum ac iterum et multotiens postea sunt reversa, et taliter faciendo[s] onerata currebant similiter omni die, quod[t] ex tunc necessariorum omnium habundantia indeficiens et mirabilis in exercitu semper fuit. (3) Existentibus[u] autem nobis ibidem et ad reedificationem ipsius castri magnificam[v] intendentibus[w], de soldano Babylonie ad

1228. Nov. 15. — Luc. 8, 25.

**122.** r) *pro* vestra — novit 2—4: vestram devotionem (dilectionem suam 4) fecimus plene certam. s) *pro* s. v. d. 2. 3: desideria vestra; 4: des. tua. t) quos 1; te 4. u) certiorem 4. v) *pro* Noveritis — pater 2—4: Noverit igitur devotio vestra (tua 4); 5: Ne igitur desiderium vestrum longus sermo diu teneat in suspenso, sinceritati vestre cupimus esse notum. w) quod nos habentes spem nostram in Deo firmiter et credentes 5. x) dominus *deest* 2—5. y) remotis 2—5. z) *pro* ad — suam 5: pro honore et gloria et laude sua. a) salutare *add.* 3. 5. b) in — sancto *des.* 5. c) ipsius autem 5. d) *pro* ad — procedentes 5: ab Achon procedentes fiducialiter. e) prospere venimus 5. f) *pro* ut reedificaremus — christiano 5: ut castro loci eiusdem reedificato fortiter ut decebat non solum facilior immo brevior et securior pateret accessus. g) facilior 2—4. h) Nec — mirabilis in exercitu semper fuit *des.* 5. i) septem 4. k) christiani 1. l) *deest* 2. m) factum 4. n) tranq. magna *des.* 4. o) *reliqua des.* 4. p) refertus 2. 3. q) colligeret 2. r) contra naturam temporis *add.* 2. 3. s) frequenter *add.* 2. 3. t) ita quod inantea (in annona 2) de necessariis omnibus habundantia *etc.* 2. 3. u) Igitur sub fiducia divine spei nobis apud Ioppen existentibus et super reedificatione ipsius castri, prout exigebat rei necessitas et causa Christi intendentibus magnifice, ut decebat, dum a nobis et peregrinis omnibus sollicite agerentur hec omnia, de soldano *etc.* 5. v) sollicite *add.* 2. w) que sicut speramus et credimus erit nobis et christianitati toti memoriale in evum *add.* 2. 3.

nos et a nobis ad soldanum eumdem nuntii plures et pluries iverunt et venerunt[x] hinc inde. Qui[y] soldanus dieta una tantum distans a nobis et soldanus etiam frater eius qui Scharaph dicitur[z] apud civitatem Gazaram diffusum habentes exercitum, et ex alia[a] parte apud[b] civitatem Neapolim soldanus Damasci[c] cum innumera multitudine militum et peditum gentis sue ad unam dietam prope nos et christianum[d] exercitum[e] morabatur[f]. Et cum de restitutione Terre Sancte ab alterutra partium per internuntios tractaretur, tandem Iesus Christus Dei filius devotam patientiam[g] nostram ex alto respiciens[h] compatiendo nobis misericorditer in se ipso sic fecit, quod soldanus Babylonie restituit nobis civitatem sanctam Ierusalem, locum videlicet ubi pedes Christi steterunt, locum etiam ubi veri adoratores in spiritu et veritate Patrem patrum adorant. Et ut[i] de restitutione huiusmodi paternitatem[k] vestram certam per singula faciamus, sciatis[l] quod non solum restitutum est nobis corpus civitatis sancte[m], set tota contrata[n], sicut descendit inde usque ad maritimam et[o] castrum Ioppen, ut peregrini de cetero processum habeant liberum ad sepulchrum et securum inde[p] regressum; excepto[q] quod cum Saraceni[r] in quadam[s] veneratione[t] templum habeant et[u] illuc secundum ritum eorum ad[v] adorandum in modum[w] peregrinorum accedant, permittamus eos venire libere, verumptamen sine armis et quot voluerimus, nec hospitabuntur ibi set de foris et facta oratione recedant. Restituta[x] est nobis insuper civitas Bethlehem[y] et tota terra media inter Ierusalem et civitatem ipsam, civitas etiam Nazareth et tota terra media inter Accon et civitatem eamdem, terra tota Torronis[z], que larghissima est et ampla et satis[a] comoda christianis, civitas quoque Sydonis[b] cum tota planitie et pertinentiis suis; qui locus tanto de cetero erit christianis utilior quanto necessarius hactenus extitit Saracenis et pre[c] locis aliis fructuosus, eo[d] videlicet quod ibi portum habebant et inde arma et necessaria multa alia ad civitatem Damasci et de Damasco ad Babyloniam frequentissime deferebant[e]. Super[f] hec itaque licet nobis secundum pactum reedificare muros civitatis sancte Ierusalem, castrum Ioppen, castrum Sydonis, castrum Cesaree[g] ac castrum domus sancte Marie Teutonicorum quod[h] in montana Accon edificare ceperunt, quod[i] nullo umquam treuguarum tempore permissum extitit christianis. Idem[k] tamen soldanus usque ad finem treuguarum, que inter nos et ipsum per decennium sunt statute, aliqua castra vel aliqua edificia de novo facere vel edificare non debet. Sicque die dominico XVIII. mensis Februarii primo[l] preteriti, die inquam qua Christus Dei filius a mortuis resurrexit et in memoriam resurrectionis dominice memorialiter[m] colitur et veneratur ab[n] omnibus christianis, huius pacis concordia per iuramentum extitit hinc inde firmata. (4) Denique[o] de consilio et auxilio, quod a patriarcha Ierosolimitano, magistris et fratribus religiosarum domorum recipimus[p] in

Febr. 18.

**122.** x) venerunt et redierunt 5. y) *pro* Qui — habentes exercitum, et 5: Ipse etenim et alius soldanus, qui Xaphat dicitur frater eius, apud civitatem Gazam diffusum habentes exercitum, dieta una distabant a nobis. z) qui Sch. dic. fr. eius cum eo 2. 3. a) vero *add.* 5. b) *pro* apud civ. Neapolim 5: in civitate Sychen que Neapolis vulgo nominatur et in campestribus posita est. c) nepos eorum *add.* 2. 3. 5. d) christianos 5. e) similiter 5. f) morabantur 2. 3. g) et patientem devotionem *add.* 5. h) nostram respiciens de superius 2. i) Ut enim 5. k) *pro* pat. vestram certam 2. 3. 5: certos vos. l) noveritis 5. m) predicte 5. n) contracta 1. o) ad 2. 3; marit. castri Iopen 5. p) securumque 5. q) ita tamen 2; hoc tamen adiecto 5. r) illarum partium *add.* 5. s) *deest* 5. t) maxima *add.* 2. 3. 5. u) *deest* 5. v) *deest* 2. 3. w) figuram 5. x) Preterea restituta 5. y) Ierusalem 1. z) Toronis 2. 3; Turonis 5. a) valde 5. b) Sudonie 1; Sidonis 2. 3. c) pre locis aliis *des.* 5. d) *pro* eo — habebant 5: maxime cum portus ibi sit nimis congruus. e) frequenter portarentur 5. f) *pro* Super — Ierusalem 5: Et quamvis civitatem Ierusalem sicut melius umquam fuit reedificare nobis liceat secundum pactum, necnon et. g) castrum Cesaree, castrum Sydonis 2. 3. 5. h) fratres ipsius domus *add.* 5. i) *pro* quod nullo umquam 5: et ab olim nullo. k) ipse 5. l) nuper 2. 5. m) tam generaliter quam sollempniter 5. n) *pro* ab — pacis 5: in orbe concordia huiusmodi. o) Denique — quam efficaciter adstiterunt *des.* 5. p) recepimus 2. 3.

partibus cismarinis, cum tempus et locus fuerit, curabimus[q] paternitati vestre apertius[q] nuntiare. Unum tamen[r] de magistro et fratribus[s] sancte Marie Teutonicorum dicere possumus et merito non tacere, quod ab ipso adventus nostri principio in servitio Dei nobis tam devote quam efficaciter adstiterunt. Vere nunc igitur nobis omnibus illuxisse visa est dies illa in qua angeli cecinerunt: 'Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bone voluntatis'.

Luc. 2, 14.

1. 2. 3.

(5) Proinde si[t] placet, agat sanctitas vestra gratias Altissimo qui hec fecit, date[u] semper gloriam laudi eius et in celebritate tanti gaudii tanteque letitie cum timore et amore divino exultantes benedicatis eum qui facit mirabilia magna solus. Sciat[v] autem paternitas vestra, quod[v] die sabathi XVII.[w] huius mensis Martii, predictam civitatem sanctam Ierusalem intravimus cum ingenti gaudio exercitus christiani et sepulchrum Dei viventis reverenter visitavimus tamquam catholicus imperator ac sequenti die dominico[x] coronam ibi portavimus ad honorem et gloriam summi Regis; et ad ipsius civitatis reedificationem operam[y] dedimus et taliter ordinavimus, quod in absentia nostra ita bene et fortiter muris et turribus muniatur, tamquam si[z] ibi presentes essemus et quod de ea non poterit dante Domino inposterum formidari[a]. Scientes igitur[b], quod soldanus predictus captivos quos non restituit tempore perdite Damiate secundum pactum tunc temporis habitum inter christianos et ipsum, et alios qui postmodum capti fuerunt, restituere debet omnes[c].

Mart. 17. — Mart. 18.

Data in civitate sancta Ierusalem, XVIII.[d] Martii secunde indictionis.

5.

(5) Ad recognitionem vero tam grandis beneficii tantique honoris, que preter merita nostra et contra opinionem multorum ad perhennem misericordie sue laudem misericorditer contulit nobis Deus, et ut in loco sancto suo vitulum labiorum nostrorum personaliter offeremus eidem, noveritis quod die sabbati XVII. die mensis Martii huius secunde indictionis cum peregrinis omnibus, qui nobiscum fideliter Christum Dei filium sunt secuti, intravimus sanctam civitatem Ierusalem; et statim tamquam catholicus imperator, adorato sepulchro dominico reverenter, sequenti die coronam portavimus, quam Dominus omnipotens de throno maiestatis sue nos habendam previdens, de speciali gratia pietatis sue inter orbis principes nos mirabiliter exaltavit, ut sic, prosequentibus nobis tante dignitatis tripudium, que nobis competit iure regni, magis ac magis notorium universis appareat, quod manus Domini fecit hec omnia. Et cum miserationes eius super omnia opera sint eiusdem, cognoscant orthodoxe fidei cultores de cetero et enarrent longe lateque per orbem, quod ille qui est benedictus in secula visitavit et fecit redemptionem plebi sue et erexit nobis cornu salutis in domo David pueri sui. Sane priusquam de civitate recedamus sancta Ierusalem, de magnifica reedificatione ipsius, turrium ac murorum suorum taliter ordinare proposuimus et ita super hoc intendere volumus diligenter, quod non minor sollicitudo nec diligentia in absentia nostra habeatur inde, quam si personaliter super hoc ipsi essemus presentes. Ut autem hec presens nostra epistola exultatione sit plena per

**122.** q) apertius vobis curabimus 2. 3. r) est quod *add.* 2. s) domus *add.* 2. 3. t) *pro* si — vestra 2. 3: agatis et vos. u) date — eius *des.* 3. v) Scituri quod 2. 3. w) XVIII. 1. x) XVIII. eiusdem mensis *add.* 3. y) *pro* operam dedimus 2: statim dedimus operam diligentem; 3: quidem dedimus. z) acsi semper 2. 3. a) dubitari 2. b) insuper 2. 3. c) debet omnes *des.* 1. d) XVIIII. 2.

totum et sic limes eius principio se adaptet in gaudiis, ut regalem animum pro voto letificet, ad incrementum leticie et totius gaudii precedentis, amicitie vestre cupimus esse notum, quod soldanus predictus omnes captivos illos, quos secundum pactum inter christianos et ipsum habitum tempore quondam perdite Damiate non reddidit, et alios, qui postea capti fuerunt, restituere nobis debet omnes.

Data apud civitatem sanctam Ierusalem, XVII.[e] die mensis Martii anno Domini MCCXXVIIII.

## 123. *EPISTOLA MAGISTRI DOMUS TEUTONICORUM AD QUENDAM AMICUM.* (*post Mart. 19.*)

*Exscripsit Pertz e Registro Gregorii IX. vol. I, fol. 121 lib. III, 23*[1]. — *Huillard-Bréholles III, 99. Böhmer, Reg. imp. V, 1739.* (*P. 264.*)

Frater H(ermannus) Hospitalis sancte Marie domus Teutonicorum in Ierusalem minister humilis reverentiam debitam et devotam.

Noverit discretio vestra, quod dominus imperator cum universo exercitu christiano venit Ierusalem die sabbati XVII. Martii et die dominico sequenti ibi in honore Regis eterni portavit coronam. Consultum etiam fuit ei a multis, ut ibidem sibi faceret divinum officium celebrari, ex quo terram illam de manibus liberaverat Sarracenorum, propter quam excommunicationis erat vinculis innodatus. Nos vero, sicut ille qui honorem ecclesie et imperii diligit et utriusque exaltationi intendit, restitimus consilio memorato, quia nec ecclesie neque sibi vidimus expedire. Et sic in hoc nostris consiliis acquiescens, non audivit divina, tamen coronam simpliciter sine consecratione de altari accepit et in sedem, sicut est consuetum, portavit. Ipso quoque die presentibus Panormitano et Capuano archiepiscopis aliisque multis magnatibus, divitibus quoque ac pauperibus, proposuit coram omnibus manifeste verba subscripta et nobis iniunxit, ut verba sua ipsis Latine et Theutonice exponeremus. In primis itaque proposuit: quomodo crucem apud Aquisgranum assumpsit et quomodo sepius ab ecclesia terminum et indutias transfretandi petiit et impetravit seseque excusavit, qualiter ardua negotia sepius impedierunt propositum et iter suum. Preterea dominum apostolicum et ecclesiam in multis coram omnibus excusavit, eo quod multum dure obligasset eum ad transfretandum et quod postea denuntiaverit eum, quia non poterat aliter apud homines blasphemias et infamiam evitare, et quod postea ultra mare scripserat contra eum, quia dictum fuerat, quod ipse non transfretaverat set iverat ad alias partes pro congregando exercitu contra ecclesiam; quia si dominus papa scivisset intentionem eius, non contra set pro ipso scripsisset; et credebat, quod domino pape displicerent gravamina que ei illata fuerant a quibusdam in partibus ultramarinis, que nocuerunt toti populo christiano. Item exposuit, sicut et ante longe proposuerat toti exercitui christiano, quod pro sedanda discordia, que inter ecclesiam et ipsum vertitur, vellet ea facere, que ad honorem Dei et ecclesie necnon et imperii viderentur spectare, et tantum stare pro concordia facienda, quod evidenter appareret, quod ex parte sua nullo modo remaneret; et si qua gravamina per ipsum vel suos ecclesie essent illata,

Mart. 17. Mart. 18.

**122.** e) *sic perperam pro* XVIII. 5.

1) *Cf. Rodenberg I, nr. 383.*

taliter vellet delere, quod inimici crucis Christi ac alii falsi christiani, qui gaudent de discordia, de pace et concordia confundantur; et quod nolit se extollere nec attendere exaltationem et honorem divinitus sibi collatum, set quanto ipsum Deus exaltaverit, tanto velit se coram Altissimo humiliare, et propter eum coram eo qui vice sua est constitutus in terra. Hec et alia hiis similia, que longum esset narrare, proposuimus ex parte sua. Qualis autem letitia fuerit in introitu suo in Ierusalem, et dum verba que prediximus recitarentur universis christianis et incolis civitatis, vix posset explicari sermone. Hiis ita peractis, venit die lune sequenti archiepiscopus Cesariensis missus a domino patriarcha et ecclesiam sancti Sepulchri et omnia loca sancta posuit sub interdicto; pro quo totus exercitus fuit valde turbatus et contra ecclesiam indignatus, quia etiam, quare hoc factum esset, nullam evidentem causam ostendit. Unde etiam dominus imperator commotus misit pro ipso archiepiscopo Cesariensi, qui tamen non comparuit, et pro omnibus prelatis et conquestus est publice coram eis, quod loca sancta, que diu sub potestate Sarracenorum fuerunt et nunc essent divino auxilio liberata, fuissent posita sub interdicto, per patriarcham captivitati et miserie pristine restituta ex divini officii prohibitione. Asseruit etiam, quod si ipse vel aliquis suorum patriarcham in aliquo offendissent, vellet se omnino proinde committere eorum arbitrio et voluntati. Et sic de rehedificatione civitatis sollicite disposito, ipso die versus Ioppen rediit. Intelleximus autem postmodum, quod dominus patriarcha ideo Ierusalem et loca sancta posuit sub interdicto, quod Sarraceni haberent in custodia templum Domini et templum Salomonis et quod ibi lex eorum clamatur ab eis et colitur. Sciat autem discretio vestra, quod Sarraceni templum ipsum aliter non tenent, nisi quod pauci sacerdotes eorum senes et sine armis sunt in ipsa domo pro oratione facienda et domo mundanda. Homines autem imperatoris custodiunt et firmant portas exteriores, ita quod nec ipsis Sarracenis nec aliis introitus patet vel exitus, nisi quantum placet hominibus imperatoris. Hec vidimus et audivimus, et sic in veritate fuit nobis ibidem existentibus ordinatum. Oblationes etiam, que in templo Domini offeruntur ad lapidem, ubi Iesus Christus fuit oblatus, recipiunt christiani. Dicitur etiam ab antiquis, quod ante ammissionem Terre Sancte Sarraceni fere in omnibus civitatibus christianorum leges suas servabant et in oratoriis suis eas clamabant, sicut etiam christiani in Damasco et in aliis terris Sarracenorum custodiunt leges suas. Hec vero non ideo vobis scribimus, quod idem placeat domino imperatori, et quod non libenter, si[a] potuisset, aliter ordinasset. Set sicut Deus novit, pacem et treuguas non potuit aliter stabilire. Omnia predicta idcirco vobis scripsimus, ut forte si vobis ab alio aliter scriberetur, sciatis veritatem — sic est ut scripsimus — et omni spiritui non credatis, et quia scimus etiam, quod pacem et concordiam inter ecclesiam et imperatorem diligitis et pro ipsa facienda sollicite laboratis, pro quo vos moneremus attente, si esset necesse. Ceterum lator presentium frater S. rumores omnes vobis plenius annuntiabit.

Mart. 19.

---

## 124. ENCYCLICA DE HOSTE AB ITALIS FACIENDA.

### 1229. Oct. 5.

*Servavit eam Ryccardus de Sancto Germano in chronico suo a. 1229 (SS. XIX, 356), qui haec praemittit:* Imperator suas in Lombardiam et Tusciam et Romaniolam litteras dirigit in hac forma. — *Huillard-Bréholles III, 166. Böhmer, Reg. imp. V, 1764. (P. 265.)*

**123.** a) ei *c.*

Fredericus etc. potestatibus, consulibus et consilio civitatum Lombardie, fidelibus suis etc.

Ut de nostrorum felicitate successuum certa vos nova letificent, vestris duximus desideriis presentibus intimandum, quod nos de ultramarinis partibus prospere per Dei 5 gratiam redeuntes, de inimicis nostris qui regnum nostrum invaserant feliciter triumphavimus, dum audientes, nos contra eos in manu valida et potenti venturos, non expectatis aut expertis viribus nostris, in Campanie finibus fuge sibi presidium elegerunt. Sicque Domino cooperante et nos comitante iustitia, que de celo prospexit, quod ipsi de regno nostro, nobis absentibus, per anni dimidium occupaverant, nos brevi dierum 10 spatio recuperavimus et revocavimus ad demanium et dominium nostrum. Volentes igitur imperii et regni nostri quietem et pacem cum consilio vestro disponere ac in Teutoniam e vestigio properare, fidelitatem vestram monemus et hortamur attentius, firmiter ac districte precipiendo mandantes, quatinus hiis receptis litteris, in equis et armis decenter armati vestrum ad nos festinetis accessum, quoniam nos universis et 15 singulis pro sui qualitate servitii curabimus respondere.

Datum aput Sanctum Germanum, III. Non. Octobris, III. indictionis.

---

# 125. MANDATUM CREMONENSIBUS DATUM DE CONCORDIA CUM LOMBARDIS TRACTANDA.

20 1230. Apr.

*Post Böhmerum 'Acta imperii selecta' 788 nr. 1092 dedit Holder-Egger e membrana tabularii municipalis Cremonensis sign. 1917 (olim J 35), quam autographon esse vix credere potest, sed duplicatum autographi esse idque e cancellaria imperiali oriundum opinatur*[1]. *Membrana ad instar epistolae plicata est, in cuius margine imo quatuor fora-* 25 *mina filis ducendis apta conspiciuntur, inter quae eadem manu scriptum est* ·Ẃ·. dux. *Vestigia sigilli non supersunt. In tergo leguntur* Exemplatum est, *nempe in Registro magno sign.* A, *ubi legitur mandatum sub nr. 164. — Böhmer, Reg. imp. V, 1785.*

*(P. deest.)*

Fr. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex 30 potestati, consilio totique comuni Cremone, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem.

Expertum fidei vestre devotionis ardorem, quem circa nostra et imperii nostri servitia geritis et habetis, ylari ac sereno mentis affectu prosequimur et propensius commendamus. Scimus etenim, quo constantie spiritu et fidelitatis amore in omnibus, 35 que nostrum et imperii honorem et augmentum plene respitiant, assidue vigiles extitistis, nec piget vos laboris et oneris assumpsisse dispendium pro hiis, que ad incrementum nostre celsitudinis cognoscitis pertinere. In quibus omnibus nichilominus vestre reipublice bono consulitis, dum ex hiis, que ad incrementum nostrum et imperii studiose peragitis, vestre salutis et quietis amplitudini providetis, sperantes de merito 40 fidei et servitii qualitate cum plenitudine nostri favoris et gratie de benefitiorum im-

1) *Cui opinioni non accedam, sed verum autographon membranam istam esse contenderim.*

perialium magnitudine gloriari. Ad hec autem, quia de vestra devotione plene confidimus, ecce committimus vobis et plenam concedimus potestatem componendi et tractandi cum omnibus civitatibus et terris Lombardie, quas expedire videritis ad honorem imperii, servitium nostrum ac bonum statum et comunem utilitatem vestram velle redire. Nos enim secundum ordinationem et tractatum vestrum remittimus eis offensam, quam hactenus contra nostram excellentiam commiserunt, recipientes eos in gratiam nostram. Quocirca devotioni vestre mandamus, quatinus circa hec et alia, que videtis ad nostra et imperii spectare servitia, solite devotionis studium apponatis, securi quod nos perpetuo ratum et firmum habebimus quicquid cum predictis duxeritis statuendum. Ad huius autem rei perpetuam firmitatem presens scriptum fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri.

Dat. Fogie, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo, mense Aprilis, tercie ind.

---

# 126–149. PAX CUM ECCLESIA ROMANA.

## 1230. Iul. – Oct.

*Instrumentorum, quae pertinent ad pacem apud S. Germanum et Ceperani initam, viginti duo Pertz a. 1823, Annalibus ecclesiasticis in subsidium attractis, eruit e Registri Gregorii IX. tomo I, fol. 161—168. Quorum ordinem chronologicum ope editionis Huillardi et imprimis viri cl. Ficker Regestorum imperii tomi V. sagacissimi renovatoris restituimus* [1], *unum in duo (nr. 137 et 139) seiungentes et unum scriptum (nr. 138) aliunde petitum addentes.*

### 126. *SCRIPTUM DE IURAMENTO MARGARITI. Iul. 21.*

*Reg. nr. 4. — Huillard-Bréholles III, 209 nr. IV. Böhmer, Reg. imp. V, 1795. (P. 270.)*

L(ando) miseratione divina Reginus et .. Barensis [2] archiepiscopi, .. episcopus Reginus [3] et .. abbas Casemarii universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod cum venerabiles patres domini I(ohannes) Sabinensis episcopus et Th(omas) tituli Sancte Sabine presbyter cardinalis, apostolice sedis legati, domino imperatori misissent per magistrum Bartholomeum capellanum domini pape et magistrum P. capellanum predicti episcopi Sabinensis, ut terram quam Margaritus tenuerat et occupata dicebatur, postquam a domino papa recesserunt pro componenda pace venientes, eidem M(argarito) faceret plene restitui, idem Margaritus a domino imperatore vocatus coram nobis et eisdem nuntiis et pluribus aliis spontanee recognovit, se dudum, ante quam venirent, eidem imperatori iurasse et se ac sua exposuisse ad ipsius beneplacita voluntatis, recognoscens se eundem imperatorem velle habere in dominum suum et non alium, et eidem imperatori, priusquam papa scriberet, litteras ut eum in suam gratiam reciperet direxisse.

Data apud Sanctum Germanum, XII. Kal. Aug.

1) *Summaria priorum duodeviginti scriptorum v. inter Epistolas saeculi XIII. e Regestis selectas ed. Rodenberg I, nr. 415.* 2) *Marinus.* 3) *Nicolaus.*

**127.** *SCRIPTUM IMPERATORIS DE SUO IURAMENTO. (Iul. 23.)*

*Reg. nr. 1. Hoc scriptum perinde ac duo sequentia, quae die praecise indicato carent, e cancellaria apostolica proflua diei Iulii 23. adscribenda sunt, ut argute censuit Ficker. — Huillard-Bréholles III, 207 nr. I. Böhmer, Reg. imp. V, 1796. (P. 269.)*

5 Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Notum facimus universis, quod nos pro omnibus pro quibus excommunicati sumus, tactis sacrosanctis euangeliis, iuramus coram vobis, dominis I(ohanne) venerabili episcopo Sabinensi et T(homa) tituli Sancte Sabine venerabili presbytero cardinali, apostolice sedis legatis, vice reverentissimi patris domini G(regorii) Dei gratia summi 10 pontificis recipientibus, stare precise mandatis ecclesie et sine aliqua conditione secundum formam ecclesie. Ne igitur id revocetur in dubium, presens scriptum fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri.

Data apud Sanctum Germanum, anno dominice incarnationis MCCXXX, die . .[a] mensis Iulii, tertie indictionis.

15 **128.** *SCRIPTUM IMPERATORIS DE REMITTENDA OFFENSA FAUTORUM ECCLESIAE. (Iul. 23.)*

1) *Reg. nr. 2;* 2) *transsumta duo tabularii Vaticani saec. XIII. in., ab uno eodemque librario exarata, sign. Arm. I c. IV nr. 7 et nr. 8*[1], *quae contulit vir d. Kehr. Insertum est etiam epistolae Gregorii IX. (infra nr. 149), ubi tamen caret nota chronologica. Cuius* 20 *lectiones cum nihil faciant, nil curavimus. — Huillard-Bréholles III, 208 nr. II. Böhmer, Reg. imp. V, 1797. (P. 269.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis, quod nos remittimus omnem offensam et penam Theotonicis, Lombardis, Tuscis et hominibus Regni generaliter et 25 Gallicis et omnibus aliis, qui ecclesie contra nos adheserunt, et per Thomasium comitem Acerrarum dilectum fidelem nostrum facimus in anima nostra iurari, quod predictos nullo tempore offendemus vel faciemus offendi pro eo quod Romane ecclesie contra nos orta discordia astiterunt, et quod pacem ecclesie et eis observabimus. Remittimus etiam sententias, constitutiones et banna, si qua per nos vel per alios lata vel edita 30 sunt occasione huiusmodi contra eos. Promittimus etiam, quod terras ecclesie in Ducatu vel Marchia seu alio patrimonio ecclesie non invademus nec devastabimus per nos vel per alios. Ad cuius rei evidentiam presens scriptum fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri.

Data[b] apud Sanctum Germanum, anno dominice incarnationis MCCXXX, die . .[c] 35 mensis Iulii, tertie indictionis.

**129.** *SCRIPTUM IMPERATORIS DE CIVITATIBUS GAIETA ET S. AGATHAE. (Iul. 23.)*

*Reg. nr. 3. — Huillard-Bréholles III, 208 nr. III. Böhmer, Reg. imp. V, 1798. (P. 269.)*

40 Fridericus Dei gratia etc. ut supra. Per[a] presens scriptum notum fieri volumus universis, quod inter sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem nostram et nos con-

**127.** a) *nulla lacuna in c.; H. male supplevit Raynaldus.*
**128.** a) Fr. 2. b) Dat. 2. c) *nulla lacuna in c.*
**129.** a) *deest c.*

45 1) *Cf. 'Neues Archiv' XIV, 376, ubi tamen perperam legitur nr. 1798 Regestorum imperii V.*

venit, quod de communi voluntate tractabitur de via invenienda, qualiter ad nos cum honore eiusdem sancte matris ecclesie revertantur Gaietani et Sancta Agathensis civitates et omnes cum bonis suis de regno nostro Sicilie, quos ecclesia in sua fide recepit et in ecclesie devotione perdurant; ad quem tractatum datus est annus, nisi ante via valeat inveniri. Ad quam inveniendam dicta mater ecclesia curam et sollicitudinem adhibere promisit, nec terminus nisi de consensu partium ulterius prorogabitur. Set si, quod absit, infra dictum terminum via inventa non fuerit, extunc per arbitros interim eligendos procedetur in via ut dictum est invenienda. Quorum duo sint ex parte ecclesie et duo ex parte nostra. Qui si concordare non poterunt, quintum eligant, et dicto maioris partis stabitur. Prestamus itaque iuramentum per Thomasium comitem Acerrarum dilectum fidelem nostrum in anima nostra et de mandato nostro iurantem, quod interim predictas terras et homines non offendemus in personis et rebus nec a nostris permittemus offendi, et viam, que invenitur per comunem tractatum eiusdem matris ecclesie et nostrum vel per arbitrium, observabimus. Ad cuius rei evidentiam presens scriptum fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri.

Data apud Sanctum Germanum, anno dominice incarnationis MCCXXX, die . .[a] mensis Iulii, tertie indictionis.

## 130. *SCRIPTUM EPISCOPORUM DE EXCOMMUNICATIONE ET ABSOLUTIONE IMPERATORIS. Iul. 23.*

*Reg. nr. 6. Inest mandatum cardinalium de restituendis bonis ecclesiasticis. — Huillard-Bréholles III, 211 nr. VI. Böhmer, Reg. imp. V, 1801.* *(P. 271.)*

B(ertholdus) Dei gratia patriarcha Aquilegensis, . . archiepiscopus Salzeburgensis, . . episcopus Ratisponensis universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Quoniam in rebus dignis memoria veritatem nec tacere possumus nec debemus, cum occultatio veritatis et falsitatis assertio non multum distet in culpa, ad communem deducimus notitiam ea que in negotio absolutionis serenissimi imperatoris Romanorum semper augusti, Ierusalem et Sicilie regis acta sunt et dicta a venerabilibus patribus Iohanne Dei gratia Sabinensi episcopo et Thoma tituli Sancte Sabine presbytero cardinali, apostolice sedis legatis, apud Sanctum Germanum, nobis presentibus et aliis multis prelatis, principibus et baronibus imperii et regni Sicilie. Siquidem eisdem venerabilibus in Christo patribus ad recipiendum domini imperatoris iuramentum residentibus, lecte sunt in publico cause propter quas predictus imperator auctoritate sedis apostolice excommunicationis vinculo tenebatur astrictus, sicut est inferius annotatum. Excommunicatus est, quia contra excommunicationis sententiam, a venerabili fratre bone memorie P. et dilecto filio G. tituli Sancti Martini presbytero cardinali de voluntate et assensu suo auctoritate apostolice sedis latam, ad terminum quem sibi prefixit non transfretavit, sicut promisit, et quia promissum numerum militum suis expensis non misit vel tenuit pro subsidio Terre Sancte, et quia statutis ab ipso terminis in Terram Sanctam promissam pecuniam non direxit. Item quia ab oppressionibus et spoliationibus ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum et conculcatione ecclesiastice libertatis monitus non destitit. Item quia Templarios et Hospitalarios bonis mobilibus et immobilibus, que habebant in Regno, temere spoliavit. Item quia ab oppressione pupillorum, orphanorum et viduarum seu nobilium et aliorum hominum de Regno vel destructione ipsius, quod ad Romanam ecclesiam noscitur specialiter pertinere, pro quo Romane ecclesie iuramentum fidelitatis exhibuit et homagium prestitit, monitus non cessavit. Item quia Tharentinum archiepiscopum ad sedem propriam et eius

**129.** a) *lacuna nulla in c.*

populum accedere non permittit. Item quia comitem Rogerium, sub apostolice sedis protectione receptum, comitatu et terris suis penitus spoliavit. Item quia compositionem factam inter comites Celanenses ac Renaldum de Aversa, pro cuius observatione ecclesia Romana ad eius instantiam fideiussit, servare contempsit. Item quia 5 excommunicati fuerunt omnes et singuli, quorum auctoritate, consilio, auxilio vel favore patrimonium ecclesie in Marchia vel alibi fuit occupatum vel detentum. Item excommunicatus est pro violenta manuum iniectione in clericos facta et personas ecclesiasticas. Postmodum dominus imperator iuramentum prestitit, sicut in suis litteris [1] aurea bulla munitis et in communi perlectis audientia continetur. Recepto autem 10 domini imperatoris iuramento, domini cardinales predicti eidem domino imperatori tale dederunt mandatum: 'Nos Iohannes Sabinensis episcopus et Thomas tituli Sancte Sabine presbyter cardinalis vice domini pape mandamus domino Friderico imperatori sub debito prestiti iuramenti, ut ipse restituat quicquid occupatum est per ipsum vel ministros suos in Marchia vel Ducatu seu in alio patrimonio ecclesie et quicquid occu- 15 patum est per ipsum vel per baiulos suos seu ministros de castris seu possessionibus monasteriorum, specialiter monasterii Sancti Quirici de Introduco, ecclesiarum, Templariorum, Hospitalariorum, baronum et aliorum nobilium et ceterorum qui ecclesie in hoc negotio adheserunt, et quod restituat Tharentinum archiepiscopum, omnes episcopos et prelatos, qui sunt exules, ad sedes et loca sua et ad omnia bona sua 20 extantia'. Adicientes in fine: 'Hec igitur supradicta mandamus ad presens, alia suo tempore mandaturi'. In cuius rei testimonium presens scriptum fecimus sigillorum nostrorum munimine roborari.

Data apud Sanctum Germanum, die Martis ante festum beati Iacobi apostoli, anno Domini MCCXXX, mense Iulio.

25 **131.** *FIDEIUSSIO PROMISSIONUM IMPERATORIS PER PRINCIPES.*

*Iul. 24.*

*Hoc scriptum sex principum imperii, quod pertinet ad nr. 128 et 129, in duabus formis servatum est, quarum altera, quae fert signum chronologicum diei Iulii 24, certe est ea, in qua scriptum corroboratum et perfectum est:* A *in transsumtis duobus Vati-* 30 *canis saec. XIII. in. supra ad nr. 128 laudatis, et quidem* 1) *Arm. I c. IV nr. 7 et* 1*) *Arm. I c. IV nr. 8, quorum utrumque contulit Kehr. Huius formae pars ea, quae ad Lombardos spectat, inserta est epistolae Gregorii IX. (infra nr. 149), cuius adhibuimus editiones:* 2) *e tabulario Cremonensi profluam quae legitur in Bibliotheca historica Italica III, p. LXVII et* 3) *e Libro Poteris nr. 2 fol. 60 instauratam a viro d. Valentini 'Il Liber* 35 *Poteris' p. 58* [2]. *Altera forma* B, *quae fert signum diei Iulii 23, est ea, in qua scriptum e cancellaria Romana procedens principibus oblatum est ad corroborandum; quae a forma* A *discrepat nonnisi verborum transpositionibus, parvis omissionibus seu additionibus. Legitur* 1) *in Registro nr. 5, e quo Pertz nonnisi protocollon et eschatocollon exemplavit, reliquam partem textum Riccardi Sangermanensis secutus edidit; quare etiam nobis incognita est;* 40 2) *in Chronico Riccardi Sangermanensis, SS. XIX, 360. — Huillard-Bréholles III, 210 nr. V. Böhmer, Reg. imp. V, 1799. 1800.* *(P. 270.)*

In nomine Domini [a] amen. Bertholdus Aquilegensis patriarcha, Eberhardus [b] archiepiscopus [c] Salzeburgensis, Siffridus [d] episcopus Ratisponensis, Liupoldus Austrie atque [e] Stirie, Bernardus [d] Karinthie [f], Otto Merannie [g] duces, Dei gratia principes imperii.

45 **131.** a) In dei nomine *A* 1*. b) Eberhaldus *A* 1*; et . . *B* 2. c) episcopus *A* 1*. d) *lacuna B* 2. e) ac *B* 2. f) et *add. B* 2. g) Moravie *A* 2. *B* 2.

1) *Supra nr. 127.* 2) *Hoc fragmentum vir cl. Ficker registravit in Reg. imp. V, 1800; cf. etiam Huillard-Bréholles III, 245.*

1. Per presens scriptum notum fieri volumus universis, quod[h] inter sacrosanctam Romanam ecclesiam, dominam et matrem nostram[i], et serenissimum dominum nostrum Fridericum[k] Romanorum imperatorem semper augustum, Ierusalem et Sicilie regem convenit: quod de communi voluntate predicte matris ecclesie et domini nostri imperatoris[l] tractabitur de via invenienda, qualiter ad eundem[m] dominum imperatorem cum honore ecclesie revertantur[n] Gaietana[o] et Sancte Agathe civitates et omnes cum bonis suis de regno Sicilie, quos ecclesia in sua fide recepit[p] et in ecclesie devotione perdurant. Ad quem tractatum[q] datus est annus, nisi antea via valeat inveniri, ad quam inveniendam dicta mater ecclesia sollicitudinem et[q] curam[r] adhibere promisit, nec[s] terminus nisi de consensu partium ulterius[t] prorogabitur; set si, quod absit, infra dictum[u] terminum via inventa non fuerit[v], ex tunc per arbitros interim[w] eligendos procedetur in via, ut dictum est, invenienda[x], quorum duo sint[y] ex parte ecclesie et duo ex parte domini[t] imperatoris. Qui si concordare non poterunt[z], quintum eligent, et dicto maioris partis stabitur. Prestitit itaque[a] dominus imperator iuramentum per Thomasium comitem Acerrarum[b] in animam suam et de mandato suo[c] iurantem, quod interim predictas terras et homines non offendet in[d] personis et rebus nec a suis permittet offendi[e], et viam, que invenietur per communem tractatum[f] eiusdem[g] Romane ecclesie et[h] domini imperatoris vel per arbitros, idem[i] dominus imperator observabit.

2. Notum quoque facimus: quod[k] dominus imperator remittit omnem offensam et[l] penam Theotonicis, Lombardis, Tuscis et hominibus de[m] regno Sicilie generaliter et Gallicis et[n] omnibus aliis qui ecclesie contra eum[o] adheserunt, et Thomasium comitem Acerrarum[p] fecit in[q] animam suam iurare, quod predictos nullo tempore[r] offendet nec faciet[s] offendi pro eo quod Romane ecclesie[t] contra eum orta discordia astiterunt, set pacem eis et ecclesie observabit. Remittit etiam[u] dominus imperator sententias, constitutiones et banna, si qua per eum vel per alios lata vel edita sunt occasione huiusmodi contra eos. Promittit insuper[v], quod terras ecclesie in Ducatu et in[w] Marchia seu alio patrimonio ecclesie non invadet neque vastabit[x] per se vel per alios, sicut in scriptis ab eodem[y] domino imperatore super predictis omnibus factis[z] et bullis aureis impressis et typariis maiestatis sue[a] communitis[b] plenarie continetur. Nos autem[c] tactis sacrosanctis euangeliis iuramus[d] procurare bona fide, quod predictus dominus[e] imperator predicta servabit et contra ea non veniet. Alioquin[f] nisi infra tres menses in regno Sicilie[g], infra quattuor in Ytalia[h], infra quinque extra Ytaliam non[i] duxerit emendanda[k], potenter ac patenter ad requisitionem ecclesie assistemus ei contra eundem dominum imperatorem, donec satisfecerit.

3. Quod[l] si per dominum nostrum[m] imperatorem steterit, quod arbitros non elegerit vel electos[n] impedierit ne procedant, nos ecclesie tenebimur[o] assistere[m], sicut[p] est scriptum[q]. Si autem ecclesia arbitros dare noluerit vel datos impediverit ne proce-

**131.** h) quod — Notum quoque facimus *des. A* 2. 3. i) matrem nostram et dominam *B* 2. k) Fr. *A*. l) de communi eorum voluntate *B* 2. m) ipsum *B* 2. n) revertantur *sequitur in B* 2 *post* perdurant. o) Gaietañ *A*. p) quos in fide sua recepit ecclesia *B* 2. q) *in rasura A* 1*. r) cur. et soll. *B* 2. s) ultra *add. hic B* 2. t) *deest B* 2. u) ipsum *B* 2. v) via inveniri non possit *B* 2. w) communiter *B* 2. x) eligenda *B* 2. y) sint duo *B* 2. z) poterint *B* 2. a) autem *B* 2. b) per Thomam de Aquino Acerrarum comitem *B* 2. c) de mand. suo in anima sua *B* 2. d) in — rebus *des. B* 2. e) nec permittet offendi a suis *B* 2. f) contractum *A* 1*. g) sancte *B* 2. h) eiusdem *add. B* 2. i) ipse *B* 2. k) *incipiunt rursus A* 2. 3. l) et penam *des. B* 2. m) de regno *des. B* 2. n) et omnibus aliis *des. B* 2. o) qui contra eum Romane ecclesie *B* 2. p) et dictum Ac. comitem *B* 2. q) in animam suam *des. B* 2. r) quod nullo unquam tempore predictos *B* 2. s) permittet *B* 2. t) Rom. eccl. *post* discordia *B* 2. u) ipse *add. B* 2. v) etiam *B* 2. w) *deest B* 2. x) nec devastabit *B* 2. y) ipso *B* 2. z) factis super pred. omnibus *B* 2. a) sue magestatis *B* 2. b) munitis *B* 2. c) nichilominus *add. B* 2. d) iuravimus *B* 2. e) pred. dominus *in rasura A* 1. f) Quod si fieret *B* 2. g) in regnum *B* 2. h) Italiam *B* 2. i) *deest B* 2. *A* 3. k) emendandum *B* 2. l) *reliqua des. A* 2. 3. m) *deest B* 2. n) arbitros *B* 2. o) tenemur *A* 1*. p) ut *B* 2. q) scriptum est *A* 1*.

dant, nos ex tunc quantum ad hunc articulum predicto[m] non tenebimur iuramento. Ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri fecimus sigillis nostris communitum.

Dat. apud Sanctum Germanum, anno dominice[r] incarnationis MCCXXX, XXIIII.[s] die mensis Iulii, tertie indictionis.

5 **132.** *FIDEIUSSIO PRINCIPUM DE RESTITUENDIS DUCATU ET MARCHIA. Iul. 28.*

*Reg. nr. 11. — Huillard-Bréholles III, 213 nr. VII. Böhmer, Reg. imp. V, 1805. (P. 271.)*

In nomine Domini amen. Berhtoldus Aquilegensis patriarcha, Eberhardus archi-
10 episcopus Salzeburgensis, Sifridus episcopus Ratisponensis, Bernhardus Karinthie, Otto Meranie duces, Dei gratia principes imperii, universis scripti huius inspectoribus salutem in Domino. Noverint universi, quod nos dominis I(ohanni) Sabinensi episcopo et Th(ome) tituli Sancte Sabine presbytero cardinali, vice venerabilis patris nostri domini pape recipientibus, promisimus firmiter: nos curare et bona fide dare operam, quod
15 dominus noster imperator omne id quod tenet de Marchia et Ducatu plene restituat sancte Romane ecclesie, et exinde nos fideiussores constituimus, obligantes fideiussorio nomine pro restitutione predicta.

Acta sunt hec apud Sanctum Germanum, anno dominice incarnationis MCCXXX. Data ibidem V. Kal. Aug., indictione III.

20 **133.** *SCRIPTUM IMPERATORIS DE OBLIGATIS CASTRIS PROPTER DANDAM FIDEIUSSORIAM CAUTIONEM. Aug.*

*Reg. nr. 4. — Huillard-Bréholles III, 215 nr. VIII. Böhmer, Reg. imp. V, 1813. (P. 272.)*

Fridericus Dei gratia etc. ut supra. Per presens scriptum notum fieri volumus
25 universis tam presentibus quam futuris, quod nos fecimus assignari in manibus fratris Hermanni venerabilis magistri domus sancte Marie Theutonicorum in Ierusalem, fidelis nostri, castra subscripta, videlicet Castrum Celi, Roccam Willielmi, Roccam de Bantra, Roccam Presentiani, Roccam sancti Angeli de Rupe Canina, Roccam Montis Dragonis[a], Castrum Atini et Petram de Tocco. Que omnia dictus magister tenebit nomine Ro-
30 mane ecclesie in expensis nostris in cautionem scilicet et securitatem, quod nos dabimus fideiussoriam cautionem bona fide infra terminum octo mensium sub illa forma que in tractatu pacis continetur. Qua fideiussione prestita, idem magister resignabit nobis eadem castra vel cui nos preceperimus. Ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri fecimus et sigillo nostro iussimus communiri.

35 Data in castris prope Ceperanum, anno dominice incarnationis MCCXXX, mense Augusto, tertie indictionis.

**134.** *RESCRIPTUM MAGISTRI HERMANNI SUPER IISDEM. (Aug.)*

*Reg. nr. 8. — Huillard-Bréholles III, 215. (P. 272.)*

Notum sit universis presentes litteras inspecturis, quod nos frater H(ermannus)
40 Hospitalis sancte Marie Theutonicorum in Ierusalem magister recepimus Castrum Celi, Roccam Willielmi, Roccam de Bantra, Roccam Presentiani, Roccam sancti Angeli de

**131.** r) dom. inc. *des.* *B* 2. s) XXIII. *B* 1; mense Iulio, XXIII. die mensis eiusdem, indictione III. *B* 2.
**133.** a) Dragoñ *c.*

Rupe Canina, Roccam Montis Draconis[a], Castrum Atini et Petram de Cocco[b], que debemus custodire secundum formam habitam inter ecclesiam et imperatorem. Unde ad futuram memoriam has litteras fieri fecimus nostro sigillo munitas.

### 135. *SCRIPTUM IMPERATORIS DE OBLIGATIS CASTRIS PROPTER BONA ECCLESIAE RESTITUENDA. Aug.*

*Reg. nr. 7. — Huillard-Bréholles III, 216 nr. IX. Böhmer, Reg. imp. V, 1814. (P. 272.)*

Fridericus Dei gratia etc. ut supra. Per presens scriptum notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris, quod nos fecimus assignari in manibus L(andonis) venerabilis Regini archiepiscopi dilecti familiaris nostri et . .[1] Regini episcopi, nostrorum fidelium, subscripta castra, videlicet Suesse, Caiacie, Magdalonis et Roccam Capue, que predicti fideles nostri archiepiscopus et episcopus tenebunt nomine ecclesie Romane in expensis nostris, in cautionem scilicet et securitatem, quousque restituantur eidem Romane ecclesie ea que nos tenemus in Marchia et Ducatu et compleantur omnes restitutiones que secundum formam tractatus debebant fieri ante absolutionem nostram, videlicet de possessionibus et mobilibus extantibus. Quibus restitutionibus adimpletis, iidem archiepiscopus et episcopus resignabunt nobis castra predicta vel cui nos preceperimus. Ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Data in castris prope Ceperanum, anno dominice incarnationis MCCXXX, mense Augusto, tertie indictionis.

### 136. *RESCRIPTUM MAGISTRI HERMANNI SUPER IISDEM. (Aug.)*

*Reg. nr. 17. — Huillard-Bréholles III, 216. (P. 273.)*

Notum sit universis presentes litteras inspecturis, quod nos frater H(ermannus) Hospitalis sancte Marie Theutonicorum in Ierusalem magister de voluntate venerabilis archiepiscopi et episcopi Regini recepimus Roccam Capue, Magdalonis et Caiaccie et castrum Suesse, que debemus custodire secundum formam habitam inter ecclesiam et imperatorem. Unde ad futuram memoriam has litteras fieri fecimus nostro sigillo munitas.

### 137. *MANDATUM IMPERATORIS DE NON IMPONENDIS TALLIIS CLERO TERRAE LABORIS. Aug. 23.*

*Insertum est Reg. nr. 16 (infra nr. 139). — Huillard-Bréholles III, 217. Böhmer, Reg. imp. V, 1812. (P. 273.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex iustitiariis, comitibus, baronibus, camerariis, baiulis et universis officialibus per Terram Laboris constitutis presentes litteras inspecturis, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Fidelitati vestre sub obtentu gratie nostre mandamus firmiter precipientes, quatinus nullus sit qui deinceps tallias seu collectas imponat ecclesiis, monasteriis, clericis seu personis ecclesiasticis vel rebus eorum, salvis debitis servitiis ad que certe ecclesie ac persone nobis noscuntur esse specialiter obligate. Data in castris prope Ceperanum, XXIII. Aug., III[e] indict.

**134.** a) Dracoñ *c.* b) *sic c.*

1) *Nicolai.*

## 138. *MANDATUM IMPERATORIS DE NON IMPONENDIS TALLIIS CLERO REGNI. Aug. 24.*

*Exstat in Chronico Riccardi Sangermanensis, SS. XIX, 362, et aliquantulum differt a nr. 137. — Böhmer, Reg. imp. V, 1812.* *(P. deest.)*

5 Fredericus etc. comitibus, baronibus, iusticiariis, camerariis et baiulis in regno Sicilie constitutis etc. Fidelitati vestre per presentium scripta mandantes precipimus firmiter, ut nullus vestrum monasteriis, ecclesiis, personis ecclesiasticis aut rebus eorum talleas vel collectas presumat imponere, salvis illis servitiis ad que certe ecclesie vel persone tenentur nobis specialiter obbligate.

10 Dat. in castris ante Ceperanum, XXIIII. mensis Augusti, ind. III.

## 139. *DOCUMENTA EPISCOPORUM SUPER MANDATUM IMPERATORIS. Aug. 27.*

*Reg. nr. 16; cui insertum est nr. 137. — Huillard-Bréholles III, 217 nr. XI. Böhmer, Reg. imp. V, 1816.* *(P. 273.)*

15 Nos Eberhardus Dei gratia Salzburgensis archiepiscopus et Sifridus Ratisponensis episcopus ad communem notitiam omnium deducimus, quod dominus imperator super articulo de collectis et talliis litteras in forma subscripta confecit per omnes partes regni Sicilie destinandas: 'Fridericus — III^e^ indict.' *supra nr. 137.* In cuius rei testimonium presentes litteras scripsimus et sigillis nostris fecimus communiri.

20 Data apud Ceperanum, VI. Kal. Sept.

## 140. *DOCUMENTA EPISCOPORUM DE SECUNDO MANDATO CARDINALIUM SUPER TALLIIS NON IMPONENDIS. Aug. 27.*

*Reg. nr. 15. Inest mandatum cardinalium. — Huillard-Bréholles III, 216 nr. X. Böhmer, Reg. imp. V, 1815.* *(P. 272.)*

25 Nos Eberardus Dei gratia Salzburgensis archiepiscopus et Sifridus Ratisponensis episcopus requisiti a venerabilibus patribus I(ohanne) Dei gratia episcopo Sabinensi et Thoma tituli Sancte Sabine presbytero cardinali, apostolice sedis legatis, ut super hiis que de processu ipsorum in negotio absolutionis domini imperatoris audivimus et vidimus testimoniales litteras scriberemus, ad communem deducimus notitiam, quod 30 predicti domini legati domino imperatori fecerunt mandata pro libertate ecclesiarum et clericorum de talliis et collectis et de foro secundum prehabitum pacis tractatum in hunc modum: 'Mandamus domino imperatori quod nullas tallias vel collectas de cetero imponat in Regno ecclesiis, monasteriis, clericis et viris ecclesiasticis seu rebus eorum, et quod nullus clericus vel persona ecclesiastica decetero conveniatur in Regno in 35 civili vel criminali causa coram iudice seculari, nisi super feodis civiliter conveniatur'. In cuius rei testimonium presentes litteras scribi fecimus et sigillorum nostrorum presentia communiri.

Data apud Ceperanum, VI. Kal. Sept.

## 141. *DOCUMENTA EPISCOPORUM ARELATENSIS, WINTONIENSIS 40 BELVACENSIS DE MANDATO CARDINALIUM TERTIO. Aug. 28.*

*Adhibuimus* 1) *transsumtum tabularii Vaticani Arm. I c. IV nr. 7 saec. XIII. in., quocum fere semper convenit* 1*) *transsumtum eiusdem capsulae nr. 8 ab eodem librario exaratum;* 2) *Reg. nr. 12; partem litterarum, mandatum modo cardinalium idque non*

*integrum continentem, quae epistolae pontificis (infra nr. 149) inserta obvia est in editionibus* 3) *Bibliothecae historicae Italicae III, p. LXVII e tabulario Cremonensi et* 4) *Valentini 'Il Liber Poteris' p. 59 e Libro Poteris Brixiensi nr. 2 fol. 60. Inest mandatum legatorum apostolicorum tertium. — Huillard-Bréholles III, 218 nr. XVI. Böhmer, Reg. imp. V, 1817. (P. 273.)*

Nos Dei gratia . .[a] Arelatensis archiepiscopus, . . Wintoniensis et M. Beluacensis episcopi requisiti a venerabilibus patribus I(ohanne) Dei gratia episcopo Sabinensi et Thoma tituli Sancte Sabine presbytero cardinali, apostolice sedis legatis, ut super hiis que de processu ipsorum in negotio absolutionis domini imperatoris audivimus et vidimus testimoniales litteras scriberemus, ad communem deducimus notitiam, quod predicti domini legati domino imperatori fecerunt mandata subscripta in hunc modum: 'Nos[b] I(ohannes) Dei gratia Sabinensis episcopus et Th(omas) eadem gratia tituli Sancte Sabine presbyter cardinalis, apostolice sedis legati, auctoritate domini pape mandamus[c] domino imperatori, quod[d] non impediat per se vel per alium, quin electiones, postulationes et confirmationes ecclesiarum, monasteriorum in Regno libere fiant decetero secundum statuta concilii generalis. Item ut comitibus Celanensibus et filiis quondam Renaldi[e] de Auersa satisfaciat secundum formam compositionis in hiis pro quibus ecclesia fideiussit. Item ut satisfaciat de mobilibus, iniuriis, dampnis illatis Templariis, Hospitalariis[f] et aliis personis ecclesiasticis, terminis competentibus ab ecclesia assignandis. Item quod a die absolutionis usque ad octo menses caveat ecclesie bona fide per fideiussores ydoneos et iuratos principes, comites et barones Theotonie[g] et communia civitatum Lombardie, Tuscie[h], Marchie, Romagnole et earundem provinciarum marchiones, comites et barones, quos ecclesia nominabit, qui ad requisitionem ecclesie teneantur assistere ecclesie contra illum donec satisfaciat, si mandata ecclesie non servaverit vel pacem fregerit seu terram ecclesie vel eorum terras, quos[i] ecclesia tenet ad manus suas, vel personas eorum ceperit, occuparit seu devastarit, et infra tres menses, si fuerit in Regno, si in Ytalia, infra quattuor, si autem extra Ytaliam, infra quinque ea non duxerit emendanda; et super hoc dabunt ecclesie cartas suas[k] suo sigillo munitas. Iniungimus quoque ei, quod infra quindecim dies certum nuntium mittat ad curiam, qui recipiat nomina illorum quorum fideiussionem requiret[l] ecclesia. Hec autem supradicta mandamus ei, omnibus cautionibus in sua integritate manentibus olim prestitis[m] pro negotio Terre Sancte, ut pro illo satisfaciat secundum quod ecclesia ordinabit. Si quid autem a nobis per occupationem vel[n] incuriam est omissum de hiis que mandare debuimus, domino pape reservetur'[o]. Ad hec protestationem quandam fecerunt in hunc modum: 'Protestamur quod dominus papa vult sibi restitui expensas quas extra Regnum coacta est ecclesia facere pro ecclesiastica libertate ac[p] beati Petri[q] patrimonio conservandis'. Excommunicationis quoque sententiam pronuntiaverunt sub hac forma: 'Si dominus imperator, prout iniunctum est ei, per fideiussores non caverit bona fide, si viam pacis que invenietur per communem contractum vel per arbitrium, prout in forma compositionis continetur, non observaverit, si terram ecclesie vel terras eorum, quos ecclesia tenet ad manus suas, vel personas eorum ceperit, occuparit seu devastarit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, quam exnunc in ipsum ferimus auctoritate domini pape'.

Acta sunt hec apud Sanctam Iustam iuxta[r] Ceperanum, anno Domini MCCXXX[s], in festo sancti Augustini[t].

**141.** a) . . *des.* 1*. 2. b) *abhinc* 3. 4. c) precipimus 3. 4. d) quod — ecclesia assignandis. Item *des.* 3. 4. e) Renaudi 2. f) hospitaliis 2. g) Theutonie 2; Theutonicos 3. h) et *add.* 2. 4. i) quas 3. 4. k) *deest* 4. l) requirit 2. m) prescriptis 4. n) per *add.* 3. 4. o) *reliqua des.* 3. 4. p) et 1*. q) *deest* 1*. r) iuxta Ceperanum *des.* 1. s) millesimo CCXXX. 1*. t) Agustini 1*.

## 142. *DOCUMENTA EPISCOPORUM SALZBURGENSIS ET RATISPONENSIS DE EODEM. (Aug. 28.)*

*Exstant in* 1) *et* 1*)[1] *transsumtis Vaticanis supra laudatis atque in* 2) *Reg. nr. 13. — Huillard-Bréholles III, 219. Böhmer, Reg. imp. V, 1817. (P. 274.)*

5 Nos Dei gratia . . Salzeburgensis[a] archiepiscopus et . . Ratisponensis episcopus requisiti a venerabilibus patribus I(ohanne) Dei gratia episcopo Sabinensi et Thoma[b] tituli Sancte Sabine presbytero cardinali, apostolice sedis legatis, ut super hiis que de processu ipsorum in negotio absolutionis domini imperatoris audivimus et vidimus testimoniales litteras scriberemus, ad communem deducimus notitiam, quod predicti domini 10 legati domino imperatori fecerunt mandata subscripta in hunc modum: 'Nos I(ohannes) Dei gratia Sabinensis episcopus et Thomas[b] eadem gratia tituli Sancte Sabine presbyter cardinalis, apostolice sedis legati, auctoritate domini pape mandamus domino imperatori, quod non impediat' etc. ut supra usque in finem nichil addito vel mutato.

## 143. *DOCUMENTA EPISCOPORUM REGINI, MUTINENSIS, MANTUANI, 15 BRIXIENSIS DE EODEM. (Aug. 28.)*

*Ex iisdem transsumtis Vaticanis* 1) *et* 1*) *et* 2) *Reg. nr. 14, ubi textus plus decurtatus legitur. — Huillard-Bréholles III, 220. Böhmer, Reg. imp. V, 1817. (P. 274.)*

Nos Dei gratia . .[a] Reginus, . .[a] Mutinensis et . .[a] Mantuanus episcopi et G. Bris- 20 ciensis electus requisiti a venerabilibus patribus I(ohanne)[b] episcopo Sabinensi[c] et Th(oma) tituli Sancte Sabine presbitero cardinali, apostolice sedis legatis, ut super hiis que de processu ipsorum in negotio absolutionis domini imperatoris audivimus et vidimus testimoniales litteras scriberemus, ad communem deducimus notitiam, quod predicti domini legati domino imperatori fecerunt mandata subscripta in hunc modum: 25 'Nos I(ohannes) Dei gratia Sabinensis episcopus et Th(omas) eadem gratia tituli Sancte Sabine presbiter cardinalis, apostolice sedis legati, auctoritate domini pape mandamus domino imperatori, quod non impediat' etc. ut supra usque in finem nichil addito vel mutato.

## 144. *SCRIPTUM PRINCIPUM DE IURAMENTO SUPER FIDEIUSSIONE 30 OBSERVANDA. Aug. 28.*

*Reg. nr. 10. — Huillard-Bréholles III, 214. Böhmer, Reg. imp. V, 1818. (P. 273.)*

Eberhardus Dei gratia Salzeburgensis archiepiscopus, Siffridus eadem gratia Ratisponensis episcopus, Bernhardus dux Karinthie omnibus scripti huius inspectoribus. 35 Noverint universi, quod nos Gerhohum de Salzeburch in animam nostram iurare fecimus, quod bona fide servabimus fideiussionem, quam fecimus pro restitutione Marchie et Ducatus, secundum quod in litteris nostris et venerabilis patris Aquilegensis patriarche et nobilis ducis Meranie[1] continetur.

Data Ciperani, V. Kal. Sept., indictione III.

40 **142.** a) Salzburgensis 2. b) Th. 1. 1*.
**143.** a) . . *des.* 2. b) I(ohanne) — quod non impediat *des.* 2. c) Sabinensi episcopo 1*.

1) *Supra nr. 132.*

**145.** *MANDATUM IMPERATORIS DE FORO CLERICORUM REGNI. Aug. 28.*

1) *Reg. nr. 18;* 2) *Excerpta Massiliensia Registri Siculi* f. 29' nr. 175 ed. Winkelmann 'Acta imperii inedita' I, 605 nr. 760. Cf. etiam mandatum de restituendis bonis Templariorum et Hospitalariorum ibid. p. 604 nr. 759 (Böhmer V, 1819). — Huillard-Bréholles III, 218 nr. XII. Böhmer, Reg. imp. V, 1820. (P. 274.)* 5

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex[a] iustitiariis, comitibus, baronibus, militibus, camerariis[b], baiulis et universis officialibus per totum[c] iustitiariatum Barensem et Basilicatam constitutis, fidelibus[d] suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Mandamus et precipimus, quatinus nullus de 10 cetero clericus seu persona ecclesiastica conveniatur civiliter seu criminaliter coram iudice seculari, nisi civiliter super feodis.

Data[e] in castris prope Ceperanum, XXVIII. Aug., III. indict.

In eundem modum scriptum est omnibus iustitiariis regni.

**146.** *EPISTOLA GREGORII IX. AD IMPERATOREM PRO FILIIS THOMAE* 15 *CELANENSIS ET RAINALDI AVERSANI. Aug. 28.*

*Reg. nr. 19, e quo tamen Pertz nil nisi protocollum et eschatocollum exscripsit, textu e Raynaldi Annalibus ecclesiasticis 1230 § 11 desumpto. Eodem modo et virum cl. Rodenberg I, nr. 416 et nos epistolam edere oportebat. — Huillard-Bréholles III, 224. Potthast, Reg. pont. Rom. 8594. Böhmer, Reg. imp. V, 6817. (P. 274.)* 20

Friderico etc. Si Anna discessum Tobie filii sui non sustinens patienter, mox lacrymis effluebat, si more impatiens exiliens quotidie circuibat vias omnes, per quas reditum anxie prestolando, et tandem in supercilio montis sedens, viso de longinquo filio redeunte, inexplicabili gaudio exultavit: quanto nunc tripudio hilarescat mater ecclesia, que filium excelsum pre regibus terre de regione dissimilitudinis ad se 25 recipit redeuntem, quis valeat verbis vel litteris explicare, cum non sit hominis etiam (Luc. 1, 46. 47.) affectus proprios perfecte posse depromere per affatus? Magnificat quidem anima nostra Dominum et exultat spiritus noster in Deo salutari, qui deprecationes nostras et misericordias suas a nobis non amovens, cordi tuo misericorditer inspiravit, ut anime tue saluti, dignitatis honori et multorum quieti provide consulens, ad pie matris gre- 30 mium devote redires, que in expectatione tui maternis affectibus cruciatibus cruciata, (Os. 14, 3.) sepe pro tua conversione thus orationis Domino suppliciter adolevit et immolavit lacrymabiliter vitulos labiorum, multorum filiorum periculum perhorrescens. Nunc (Luc. 15, 7.) autem, quia maius gaudium est angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente, quam supra nonaginta novem iustos qui se autumant penitentia non egere, iubilat 35 ecclesia generalis, eo quod tenebrosus turbo, qui pene involverat omnem terram, luci cedit optate fragorque horride tempestatis, que multis excidium minabatur, arridente serenitatis gratia subsilescit. Nos etiam salutis et honoris tui profectum sinceris affectibus cupientes, Altissimi misericordiam humiliter imploramus, ut qui te revocavit ad vitam, det virtutis constantiam revocato, quatenus ubi abundavit dilectio, abundet 40 et gratia, et precedens lapsus te reddat in omnibus cautiorem, quia proculdubio non est amor, qui possit equari materno, nec ullius efficacior erga te, quam ecclesie affectus gratie valeat inveniri. Ipse quoque, fili karissime, parti tue adesto solicitus, ne de cetero patiaris te abduci vel seduci pravis consiliis perversorum, qui non que tua, sed

**145.** a) Fr. etc. magistro iusticiario 2. b) *deest* 2. c) *pro* totum — Basilicatam 2: Siciliam. 45 d) *pro* fidelibus — voluntatem 2: etc. e) *reliqua des.* 2.

que sua sunt, inique querentes, fascinare te gestiunt, ut exasperes matrem tuam. Ceterum cum in solemnitate tam celebri, tam solemni, quando te quasi in novum hominem reformato gloriatur celestis curia et seculum iucundatur, magnificentiam tuam munificis deceat affluere beneficiis pietatis, eo quod non solum christiani principes, sed 5 etiam pagani, qui veram Dei notitiam non habebant, in suis solemnitatibus tenebantur liberare captivos: nos qui pro captivis et afflictis orare tenemur, precum nostrarum primitias affectione plenissimas imperiali mansuetudini duximus destinandas, pro speciali munere postulantes et adiurantes per illum angelum, quem Dominus ad anime ac corporis tui custodiam deputavit, ne quod absit contristes eundem qui precipue de 10 tua conversione letatur, quatenus in hac solemnitate, que specialis est festivitas angelorum, comitis Thome et quondam Raynaldi de Aversa filios nobis liberaliter largiaris, eos ad nostram presentiam remittendo; quia licet secundum formam pacis a principibus acceptatam de ipsorum liberatione non fuerit dubitatum, si nunquam tamen tractatum fuisset, nequaquam eos ecclesie negare te decet, que tibi potest in longe maioribus 15 respondere. Ut quid enim illi affligantur ulterius, cum te iam non oporteat in aliquo dubitare, qui habens manum ecclesie adiutricem ubique ac undique secura potes gaudere quiete? Nobis siquidem principaliter atrocem irrogari reputaremus iniuriam, si contra te quod absit contingeret aliquid attentari.

Data Anagnie, V. Kl. Sept., pontificatus nostri anno quarto.

20 **147.** *ENCYCLICA IMPERATORIS DE SUA ABSOLUTIONE. (Sept.)*

*Reg. nr. 20*[1]*; exemplandam curavit Pertz, qui tamen in sua editione Raynaldum a. 1230 § 16 secutus est. — Huillard-Bréholles III, 227. Böhmer, Reg. imp. V, 1822. (P. 275.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et 25 Sicilie rex . . illustri regi karissimo amico suo salutem et sincere dilectionis affectum.

Cum frequenter et dudum cor vestrum fuerit conturbatum super hiis que tum per apostolicas litteras tum per nostras de turbatione comuni ubique terrarum exierant, consequens est et dignum, ut vos reformate pacis nova letificent et omnis que potuit inhesisse turbatio sopiatur. Noveritis igitur, quod per illius gratiam, qui pro- 30 cellam convertit in auram et dissidentium[a] mentes in unam conciliat voluntatem, facto publice ac solempniter, sicut a catholico principe fieri debuit, quod forma ecclesie requirebat, vicesimo octavo preteriti mensis[b] Augusti per venerabiles viros apostolice sedis (Aug. 28.) legatos I(ohannem) Sabinensem episcopum et magistrum Thomam tituli Sancte Sabine presbyterum cardinales, presentibus principibus et diversarum gentium multitudine in- 35 finita, in generali totius christianitatis tripudio fuimus solempniter absoluti. Deinde ut post absolutionem ex omni presentia corporum mentium serenitas gratius sequeretur, primo Septembris apostolicam sedem adivimus et sanctissimum patrem dominum Gre- (Sept. 1.) gorium Dei gratia summum pontificem vidimus reverenter. Qui affectione paterna nos recipiens et, pace cordium sacris osculis federata, tam benevole, tam benigne propo- 40 situm nobis sue intentionis aperuit de ipsis que precesserant, nil omittens et singula prosequens evidentis iudicio rationis, quod etsi nos precedens causa commoverit vel rancorem potuerit aliquem attulisse, sic benivolentia, quam persensimus in eodem, omnem motum lenivit animi et nostram amoto rancore serenavit adeo voluntatem, ut non velimus ulterius preterita memorari, que necessitas intulit, ut virtus ex necessitate

45 **147.** a) discidentium *c.* b) mense *c.*

1) *Cf. Rodenberg I, nr. 418.*

prodiens operaretur gratiam ampliorem. Remisimus autem specialiter singulis et generaliter universis qui contra nos olim summo pontifici adheserunt, et in hiis et aliis, que sibi grata fuerunt, apostolice condescendimus voluntati, habentes eum in omni reverentia, qua sibi tamquam unico et universali patri tenemur, et nos ei pro devoto ecclesie filio exhibentes in eo vinculo caritatis, quo sacerdotium et imperium adinvicem 5 sunt coniuncta. Super quibus omnibus, quia[c] vos cupimus nostrorum esse participem gaudiorum, dilectionem vestram plene certam fieri volumus et iocundam.

### 148. *EPISTOLA GREGORII IX. AD REGEM FRANCORUM. (Sept. Oct.)*

*Reg. nr. 21; Pertzii exemplar supplendum erat e Raynaldo a. 1230 § 13. Eodem modo Rodenberg I, nr. 419. Huillard-Bréholles III, 229 mentionem tantum fecit huius* 10 *epistolae. — Potthast, Reg. pont. Rom. 8623. Böhmer, Reg. imp. V, 6823.*

*(P. 275.)*

Illustri regi Francorum. Ecclesiam suam Dominus continua pietate custodiens, quam in multis sibi miserationibus desponsatam tanta caritate complectitur, ut ipsa (Cant. 2, 6.) levam eius sub capite suo sentiens et dexteram in amplexu, letabunda dicat: 'dilectus 15 (Cant. 1, 13. Cant. 3, 4.) meus inter ubera mea commorabitur, ne dimittam illum donec me introducat in sue cubiculum genitricis', sepe ipsam temptari permittit, ne sibi forsan innoxia videatur, set erudita potius ad salutem, terrena despiciat et celestia concupiscat et ad supernam (Ps. 119, 5.) patriam ardenter aspirans defleat incolatum suum cum habitantibus Cedar esse diutius prolongatum. Verumptamen ne nimio timore deterrita in exercitatione plus debito per- 20 turbetur, nequaquam eam Dominus ultra temptari patitur quam valeat sustinere, set faciens cum temptatione proventum, ipsam misericorditer consolatur, ita ut et eadem (Ps. 88, 1.) gratanter exultans cantet Domini misericordias in eternum. Sane satis nuper ecclesia temptata extitit et turbata, dum carissimus in Christo filius noster Fridericus Romanorum imperator illustris semper augustus, rex Sicilie, quem pre participibus suis 25 honorans excelsum pre regibus terre fecit, seductus malivolis suggestionibus perversorum matrem spernere videbatur, multis ipsum nequiter instigantibus contra eam. (Marc. 13, 8.) Quare diversa dissidia pullulabant, ita quod gens exurgeret contra gentem et opiniones bellorum multiplices tractarentur, ex quibus infinita multis poterant formidari pericula, (Ps. 125, 2–3.) quibus non compati nullatenus poteramus. Sed tandem magnificans Dominus facere 30 nobiscum, magnificans Dominus facere cum illis, quare[a] facti sumus letantes, multorum, ut confidimus, orationibus inclinatus humiliavit cor principis et ad matris gremium revocavit, dum mediantibus principibus Alamannie tam ecclesiasticis quam secularibus, tractatu pacis prehabito et ab utraque parte communiter acceptato, idem ad mandatum ecclesie rediens humiliter et devote absolutionis beneficium meruit obtinere, alias Dei 35 et ecclesie beneplacitis hilariter se offerendo. Unde cum post nubilum gratius sit serenum et gaudium acceptius post dolorem, mater ecclesia in tanti receptione filii (3. Reg. 19, 12.) merito iucundata, gratias agit ei, qui non in turbine nec in igne, sed in sibilo aure (Luc. 2, 14.) tenuis apparere dignatus pacem hominibus bone voluntatis reddidit salutarem. Verum quia commune pacis bonum gaudium debet esse commune, quod cunctorum desideriis 40 fuerat expetendum, celsitudinem regiam rogamus, monemus et hortamur in Domino, quatenus magnificans Dominum ex corde nobiscum suppliciter postules ab eodem, ut pacem continuet et confirmet, aliaque conservationi pacis cooperari modis quibus poteris non desistas, ita quod propitiationem divinam ex hoc uberius merearis et nos sinceritatem tuam possimus merito commendare. 45

In eiusdem forma mandati scriptum est rectoribus fraternitatis Urbis.

**147.** c) qui *c.*
**148.** a) *abhinc e Raynaldo.*

**149.** *EPISTOLA GREGORII IX. AD RECTORES SOCIETATIS LOMBARDIAE.*
*Oct. 10.*

*Bis legitur in Registro et quidem* 1) *tom. I, f. 167, post lib. III, nr. 22; unde maximam partem descripsit Pertz, ceteris suppletis e Raynaldo a. 1230 § 14;* 2) *lib. IV,*
5 *nr. 70, e quo vulgavit Höfler 'Kaiser Friedrich II.' p. 327, cuius editionis lectiones varias in usus nostros vertimus. Praeterea obvia est epistola in editionibus* 3) *Bibliothecae historicae Italicae III, p. LXVI e tabulario Cremonensi et in* 4) *Valentini 'Il Liber Poteris' p. 57 e Libro Poteris nr. 2 fol. 60 bibliothecae Brixiensis*[1]. *Epistolae inserti sunt nr. 128 et pro parte nr. 131 et 141. — Rodenberg I, nr. 420. Huillard-Bréholles III, 244.*
10 *Potthast, Reg. pont. Rom. 8625. Böhmer, Reg. imp. V, 6824. (P. 276.)*

Gregorius[a] episcopus servus servorum Dei dilectis filiis rectoribus Societatis Lombardie salutem[b] et apostolicam benedictionem.

Magnifica vestre devotionis obsequia, que[c] in personis et rebus ecclesie Romane impendistis tempore opportuno, iugiter pre oculis mentis habentes eorum non possumus
15 oblivisci, sed de retributione condigna et superabundanti non desinimus[d] cogitare, debitores nos merito reputantes ad omnia que vobis procurare possumus profutura. Absit enim, ut ecclesia Romana ingratitudinis arguatur, que semper affluens gratia gratiosis merita supplicum consuevit premiis largioribus superare. Sane cum karissimus in Christo filius noster Fridericus Romanorum imperator illustris semper augustus et rex
20 Sicilie viam pacis eligens tutiorem, se humiliarit[e] in tantum, quod ad mandatum ecclesie rediens reverenter meruerit[f] a vinculo excommunicationis absolvi, forma pacis inter nos et ipsum, mediantibus principibus Alamannie necnon venerabili fratre[g] nostro . . Brixiensi episcopo, qui vobis et pro vobis astitit fideliter et prudenter, tractata prius et multiplici munimine roborata, vobis et parti vestre sufficienter est cautum, quod
25 nullatenus vos offendet; set remisit expresse, si eum forsitan offendistis. Quare non expedit, ut exinde ullatenus dubitetis, cum nec leviter possetis offendi, quin graviter nos reputaremus offensos. Ideoque universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per[h] apostolica scripta[i] mandantes[k], quatinus in ecclesie Romane devotione inflexibiles[l] persistentes fide, que per dilectionem operatur, beneplacitis nostris obsequi
30 studeatis, certi omnimodis et securi, quod grata[m] vobis intendentes vicissitudine respondere, vos dignis prosequemur[n] retributionibus gratiarum. Et ecce ad maiorem cautelam tenores litterarum continentium cautionem vobis sub bulla nostra duximus destinandos. Qui[o] sunt tales: 'Fridericus etc.'[2] Tenor aliarum litterarum: 'In nomine Domini amen. Bertoldus etc.' donec: 'satisfecerit'[3]. Tenor aliarum litterarum: 'Nos I. etc.
35 precipimus domino imperatori, quod a die absolutionis etc. domino pape reservetur'[4].

Data Anagnie, VI. Idus Octob., pontificatus nostri anno quarto.

**149.** a) Gregorius — filiis *des.* 1. 2. b) salutem — benedictionem *des.* 1. 2. c) que — premiis largioribus superare *Pertz supplevit e Raynaldo.* d) desivimus 3; defuimus 4. e) humiliavit 2. 3; humiliaret 4. f) meruit 2. 4. g) filio 2. h) quod 2. i) *deest* 4. k) m^tes^ 2;
40 narrantes 4. l) infl. dev. 3. 4. m) gratia 3. 4. n) prosequeremur 1; prosequamur 3. 4. o) *reliqua des.* 2.

1) *Cf. Valentini p. 34 nr. 45. Praesto erat etiam apographon totius epistolae cum inclusis e Libro Poteris nr. 1 a Iafféo factum, cuius tamen lectiones nullius pretii sunt.* 2) *Supra nr. 128.* 3) *Pars nri. 131.* 4) *Pars nri. 141.*

# 150. SENTENTIA CONTRA INFEODATIONES DOTIS ECCLESIARUM.

1230. Sept.

*Proponimus e Libro traditionum Frisingensium dicto rubeo, qui asservatur in tabulario regni Bawarici, Hochstift Freising III A/1 Nr. 2 (olim cod. 191) fol. 133' manu saec. XIV—XV, ubi inscribitur:* Hoc est privilegium cum bulla aurea repositum in sacrario Frisinge. *Ex hoc libro editiones omnes derivatae sunt. Cum Salzburgensis et Ratisponensis episcopi iam die Iun. 25 sententiae illius mentionem faciant (v. cartam*[1] *in Meichelbeckii Historia Frisingensi II, 1, 7), vir cl. Ficker (Böhmer V, 1793) recte statuit, eam mense Aprili Fogiae latam esse. — Huillard-Bréholles III, 230. Böhmer, Reg. imp. V, 1824. (P. 277.)*

F(ridericus) Dei gracia Romanorum imperator augustus, Ierusalem et Sicilie rex dilectis fidelibus suis preposito, decano et universis ministerialibus ecclesie Frisingensis tam presentibus quam futuris imperpetuum. Ad hoc rex regum et dominus dominancium nos[a] ad obtinendum dyadema imperii sublimavit, ut universis et singulis equitate servata, que in preiudicium ecclesiarum et personarum existencium in eisdem, quas manu tenere ac tueri tenemur, ab aliquibus temere attemptantur, provide ad earum comodum revocemus, ut feliciter nobis regnantibus nullum dispendium vel diminucionem rerum temporalium incurrant, sed pocius imperialis sublimitatis clemencia in libertatibus suis et iuribus salubriter et sine lesione aliqua gubernentur. Cum igitur, sicut dilecto fidele nostro C. preposito Inticensi didicimus referente, G.[2] quondam episcopus Frisingensis civitatem Frisingensem ad ius et proprietatem Frisingensis ecclesie dotis titulo pertinentem duci Bawarie in feodum duxerit concedendam in grave Frisingensis ecclesie detrimentum, et idem prepositus super hoc coram nobis et principibus in curia nostra presentibus questione[b] deposita, cum instancia postulasset imperiali sentencia diffiniri, utrum hoc facere licuisset episcopo supradicto, nos tandem peticioni sue benignum prebentes auditum, cum Aquilegiensi patriarcha et archiepiscopo Salzburgensi et episcopo Ratisponensi et Austrie atque Meranie nec non et Karinthie ducibus et cum aliis nostris fidelibus super hoc tractatum habuimus diligentem, ab universis et singulis quid iuris esset sollicite inquirentes. Et quia nobis visum fuit, quod infeodacio huiusmodi fieri non potuit, quia de iure non debuit, statuimus eam esse penitus irritandam. Quia vero civitas Frisingensis est sedes episcopalis et prima legittimaque dos ecclesie Frisingensis, ante ipsius dedicationem ad opus ministeriorum et luminarium eiusdem ecclesie legittime cum omni iure ac plenaria libertate collata, et propterea non licet eam cuiquam quoquam titulo infeodacionis conferri, nos apud Anagniam constituti memorate civitatis infeodacionem sub quocumque titulo infeodacionis factam de principum predictorum consilio imperialis nostre maiestatis auctoritate cassamus et decernimus esse nullam, eandem civitatem cum omni ea

**150.** a) *deest c.* b) q̊ne *c.*

1) *Ex hac carta haec afferri libet:* cum in nostra et aliorum principum presentia dominus imperator, qui est animata lex in terris, in pleno consistorio sententialiter declaraverit et quasi pro lege promulgaverit, sedes episcopales nullatenus infeodari posse. *Eadem sententia obvia est in diplomate Heinrici regis a. 1231. Iun. 9. dato (Huillard III, 469. Böhmer V, 4205):* de plenitudine regie potestatis, qua tanquam viva et animata lex in terris supra leges sumus. 2) *Geroldus depositus 1230. Iul. 29.*

libertate, quam ex antiquo habuisse dinoscitur, ad ius et proprietatem et usus debitos Frisingensis ecclesie legittime revocantes. Nulli ergo hominum liceat omnino hanc nostram sentenciam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, mille marcas auri componat, medietatem nobis, residuum ecclesie supradicte, sentencia eadem nichilominus in suo robore imperpetuum duratura. Ad huius autem sentencie nostre memoriam et stabilem firmitatem, presentem divalem paginam fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri.

Huius quoque rei testes sunt hii: Eb(erhardus) archiepiscopus Salzburgensis, Sifridus episcopus Ratisbonensis imperialis aule cancellarius, frater Hermannus rector domus Deuthunicorum, Pernhardus dux Karinthie, Rudolfus comes de Awichspurch, C. purchgrauius de Nurnberch, Gebhardus de Arinstein, C. de Hohenloch, Engelh(ardus) de Adelburch, Bernhardus de Hagenawe, Al. Rindesmaul, C. de Weizenburch, Reimarus de Prennenberch, et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXX, mense Septembri, quarte indictionis, imperante domino nostro F(riderico) Dei gracia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, anno imperii X, regni Ierusalem quinto, regni vero Sicilie XXXII; feliciter amen.

Dat. per manum Sifridi Ratisbonensis episcopi et imperialis aule cancellarii, in castris prope Anagniam, anno, mense et indictione prescriptis.

---

# 151. 152. ENCYCLICA DE CURIA CUM CIVITATIBUS TUSCIAE HABENDA.

## 1231. Mart. 9. 10.

*Haec curia in Terra Laboris aut in Capitanata die Apr. 25 habenda, ut tractaretur de negotio Lombardorum, an celebrata sit necne, prorsus dubium est.*

### 151. *EPISTOLA AD POTESTATEM ET CONSILIUM SENENSE. Mart. 9.*

*Dedit Hermannus Pabst b. m. e litteris Apr. 6 datis, quibus testatur, Enricum Gulfum nuntium imperatoris epistolam imperatoris in dorso inscriptam:* Potestati et consilio Senensi fidelibus suis *tradidisse*[1]*; quae asservantur in tabulario regio Senensi, Riformagioni nr. 220. — Huillard-Bréholles III, 272. Böhmer, Reg. imp. V, 1853.*

*(P. deest.)*

Fr(idericus) Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie[a] rex potestati et consilio Senensi, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem.

Gebardus de Arnestein[b] sacri imperii in Ytalia legatus, fidelis noster, ad presentiam nostram accedens proposuit coram nobis, quod vos ad honorem nostrum et imperii solicitos et attentos invenit et quod ad mandatum[c] et ordinationem suam vos habuit et habet expositos pro serviciis nostris, ubicumque requirit[d] et solicitat fidem vestram. Quod adeo gratum conspectui[e] nostro se porrigit, ut ad bonum et indemp-

**151.** a) iehrłm et scicilie *c.* b) Arnesteī *c.* c) admandatum *c.* d) requir7 *c.* e) cunspectui *c.*

1) *Quarum tenorem v. apud Huillardum III, 271.*

nitatem vestram et tocius comunis vestri favorabilius intendamus, tamquam qui vos per experientiam omnes fidelissimos[f] experimur, ut benivolentie gratiam ad testimonium predicti legati nostri letemini plenarie meruisse, sicut vidissent predicti nuncii vestri, si cum predicto legato nostro venissent. Verumtamen confortemini et estote robusti, quod gaudium erit vobis, dum per exibitionem operum sentietis devotionem vestram, quam ad imperium ferventer ostendetis, vestris meritis profuturam. Preterea volumus et mandamus devocioni vestre quatenus, sicut per alias[g] literas generales[1] comunitati vestre mandatur, discretos et providos viros ad nostram presentiam nuncios transmittatis[h], qui vicesimo quinto primo venturi mensis Aprilis, in festo videlicet beati Marchi euangeliste, se conspectui nostro in partibus Terre Laboris vel Capitinate presentent. Qui veniant auctoritate comunitatis vestre muniti, ut per se acceptare valeant que viderimus cum ipsorum et aliorum[g] qui intererunt[i] consilio statuenda, et quod a vobis acceptari et inpleri debeant que promittunt. Per quos etiam de nostri favoris et benivolentie gratia in eorum reditu fieri poteritis letiores[k].

Apr. 25.

Datum Tarenti, VIIII. Marzii, IIII[ta] indict.

## 152. *ENCYCLICA IMPERATORIS.* *Mart. 10.*

*Exemplar potestati, consilio, communi Senensi missum eruit Pabst e litteris modo laudatis tabularii Senensis; inscriptum erat:* Potestati et consilio totique comuni Senensi fidelibus suis. — *Huillard-Bréholles III, 273. Böhmer, Reg. imp. V, 1854.*

*(P. deest.)*

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie[a] rex potestati et consilio totique comuni Senensi, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem.

Sedata nuper a celesti auctore discordia que generale pacis comodum perturbabat, ecce in virtute Domini, cui debemus esse quod vivimus, intendimus curam solicitam apponendam pro statu pacis et iusticie in subditis generaliter reformando, primo quidem ut sub Dei consilio tranquillitati provideamus imperii, sedando specialiter dissensiones Ytalie, cuius indempnitati favorabiliter prospicimus et quieti. Cum igitur pro hiis omnibus efficaciter disponendis necessarium sit et decens, ut de qualibet civitatum Tuscie sollempnes nuncios habeamus, universitati vestre sub debito fidelitatis qua nobis et imperio tenemini precipiendo mandamus, quatinus electos[b] de comunitate vestra viros providos et discretos ad nostram presentiam transmittatis[c], plenam sibi auctoritatem universaliter conferendo, ut ea, que de consilio ipsorum et aliorum qui aderunt de predictis omnibus viderimus statuenda, per se valeant acceptare, et quod a vobis[d] acceptari et inpleri debeant que promittunt; studentes qui venerint, ut vicesimo quinto mensis Aprilis primo venturi, in festo videlicet sancti Marchi euangeliste, in partibus Terre Laboris vel Capitinate nostro conspectui se presentent. Et quia pro generali tranquilitate predicta omnia disponuntur, sub eodem fidelitatis debito quo nobis et imperio tenemini firmiter inhibemus, ut usque ad reditum nunciorum incursum[e] et offenssionem in aliquos vicinorum nullatinus attemptetis inferre.

Apr. 25.

Datum Tarenti, X. Marzii, indict. quarta.

**151.** f) fidellissimos *c.* g) alli. *c.* h) transmitatis *c.* i) in ĩererĩt *c.* k) lectiores *c.*
**152.** a) iehrlm et scicilie *c.* b) ellectos *c.* c) transmitatis *c.* d) auobis *c.* e) in cursum *c.*

1) *Cf. nr. sequentem.*

# 153. PACTUM CUM SOLDANO TUNETI.

1231. Apr. 20.

*Pacti decem annorum, quod imperator mediante Wibaldo equite iniit cum soldano Tuneti Yahia-Abu-Zakaria (Abu-Zak=Abuissac), filii Abd-al-Ouhid, filii Omar-Abu-Hafs, Arabica lingua compositi versio modo Latina servata est, ut docet inscriptio codicum:* Diploma et capitulationes pacis inter Abuissac et Vibaldum legatum imperatoris Federici (Friderici 2) initae (innitae 1) in Sicilia anno a fuga 628, interprete Marco Obelio Cicerone. *Adhibuimus* 1) *codicem bibliothecae Parisinae, Collection Brienne vol. 88, fol. 8, quem contulit vir d. Molinier*[1]; 2) *editionem Codicis iuris gentium Leibnitii I, 13 nr. 10, e qua omnes editiones posteriores derivatae sunt*[2]. — *Huillard-Bréholles III, 276.*

*(P. deest.)*

In nomine Dei misericordis miseratoris. Incipiemus[a] cum laude Dei maximi et invocatione illius perlaudati[b] petimus prosperitatem. Laus Deo scienti abscondita, futura, extantia, qui est eternus post finem omnis vertentis[c].

1. Tandem hoc est diploma pacis benedicte, si voluerit Deus excelsus et pretiosus, que est inita per benedictionem Dei, cuius toga est picta gemmis observationis iurisiurandi et rami illius penetrarunt usque ad celum[d] felicitatis, quam senior excellens, magnificus, reverendus, fidelis preeminentie, benedictus et fortunatus Abuissac[e], filius senioris reverendi, honorandi[f] defuncti Abiebrahim, filii senioris sanctificati, legis Dei militis et defensoris Abihafri, de quibus Deus sibi complacuit et duxit illos ad rectitudinem consilii et electionis, quemadmodum fecit eos arbitros consiliorum et secundum voluntatem suam sic fieri vel non, ordinavit, mediante Vibaldo christiano equite, fideli legato regis celebris maximi Romanorum Friderici cesarei[g] imperatoris Rome et regis Sicilie et Saxonie — concordet eum Deus et ducat ad rectitudinem et prosperitatem secundum optimam intentionem, cum hoc in potestate sua[h] posuisset — quem miserat predictus rex; cum quo contraxit fedus per manus legati sui Bibaldi[i] equitis fidelis, secundum conventiones quarum postea sequetur declaratio in hoc diplomate.

2. Inter quas est, ut dimittantur illis omnes qui sunt in Africa ex captivis christianorum, qui capti fuerunt in tempore pacis, sive mares sive femine sive parvi sive magni, ex omnibus qui adhuc amplectuntur legem christianismi. Et etiam ut ipsi dimittant omnes captivos Mahometanos qui sunt apud eos amplectentes legem Mahometismi, sive sint mares vel femine, parvi vel magni. Et ut tollantur vexationes et exactiones ordinarie et solite exigi a christianis navigantibus ad provincias Africe, a mercatoribus insule Sicilie, Calabrie, Principatus et Apulie. Et ut ipsi etiam tollant omnes exactiones solitas exigi secundum morem et ordinem a navigantibus Africanis ad predictas regiones predicti regis, de quibus diximus ut sint libere.

**153.** a) Incipimus 2. b) perlaudate 2. c) viventis 2. d) gradum 2. e) Abbuissac 2 *semper.* f) rev. hon. 2. g) Cesaris 2. h) cum in pot. sua hoc 2. i) Vibaldi 2 *semper.*

1) *Qui animadvertit, codicem Parisinum Serilly 88 saec. XVII, de quo agitur 'Archiv' XI, 425, exemplar esse codicis 1 et iam asservari in Musaeo Britannico. Huillardus III, p. 278 not. 1 provocat etiam ad codicem Parisinum, fonds Dupuy 660 fol. 292; nescio tamen, an Pactum nostrum contineat nec sit ab Huillardo adhibitus.* 2) *E. g. Lünig 'Cod. dipl. Italiae' II, 878; Dumont 'Corps diplomatique' I, 168; de Mas Latrie 'Traités de paix des Chrétiens avec les Arabes de l'Afrique septentrionale' 153.*

3. Et etiam detur illis dimidium tributi insule Cosire[k,1] signatum et ordinarium tempore messis solite, neque habeant christiani in predicta insula Cosire[k] iurisdictionem super ullum Mahumetanum[l], preter prefectum Mahometanum missum a predicto rege Sicilie nomine suo ad regendos tantummodo populos Unitatis, et sit occupatus in negotiis populi Unitatis, quem Deus honorificet. Omne hoc prestetur[m] illis hoc pacto, ut ipsi etiam se obligent et habeant curam restituendi omne quod in hoc mari depredatur a piratis christianis, qui subsunt imperio predicti[n] regis et qui sunt sub sua iurisdictione, subiecti suo dominio et potentie, ex omnibus iurisdictionibus suis, preter Genuam, Pisam, Marsiliam et Venetias, cum iam declaratum sit, quod ipsi[o] predicti populi pro personis et statu iam pacem inierint cum domino nostro Califa sacerdote imperatore fidelium[2]. Qui rex predictus se obligat restaurare et satisfacere omne quod usurpatur ab unoquoque ex omnibus gentibus subditis sue ditioni, sint[p] mercatores et milites, in omnibus regionibus Africe, ut persolvatur omnibus euntibus et venientibus per eam ex incolis suis, et ut etiam satisfaciat omnibus euntibus ab Africa ex incolis suis usque ad provinciam Egypti, qui et[q] ad alias regiones sint navigantes et iter facientes cum caravalis euntibus ad Africam.

4. Et ut etiam reddant secura omnia littora Africe, oppida, regiones et provincias cum presidiis, portibus et limitibus. Et ut etiam, si aliquis introiverit in aliquem portum[r] ex portibus Africe vel refugerit ad aliquod littus ex littoribus suis, sive sit habitatum vel desertum, iam sit securus ab incolis Africe et ab omnibus Mahometanis, Egyptiis et aliis, ut si aliquis refugerit ad aliquod littus ex littoribus Africe et receperit damnum et molestiam ab aliquo subdito regi predicto, obligabuntur ipsi ad resarciendum damnum.

5. Et ut etiam neque[s] irritent neque provocent aliquem ex illius incolis spe vel timore, neque conculcent partem aliquam in illa sponte sua damni faciendi causa, neque auxilium prestent aliis gentibus ad id faciendum, et se obligent restaurare omne quod amittetur et auferetur ex illa regione ab omnibus christianis subditis predicto regi et subditis imperio illius, uti[t] antea dictum fuit, secundum has conditiones et pacta contra eos et cum ipsis, cum quibus inita est pax in spatium continuorum decem annorum, quorum principium incipit ab initio et inscriptione illius[u] diplomatis. Et sic statutum est, ut omnia adimplerentur; de quo se obligavit sic fore pro parte regis imperatoris Rome et insule Sicilie et Saxonie illius legatus et obses Bibaldus eques predictus, qui dixit, se ab ipso accepisse mandatum et negotium pacis pro ipso, et ut statuat negotia loco imperatoris, secundum quod declaravit epistola sua et promiserunt[v] verba illius, se servaturum. Sic senior honorandus, reverendus et excellens Abuissac predictus[w] cum ipso conditiones composuit. Deus concordet consilia illorum et corroboret intentiones suas secundum ordinem predictum, cum illi dedisset iudicium acerrimum ad hoc ordinandum et mittendum ad eum. Benedicat eum Deus, qui perducat illum ad rectitudinem consilii, qui est eius custos et dignus protector. Hoc contraxit inter illos fore servata secundum pactum Dei inter ipsos actum, quo se obligavit, et quicumque illud amplectitur, prosper evadit et lucratur, et qui ad eum refugit, liberabitur, et qui ad illud recurrit, securus redditur. Factum est hoc diploma[x] iuramento ad confirmanda que in eo sunt, et in Deo est spes authore mundi et creatore.

6. Hec pax predicta fuit contracta cum predicto legato christiano in presentia illorum quorum Deus misereatur Mahometanorum et christianorum etiam[y], et testes[z]

**153.** k) Corsicae *male* 2. l) mahometanum 2. m) praestatur 2. n) dicti 2. o) etsi 2. p) sive sint 2. q) et qui 2. r) portum aliquem 2. s) ne 1. 2. t) ut 2. u) ipsius 2. v) promisit 2. w) *deest* 2. x) dipl. hoc 2. y) *deest* 2. z) teste 1.

1) *Insula Pentellaria Africam inter et Siciliam. HUI.* 2) *Hic agitur de rege Almohadeno Marochii, qui titulum Kalifae et Emir Almoumenyn prae se ferebat. HUI.*

intellexerunt omne hoc, quod presentatum est, ad omne quod diximus, et illorum quos vocavit senior magnificus, honorandus et benedictus et corroboratus virtute Dei Abuissac predictus — Deus perpetuet altitudinem eorum et prosperitatem illorum — quod ipsis attinet de hoc et de testimonio interpretum infradictorum et quod ipsis attinet, quod 5 declararunt et intellexerunt, quod christianus[a] predictus omne hoc confirmasset accepisse et testimonia dedisse de toto; dimidio mensis Iamadalacheri anno DCXXVIII[1].

7. Et ex pactis, quibus hec pax contracta fuit, expleta et perfecta est, quod nemo ex mercatoribus Mahometanorum, qui navigat eundo et veniendo[b] ad regiones et provincias predicti regis ad merces tantum, impediatur secundum confederationes pre- 10 dictas et persolvat decimam. Et hoc diploma est certum, verum et utile, uti[t] petierunt illud, et est clarum et perfectum.

Hametes Mahametis[c] filius filii Geber Alceroani, et Hametes Omar filii, Omar Hametis filii Albilbul[d], et Abduzerami Abdallae[e] filius Alcorasci, et Mahometes Benabilcazin Bin[f] Balbin Alcorasci, et Hascan Abdallae[e] filius Binalchaim Alhami[g].

15 In eo sunt etiam scripta testimonia litteris Latinis testium et magni Romanorum regis[h].

# 154. CONCESSIO REGNI BOHEMIAE.

## 1231. Iul.

*Dedit vir cl. Wattenbach ex autographo tabularii Vindobonensis, cui filis sericis* 20 *flavis et rubris appendet bulla aurea. — Huillard-Bréholles III, 294. Böhmer, Reg. imp. V, 1883.* *(P. deest.)*

(C.) In nomine sancte et individue Trinitatis. FRIDERICVS secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex.

Tunc imperiale fastigium sua rutilat dignitate ac potentie sue sceptra clarificat, cum 25 ad reges et principes suo subiectos imperio sue radios claritatis effundit et ipsis paterna regna munifica largitione confirmat. Hinc est igitur quod per presentem augustalem paginam notum esse volumus tam modernis quam posteris universis, quod cum olym vivente dilecto principe nostro Octakaro illustri Boemorum rege, recepto á dilecto principe et affine nostro Watizláo iuniori rege filio eius homagio, iuxta morem concesserimus 30 ei tamquam primogenito de innata liberalitate nostra regnum Boemie post eiusdem patris sui obitum ab imperio possidendum. Attendentes ad presens, rege predicto O. patre ipsius rebus humanis exempto, qualiter ipse dum vixit nobis, illustri Romanorum regi Henrico karissimo filio nostro et imperio devotus extiterit, et memoratus filius eius Watizlaus rex iunior paterne devotionis erga nos, dictum regem filium 35 nostrum et imperium imitator et successor existat atque iugiter grata et ardua servicia exhibet et inantea exhibere poterit gratiora, nec non etiam ob maioris dilectionis gratiam qua suo incremento tenemur, cum illustrem reginam C. dilectam consobrinam nostram habeat feliciter in consortem, concessionis dudum habite munera liberaliter

**153.** a) christianis 2. b) redeundo 2. c) Mahometis 2. d) Albilbal 2. e) Abdalla 2. 40 f) Brin 2. g) Athami 2. h) *deest* 1.

1) *Cum annus hegirae 628 nono die Novembris a. 1230 inceperit, ex collatione feriarum et litterarum dominicalium clare liquet, mensem Giumadi-el-Akher in sextum diem Aprilis anni 1231 incidisse. HUI.*

prosequentes, regnum Boemie cum omni honore ac dignitate, civitatibus, castris, villis et terris eidem regno pertinentibus et cum omni iure, quo dictus rex pater eius iddem regnum rationabiliter noscitur possedisse, imperialis actoritatis munimine confirmamus prefato Watizlao iuniori regi, tenendum et possidendum sicut tenere debet á nobis et imperio. Presentis privilegii actoritate mandantes, quatinus nullus princeps, dux, 5 marchio, comes, legatus nullaque sublimis persona vel humilis, ecclesiastica vel mundaná contra presentis confirmationis nostre divalem paginám venire presumat. Quod qui presumpserit, penam mille librarum auri se compositurum agnoscat, quarum medietatem curie nostre et reliquam parti passe iniuriam se noverit soluturum. Ad huius itaque nostre confirmationis memoriam et robur perpetuo valiturúm presens privilegium 10 fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri.

Huius autem rei testes sunt: Lando Reginus, Ia. Capuanus et Marinus Barensis archiepiscopi familiares et fideles nostri, . . Salernitanus et Pe. Brundusinus archiepiscopi, R. Melfiensis et P. Ravellensis episcopi, frater Hermannus magister Hospitalis sancte Marie Theotonicorum in Ierusalem, Gebardus de Arneysten legatus in Ytalia, 15 . . langravius de Luckimber, comes Gerardus de Saumes, Fridericus de Karo et Conradus de Smidilvelt, Manfridus marchio Lanz.[a], Th. comes Acerrarum, Riccardus marescalcus, Riccardus camerarius, Henricus magne imperialis curie magister iusticiarius, et alii quam plures.

Signum domini nostri FRIDERICI secundi Dei gratia invictissimi Romanorum 20 (M.) imperatoris semper augusti, Ierusalem et Sicilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense Iulii, quarte indictionis, imperante domino nostro FRIDERICO Dei gratia illustrissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, anno imperii eius undecimo, regni Ierusalem sexto, regni vero Sicilie tricesimo quarto; feli- 25 citer amen.

Datum in civitate Melfie, anno, mense et indictione pretitulatis.

---

# 155. CURIA RAVENNAE.

(1231. Nov. 1.)

*Litteras invitatorias ad civitates Italiae datas servaverunt Annales Ianuenses,* 30 *SS. XVIII, 177. — Huillard-Bréholles IV, 266. Böhmer, Reg. imp. V, 1895.*

*(P. 570.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, Ierusalem et Sycilie rex potestati totique comuni Ianue, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. 35

Dudum per litteras nostras vos fecisse recolimus plenius certiores, qualiter de Nov. 1. consilio summi pontificis indiximus primo venturo mense Novembris in festo sanctorum omnium generalem curiam in Ravenna cum rege Alamannie, filio nostro, et universis imperii principibus, vita comite sine defectu quolibet celebrandam, desiderio summo zelantes ad honorem Dei et imperialem gratiam pacem universalem imperii reformare, 40 disponere statum Italie prosperum et tranquillum, sedare discidia civitatum intus et

**154.** a) lanz̄ *or.*

extra ferventia et inter vicinos populos omnem turbinem et odii fomitem amovere. Tempus idoneum esse confidimus, quo vestra et universalium omnium vota piis monitis nostre mansuetudinis debeant convenire, ut tot incumbentibus dissensionum malis, que passim et publice civitates et populos in desolationem impellunt, que intestina et plusquam civilia bella movent, finis debitus imponatur. Nos enim cum omni serenitate cordis et corporis ad ipsius celebritatem curie auctores pacis noveritis advenire, pro dispositione status imperii et discensionibus ammovendis cum consilio summi pontificis, assistentia principum et nostrorum provisione fidelium procedere proponentes. Quapropter universitati vestre sub debito fidelitatis, quo nobis et imperio tenemini, firmiter precipiendo mandamus, quatinus eligatis de comuni vestro viros industrios et peritos, quot et quales videritis expedire, una cum potestate vestra mittendos ad Ravennensem curiam pretaxatam, qui veniant omnium vestrum auctoritate providi consilii moderatione subfulti, qua sufficienter valeant nostris colloquiis et ordinationibus interesse, prudentia et virtute conspicui, ut quod de promotione status imperii et tranquillitate totius Ytalie fuerit per generale colloquium approbatum, pro parte sua et nostra sciant et possint diligenter implere.

---

# 156. EDICTUM CONTRA COMMUNIA CIVIUM ET SOCIETATES ARTIFICUM.

## 1231. Dec. – 1232. Mai.

*Multis exemplaribus nos uti licuit, quae ad ordinem chronologicum quo data sunt signavimus ita:* 1) *exemplar Bremense, datum a. 1232. Ian. Ravennae, iam tabularii regii Hannoverani, quo pro fundamento editionis usus est Pertz, qui lacunas membranae valde dilaceratae supplevit ex apographo, quod legitur in Copiario Bremensi saec. XIV. eiusdem tabularii; bulla aurea iam nunc exstat; editum est in Maderi Antiquitatibus Brunsvicensibus ed. II. a. 1678 p. 255 (= Lünig 'Reichsarchiv' IX, 441); Bremisches Urkundenbuch I, 198 nr. 168 Pertzii editionem repetivit;* 2) *Coloniense, eodem mense et loco datum, cuius sola editio eaque manca servata est in libro 'Apologia des Ertzstiffts Cöllen wider Burgermeister und Rhat', Bonn 1658 (= Securis ad radicem posita ed. I. a. 1687 p. 41; ed. II. a. 1729 p. 209; Lünig 'Reichsarchiv' XIII. 4);* 3) *Wormatiense, cuius duo apographa servata sunt in Copiario Wormatiensis ecclesiae tabularii Darmstadiensis saec. XV. in. fol. 16 et* 3*) *fol. 7', ubi insertum est privilegio Karoli IV. a. 1364. Iun. 24 (Böhmer, Reg. imp. VIII, 4053); editum est in Schannati Historia episcopotus Wormatiensis II, 110 'ex arch. eccl. cathedr. Worm.', ut videtur e Copiario (= Senckenberg 'Reichsabschiede' I, 15);* 4) *Moguntinum autographon, datum mense Aprilis Aquileiae, quod asservatur in tabulario regni Bawarici, Raritäten-Select 43, cuius bulla aurea iam superstes avulsa est; exaratum est a scriba Italo; in tergo leguntur manu saec. XIV:* Hec litera habetur folio XCVII senioris privilegialis, *manu saec. XV:* Ad privilegia Imperialia. J, *manu saec. XVIII:* Ad Moguntiam[1]; *editum est exemplar hoc in editione Chronici Könighofiani a Schiltero parata p. 618 (= Lünig 'Reichsarchiv'*

1) *Autographo Moguntino collato, eius apographa non curavimus, quae sunt haec: innovatio Rudolfi regis a. 1275. Mart. 12, cuius autographa duo exstant in tabulario Monacensi, Kaiser-Select Nachtrag* $67\frac{1}{2}$; *apographa tria in Registri litterarum Mog. libris in tabulario Wirzburgensi asservatis, et quidem lib. I. saec. XIII. ex. fol. 109, lib. II. saec. XIV. fol. 104, lib. IV. saec. XV. fol. 74. Ex his apographis seu aliis editiones omnes derivatae sunt.*

*VII, 403), in Monumentis Boicis XXXI, 1, 550, Remling 'Urkundenbuch zur Geschichte der Bischöfe von Speyer' I, 193*[1]; 5) *exemplar Ratisbonense, eodem mense et loco datum, editum in Riedii Codice diplomatico episcopatus Ratisbonensis I, 367 nr. 384 'ex originali' bulla aurea insignito; editio mendis scatet;* 6) *Argentinense, datum eodem mense et loco, insertum confirmationi Friderici II. a. 1236 m. Martii*[2] *(Böhmer, Reg. imp. V, 2144), quam edidit Grandidier 'Oeuvres historiques inédites' III, 334 'ex veteri apographo tabularii episcopalis';* 7) *Trevirense, eiusdem mensis et loci, cuius apographon legitur in Balduineo saec. XIV. in tabulario Berolinensi asservato, quod exemplavit Beyer b. m.; editum est in Honthemii Historia Trevirensi I, 711 et decurtatum in Broweri Annalibus Trevirensibus II, 129 (= Schaten 'Annales Paderbornenses' II, 18);* 8) *Metense autographon, datum mense Maio apud Portum Naonis, quod iamiam in usus suos vertit Pertz, nunc in Musaeo Germanico Norimbergensi asservatum; cuius sigillum cum filis deperiit; in dorso manu saec. XIX, ut mihi videtur Böhmeri, leguntur: 'Aus dem Metzer Archiv'; cum membrana iam multoties sit corrosa, pars scripturae vix legi potuit;* 9) *fragmentum privilegii dati mense Maio in Foro Iulii, idque mendis et omissionibus scatens edidit Schannat 'Vindemiae literariae' I, 196, ut videtur e codice suo Moguntino, quem diplomatarium ecclesiae Hildesheimensis continuisse persuasum habeo; ideoque cum viro cl. Ficker hoc exemplar Hildesheimense fuisse putaverim; in linea chronologica verba aut 'apud Sibidatum' aut 'apud Utinum' supplenda esse, idem vir doctus recte censuit; paucas tantum lectiones huius fragmenti adnotantes, ob eius indolem in fine, serie nostra chronologica interrupta, id posuimus.*

*Praeter haec exemplaria exstabat etiam Bisuntinense, datum iam a. 1231. mense Decembri, cuius apographon legitur in Cartario ecclesiae Bisuntinae vol. II, quod asservatur in bibliotheca publica illius civitatis Ms. nr. 33*[3]. *Itemque testium seriem omnium exemplarium ad tempus mensis Decembris a. 1231 pertinere, docuit vir cl. Ficker; cf. 'Beiträge zur Urkundenlehre' II, 382.*

*Editionem ita instituimus, ut exemplari Moguntino (4) fundamento usi, duorum reliquorum autographorum, Bremensis (1) et Metensis (8), varias lectiones accuratissime adnotaremus, reliquorum autem apographorum et editionum nonnisi lectiones praecipuas exhiberemus, omissis omnibus mendis seu erratis ex incuria librariorum et editorum ortis*[4]. — *Huillard-Bréholles IV, 286. Böhmer, Reg. imp. V, 1917. 1927. 1934. 1935. 1953. 1978. 1966.* *(P. 286.)*

(C.)[a] ‖ In nomine sancte[b] et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem[c] et Sicilie rex. ‖

Cum Romane monarchiam dignitatis, ipso auctore[d] per quem reges regnant et principes optinent principatus, qui super gentes et regna constituit sedem nostram, principaliter[e] teneamus et simus in potestatis plenitudine constituti[f], imperatoriam condecet maiestatem, eos per quos cepit et in quibus consistit nostre glorie celsitudo[g], qui et vocati sunt nobiscum in partem sollicitudinis, cum a nostra celsitudine decus recipiant et decorem, non solum in suis antiquis[h] iuribus tueri pariter et[i] fovere, immo quantum

**156.** a) *chrismon et litterae elongatae in autographis* 1. 4. 8. b) sante 8. c) Ierusalem *deest* 2. d) actore 1. 8. e) principalem 6. 7. f) constituti in pot. plenitudine 7. g) plenitudo 1. h) antiquis suis 7. i) ac 1—3.

1) *Cf. p. 338, ubi edita est innovatio Rudolfi regis.* 2) *Cf. quae disserui de hac confirmatione in libro 'Historische Aufsätze dem Andenken an G. Waitz gewidmet' p. 259.* 3) *Cf. 'Neues Archiv' II, 282.* 4) *Non curavimus apographa, quae in compluribus codicibus manuscriptis in formulas redacta leguntur, e. g. in cod. Vindobonensi Ius can. 127 fol. 69 (quo usus est Pertz sub nr. 8), cod. Wilheringensi (Pertz nr. 10), cod. Vindobonensi 409 (Philol. 61), e quo edita est formula in Fontibus rerum Austriacarum II, 25, 374.*

equitas sinit et permittit racio, novis et honestis tam iuris quam gracie muneribus decenter[k] et honorabiliter decorare. Sane cum ex defectu[l] iuris pariter et neglectu[m] in partibus Alamannie[n] adeo in usum sint[o] redacte[p] quedam consuetudines detestande, ut boni speciem preferentes iniquitatem quodam falso pallient velamento, quibus et principum[q] imperii iuri detrahitur et honori et imperialis nichilominus actoritas[r] per consequens[s] enervatur, nostre incumbit sollicitudini precavendum, ne huiusmodi consuetudines, quas censemus pocius corruptelas[t], in diuturniora[u] tempora protrahantur. Volentes igitur, ut[v] libertates et dona, que dilecti nostri et imperii principes ex dono nostri[w] culminis nunc possident et sunt pro tempore possessuri, latissima interpretacione gaudeant et quieta omnimodis[x] ipsi principes ea possideant libertate, hac[y] nostra edictali sancione[z] revocamus in irritum et cassamus in omni civitate vel[a] oppido Alamannie[b] comunia, consilia[c], magistros civium seu[d] rectores vel alios quoslibet officiales, qui ab universitate civium sine archiepiscoporum vel[e] episcoporum beneplacito statuuntur[f], quocumque per diversitatem[g] locorum nomine censeantur. Irritamus nichilominus et cassamus cuiuslibet artificii confraternitates seu societates, quocumque nomine[h] vulgariter appellantur[i]. Item hac nostra edictali sancione[k] placuit statuendum, ut in omni civitate vel oppido ubi moneta iure cuditur, nec mercimonia nec victualia[l] aliquo argenti pondere emantur seu vendantur[m] preterquam illis denariis qui cuilibet civitati vel oppido sunt comunes[n]. Sicut enim temporibus retroactis ordinacio civitatum et bonorum omnium, que ab imperiali celsitudine conferuntur, ad archiepiscopos et episcopos pertinebat, sic eamdem ordinacionem ad ipsos et eorum[o] officiales ab eis specialiter institutos perpetuo volumus permanere[p]; non obstante abusu aliquo, si quis in aliqua civitate forte contrarius extitisset, quod de facto pocius quam de iure censemus. Ut igitur talis omnino removeatur enormitas et abusus nec auctoritatis[q] aliquo velamine pallietur, omnia privilegia, litteras apertas et[r] clausas, quas vel[s] nostra pietas vel predecessorum nostrorum, archiepiscoporum eciam et[t] episcoporum super societatibus, comunibus seu consiliis in preiudicium principum et imperii sive private persone dedit sive cuilibet civitati, ab hac die in antea in irritum revocamus ac frivola penitus et[u] inania iudicamus; protestantes, hanc[v] nostre constitutionis[w] seu[x] sancionis seriem exquisitam[y] ex decreto principum et ex[s] nostra certa[z] sciencia in forma iudicii processisse. Statuimus igitur et imperiali sancimus[a] edicto, quatenus nulla omnino[b] alta vel humilis, ecclesiastica vel mundana[c] persona[d] huic nostre constitutioni seu[e] sancioni[f] ullo advenienti[g] tempore aliquatenus[h] contraire vel obviare presumat. Quod qui presumpserit, preter indignacionem nostram[i] sciat se quadraginta[k] librarum auri puri pena multandum[l], quas fisco nostro volumus applicari. Ad huius autem[m] constitucionis et sancionis[n] nostre memoriam et robur perpetuo valiturum

**156.** k) decenter — et neglectu *des.* 2. l) neglectu 1. m) defectu 1. n) Alemannie 1. 8; condecorare sed *add.* 2. o) sunt 3. 7. p) redacte sint 1. 8. q) principium *male* 4. 3*. 7. r) *sic* 4. 8; auctoritas 1. s) per consequens auct. 1. 2. 3. t) quas desuetudines censemus pocius 8. u) diuturna 2. 8. v) ut *deest* 4. 6. w) imperialis *add.* 1. x) omnimode 1; omnimodo 2. y) ac 4. z) sanctione 1; sanccione 8. a) et 7. b) Alemanie 1. 8. c) et *add.* 1. 2. 8. d) *pro* seu — civium 2: qui. e) seu 5. f) statuantur 6. 7. g) pro diversitate 1. 2. 3; propter diversitatem 8. h) *pro* quocumque nomine 9: quae in Giulzge (innighe?). i) appellentur 3*; vulgaliter censeantur 8. k) sanctione 1; sanctione edictali 7; edictali *deest* 5. l) vectigalia 2; nec victualia nec mercimonia 8. m) vendantur vel emantur 1. n) sint communes 8. o) eorundem 6. 7. p) pertinere 5. q) actoritas 8. r) vel 3*. 5. s) *deest* 5. t) vel 8. u) ac 7. v) hac 8. w) protestationis 8. x) sive 1; seu sanccionis *des.* 8. y) exquisitam *deest* 1. z) certa nostra 3*. 7; certa *deest* 8. a) sanctimus 8. b) persona 1; persona *add. hic* 8. c) secularis 1. d) *deest hic* 1. 8. e) vel 1. f) sanctioni 1. g) adveniente 3*. 7; adventu temporis 2. h) aliquatinus 1. i) nostri culminis 1. 2. 3. 8. k) quadragintarum 7; quinquaginta 1. 2. 3. l) mulctandum 1. m) igitur 8. n) sanctionis 1. 8.

presentem divalem[o] paginam fieri et bulla[p] aurea tipario[q] nostre maiestatis impressa iussimus communiri.

Huius rei testes[r] sunt: B. patriarcha Aquilegensis, A. Magdeburgensis[s], O.[t] Ravennas et B.[u] Panormitanus archiepiscopi; . .[v] Pabibergensis, S. Ratisponensis[w] imperialis aule cancellarius, H.[x] Wormaciensis, Brixinensis, Osemburgensis, Curiensis[y], Reginus, Ymolensis[z], Mutinensis[a], Fauentinus episcopi; A.[b] Saxonie, O.[b] Meranie et B.[b] Karinthie duces[c]; H.[d] de Hortemberc[e], H.[f] de Nasowe[g], C.[h] de Hohenlloc, S.[i] de Spaneim[k] et[l] H. frater eius, L.[m] de Hohenstat comites[n]; G. de Harnesteyn[o] sacri imperii in Ytalia legatus[p], G.[q] de Bollandia, Gunzelinus[r], Riccardus[s] imperialis aule[t] camerarius[u], et alii quam plures.

(Chrismon) Signum domini Friderici secundi Dei gracia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti (M.) Ierusalem et Sicilie regis[v]. (Chrismon)

Ego Siffridus[w] Ratisponensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Sifridi[x] Maguntini archiepiscopi in Iermania[y] archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno[z] dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo secundo[a], mense Aprelis[b] quinte indiccionis[c], imperante domino nostro FR.[d] secundo[e] Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, anno Romani[f] imperii eius duodecimo, regni Ierusalem septimo, regni vero[g] Sicilie tricesimo quarto[h]; feliciter amen.

Dat. aput Aquilegiam[i], anno, mense et indiccione[k] prescriptis[l].

---

# 157. CONSTITUTIO CONTRA HAERETICOS.

## 1232. Febr. 22.

*Constitutionem, quae capita 6 et 7 Constitutionis in basilica sancti Petri a. 1220. Nov. 22 (supra nr. 85) verbotenus transscripsit, damus ex autographo Wirzburgensi iam in tabulario regni Bawarici asservato, Kaiser-Select 704, cui appendet sigillum illaesum filis sericis, in cuius dorso manu coaeva legitur:* werzeburg. *Prius editum est in Monumentis Boicis XXX, 1, 184 nr. 705. Repetita est haec constitutio a. 1238. Mai. 14; 1238. Iun. 26; 1239. Febr. 22. — Huillard-Bréholles IV, 298. Böhmer, Reg. imp. V, 1940. (P. 288.)*

**156.** o) dominicalem 2; *deest* 5. 6. p) *pro* bulla — impressa 8: sigillo maiestatis nostre. q) typario 1. r) Testes autem huius rei 8. s) Madeburgensis 1. t) O. *deest* 1. 2. 3. 8; . . *in* 1. 8. u) P. 5. v) E. 1. 8; C. 6; *ordo episcoporum in* 1: *Bambergensis, Wormatiensis, Ratisbonensis;* in 8: *Ratisbonensis, Bambergensis, Wormatiensis.* w) episcopus *add.* 1. 8. x) H. *deest* 8. y) Curiensis *deest* 1. z) Ymolensis *deest* 8. a) et *add.* 1. 8. b) dux *add.* 1. c) duces *deest* 1. d) comes H. 1; H. comes 8. e) Hortenberch 1; Ortemberc 8. f) comes H. 1. 8. g) Nassowe 1. h) C. de Hohenlloc *des.* 1. 8. i) comes S. 1; comes *(foramen)* 8. k) Spanaÿm 1; Spanehim 8. l) *deest* 1. 2. 3. m) comes L. 1. 8; et L. 2. 3. n) comites *deest* 1. 8. o) Harneysten 1; Harnestet 8. p) 8 *addit:* G. de h . l . ll., *quod Pertz solvit* holtvilla; *at legendum videtur potius* hohenllo. q) Warnerius 1. r) Gunzolinus 1. 8. s) . . . dus 8. t) imperialis aule *des.* 1. 8. u) cancellarius 6. v) magnifici *add.* 2. 3. w) Syfridus 1; dei gratia *add.* 2. 3. 9. x) venerabilis *add.* 8; *pro* Sifridi — Iermania 1—3: venerabilis (*deest* 1) H. (*deest* 2; Heinrici 3*) Coloniensis archiepiscopi in Ytalia. y) *pro* in Iermania 8: tocius Germanie. z) ano 8. a) primo 1; MCCXXXIII. 9. b) Ianuarii 1—3; Maii 8; Maio 9. c) indictionis 1. 8. d) FRriderico 1. e) secundo *deest* 1—3. f) Romani *deest* 1—3. g) vero *deest* 8. h) XXXIII. 5. i) Dat. Rauenne 1—3; Dat. aput Portum Naonis 8; Datum in Foro Iulii 9. k) indictione 1. 8. l) pretitulatis 3; articulatis ogo. 2.

**Incipiunt capitula constitutionis contra Patarenos[a] edite per dominum Fr. illustrem Romanorum imperatorem semper augustum, Ierusalem et Sicilie regem.**

1. Catharos, Patarenos, Speronistas, Leonistas, Arnaldistas, Circumcisos et omnes hereticos utriusque sexus, quocumque nomine censeantur, perpetua dampnamus infamia, diffidamus atque bannimus, censentes ut bona talium confiscentur nec ad eos ulterius revertantur, ita quod filii ad successionem eorum pervenire non possint, cum longe sit gravius eternam quam temporalem offendere maiestatem. Qui autem inventi fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad mandatum ecclesie iuxta considerationem suspicionis qualitatemque persone propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, tamquam infames et banniti ab omnibus habeantur, ita quod si sic per annum permanserint, ex tunc eos sicut hereticos condempnamus.

2. Statuimus etiam hoc edicto inperpetuum valituro, ut potestates et consules seu rectores, quibuscumque fungantur officiis, pro defensione fidei prestent publice iuramentum, quod de terris sue iurisdictioni subiectis universos hereticos ab ecclesia denotatos bona fide pro viribus exterminare studebunt, ita quod amodo quandocumque quis fuerit in potestatem perpetuam vel temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare. Alioquin neque pro potestatibus neque pro consulibus habeantur, eorumque sententias ex tunc decernimus irritas et inanes. Si vero dominus temporalis requisitus et monitus ab ecclesia terram suam purgare neglexerit ab heretica pravitate, post annum a tempore monitionis elapsum terram ipsius exponimus catholicis occupandam; qui eam exterminatis hereticis absque ulla contradictione possideant et in fidei puritate conservent, salvo iure domini principalis, dum modo super hoc nullum prestet obstaculum nec aliquod impedimentum opponat; eadem nichilominus lege servata contra eos qui non habent dominos principales. Credentes preterea, receptatores, defensores et fautores hereticorum bannimus, firmiter statuentes, ut si, postquam quilibet talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit infra annum, extunc ipso iure sit factus infamis nec ad publica officia seu consilia vel ad eligendos aliquos ad huiusmodi nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis nec testamenti liberam habeat factionem nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus ei preterea super quocumque negotio, set ipse aliis respondere cogatur. Qui si forte iudex extiterit, eius sententia nullam optineat firmitatem, nec cause alique ad eius audientiam perferantur. Si fuerit advocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur; si tabellio, instrumenta confecta per illum nullius penitus sint momenti.

3. Adicimus insuper, quod hereticus convinci per hereticum possit, et quod domus Patarenorum, receptatorum, defensorum et fautorum eorum, sive ubi docuerint aut manus aliis imposuerint, destruantur, nullo tempore restricture.

Dat. Rauene, XXII. Febr., V. indiccionis.

---

# 158. MANDATUM DE HAERETICIS TEUTONICIS PERSEQUENDIS.

## 1232. Mart.

*Proponimus ex tribus autographis* 1) *Wirzburgensis episcopatus, quod iam asservatur in tabulario regni Bawarici, Kaiser-Select 705, cui appendet sigillum fere illaesum filis sericis; editum est in Monumentis Boicis XXX, 1, 186 nr. 706;* 2) *Ratisbonensi, quod e tabulario fratrum Praedicatorum transiit in tabularium regni, Kaiser-Select 706; sigillum*

**157.** a) patarenō[s] *or.*

*illaesum filis sericis appendet; edita est maior pars in Monumentis Boicis l. c. 189 nr. 707;* 3) *Bremensis civitatis, cuius exemplum cum Pertzio communicavit olim vir ill. Smidt b. m.; quod editum est in libro 'Bremisches Urkundenbuch' I, 200 nr. 169; cuius ectypon photographicum iam prodiit 'Kaiserurkunden in Abbildungen' VI, tab. 14. Praeterea aliud exemplar autographon, quod mentionem facit Praedicatorum Argentinensium, exstare in tabulario ecclesiae S. Thomae, docemur e libro 'Urkundenbuch der Stadt Strassburg' I, 181 not. 1; exemplar fratrum Praedicatorum Friesacensium Salzburgensis dioecesis copiario conventus fol. 41 illatum commemorat 'Archiv für österreichische Geschichtsquellen' XXXII, 165. Mandatum imperatoris normas usurpavisse Decretalis Gregorii IX. papae a. 1231. Iun. 25 datae (C. 15. X, 5, 7; ed. Böhmer 'Acta imperii selecta' 665 nr. 959 et 'Mittelrheinisches Urkundenbuch' III, 339 nr. 432; Potthast 8754) animadvertit vir cl. Ficker in periodico 'Mittheilungen des Instituts für österr. Geschichtsforschung' I, 215. Repetitum est ab imperatore iisdem diebus atque Constitutio contra haereticos (cf. supra nr. 157). — Huillard-Bréholles IV, 300. Böhmer, Reg. imp. V, 1942. (P. 288.)*

Fredericus[a] Dei gratia Romanorum imperator[b] semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex dilectis principibus suis, venerabilibus archiepiscopis, episcopis aliisque prelatis ecclesiarum, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, scultetis, burgraviis[c], advocatis, iudicibus, ministerialibus, officialibus et universis per totum imperium constitutis presentes litteras inspecturis, fidelibus suis, gratiam suam et omne bonum.

1. Commissi nobis celitus cura regiminis et imperialis, cui dante Domino presidemus, fastigium dignitatis materialem, quo divisim a sacerdotio fungimur, gladium adversus hostes fidei et in exterminium heretice pravitatis exigunt exerendum, ut vipereos perfidie filios contra Deum et ecclesiam insultantes, tamquam materni uteri corrosores, in iudicio et iustitia persequamur; maleficos vivere non passuri, per quorum scientiam seductricem mundus inficitur et gregi fidelium per oves has morbidas gravior infligitur corruptela.

2. Statuimus itaque sanctientes, ut heretici, quocumque nomine censeantur, ubicumque per imperium dampnati fuerint ab ecclesia[d] et seculari iudicio assignati[e], animadversione debita puniantur. Si qui vero de predictis, postquam fuerint deprehensi, territi[f] metu mortis redire voluerint ad fidei unitatem, iuxta canonicas sanctiones ad agendam[g] penitentiam in perpetuum[h] carcerem retrudantur.

3. Preterea quicumque heretici reperti fuerint in civitatibus, opidis[i] seu locis aliis imperii per inquisitores ab apostolica sede datos et alios orthodoxe fidei zelatores, hii qui iurisdiccionem[k] ibidem habuerint ad inquisitorum et aliorum catholicorum virorum insinuationem eos capere teneantur et captos artius custodire, donec per censuram ecclesiasticam condempnatos dampnabili[l] morte perimant, qui fidei et vite sacramenta dampnabant.

4. Simili quoque pena plecti censemus omnes, quos ad fovendum hereticorum errorem callidi hostis astutia suscitat advocatos vel[m] parat illicitos defensores, maxime cum facinus quos inquinat equet, nisi monitione premissa destiterint et eorum vite duxerint consulendum.

5. Eos preterea qui convicti in uno loco de heresi ad alia loca se transferunt, ut cautius[n] possint effundere virus heretice pravitatis, debitam censemus subire vindictam[o], ubi super hoc per viros ab eodem errore conversos ad fidem nec non per[p] alios qui eos de heresi convicerunt, quod in hoc casu licite concedimus faciendum, evidens testimonium habeatur.

**158.** a) *litterae elongatae in* 1; Fridericus *maiusculae in* 2; FR. 3. b) et *add.* 3. c) burgaruiis 3. d) ab ecclesia dampnati fuerint 3. e) asignati 1. f) ῑitj 1. g) agendum 1. h) imperpetuum 1; ῑperpetuum 2. i) oppidis 3. k) in iurisdictionem 1; in iurisdictione 2. l) danabili 2. m) et 3. n) *in rasura* 1. o) vind. sub. cens. 3. p) et 3.

6. Item mortis sententie duximus addicendos[q], si quos hereticorum ad iudicium tractos in extremo vite periculo heresim abiurantes postmodum de falso iuramento constiterit et fide mentita convinci, ac eos contigerit eiusdem morbi spontaneam incurrere recidivam; ut sibi dampnabilius iniquitas sit mentita et penam debitam mendacium non evadat.

7. Omne insuper proclamationis ac[r] appellationis beneficium ab hereticis, receptatoribus et fautoribus eorundem penitus amovemus, volentes ut de finibus Alamanie[s], in quibus semper extitit fida fides, heretice labis genimina modis omnibus deleantur.

8. Ceterum quia quanto maiora divine nutu miserationis accepimus et altiorem locum pre filiis hominum optinemus, tanto devotiora debemus obsequia gratitudinis conferenti, si quando igitur in nostri maledicos nominis nostri culminis excandescit[t] auctoritas[u], si reos lese maiestatis[v] in personis eorum et suorum liberorum exheredatione dampnamus, multo dignius iustiusque contra divini blasphematores nominis et catholice detractores fidei provocamur, eorundem hereticorum, receptatorum, fautorum et advocatorum suorum heredes et posteros usque ad secundam progeniem beneficiis cunctis temporalibus, publicis officiis et honoribus imperiali auctoritate privantes, ut in paterni memoria criminis continuo merore tabescant, vere scientes, quia Deus zelotes est peccata patrum in filios potenter ulciscens. Nec id a misericordie[w] finibus duximus excludendum, ut siqui paterne heresis non sequaces latentem patrum[x] perfidiam revelarint, quacumque reatus illorum animadversione plectatur, predicte privationi non subiaceat innocentia[y] filiorum.

9. Ad hec notum fieri volumus universis, priorem et fratres ordinis Predicatorum de Wirzeburc[z] pro fidei negotio in partibus Theotonie[a] contra hereticos deputatos, fideles nostros, ceteros quoque qui ad hereticos iudicandos accesserint et convenerint, nisi eorum aliqui ab imperio sint proscripti, eundo, morando et redeundo sub nostra et imperii speciali defensione receptos, et quod eos[b] apud omnes sub ope ac recommendatione fidelium imperii esse volumus inoffensos: universitati vestre mandantes, quatinus quocumque et apud quemcumque vestrum pervenerint, benigne recipiatis eosdem et[c] personas eorum ab incursu hereticorum eis insidiantium conservantes indempnes, omne consilium, ducatum et auxilium impendatis pro tam acceptis coram Domino negociis exequendis; hereticos vero, quos deprehenderint et ostenderint ipsi vobis, in iurisdictione vestra singuli capientes diligenti custodia detinendos, donec post ecclesiastice dampnationis iudicium penam subeant quam merentur. Sciturі, quod in executione ipsius negocii gratum[d] Deo et laudabile coram nobis conferetis obsequium, si ad abolendam de partibus Alamanie[e] novam et insolitam heretice infamiam pravitatis opem et operam una cum eisdem fratribus prestiteritis efficacem. Et si quis foret exinde negligens vel[f] remissus, inutilis coram Domino et in conspectu nostro poterit merito culpabilis apparere.

Dat. Rauenne[g], anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo secundo, mense Marcii, quinte indictionis.

**158.** q) adicendos 3. r) et 3. s) Alemaūn 3. t) exscandescat 3. u) actoritas 1. v) lese magestatis reos 3. w) mifcđie 3. x) patr̄ 3. y) innocentiam 1. z) Ratispona 2; Prem̄ 3. a) Teutonie 3. b) *deest* 1. 2. c) *deest* 2. d) coram *add.* 3. e) alemannie 3. f) et 3. g) Raue⁊n 1; Rauenn̄ 3.

# 159. EDICTUM CONTRA GUERRAS IN COMITATU PROVINCIAE.

1232. Mart.

*Dedit Arndt ex autographo tabularii Massiliensis, cui appendet sigillum filis sericis rubris. — Huillard-Bréholles IV, 309. Böhmer, Reg. imp. V, 1944. (P. 289.)* 5

FR. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Sicut dignum est, vassallos et subditos fidem puram, devocionem sinceram suis dominis exhibentes dignis meritorum premiis honorari, ita videtur consentaneum racioni, infideles ac indevotos privari concessis beneficiis et subici debite ulcioni. Quapropter hac lege in comitatu Provincie ac Fulcalckerii perpetuo valitura sancimus, ut si qua 10 universitas vel comunitas vel singularis persona feudum vel terram seu iurisdiccionem vel sinioriam vel ea que consistunt in mero imperio vel mixto vel modica cohercione tenens a comite Provincie et Fulcalkerii, in dictis comitatibus vel in aliquo predictorum, absque imperiali licencia et mandato, guerram vel sedicionem, spreta fide et religione prestiti iuramenti, movit vel moverit in futurum, sacramenta, conspirationes, 15 facciones vel illicitas societates inivit vel inire ausu temerario attemptabit contra predictum comitem, imperii nostri devotum et fidelem, omnibus que tenet et habet supradictis vel aliis quibuscunque modis in dictis comitatibus, postquam de eorum nequicia patuerit, ipso iure priventur et ea omnia ad comitatum et dictum comitem devolvantur. Ad huius itaque rei memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri iussimus 20 maiestatis nostre sigillo munitum.

Datum Ravenne, anno dominice incarnacionis MCCXXXII, mense Marcii, quinte indictionis.

---

# 160. EDICTUM CONTRA ALIENATIONES COMITIS PROVINCIAE IMPUBERIS. 25

1232. Mart.

*Dedit Arndt ex autographo tabularii Massiliensis, cuius sigillum deperiit, filis rubris sericis superstitibus. Arndtii exemplari usus est etiam Winkelmann 'Acta imperii inedita' I, 288 nr. 322. — Böhmer, Reg. imp. V, 1943. (P. deest.)*

FR. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. 30 Per presens scriptum notum facimus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod in quibusdam imperii partibus, precipue in comitatu Provincie et Fulkalkerii multa perpendimus in preiudicium imperialis comodi et iusticie attemptata, que omnia hac sancione in predictis comitatibus perpetuo valitura duximus irritanda. Sancimus igitur omnes alienaciones, concessiones, vendiciones, laudaciones eorum que 35 spectant ad imperium, sive consistant in mero imperio sive in mixto vel iurisdiccione per comitem Provincie fidelem nostrum vel eius consensu vel actoritate, tempore sue

minoris etatis viginti quinque annorum, interveniente ipsius sacramento vel non, factas alicui universitati seu comunitati comitatus Provincie vel Fulkalkerii, presertim universitati Massilie, que dicitur vicecomitalis, cassas et irritas esse debere; decernentes ut omnia supradicta vel alia quocumque sic alienata sine contradiccione alicuius revo-5 centur, illa lege qua cavetur, quod sacramentum puberum sponte factum super contractibus debeat observari, vel lege alia non obstante: quas leges omnes obviantes huic saluberrime sancioni ex certa sciencia abrogamur. Ad huius itaque rei memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri iussimus maiestatis nostre sigillo munitum.

Datum Ravenne, anno dominice incarnationis MCCXXXII, mense Marcii, quinte 10 indictionis.

---

# 161–169. TRACTATUS CUM SOCIETATE LOMBARDIAE.

## 1232. Mart. – Mai.

*Instrumentis a Pertzio e Registro Gregorii IX. tom. III, fol. 83—85, lib. VI, 280* 15 *desumptis*[1] *addi libet alia, quae Iaffé e Libro Poteris nr. 2 saec. XIII. in. fol. 295—303 bibliothecae Querinianae Brixiensis exemplavit. Cum ea, quae imperator primum a Lombardis postulaverit, non tradantur, e responsis in Libro Poteris servatis modo cognoscuntur.*

**161.** *RESPONSIONES BRIXIENSIUM AD PETITIONES IMPERII. (Mart. in.)*

*Leguntur in Libro Poteris, e quo editae sunt a viris d. Ficker 'Forschungen' IV, 364* 20 *nr. 337 et Valentini 'Il Liber Poteris' p. 69.* *(P. deest.)*

Infrascripta sunt peticiones imperii et responsiones facte illis petitionibus.

1. Prestabitur iuramentum fidelitatis domno imperatori sicut mos[a] est.

Huic sic respondeatur: quod Brixiensibus hoc videtur conveniens secundum 25 quod mos est, prout in pace Constantie continetur.

2. Renunciabitur iuramentis, si qua facta sunt in preiudicium honoris et iuris domni imperatoris et imperii.

Respondeatur: nullum tale iuramentum factum esse; renuntietur tamen salvo quod non intelligatur, quod Societas Lumbardie, Marchie et Romagne et pax Constantie 30 et sacramenta facta occasione ipsius pacis et Societatis vel facta inter civitatem et civitatem facta sint in preiudicium honoris et iuris imperii sive domni imperatoris.

3. Promittatur de parendo iuri conquerentibus coram domno imperatore ac eius vicariis seu legatis in Lombardia.

Respondeatur: quod hoc fieri non debet, cum sit contra pacem Constancie 35 concessam et factam Lombardis.

4. Satisfiet de offensis et iniuriis vel stando mandatis et gratie domni imperatoris vel parendo iuri coram principibus Italicis et Germanis, exclusis hiis qui merito sunt suspecti; ita tamen quod curia non declinetur omnino.

**161.** a) mox *cod.*

40 1) *Cf. Rodenberg I, nr. 466. Praecedit lemma in Registro:* Transscriptum instrumentorum confectorum inter Fridericum imperatorem et rectores Societatis Lombardie.

Respondeatur: quod nulle offense vel iniurie domno imperatori facte sunt, set si quid diceretur esse factum, est factum in honorem Romane ecclesie et in defensione sui iuris et non in iniuriam vel offensam domni imperatoris vel imperii. Et insuper consueverunt iniurie et offense remitti in pace ex gratia pro bono pacis. Verumtamen[b] ............ deberet fieri de iniuriis et offensis, fiat sub domno papa et ecclesia.

5. Super regalibus fiat restitutio de manifestis, de dubiis stabitur iuri coram principibus, ut predictum est.

Respondeatur: quod de regalibus fiat secundum pacem Constancie et privilegia concessa, et non aliter.

6. Fiat restitutio noviter ablatorum adherentibus domno imperatori.

Respondeatur: quod illum fiat sine dampno et fructibus, et illum idem fiat de noviter ablatis Lombardis et sociis eorum et adherentibus eis a domno imperatore vel ab adherentibus ei.

## 162. *PETITIONES BRIXIENSIUM. (Mart. in.)*

*E Libro Poteris; ediderunt Ficker 364 nr. 337 et Valentini p. 70. (P. deest.)*

Videtur Brixiensibus, quod infrascripta petant.

1. Videlicet quod domnus imperator remittat illis de Societate Lombardie, Marchie et Romagne omnem rancorem et excessum et omnem iniuriam et offensam, si quam vellet dicere sibi fuisse factam; et eos in plenitudine sue gratie recipiat remittendo, revocando et cassando omnes sententias et constitutiones et banna data et lata contra illos de Societate.

2. Item quod domnus imperator debeat confirmare et approbare pacem Constantie et dictam Societatem et concedere, ut ipsa Societas[a] possit renovari et augmentari per illos de Societate.

3. Item quod privilegium sive privilegia concessa et data et concessiones facte civitatibus, burgis et castris et locis, que sunt vel erunt de Societate predicta, per ipsum et predecessores suos vel eorum nuncios, que tamen non sint contra pacem Constantie, confirmentur, et specialiter privilegium sive privilegia concessa ecclesie et episcopo Brixiensi super appellationibus.

4. Item quod domnus imperator non veniat cum exercitu per se vel per alium contra illos de Societate predicta et quod teneatur, facta concordia, non capere partem inter[a] civitates Lombardie, Marchie et Romagne nec inter aliquam earum nec inter aliquos de predictis civitatibus vel de aliqua earum.

5. Item quod domnus papa provideat super cautionibus et securitatibus prestandis et faciendis de concordia attendenda et observanda, et specialiter per sacramenta et promissiones et obligationes domni imperatoris et archiepiscoporum et episcoporum et principum et baronum Alamanie et per excommunicationem ecclesie, ut ex tunc domnus imperator, si contra faceret, et contrafacientes sint excommunicati; et si domnus imperator contra faceret per se vel per alium contra predictam concordiam, quod omnes, qui ei tenerentur vinculo alicuius promissionis vel fidelitatis, sint absoluti et ei nullo modo teneantur.

**161.** b) *sequitur lacuna in cod.; supplendum videtur* si tale quid.

**162.** a) item *cod.*

**163.** *RESPONSIONES ET PETITIONES MEDIOLANI, BRIXIAE, LAUDI, VERCELLARUM, NOVARAE, CUMARUM. (Mart. in.)*

*E Libro Poteris; ediderunt Ficker 365 nr. 338 et Valentini p. 78.*

*(P. deest.)*

5 In nomine Domini. Super capitulis datis per domnos cardinales Lombardis ita respondeatur:

1. Prestetur iuramentum fidelitatis domno imperatori, sicut moris est fieri sacramentum fidelitatis a Lombardis imperatori.

2. Renuntietur iuramentis, si qua facta sunt in preiudicium honoris et iuris 10 domni F(rederici) imperatoris, ita quod non intelligantur sacramenta Societatis Lombardie et Marchie et Romagne vel inter civitatem et civitatem facta, quod facta sint in preiudicium honoris et iuris imperii sive domni imperatoris.

3. Super capitulo illo continenti: 'ut promittatur de parendo iuri etc.'[1] bene volunt Lombardi, quod comunia civitatum conquerentibus de his comunibus faciant iusticiam 15 coram domno imperatore, si in Lombardia fuerit, vel quod coram eius legatis, qui sint in Lombardia, non suspectis et in loco non suspecto; et hoc intelligatur de inmobilibus rebus; dum tamen, qui sunt vel fuerunt subditi civitatum vel habentes causam ab eis subditis, non audiantur aliquo modo contra comune sue civitatis; nec de rebus concessis per eum vel eius genitores alicui de Societate Lombardie civitati, loco vel persone 20 audiat querimoniam. Veruntamen hoc capitulum et ultimum capitulum: 'fiat restitutio etc.'[2] posita sunt ad preces et ad instantiam inimicorum nostrorum Lombardie et non ad honorem et statum et utilitatem imperii. Unde salvo honore domni imperatoris super eis non esset insistendum, set iuri, quod est in pectore eius, debere relinqui.

4. Super alio capitulo: 'satisfiat de iniuriis etc.'[3] non creditur, quod aliqua satis- 25 factio fieri debeat, cum remissio iniuriarum sit facta precepto quondam domni Honorii pape et domni Gregorii pape, qui nunc est, a domno imperatore Lombardis in alia pace — nec postea aliqua offensa sit facta, sed quicquid factum est, ad defensionem et tutelam factum est, quod licitum est, ut clamant iura omnesque leges — et per ipsum domnum Honorium papam et domnum Gregorium nunc papam in ipsa pace et con- 30 cordia fuerit stabilitum, quod deberet fieri domno imperatori per Lombardos; et secundum illas concordias pareatur voluntati domni pape.

5. Super alio capitulo 'super regalibus etc.'[4] observetur per Lombardos domno imperatori secundum quod observatum fuit domno F(rederico) imperatori avo suo et quondam domno Henrico imperatori patri eius, et ordinetur, sicut fuit ordinatum per 35 predictos eius genitores.

6. Super ultimo vero capitulo 'fiat restitutio noviter ablatorum etc.'[5] responsum est ut supra continetur, quod non pertinet ad honorem imperatoris, set est de petitionibus inimicorum; et 'noviter ablatorum' intelligunt Lombardi et intelligi sane debet de[a] rebus inmobilium ablatorum a tempore presentis discordie inter imperatorem et 40 Lombardos cepte infra, dum tamen, qui sunt vel fuerunt subditi civitatum vel ab eis causam habentes, non audiantur contra comune sue civitatis.

E converso fiat ab imperatore et sequacibus eius nobis:

1. Salvis in omnibus capitulis et quolibet eorum et reservatis omnibus concessionibus, datis, privilegiis factis per istum domnum imperatorem et eius genitores 45 predictos, scilicet domnos Fredericum et Henricum, et omnibus nostris iuribus[b]; et quod imperator teneatur non procedere de aliquo quod esset in concessionibus et datis sive privilegiis, sive quod veniat contra data illa et privilegia.

**163.** a) *deest c.* b) iuriis *c.*

1) *V. nr. 161 cap. 3.* 2) *ibid. cap. 6.* 3) *ibid. cap. 4.* 4) *ibid. cap. 5.* 5) *ibid. cap. 6.*

2. Audiatur primo responsio peticionum Lombardorum, ut adimpleantur peticiones Lombardorum, si competenter fieri poterit; alioquin successive.

Supradicte responsiones facte sunt predictis capitulis per comune Mediolani et per comune Brixie et per comune de Laudi et per comune Vercellarum et per comune Novarie et per comune Cumarum.

## 164. *RESPONSIONES PLACENTINORUM.* *(Mart. in.)*

*E Libro Poteris; ediderunt Ficker 366 sub nr. 338 et Valentini p. 80.*
*(P. deest.)*

1. Super capitulo 'fidelitatis'[1] dicunt Placentini, quia sibi videtur, quod Lombardi, si pacem debent habere cum imperatore, competenter non possunt vitare, quod novum sacramentum prestent imperatori. Set in eo quod dicitur: 'sicut mos est' dicunt, quod illud est multum generale. Unde dicunt, quod illum sacramentum debet referri ad novum pactum seu concordiam, que fiet inter imperatorem et Lombardos.

2. Super secundo capitulo 'renunciationis'[2] dicunt, quod postquam sacramentum fidelitatis factum fuerit imperatori a Lombardis secundum formam predictam, quod videtur renunciasse iuramento, si quod factum fuit in preiudicium imperatoris. Unde non oportet, quod istud capitulum interponatur, nec videtur locum habere in hac parte, cum superfluum reputetur.

3. Super tercio capitulo 'de parendo iuri etc.'[3] dicunt, quia si imperator debet esse iudex, qui contrarius et inimicus de longo tempore extitit Lombardorum et propitius atque benignus inimicis Lombardorum ac ipsi inimici Lombardorum fauctores extiterint imperatoris contra Lombardos, in causis, que agitabuntur vel agitari possunt inter Lombardos vel singularem civitatem Lombardie et inimicos Lombardorum vel singularem civitatem eorum, merito timere possunt Lombardi, ne ius eorum pereat vel quod imperator eorum iuri contrarium se opponat. Et ideo putant esse merito excusandum.

4. Super quarto capitulo 'satisfaciendi de offensis etc.'[4] dicunt, quod si aliqua iniuria facta fuit a Lombardis imperatori, quod remissa a summo pontifice voluntate imperatoris nec a tempore remissionis citra aliqua offensa per Lombardos facta est, set potius per imperatorem et eius fauctores; quia armata manu et more hostili in Lombardos et eorum amicos insultavit occidendo crudeliter homines, mulieres turpiter[a] et minus honeste violando et domos comburendo. Unde dicunt, illud capitulum locum non habere in hac parte, set potius de excessibus imperatoris merito conqueri possunt Lombardi.

5. Super quinto capitulo 'restitutionis regalium etc.'[5], quod distinguatur, que sint regalia manifesta.

6. Super sexto capitulo 'restitutionis noviter ablatorum etc.'[6] dicunt, quod istud capitulum de novo interpositum est ad instanciam inimicorum Lombardie, et specialiter pro detrimento et morte civitatis Placentie. Unde dicunt, quod nullo modo est consentiendum in eo.

7. Unde supra predictis capitulis ambaxatores civitatum Lombardie ibunt coram cardinalibus ad examinanda dicta capitula et ad removenda superflua de dictis capitulis, et ipsa reducenda ad bonum modum et utilem pro Lombardis dent operam cum effectu. Set non credit potestas Placentie, quod predicti ambaxatores civitatum Lom-

**164.** a) turbiter *c.*

1) *V. nr. 161 cap. 1.* 2) *ibid. cap. 2.* 3) *ibid. cap. 3.* 4) *ibid. cap. 4.* 5) *ibid. cap. 5.* 6) *ibid. cap. 6.*

bardie, qui ituri sunt, sufficientes sint ad terminanda predicta et diffinienda. Set ei videtur, quod Mediolanum et eius amici magnifice et decenter et maioriter debeant congruo tempore interesse coram legatis et pro predictis negotiis terminandis et finiendis, si modus et forma poterit inveniri, quo predicta cum honore et utilitate Societatis 5 Lombardie poterimus terminare et complere.

**165.** *LITTERAE NUNTIORUM BRIXIENSIUM AD POTESTATEM. (Mart. in.)*

*E Libro Poteris; ediderunt Ficker 363 nr. 336 et Valentini p. 76. Exhibemus eas hoc loco, ne quid eorum desideres quae in codice Brixiensi de tractatu pacis leguntur. (P. deest.)*

10 Prudenti et nobili viro domno O. potestati Brixie Iohannes de Minervis et Wi. Truffi, Pe. Vilan.[a] et Obizo Ugonum rectores et ambaxatores comunis Brixie salutem cum reverentia.

Nulli litteras istas legi faciatis, nisi iuramento credentiam fecerit. Vestre dominationi notum facimus, quod postquam misimus ad vos Girardum notarium, sequenti 15 die rectores et ambaxatores Societatis Lombardie locuti fuerunt cum cardinalibus super capitulo emendationis offense, quam dicit imperator sibi a Lombardis factam, et super adventu filii eius et principum eius in Lombardiam, ipsis respondentibus, quod nos daremus eis in scriptis, quod super illis capitulis volebamus. Quibus tale scriptum dedimus, quod non credebamus nos offensionem imperatori fecisse nec volebamus facere 20 emendationem nisi nudum et purum honorem, et non que pertineret ad prestationem[b] rerum vel obsequium personarum. Super adventu filii eius et principum diximus, quod placebat, ut venirent cum C militibus tantum et sine armis, qui non deberent dampnum Lombardis dare vel vim inferre. Quibus etiam a cardinalibus intellectis, responderunt, quod non facerent nobis aliud preceptum nisi[c] secundum modum predictum absque[c] 25 consensu rectorum et ambaxatorum, et de hoc facta est publica scriptura. Verumtamen volebant, quod commissio fieret in eis publice generalis, quia pro maiori honore sibi reputabant et melius putabant factum posse procedere. Quibus a nobis auditis, responsio cardinalium omnibus nobis placuit. Set postulavimus ab eis, priusquam sub eis committeremus, irent ad imperatorem et scirent, si volebat in eos committere, et 30 nos et Mediolanenses, quia interim, dum ibant ad imperatorem, volebamus a nostris civitatibus licentiam commissionis habere. Set alie civitates dicebant, se posse facere comissionem statim, secundum quod dictum est. Cardinales vero die dominico, VII. die intrante mense Martii arripuerunt iter eundi ad imperatorem; cum quibus vadit domnus Mart. 7. episcopus noster. Preceperunt autem nobis cardinales sub pena excommunicationis et 35 rectores sub debito iuramenti, ut nullus rector seu ambaxator recederet sine illorum licentia; et visis illorum litteris, iremus Faventiam, si haberent ab imperatore bonam responsionem. Quapropter vobis mandamus, ut vestris litteris per harum latorem mittatis, si vultis, nos facere commissionem in cardinalibus, secundum quod predictum est. Noveritis insuper, quod secundum quod videre et intelligere potuimus, in cardi- 40 nalibus magnam fiduciam habemus, maxime quia unus illorum est Placentinus et alius de Vercelensibus partibus. Sciatis, hic scriptam litteram parvam et hic clausam cardinales propria manu scripsisse.

**165.** a) Vilañ *c.* b) p̄rationem *c.* c) nisi secundum predictum modum nisi secundum modum predictum modum absque *c.*

## 166. *PROPOSITIONES CARDINALIUM. (Mart.)*

*Leguntur* 1) *in Registro Gregorii IX. insertae compromissi instrumento (infra nr. 168), e quo iam edidit Savioli 'Annali Bolognesi' III, 2, 115;* 2) *in Libro Poteris, ubi lemma:* Exemplum capitulorum nobis datum per cardinales, super quibus nobis dicunt, ut cum imperatore debeamus facere pacem; *edidit Valentini p. 75;* 3) *in Muratorii Antiquitatibus Italicis IV, 327 insertae compromissi instrumento, quod continetur in arbitrio Gregorii IX. ad rectores Societatis dato a. 1233. Iun. 5, in transsumto tabularii Estensis asservato; v. infra nr. 177 sub* B. — *Huillard-Bréholles IV, 348.* *(P. 295.)*

Cum dominus Fridericus imperator gravissime a Societate Lombardie, Marchie et Romanie asserat se offensum, pro eo videlicet quod curiam suam, quam Ravenne indixerat pro succursu Terre Sancte, dispositione imperii et aliis quibusdam necessariis et honestis, impedierunt, ut dicit, non permittendo venire filium suum et principes Alamannie[a] per vias sive stratas imperiales ad ipsum nec adhuc permittant, quin immo et[b] sibi et suis transitum impediant[c], ut proponit; econtrario vero[b] Societas dicatur timere de ipso, ne velit malum et[d] gravamen inducere super eos, et ideo, si qua faciunt vel fecerunt, pro defensione sua se facere asserant[e] et fecisse; et dominus papa cum fratribus suis attendens, quod ex hoc talis et tanta posset discordia surgere et iam esse in ianuis videbatur, que posset toti christianitati grave dispendium irrogare, precipue propter impedimentum subsidii Terre Sancte, ac volens tantis periculis precavere, dominum Iacobum Penestrinum[f] electum et Ottonem Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconem cardinalem ad partes istas cum plene legationis offitio destinarit, sicut in sue legationis litteris[g] plenius continetur: requirunt[h] prefati cardinales tanquam legati sedis apostolice et propter factum pacis specialiter destinati, ut super discordia supradicta ipsis[i] legatis suo[k] nomine et Romane ecclesie dominus imperator et prefata Societas et[l] civitates eiusdem Societatis taliter se committant[m], scilicet quod[n] de satisfactione idonea imperatori prestanda, de[o] securitate eidem[p] Societati facienda et firmanda et modo adhibendo idoneo, si imperator velit filio suo et principibus Alamannie[a] venientibus ad ipsum a dicta Societate liberum transitum exhiberi, primo tractetur per ipsos legatos inter imperatorem et Societatem prefatam[q]. Et si de communi consensu poterit negotium expediri, Deo gratie referantur; sin autem, iidem legati habeant potestatem, ut expositis omnibus que difficultatem habeant domino pape et fratribus suis, iuxta ipsius mandatum et consilium precipiant, ordinent et disponant quicquid ad sedandam discordiam et pacem firmandam viderint[r] pertinere super articulis supradictis. Et si inter imperatorem et memoratam Societatem aliqui alii[s] etiam articuli apparerent, ex quibus posset discordia generari vel foveri concepta, placeat ut eodem modo et ordine sopiantur.

## 167. *PROCURATORIUM IMPERATORIS MAGISTRO HERMANNO DATUM. Mai. 10.*

*Legitur* 1) *in Registro Gregorii IX. insertum transsumto notarii, quod in adnotatione proponimus*[1]; 2) *in Libro Poteris fol. 297, ubi lemma:* Exemplum procurationis magistri Hermanni quod sic incipit; *e quo edidit Valentini p. 66.* — *Huillard-Bréholles IV, 345. Böhmer, Reg. imp. V, 1981.* *(P. 298.)*

**166.** a) Allamanie 2. b) *deest* 2. c) impediunt 2. d) vel 2. e) asserunt 2. 3. f) Prenestinum 2. g) litt. sue leg. 2. h) requiruntur 2. i) in ipsis 2. k) suo — imperator et *des.* 2; nomine suo et nomine Romane 3. l) et — Societatis *des.* 2. m) committat 2. n) *deest* 2. o) et de 2. p) eiusdem 2. q) eandem 2. r) viderit 1. s) *deest* 3.

1) In nomine Domini amen. Anno eiusdem MCCXXXII, indic. V. die Iovis, XIII. intrante Madio, in civitate Padue, in sala domus domini Landi canonici Paduani, presentibus testibus rogatis, scilicet

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et[a] Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis, quod nos constituimus, facimus et ordinamus dilectum nostrum, fratrem Hermannum Hospitalis sancte Marie Theotonicorum[b] in Ierusalem venerabilem magistrum, nuntium et procuratorem nostrum 5 in omnibus controversiis sive discordiis seu causis que vertuntur inter nos et civitates infrascriptas, Mediolanum, Placentiam, Brixiam, Mantuam, Ferrariam[c], Bononiam, Fauentiam, et partem ipsarum et earum complices et fautores et si que sunt alie civitates eiusdem partis, dantes ei plenam et liberam potestatem et mandatum consentiendi et compromittendi de omnibus illis controversiis seu causis nomine et vice nostra in 10 dilectos amicos nostros Iacobum venerabilem electum Penestrinum[d] et Ottonem Sancti Nicolai in Carcere Tulliano venerabilem diaconum cardinalem[e], apostolice sedis legatos, tanquam in arbitros vel arbitratores seu amicabiles compositores, et obligandi nos et ipsum pro nobis in eodem compromisso ipsis legatis[f] et ecclesie Romane et parti adverse ad penam vel penas aut sine pena, et ad recipiendas obligationes a parte adversa 15 secundum ordinationem et modum et voluntatem per omnia cardinalium predictorum. Nos enim firmiter compromittimus, ratum et firmum habere et facere haberi a carissimo filio nostro Henrico illustre Romanorum rege quicquid idem magister super premissis coram dictis legatis et cum ipsis duxerit faciendum et promiserit nos facturos.

Dat. apud Portum Naonis, X. die[g] Madii, V. indic.[h]

## 20 168. *FORMA COMPROMISSI INTER PROCURATOREM IMPERATORIS ET SOCIETATEM. Mai. 13. 14.*

*Sistimus e* 1) *Registro Gregorii IX, e quo edidit Savioli III, 2, 114;* 2) *Libro Poteris, e quo edita est a Valentinio p. 62;* 3) *arbitrio Gregorii IX. supra ad nr. 166 laudato, edito in Antiquitatibus Italicis Muratorii IV, 325. — Huillard-Bréholles IV, 346.*
25 *(P. 294.)*

In nomine Domini amen. Anno eiusdem MCCXXXII, indic. V, die Iovis XIII. intrante mense Madii, temporibus domini Gregorii pape VIIII. et serenissimi domini[a] Friderici Dei gratia Romanorum imperatoris ac semper augusti, Ierusalem et[b] Sicilie regis in civitate Padue apud episcopatum in sala domus domini Landulfi[c] canonici 30 Paduani, presentibus testibus rogatis, scilicet domino Iacobo Dei gratia episcopo Paduano, domino Nicolao eadem gratia Regino episcopo[d], domino Iordano priore Sancti Benedicti de Padua, magistro Rainaldo[e] capellano domini Iacobi Penestrini[f] electi cive Placentino, magistro Egidio scriptore domini pape cive Romano, domino Oddone de Fontana cive Placentino, magistro Chazolo[g] de Laudo, domino Alamanno[h] de Cre- 35 scenzano iudicibus[i] potestatis Padue, et magistro Cognoscente de Florentia. *Mai. 13.*

**167.** a) ac 1. b) Teutonicorum 2. c) Ferariam 2. d) Prenestinum 2. e) ven. cardinalem et diaconum 2. f) *pro* ipsis legatis 1 *male:* ad penam. g) *deest* 1. h) indict. quinta 2.

**168.** a) dom. ser. 3. b) ac 2. c) Landolfi 3; Landi 1. d) ep. Regino 2. e) Raynaldo 2. 3; Raiñ 1. f) Prenestini 2, *similia semper.* g) Cazolo 2. 3. h) Allamanno 2. 3. i) iudic. 2.

40 domino Iacobo episcopo Paduano, domino Nicolao episcopo Regino, domino Iordano priore Sancti Benedicti de Padua, domino Guiffredo de Luzino Padue potestate, eiusque iudice domino magistro Chazolo de Laudo, domino Alamanno de Crescenzano. Exemplum procurationis magistri Alamannorum quod sic incipit: 'Fridericus — indic.' Ego Iacobinus quondam Gratioli filius civis Bononie, auctoritate imperiali et nunc rectorum Societatis Lombardie, Marchie et Romanie notarius, supradictum exemplum 45 scripsi, exemplavi, corroboravi et publicavi ex autentico litterarum imperialium domini Friderici predicti bullato et corroborato bulla aurea eiusdem domini imperatoris, que est ibi visa dicto autentico pendens, de mandato et voluntate prefatorum dominorum cardinalium apostolice sedis legatorum et venerabilis magistri Hermanni predicti, nichil addens nec minuens, nisi forte in compositione litterarum vel punctis, quod sententiam variet aut mutet.

1. Ad honorem omnipotentis Dei beatorumque apostolorum eius Petri et Pauli et sanctissime matris nostre ecclesie, domini pape, venerabilium dominorum cardinalium, Iacobi Penestrini[f] electi et Ottonis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis, apostolice sedis legatorum, serenissimi domini Friderici Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti, Ierusalem ac Sicilie regis, et Societatis Lombardie, Marchie et Romanie[k].

2. Cum venerabiles cardinales domini Iacobus Penestrinus[f] electus et Otto Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconus cardinalis, apostolice sedis legati, sicut in sue legationis litteris plenius continetur, iamdiu requisissent, quod dominus Fridericus Dei gratia Romanorum imperator ex una parte et infrascripti rectores et ambaxatores infrascriptarum civitatum[l] Societatis Lombardie, Marchie et Romanie[k] et ipse civitates et Societas ex altera super discordia, que inter dominum imperatorem predictum et ipsam Societatem verti videbatur, se committerent et compromitterent[m], ipse imperator ex una parte et ipsi rectores et ambaxatores, nomine sue civitatis singuli et nomine Societatis universi, in ipsos dominos legatos secundum formam articulorum seu capitulorum inferius annotatam — nomina quorum rectorum et ambaxatorum et civitatum hec sunt[n]: pro Mediolano dominus[o] Rufinus de Mandello, Lampugnanus Marzelinus[p] rectores, Guffredus[q] de Pusterla et Henricus Gambarus[r] iudex, ambaxatores communis Mediolanensis; pro Brixia dominus Ognabene de Pessagio[s] iudex rector; pro Bononia domini Aimericus Arpinelli legum dominus et[t] Vrsolinus de Vrsis[u] rectores[v]; pro Placentia dominus Lanfrancus de Landedo[w] rector; pro Padua dominus Guiffredus[q] de Luzino[x] Cumanus civis Padue potestas[y], domini Nicolaus Mathei de Flabiano[z] iudex[t], Henricus de Manfredis rectores; pro Ferraria[a] domini Guido Uisdominorum[b], Menaboi rectores[v]; pro Fauentia domini Gerardus Arcolani[c] iudex, Guido de Marzanis[d] rectores; pro Cumis Petrus[t] de Romano[e] notarius[t] nuntius et procurator ipsius communis de Cumis; pro Mantua domini Vguicio[f] advocatus, Martinus de Bonacosis[g] rectores, qui ambo rectores de Mantua — consenserunt et compromiserunt[h] in antedictos dominos legatos super[i] formam superius et inferius denotatam in omnibus et per omnia.

Mai. 14. 3. Sequenti die Veneris inmediate XIIII. intrante Madio, in sala palatii[t] domini episcopi Paduani que est[t] versus meridiem, presentibus testibus rogatis, scilicet domino Nicolao episcopo Regino, domino Iordano priore Sancti Benedicti de Padua, magistro[k] Rainaldo[l] capellano predicti domini electi, magistro Egidio[m] scriptore domini pape, magistro Cognoscente de Florentia et[t] domino Odone[n] de Fontana[o] de Placentia suprascriptis. Forma autem articulorum seu capitulorum hec est: 'Cum[p] — sopiantur'. *supra nr. 166.*

4. Ideoque[q] venerabilis magister Hermannus Hospitalis sancte Marie Teutonicorum in Ierusalem, nuntius et procurator serenissimi domini imperatoris prefati[q], sicut in litteris imperialibus bulla aurea bullatis sui mandati dinoscitur plenius contineri, ibidem visis et lectis, procuratorio nomine imperatoris eiusdem[r] et pro ipso imperatore ex una parte et suprascripti rectores et ambaxatores nomine dictarum civitatum et pro suis civitatibus ac pro ipsa Societate ex altera, sicut erant quilibet a sua civitate[s]

**168.** k) Romagne 2. l) et rectores et amb. infrascripti civitatum infrascriptarum 2. 3. m) compromittent 2. n) sunt hec scilicet 3. o) domini 2. 3. p) Marcellinus 2. 3. q) Guifredus 2; Wifredus 3. r) Gambar̄ 2; Gambaro 3; Gambadus 1. s) Ognabenus de Pessaciis 2. t) *deest* 2. 3. u) Visis 2. v) rector 2. w) Laudo 2. 3. x) Lucino 2. 3. y) post. Pad. 2. 3. z) Flabiañ 1. a) Feraria 2. b) ius dominorum 2. c) Arcolai 1; Arcolanus 3. d) Marzañ 1; Marzano 3. e) Romañ 1; Rom. 2; Roma 3. f) Ugucio 2. g) Bonacorsis 2. h) promiserunt 2. i) secundum 2. k) *pro* magistro — suprascriptis 3: etc. ut supra. l) Rain. 1; Raynaldo 2. m) Eg. mag. 2. n) Oddone 2. o) Fontañ 1. p) Cum domnus Fredericus imp. gravissime a Societate Lombardie . . alibi scripta sunt capitula 2. q) *deest* 2. r) eiusdem domni imperatoris 2. s) suis civitatibus 2.

super hoc specialiter deputati, ut ostendebant cuiuslibet civitatis rectores et ambaxatores, per publica instrumenta nomine sue civitatis cuiuslibet civitatis rectores et ambaxatores, et nomine Societatis predicte insimul universi — ita tamen quod pro illis civitatibus, que licet sint vel fuerint de Societate, que huic tamen commisso et[t] compromisso non conveniunt cum eis, nullatenus teneantur — consenserunt et compromiserunt in prefatos dominos legatos; scilicet ipse magister Hermannus pro parte imperatoris ex una parte et ipsi rectores et ambaxatores ex altera, sicut erant deputati a suis civitatibus per predicta[u] publica instrumenta, tamquam in iudices ordinarios vel arbitros seu arbitratores sive amicabiles compositores, sicut res melius valere poterit secundum formam et articulos suprascriptos super negotio memorato; sollempniter promittentes dominis legatis prefatis, tam dictus magister Hermannus pro domino imperatore quam prefati rectores et ambaxatores nomine suarum civitatum et Societatis prefate et invicem inter se, stare de predicto negotio eorum sententie[v], arbitrio sive laudo sive amicabili compositioni, ordinationi sive dicto, mandato, voluntati sive preceptis in articulis suprascriptis, et generaliter eorum omnimode ordinationi, facte semel vel pluries, presentibus partibus vel absentibus, simul vel per partes[w], sicut eisdem legatis[x] melius videbitur expedire, salva semper substantia forme[y] superius nominate[z].

5. Item promiserunt eodem nomine, scilicet prefatus magister Hermannus nomine domini imperatoris ex[a] parte ipsius imperatoris et pro ipso imperatore et ipsi rectores et ambaxatores nomine Societatis ipsis legatis, pro se et Romana ecclesia recipientibus, penam viginti milium marcarum argenti pro qualibet parte, si contra facerent aut venirent, quecumque pars contra faceret aut veniret. Quam etiam penam promiserunt pars parti vicissim stipulanti sollempniter, scilicet ipse magister Hermannus nomine imperatoris et pro ipso imperatore et prefati rectores et ambaxatores nomine prescriptarum civitatum et Societatis prefate, ita quod quelibet civitas pro rata teneatur ad penam, si dictus imperator pareret arbitrio et Societas non pareret. Si autem una civitas tantum vel plures arbitrio non parerent, illa vel ille, que contra facerent aut venirent, pro sua portione tantummodo teneantur[b], alie vero, que servarent arbitrium, nichil propter hoc oneris[c] sustineant. Quod si idem imperator, Societate parente arbitrio, non pareret aut contra faceret vel veniret, promisit idem magister Hermannus nomine imperatoris et pro ipso imperatore ipsis legatis et adverse parti dictam penam solvere ac prestare parti servanti; penaque commissa exacta soluta vel non, servare arbitrium utraque pars nichilominus teneatur.

6. Possint etiam iidem legati et Romana ecclesia dictum[d] imperatorem et civitates ipsas et Societatem per censuram ecclesiasticam compellere ad ipsum arbitrium observandum, quotiens a parte vel a partibus fuerit contra factum.

7. Hoc autem commissum et promissum[e] receperunt dicti legati nomine suo et sancte Romane ecclesie, ita quod si non posset per eos idem negotium terminari, dominus papa cum fratribus suis[f], sicut ei placuerit[g], de ipso disponat, receptis et factis eisdem promissionibus[h] in persona domini pape, licet absentis, sub eodem modo, penis et forma que superius et inferius est notata.

8. Insuper promiserunt utraque pars ipsis legatis, suo nomine et nomine Romane ecclesie recipientibus, et[i] inter se vicissim, servare dies et terminos sibi datos pro negotio pacis prosequendo et terminando usque ad finem negotii consumati, sub pena arbitrio ipsorum cardinalium et[i] arbitrio Romane ecclesie imponenda.

**168.** t) tamen promisso vel 2. u) dicta 2. v) sine 2. w) vel pates 2. x) delegatis 2. y) fore 2. z) anotate 2; adnotatae 3. a) ex — imperatoris *des.* 1. b) contra facerent, tantummodo teneantur pro sua portione que contra facerent 2. c) omnes 2. d) domnum 2; dominum *add.* 3. e) compromissum 3; promissum vel compromissum 2. f) suis fratribus 2. g) placuit 2. h) prom. eisdem 2. i) *deest* 2.

9. Item promiserunt utraque pars eisdem[k] legatis, suo nomine et nomine[l] Romane ecclesie recipientibus, et sibi vicissim per stipulationem, servare omnia mandata que illis facient, scilicet utrique parti vel alteri, in articulis suprascriptis et eorum accessoriis circa ipsos articulos occasione istius pacis prosequende, firmande et[i] consumande, sive prohibendo ne aliquid fiat, sive precipiendo ut fiat, quod ad pacis negotium viderint[m] pertinere. Et hoc possint precipere sive prohibere sub qua pena viderint expedire, reservata eisdem legatis et domino pape potestate interpretandi, si aliquod dubium fuerit[n], ad suam voluntatem[o] omnia supradicta.

10. Hoc acto in ipso compromisso voluntate ipsorum legatorum et voluntate utriusque partis, scilicet quod ille civitates, loca vel[p] castra aut persone que sunt de Societate, si voluerint, admittantur et recipiantur ad simile commissum[q] et compromissum in omnibus et per omnia hinc ad VIII dies post festum sancti Iohannis de mense Iunii proximo venturo.

11. Insuper prenominatus magister Hermannus procuratorio[r] nomine domini imperatoris et pro ipso domino imperatore promisit stipulatione[s] sollempni ipsis legatis, suo nomine et nomine Romane ecclesie recipientibus, et ipsis rectoribus et ambaxatoribus, nomine dictarum civitatum et nomine Societatis prefate Lombardie, Marchie et Romanie[t] recipientibus, sub dicta pena viginti milium marcarum argenti, quod dominus imperator firmum et ratum habebit quicquid promissum est supra per dictum magistrum Hermannum, et quod dominus imperator faciet filium suum dominum Henricum illustrem Romanorum regem firmum et ratum habere quicquid supra per ipsum magistrum Hermannum promissum est in omnibus et per omnia sub dicta pena. Qua soluta vel non[u], prenominata omnia et singula in sua semper maneant firmitate.

Ego[v] Iacobinus quondam Gratioli filius Bononiensis, auctoritate imperiali et nunc dictorum rectorum notarius, omnibus predictis interfui mandatoque ipsorum cardinalium et rogatu partium subscripsi et publicavi.

## 169. *ARTICULI ACCESSORII FORMAE COMPROMISSI ADDITI.* *Mai. 13.*

*Leguntur in* 1) *Registro Gregorii IX, omissis aliquibus sententiis; usus est eo Savioli III, 2, 118;* 2) *Libro Poteris fol. 295, e quo edidit Valentini p. 60. — Huillard-Bréholles IV, 352.* *(P. 297.)*

In nomine Domini[a] amen. Anno eiusdem MCCXXXII, indic. V, die Iovis XIII. intrante mense Madii, temporibus[b] domini pape Gregorii, in civitate Padue apud episcopatum, in sala domus domini Landulfi[c] canonici Paduani, presentibus testibus rogatis, scilicet domino Iacobo Dei gratia episcopo Paduano, domino[d] Nicholao eadem gratia Regino episcopo, domino Iordano priore Sancti Benedicti de Padua, magistro[e] Raynaldo capellano domini Iacobi Prenestini electi, magistro Egidio scriptore domini pape, domino Oddone de Fontana cive Placentino, magistro Chazolo[f] de Laudo et domino Alamanno[g] de Crescenzano iudicibus[h] potestatis Padue et[i] magistro Cognoscente de Florentia.

**168.** k) ipsis 2. l) nomine et 2. m) viderit 2. n) fuit 2. o) ad s. vol. *des.* 1. p) vel loca 2. q) promissum 2. r) procurator 2. s) stipulat 1; stipullt 2. t) Remagne 2. u) contra 2. v) Ego — et publicavi *des.* 2; 3 *sic:* Ego magister Rolandinus de Padua imperialis maiestatis notarius predicto commisso et compromisso aliisque omnibus suprascriptis interfui mandatoque ipsorum dominorum cardinalium et voluntate magistri Teutonicorum scripsi et publicavi.

**169.** a) Iesu Christi 2. b) temporibus — Gregorii *des.* 2. c) Landi 1. d) domino — episcopo *des.* 1. e) magistro — cive Placentino *des.* 1. f) Gazolo 2. g) Allamanno 2. h) iudice 1. i) et — Florentia *des.* 1.

Cum ad postulationem venerabilium dominorum cardinalium Iacobi Penestrini[k] electi et Ottonis Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconi cardinalis, sedis apostolice legatorum, magister Hermannus Hospitalis sancte Marie Teutonicorum[l] in Ierusalem, nuntius et procurator domini Friderici Dei gratia Romanorum imperatoris et[m] semper augusti, procuratorio nomine pro ipso imperatore ex una parte et infrascripti rectores et ambaxatores nomine infrascriptarum civitatum et nomine[n] Societatis Lombardie, Marchie et Romanie pro ipsis civitatibus et Societate[o] ex altera essent in promptu committendi et compromittendi in prefatos dominos legatos de discordia que inter imperatorem et Societatem prefatam[p] verti videbatur, scilicet de satisfactione idonea imperatori prestanda, pro[q] eo quod Societas dicebatur curiam suam quam Ravenne indixerat impedisse, et de securitate facienda et firmanda eidem Societati, si imperator velit filio suo et principibus Alamannie[r] venientibus ad ipsum a dicta Societate liberum transitum exhiberi[s], et si inter imperatorem et memoratam Societatem aliqui alii[t] articuli apparerent[u], ex quibus posset discordia generari vel foveri concepta, placeat[v] ut eodem modo et ordine sopiantur, prefati legati in ipso compromisso scripto manu mei Iacobini notarii ita dixerunt et convenerunt domino Guiffredo de Luzino[w] Padue potestati[y] et infrascriptis rectoribus[x] et ambaxatoribus, scilicet pro infrascriptis civitatibus singulis et predicta[z] Societate universis recipientibus — scilicet pro Mediolano dominis Rufino de Mandello, Lampugnano Marzellino[a] rectoribus et[b] dominis Guiffredo de Pusterla[c], Henrico Gambaro[d] iudici[e] ambaxatoribus Mediolanensibus[e], pro Brixia domino Ognabene de Passagio[f] iudice rectori, pro Bononia dominis Aimerico Arpinelli, Vrsolino de Vrsis rectoribus, pro Placentia domino Lanfrancho de Landedo[g] rectori, pro Ferraria dominis Guidoni[h] Uisdominorum[c], Menaboi rectoribus, pro[i] Fauentia dominis Gerardo Arcolano iudici, Guidoni de Marzanis[k] rectori, pro[l] Cumis[m] Petro de Romano nuntio et procuratore ipsius communis, pro Mantua dominis Vguitioni[n] Advocato[o] et Martino de Bonacosis rectoribus[p] — scilicet quod de isto ultimo articulo[1] sic incipienti: 'et si inter imperatorem et memoratam Societatem aliqui alii etiam articuli apparerent, ex quibus posset discordia generari vel foveri concepta, placeat ut eodem modo et ordine sopiantur', nichil possint iidem legati nec Romana ecclesia laudare, diffinire aut terminare, nisi de voluntate et consensu utriusque partis, scilicet domini imperatoris et Societatis prefate Lombardie, Marchie et Romanie[q], quamvis generaliter fiat compromissum super ipso articulo. Et hoc convenerunt[r] prefati legati, presente, volente ac[s] consentiente predicto magistro Hermanno nuntio et procuratore prelibati domini imperatoris.

Ego Iacobinus[t] quondam Gratioli filius[u] civis Bononiensis[v], auctoritate imperiali et[u] nunc prefatorum[u] rectorum notarius, interfui mandatoque[w] ipsorum cardinalium subscripsi et publicavi.

**169.** k) Prenestin. 2 *semper*. l) Theotonicorum 2. m) *deest* 2. n) nomine — Romanie *des.* 2. o) pro Societate Lombardie et Marchie et Romagne 2. p) Lombardie predictam 2. q) in 2. r) Allamanie 2. s) exhibere 2. t) etiam *add.* 2. u) apparent 2. v) placet 2. w) Luxino 2. x) pecēt. 2. y) potestati Paduano 2. z) pro ipsa 2. a) Lampognano Marcelino 2. b) et dominis *des.* 2. c) et *add.* 2. d) Gambar̄ 1. e) *deest* 2. f) Pesaziis 2. g) Landetto 2. h) Vidoni 2. i) pro — Marzanis rectori *des.* 2. k) Marzañ 1. l) pro — communis *des.* 1. m) Cummis 2. n) Ugizoni 2. o) de advocato 2. p) rectori 1. q) Romagne 2. r) convenit 2. s) voluntate et 2. t) Iacob. 2. u) *deest* 2. v) Bononie 2. w) *pro* mandatoque — publicavi 2: et prefatorum legatorum mandato scripsi.

1) *V. nr. 166 fin.*

# 170. MEDIATIO PRINCIPUM INTER FRIDERICUM ET HEINRICUM.

1232. Apr.

*Adhibuimus editiones duas, quarum utraque autographo tabularii capituli maioris Ratisbonensis usa est: Spiess 'Aufklärungen in der Geschichte und Diplomatik' (Bayreuth 1791) p. 229 et Ried 'Codex diplomaticus episcopatus Ratisbonensis' I, 366 nr. 383. Testante Riedio, tunc octo sigilla membranae appensa erant: archiepiscopi Salzburgensis, episcoporum Ratisbonensis, Herbipolensis, Wormatiensis, electi Frisingensis, Cunradi abbatis S. Galli, equestre Ottonis ducis Meraniae palatini Burgundiae, equestre Bernhardi ducis Karinthiae. Autographon fortasse adhuc superstes est in tabulario ordinariatus episcopalis. — Huillard-Bréholles IV, 325. Böhmer, Reg. imp. V, 1963. (P. 290.)*

Nos Bertoldus patriarcha Aquilegiensis, G.[a.1] Salzeburgensis et A. Magdeburgensis archiepiscopi, E.[b] Papembergensis[c], S. Ratisponensis imperialis aule cancellarius, ..[d] Herbipolensis et H. Wormaciensis episcopi, ..[e] electus Frisingensis, C.[f] abbas Sancti Galli, A. dux Saxonie, O. dux Meranie et B. dux Carinthie. Tronus imperialis, cui velut capiti membra coniungimur, sic nostris insidet humeris et nostra compage firmatur, ut et imperium quadam excellenti magestate premineat[g] et noster ab eo refulgeat principatus. Nos quoque ad subeunda secum sollicitudinis onera tenemur, qui tranquillum statum et regimen sedis sue diligimus pacis et iusticie cultibus inherere. Per hoc itaque presens scriptum notum fieri volumus modernis et posteris universis, quod nobis in Foro Iulii aput Sibidatum[h] assistentibus serenissimo domino nostro Friderico secundo Dei gratia inclito Romanorum imperatori semper augusto, Ierusalem et Sicilie regi, dominus Henricus illustris Romanorum rex filius eius nos cum multa precum instancia requisivit et requirendo rogavit, quatenus coram predicto domino imperatore genitore suo mediatores essemus pro eo et iuraremus, quod si contingeret, dictum regem non tenere nec conservare capitula, que dicto domino imperatori patri suo iuravit et fide data promisit secundum continenciam scriptorum, que communiter habent, et contra ea venerit, quod absit, nos ad insinuationem et requisitionem, quam dominus imperator per certos et speciales nuncios et litteras suas nobis faciet, simus cum eo et assistamus ei contra eundem regem filium suum ad paternum beneplacitum et mandatum, et ex tunc idem rex a iuramento fidelitatis, quo sibi tenemur, absolvit, ut inde simus penitus absoluti. Nos autem pro generali commodo et honore imperii et unanimitate ipsorum dominorum nostrorum ad nimiam instanciam et preces regis iuravimus formam predictam sollempniter coram patre et, sicut tenemur, observabimus bona fide. Ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri iussimus sigillis nostris munitum.

Actum apud Sibidatum[i] in Foro Iulii, anno dominice incarnationis MCCXXXII, mense Aprelis[k], quinte indiccionis.

**170.** a) *sic S. R pro* E. b) G. *S.* c) Pabembergensis *R.* d) H. *R.* e) C. *R.* f) O. *S.* g) maiestate preemineat *R.* h) Sibidacum *R.* i) Sibidatam *S*; Sibidacum *R.* k) Aprilis *R.*

1) *Eberhardus.*

# 171. CONSTITUTIO IN FAVOREM PRINCIPUM.

1232. Mai.

*Ad privilegium celeberrimum, quod plurimas constitutionis Wormatiensis Heinrici regis (infra nr. 304) normas fere ad verbum usurpavit, edendum adhibuimus* 1) *exemplar Moguntinum autographum, datum mense Maio Sibidati (Cividale), quod asservatur in tabulario regni Bawarici, Kaiser-Select 707, cuius in tergo leguntur manu saec. XV:* Ad privilegia Imperialia J, *cui appendet etiamnunc sigillum cereum illaesum; membrana aliquantum putretudine ita corrosa est, ut scriptura non paucis locis evanuerit et iam editio princeps Monumentorum Boicorum XXX, 1, 191 nr. 708 lacunas suppleverit partim ex apographo quodam a. 1438 per iudices Moguntinae sedis facto;* 2) *exemplar Trevirense, eodem mense et loco datum, cuius apographon in Balduineo tabularii Berolinensis saec. XIV. exstans exemplavit Beyer b. m.; editum est ex eodem ut videtur codice in Honthemii Historia Trevirensi I, 711;* 3) *exemplar Argentinense, datum m. Maio Utini, quod insertum confirmationi imperatoris a. 1236 m. Martio datae 'ex veteri apographo tabularii episcopalis' edidit Grandidier 'Oeuvres historiques inédites' III, 340. 335. 336. 341*[1]*; eodem exemplari usus est Schilter 'Institutiones iuris publici Romano-Germanici' II, 117;* 4) *autographon Wirzburgense eodem mense et loco datum, quod iam exstat in tabulario regni Bawarici, Raritäten-Select 42, bulla aurea etiamnunc insignitum; editum est ab Oesterreicher 'Inhalt einiger noch nicht bekannten Gesetze des ehemaligen teutschen Reiches' (Erlangen 1809) p. 26 et in Monumentis Boicis XXX, 1, 194 nr. 709;* 5) *autographon Magdeburgense, eodem mense et loco datum, asservatum in tabulario civitatis Halensis, quod denuo contulit vir d. Schwalm; ediderunt Heineccius 'De veteribus Germanorum sigillis' 219, Ludewig 'Reliquiae manuscriptorum' VII, 515, alii multi;* 6) *exemplar Wormatiense, eodem mense et loco datum, editum 'ex archivio cathedralis ecclesiae Wormatiensis' in Schannati Historia episcopatus Wormatiensis II, 111, ubi textus satis corruptus legitur. — Huillard-Bréholles IV, 332. Böhmer, Reg. imp. V, 1965. 1967. 1971. 1972. (P. 291.)*

(C.)[a] ⁞ In nomine sante[b] et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. ⁞

Excelsa nostri sedes imperii[c] exaltatur ac[d] principalia moderamina[e] imperii[f] in omni iusticia et pace disponimus, cum ad nostrorum iura principum et magnatum debita provisione prospicimus, in quibus, velut honorabilibus membris insidet caput, ita[g] nostrum viget et consistit imperium et tanta[h] cesaree magnitudinis moles regit et evehit[i], quorum humeris innititur et portatur[k]. Noverit igitur presens etas et futura posteritas, quod in Foro Iulii aput Sibidatum[l] una cum dilecto filio nostro Heinrico[m] Romanorum rege convenientes, rogati per principes et magnates quorum ibidem diligenda nobis aderat multitudo, ut graciam eis ab eodem rege filio[n] nostro in generali[o] curia Wormacie[p] indultam, nostre actoritatis[q] munimine prosequi dignaremur, dignum duximus eorum precibus favorabiliter annuendum, utpote qui non indigne in eorum promocione nostrum et imperii statum intendimus commode[r] promovendum.

**171.** a) *chrismon et litterae elongatae in* 1. 4. 5. b) *sic* 1. 4. 5. c) imp. sedes 3. d) a 3. e) moderamine 3. f) regiminis 3—6; et *add.* 3. g) *deest* 6. h) tante 2. i) eos *add.* 5. 6. k) põtatur 4. l) Sibidacum 2; Videnatum 3. m) H. 4; Henrico 5. n) dilecto filio 4—6. o) regali 2. p) Wormaciensi 4. 5; Wormaciam 3. q) auctoritatis 2. 3. 6. r) comode 4. 5; commodius 6.

1) *Pars non modica errore typographi p. 335 et 336 legitur.*

1. Concedimus igitur, iuxta quod idem rex filius noster noscitur concessisse, ac[s] perpetue confirmacioni[t] donamus, statuentes: quatenus[u] nullum novum[g] castrum vel civitas in fundis ecclesiarum, vel occasione advocacie, per nos vel per[v] quemquam alium sub pretextu quolibet construantur[w].

2. Item quod nova fora non possint[x] antiqua aliquatenus impedire.

3. Item nemo cogatur ad aliquod forum ire invitus.

4. Item strate antique non declinentur nisi de transeuncium[y] voluntate.

5. Item in civitatibus nostris novis bannitum miliare deponatur.

6. Item unusquisque principum libertatibus, iurisdiccionibus, comitatibus, centis sibi[z] liberis vel[a] infeodatis utetur[b] quiete secundum terre sue consuetudinem approbatam.

7. Item centumgravii[c] recipiant centas[d] a domino terre vel ab eo qui per dominum terre fuerit infeodatus.

8. Item locum cente nemo mutabit sine consensu domini terre.

9. Item ad centas nemo sinodalis vocetur.

10. Item cives qui phalburgere dicuntur penitus eiciantur[e].

11. Item census vini, pecunie, frumenti[f] vel alii, quos rustici constituerunt hactenus se soluturos, relaxentur et ulterius[g] non recipiantur.

12. Item principum, nobilium et ministerialium ecclesiarum homines proprii in civitatibus nostris non recipiantur.

13. Item principibus, nobilibus, ministerialibus et ecclesiis proprietates et feoda per civitates nostras occupata restituantur nec ulterius occupentur.

14. Item conductum principum per terram eorum, quam de manu nostra tenent in feodo, vel per nos vel per nostros non impediemus vel[h] infringi[i] paciemur.

15. Item non compellantur aliqui[k] per scultetos nostros ad restitucionem[l] eorum que a longinquo tempore ab hominibus receperant[m], priusquam se in nostris civitatibus collocarent, nisi homines ipsi fuerint imperio immediate subiecti, quos[n] tenebuntur iuvare[o] super eorum iure in foro eorum, in quorum terris talia[p] sunt percepta.

16. Item in civitatibus nostris nullus terre dampnosus vel a iudice dampnatus vel proscriptus recipiatur scienter; recepti convicti eiciantur.

17. Item nullam novam monetam in terra alicuius principis cudi faciemus, per quam moneta eiusdem principis deterioretur.

18. Item civitates nostre iurisdiccionem suam ultra civitatis ambitum non extendant, nisi ad nos pertineat iurisdiccio specialis.

19. Item in civitatibus nostris actor forum rei sequetur[q], nisi reus vel debitor principalis ibidem fuerit inventus; quo casu ibi[r] tenebitur respondere.

20. Item nemo recipiat in pignore bona[s], quibus quis infeodatus sit[t], sine consensu et manu domini principalis.

21. Item ad opera civitatum nullus cogatur, nisi de iure teneatur.

22. Item homines in nostris civitatibus residentes consueta et debita iura de bonis extra civitatem suis dominis et advocatis persolvant neque indebitis exaccionibus molestentur.

23. Item homines proprii, advocaticii, feodales, qui ad dominos suos transire voluerint[u], ad manendum per officiales nostros non artentur.

**171.** s) et 2. t) confirmacionis 1. 2; confirmacione 3; concessioni 5. u) quatinus 5. v) *deest* 2. 5. 6. w) construatur 2. 5. 6. x) presumant 3. y) confinatium 3. z) seu 3; sive 6; liberis sibi 2. a) sive 6. b) utatur 6. c) centgravii 2. d) terras 3. 5. e) eyciantur 1. f) frum. pecunie 2. g) ultra 3. h) non 3. i) confringi 3. k) aliqui *deest* 1—3. l) requisicionem 1—3. m) recipiant 2. n) quos ten. iuvare *des.* 6. o) iurare 1. 2; vocare 3. p) tallia 4. q) sequatur 2—6. r) ibidem 2. s) bona in pignore 5. t) fuerit 5. u) noluerint 3.

Ad huius itaque concessionis[v] et confirmacionis nostre memoriam et stabilem firmitatem presens privilegium fieri fecimus[w] maiestatis nostre sigillo munitum.

Huius autem rei testes sunt: S.[x] Maguntinus archiepiscopus, B. patriarcha Aquilegensis, Salseburgensis[y], Magdeburgensis[z] archiepiscopi; E.[a] Papimbergensis[b], S.[c] Ratisponensis imperialis aule cancellarius, Herbipolensis[d], H.[e] Wormaciensis episcopi, Frisingensis[f] electus, . . abbas[g] Sancti Galli, A. dux[h] Saxonie, O. Meranie[i] et B. Karinthie duces[k]; comes[l] H. de Hortemberc[m], comes A.[n] de Scohenburch[o], comes Seine[p], Gerllacus de Butingen, G. de Bollandia, Gunzelinus, G.[q] et C.[q] de Hohenloc, pincerna de Winterstet, pincerna de Clingeburc, Riccardus[r] camerarius, et alii quam plures.

‖ Signum[s] domini Friderici secundi Dei gracia invictissimi Romanorum imperatoris[t] semper augusti (M.) Ierusalem et Sicilie regis. ‖

Ego Siffridus[u] Ratisponensis episcopus[v] imperialis aule cancellarius vice domini Siffridi[w] Maguntini archiepiscopi et tocius Germanie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo tricesimo secundo, mense Maii[x], quinte indiccionis, imperante domino nostro Fr. secundo Dei gracia invictissimo Romanorum imperatore[y] semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, anno Romani imperii eius[z] duodecimo, regni Ierusalem septimo et regni[a] Sicilie tricesimo quarto[b]; feliciter amen.

Dat. aput Sibidatum[c] in Foro Iulii[d], anno[e], mense et indiccione prescriptis.

---

# 172. SENTENTIA DE DIVISIONE HAEREDITATIS ET DE BONIS CENSUALIBUS.

1232. Mai.

*Dedit vir cl. Philippi ex autographo tabularii capituli Osnabruckensis, cui appendet sigillum imperatoris. — Huillard-Bréholles IV, 357. Böhmer, Reg. imp. V, 1979.*

*(P. 294.)*

**171.** v) *pro* concessionis — memoriam et 6: rei. w) fecimus bulla aurea tipario nostre maiestatis impressa (imppressa 4) munitum 3. 4; iussimus bulla aurea typario nostre magestatis impressa munitum 5; iussimus et sigillo maiestatis nostre fecimus communiri 6. x) Sigifridus 6. y) E. Sallburgensis, A. 3; . . Salseburgeñ et . . 4; G. Salzemburgensis et A. 5; Salzeburgensis et 6; Salseburgensis Mag *corrosa in* 1. z) Madenburgensis 2; Madgeburgensis 3; Madeburgensis 5. a) C. 3. b) Papibergensis 4; Papembergensis 5. c) et 6. d) . . Herbipolensis 4; H. Wormatiensis et Herbipolensis 5. 6. e) H. — electus *corrosa in* 1. f) . . Frisingensis 4; C. Frisingensis 5. 6; electus Fris. 2. g) . . abbas 4. 5. h) dux *deest* 4. 6. i) Moravie 2; dux Meranie 5; Meranie — duces co *corrosa in* 1. k) B. dux Karinthie (Carinthie 5) 4. 5. l) *abhinc testium series in* 4: . . marchio de Baden, comes H. de Hortemberc, comes Adolfus de Scohumburc, comes . . de Waldeberc, Gerllacus de Butingen, G. et C. de Hohenlloc, Warnerus de Bollandia, pincerna de Winterstet, pincerna de Clingeburg, Riccardus camerarius et alii quam plures; *in* 5: H. de Hortemberch et A. de Schoemburc comites, G. et C. de Hoenloch, G. de Butingen, Guarnerius de Bollandia, Genczolinus, pincerna de Wintersteyt, burgravius de Nůrimberc, pincerna de Clingenburc et alii quam plures; *in* 6: marchio de Baden, marchio de Burgowe, comes H. de Hortemberg, comes Adolphus de Schoemburch, G. et C. de Hoenloch, G. de Butingen, Wernherus de Bolandia, Guntzelinus, pincerna de Winterstet, burgravius de Nuremberg, pincerna de Clingenberg, Riccardus camerarius et alii plures. m) Hortenberch 2; Wirtemberg 3. n) H. 2. o) Scowenburch 3; enburch, comes Seine *corrosa in* 1. p) Seinensis 2; Sene 3. q) *corrosum in* 1. r) iccardus — plures *corrosa in* 1. s) *litt. elong. in* 1. 4. 5. t) imp. Rom. 2. u) Syfridus 5; dei gratia *add.* 4. 6. v) et *add.* 5. w) S. 5. x) Madii 5. y) nostro imp. Rom. 2. z) eius imperii 5. a) et regni *des.* 2. b) tricesimo quinto 5. c) Utinum 4—6; Sibidacum 2. d) in Foro Iulii *des.* 5. e) *deest* 2.

Fr. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Notum facimus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod dilectus princeps noster Osnaburgensis episcopus in sollempni Ravenne curia principibus assistentibus coram nobis proposuit requirendo: si quis infra minores annos positus cum aliquo consanguineo suo bona pro indiviso possideat, deinde ad legitimam etatem perveniens et id coram iudice probans divisionem ipsorum bonorum petierit optinendam, et consanguineus contradicat, si fuerit divisio pronunciata per iudicem, tantum iuris ex illa sententia iudicis consequatur, quanto si de communi partium fieret voluntate. Quod eorundem principum dictante sententia extitit approbatum. Item petiit, si libero censuali bona censualia sibi collata in hominem conditionis alterius liceat absque comitis vel conferentis voluntate transferre. Super quo sententiatum est, non licere. Unde ad huius rei memoriam presens scriptum fieri fecimus, sigillo nostro munitum.

Huius rei testes sunt: B. patriarcha Aquilegensis, Magdeburgensis et Ravennas archiepiscopi, E. Bambimbergensis, S. Ratisponensis imperialis aule cancellarius, Warmatiensis, Brixinensis et Reginus episcopi; dux Saxonie, dux Meranie, dux Karinthie, comes H. de Waldeburch, comes H. de Ortenberc, comes Adolfus de Holsatia, Gozolinus, et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXXII, mense Madii, V. indictione, imperante domino nostro Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, anno Romani regni eius duodecimo, regni Ierusalem septimo, regni vero Sicilie tricesimo quarto; feliciter amen.

Data apud Portum Naonis, anno, mense et indictione prescriptis.

---

# 173. SENTENTIA DE MERCATIS INSTITUENDIS ET TRANSFERENDIS.

## 1232. Mai.

*Dedit vir cl. Wattenbach ex autographo tabularii Vindobonensis, cuius sigillum deperiit. — Huillard-Bréholles IV, 357. Böhmer, Reg. imp. V, 1985. (P. deest.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis fidelibus nostris imperii tam presentibus quam futuris, quod nobis aput Portum Naonis curiam regentibus generalem, assidentibus nobis principibus nostris qui ibidem presentes aderant, ad querimoniam . . venerabilis abbatis Sancti Pauli in Lavent Salzburgensis diocesis sententiatum extitit per eosdem: quod B. dux Karinthie dilectus princeps noster non haberet potestatem instituendi forum in solo monasterii supradicti; et quod eidem abbati liceret locare et transferre forum in solo sue ecclesie ubi vellet. Ad huius autem rei memoriam et perpetuam firmitatem presens scriptum fieri iussimus maiestatis nostre sigillo munitum.

Datum aput Portum Naonis, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo secundo, mense Madii, quinte indictionis.

**173.** a) *litterae capitales or.*

# 174. INNOVATIO FOEDERIS CUM LUDOVICO IX. REGE FRANCIAE.

1232. Mai.

*Adhibuimus* 1) *textum editionis Huillardianae, quae nititur codice bibliothecae Parisinae fonds français 8404 saec. XIII. ex., Registrum Philippi Augusti* E *continente, ubi legitur bis, fol. 138 et fol. 170'; quo cum textu conveniunt fere omnino lectiones, quas e codice Parisino 9852. 3 fol. 132', qui apographon (Registrum* F*) codicis 1 continet, adnotavit b. m. Waitz;* 2) *codicem tabularii Parisini, Registre coté III (Registrum Ludovici IX.) saec. XIV. in. fol. 52', quem descripsit iam olim Waitz, quocum ferme concordant lectiones, quas idem adnotavit e Registro* F *fol. 135, ita ut textum codicis 2 e Registro* F *derivatum esse crediderim. Lectiones codicis 2 haud ullius momenti sunt. Normas foederis a. 1232 easdem esse ac foederis a. 1227, cuius solum excerptum habemus (supra nr. 115), veri simile est. In capite 4 textus propius accedit ad hoc, quam ad foedus anni 1223 (supra nr. 99). Litteris igitur minoribus, excepto capite 4, ea exprimenda curavimus quae cum foedere a. 1223 conveniunt. Huillard-Bréholles l. c. not. 1 animadvertit, in codicis 1 fol. 170 coaetaneam manum haec intulisse:* Confederatio nova inter Fredericum imperatorem Alemannie et Ludovicum regem Francorum Ludovici regis filium impetrata per fratrem Iohannem priorem domus Hospitalis Theutonicorum in Francia, Philippum de Bestisiaco et Symonem rectorem domus in Pontibus. — *Huillard-Bréholles IV, 353. Böhmer, Reg. imp. V, 1986.* *(P. 293.)*

Fredericus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Iherusalem et Sicilie rex. Sincere dilectionis affectus, quem ad karissimum[b] amicum nostrum et fratrem Ludovicum[c] regem Francorum illustrem habuimus et habemus, sollicite nos admonet et inducit, ut verum amicitie fedus, quod ei servavimus hactenus illibatum, stabilitate perpetua fortius roboremus et firmiter innovemus. Noverint igitur universi, presentes pariter et futuri, quod nos subscriptam confederationem et amicitiam cum prefato rege et ipsius heredibus postmodum duximus iniendam. (1) In primis non erimus dicto, facto, consilio vel assensu, qualiter idem rex et heredes eius vitam aut honorem amittant seu captionem corporum habeant, et si aliquod istorum sciverimus, illud disturbabimus bona fide[1]. Quod si disturbare non poterimus, significabimus[d] eis aut alicui vel aliquibus personis bona fide, que hoc valeant disturbare, seu per aliquam vel aliquas personas significabimus ipsis eisdem. (2) Item non consentiemus, quod de imperio nostro et hominibus eiusdem imperii nostri alicui vel aliquibus, qui[e] contra predictum regem et eius heredes in personis, honoribus et terris eorum quicquam fecerint vel facere attemptaverint[f], tam de personis quam rebus aliquod subsidium tribuatur, sed prorsus inhibebimus[g], quod non fiat[h], et ne fiat, disturbabimus bona fide. (3) Insuper nos homines regni sui vel ad regnum suum pertinentes contumaces aut eidem rebelles seu moventes guerram contra ipsum regem et heredes ipsius vel forisbannitos regni sui non receptabimus nec receptari faciemus nec in imperio nostro, ubi potestatem habeamus,

174. a) Fridericus 2. b) car. 1. c) Lodoic. 2 *et infra.* d) significamus 2. e) quod 2. f) attemptaverunt 2. g) inhibemus 2. h) fuit 2.

1) *Similia occurrunt in Pacto Philippi regis cum Philippo Augusto a. 1198 condito, v. supra nr. 1.*

per nos aut homines nostros sustinebimus[i] receptari, postquam id ipsum ex parte ipsorum nobis fuerit intimatum; sed eos ubicumque inveniri poterunt[k] per imperium nostrum, capi faciemus in rebus pariter et personis bona fide, ubi potestatem super hoc habeamus. (4) De rege Anglie sic erit, quod nullam cum eo faciemus amicitiam seu confederationem nec a nostris fieri permittemus, ubicumque potestatem impediendi habeamus, sine voluntate predicti regis Francorum[l]. (5) Et hanc confederationem fecit nobiscum bona fide[m] idem rex Ludovicus, quod non erit dicto, facto, consilio vel assensu, qualiter nos et heredes nostri vitam aut honorem amittamus[n] seu captionem corporum habeamus[n], et si aliquod istorum sciverit, illud disturbabit bona fide; quod si disturbare non poterit, significabit nobis aut alicui vel aliquibus personis bona fide, que hoc valeant disturbare, seu per aliquam[o] seu aliquas personas significabit nobis ipsis. (6) Item non consentiet, quod de regno suo et hominibus eiusdem regni sui vel aliquibus, qui contra nos et heredes nostros in personis, honoribus[p], terris nostris quicquam fecerint vel facere attemptaverint, tam de personis quam[q] rebus aliquod subsidium tribuatur; sed prorsus inhibebit, quod non fiat, et ne[r] fiat, disturbabit bona fide. (7) Insuper idem rex homines imperii nostri seu[s] ad imperium nostrum pertinentes contumaces aut nobis rebelles seu moventes guerram contra nos et heredes nostros vel forisbannitos imperii nostri non receptabit nec receptari faciet nec in regno suo, ubi potestatem habeat[t], per se aut homines suos sustinebit receptari, postquam id ipsum ex[u] parte nostra sibi fuerit intimatum; sed eos ubicumque inveniri poterunt per regnum suum, capi faciet in rebus pariter et personis bona fide, ubi super hoc potestatem habeat[v]. (8) Predictam itaque confederationem precepimus et iniunximus iurandam pro nobis et in anima nostra a dilecto familiari nostro magistro Henrico venerabili Cathanensi electo et Henrico de Aquisgrano camerario, fidelibus nostris.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXX[w] secundo, mense Madii, quinte indictionis.

Datum apud Portum Naonis in Foro Iulii, anno, mense et indictione pretitulatis[x].

---

# 175. MANDATUM DE EXERCITU BURGUNDICO MITTENDO.

1232. Nov. 15.

*Insertum est transsumto Gualae de Gurzano nuntii imperialis, in tabulario Vaticano Instr. misc. 1232 nr. 48 asservato, quod exemplavit Kehr; cuius tenor talis est:* Venerabili patri et domino B. Dei gratia Auinionensi episcopo Qualea de Gurçano verus nuncius nostri serenisimi imperatoris Fr. salutem cum reverentia. Literas domini imperatoris nos recepisse noveritis sub hac forma: 'Fr. Dei gratia — VI. indictionis'. Harum igitur literarum auctoritate imperiali nos Qualea de Gurçano supradictus legatus domini imperatoris predicti vobis prefato patri nostro episcopo Auinionensi committimus vices nostras et damus plenariam potestatem, quam ab imperio habemus super venerabiles patres nostros .. Carpentoratensem, Cauaellicensem, Aptensem, Vaysionensem et Tri-

**174.** i) sustinemus 2. k) poterint 2. l) Francie 2. m) bona fide nobiscum 2. n) amittant *usque* habeant *in textu, adnotata varia lectione* amittamus — habeamus 1 *apud Huillardum;* ammittamus *superscr.* amittant 2. o) aliqua 2. p) et *add.* 2. q) de *add.* 2. r) *deest* 2. s) *deest* 2 *et F.* t) habebat 2. u) ex parte nostra *des.* 2 *secundum Huillardum, adsunt tamen in F.* v) habebat potestatem 2. w) millesimo ducentesimo tricesimo 2. x) intitulatis 2.

castrinensem episcopos et super nobiles et principes et barones in suis diocesibus constitutos vobisque districte precipiendo auctoritate premissa mandamus, quatinus ipsos ex parte domini imperatoris et nostra citetis et venire coram vobis, quam cicius poteritis, faciatis tractaturi et ordinaturi cum ipsis super his omnibus et singulis que in 5 literis domini imperatoris superius continentur, promittentes nos, quod quicquit[a] inde cum ipsis feceritis firmum habebimus atque ratum. Dat. Auinione, quinto Idus Febr., millesimo ducentesimo XXX tercio, indictione sesta. ╪[b] *(Böhmer, Reg. imp. V, 13122.) Mandatum pessime edidit Papon 'Histoire de Provence' II, 69. — Huillard-Bréholles IV, 403. Böhmer, Reg. imp. V, 2007. 13132. (P. 298.)*

10 Fr. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex venerabilibus archiepiscopis, episcopis, principibus, baronibus ceterisque nobilibus in regno Burgundie constitutis, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem.

Cum sicut scitis et aperta veritate fulcitur, per tempora longissime retroacta nullum per vos servicium nobis aut imperio sit impensum, quod tamen fidelitati vestre 15 inputare non possumus nec debemus ad culpam, cum super hoc non fueritis requisiti, ac quedam imperii negocia nobis instanter inmineant, que consilium nec non et auxilium vestre fidelitatis exposcunt, un[i]versitatem vestram, de qua plene confidimus, imperialis edicti auctoritate citamus ac sub pena regalium districte pre[c]ipimus, quatinus in proximo futuro Madio ad nos veniatis cum armatorum laudabili commitiva, circa cita- 20 cionem et mandatum nostrum taliter vos habentes, quod devocionem vestram merito commendare possimus et pro impensis nobis serviciis grato debeamus remuneracionis beneficio respondere. Propter hoc igitur dilectum fidelem nostrum Qualeam de Gurçano[c] latorem presentium ad vos mittimus, monentes attente ac districte precipientes sub debito fidelitatis, quo nobis et imperio tenemini, quatinus super exibendo nobis servicio, 25 quod a vobis petimus, devote ac efficaciter intendatis eidem. Nos autem ipsi Qualee[d] presenti auctoritate concedimus potestatem, ut illos ex vobis, qui petita[e] et debita nobis servicia ad exortacionem ipsius reddere non curabunt, ad id possit compellere prout viderit expedire.

Dat. Fogie, XV. Novenb., VI. indictionis.

---

# 30 176–182. ARBITRIUM GREGORII IX. INTER IMPERATOREM ET LOMBARDOS.

## 1233. Mai. 24. – Aug. 14.

### 176. *PETITIONES LOMBARDORUM. Mai. 24.*

*Legitur in Libro Poteris nr. 2 bibliothecae Querinianae Brixiensis, saec. XIII, e 35 quo dedit Iaffé et ediderunt Ficker 'Forschungen' IV, 374 nr. 344 ac Valentini 'Il Liber Poteris' p. 71. — Böhmer, Reg. imp. V, 13134. (P. deest.)*

In nomine Domini. Anno a nativitate Domini MCCXXXIII, die Lune, nono die ante Kalendas Iunii, indictione VI. Cum ita erat[a], quod dominus papa vocasset

**175.** a) nos q. quod quicquic *c.* b) *signum hoc aut signum finale aut crux duplicata est aut* ss 40 (subscripsi) *solvi potest.* c) Caillam de Gurzan *P.* d) Cailla *P.* e) *praecedit vox* debita *iam deleta c.*

**176.** a) er̃t *c.*

Henricum de Castelliono et Mudalbergum iudicem civitatis Mediolani et Tetocium de Tetociis et Paladinum de Saloe cives Brixie et Paganinum iudicem de Vigontia et Tomasium Caput Nigrum civitatis Padue et Bagarottum legum doctorem et Premadicium de Ziriminis de Bononia et Petrum Caziam iudicem de Placentia et Gaidanetum de Faentia et Iacobum de Axandro iudicem de Mantua, ambaxatores predictarum 5 civitatum ac sindicos et actores Societatis Lombardie, Marchie et Romanie et predictarum civitatum, coram se, ut tractaret super facto compromissi facti in dominos cardinales, scilicet Iacobum Prenestinum electum et Oddonem tituli Sancti Nicholay in Carcere Tulliano, et dedisset eis tres cardinales, scilicet Iohannem de Columpna et Stephanum Comitem et prefatum Oddonem, qui cum eis audirent et tractarent, quod 10 Lombardi vellent fieri circa predicta per dominum papam et eius fratres, et etiam tractatu habito cum eis et auditis his que ab ipsis cardinalibus fuerunt proposita: ita propositum fuit postea domino pape et in scriptis porrectum et lectum eidem domino pape per predictos, ut inferius continetur. Quod scriptum fecit ibi tradi et dari fratri Iohanni cubiculario suo. Series autem predicti scripti hec est: 15

'In nomine Domini. Super capitulo de satisfactione, que petitur, respondemus pro Societate Lombardie, Marchie et Romanie et singulis civitatibus, locis et personis singularibus que in ea Societate continentur, quod nulla debet fieri satisfactio, cum nulla fuerit iniuria. Super articulo securitatis faciende Lombardis et modo inveniendo ne ledantur petunt, ut ordinetur per dominum papam et eius curiam, quod imperator 20 vel rex vel principes eius non debeant intrare Lombardiam, Marchiam nec Romaniam, donec complete confirmata fuerint omnia que tractantur per dominum papam de compositione facienda et firmanda inter imperatorem et Societatem Lombardie, Marchie et Romanie. Item quali tempore venire debeant et quanto tempore stare et per quem locum, petunt, antequam intrent Lombardiam vel Marchiam vel Romaniam, quod 25 debeant significari civitatibus de Societate et rectoribus Societatis predicte ab ecclesia vel ab imperatore; et tunc, secundum quod eis iustum visum fuerit ad honorem Dei et sacrosancte Romane ecclesie et summi pontificis pertinere, respondebunt illi de Societate et disponent de predictis. De numero militum, qui venturi erunt, petunt, quod non veniant ultra centum et sine armis et non debeant facere vel tractare vel 30 movere aliquam guerram vel violentiam vel gravamen alicui vel aliquibus, nec eundo vel stando, vel partem capere in aliqua civitate vel loco Societatis predicte. Item quod nullum gravamen faciat imperator alicui homini vel loco pro eo, quod[b] in Societatem intraverit vel quia sit de Societate. Item quod dominus imperator omnia banna et statuta et ordinamenta et edicta seu decreta et leges et constitutiones facta vel 35 factas et sententias latas per dominum imperatorem vel suos nuntios contra Societatem Lombardie, Marchie et Romanie vel contra civitatem aliquam vel locum vel castrum vel singularem personam vel universitatem de ipsa Societate debeat revocare et cassare et irritare, et perinde habeantur[c] ac si facta vel dicta vel lata non essent; et restituat omnes civitates et loca et castra et singulares personas prefate Societatis in pristinum 40 statum, quo erant ante predicta, et eos in suam graciam recipiat et restituat et eis faciat pacem. Item quod omnia privilegia et concessiones facta et factas ab ipso imperatore et antecessoribus eius sive nunciis suis seu ab aliquo eorum alicui civitati vel loco vel castro vel singulari persone de ipsa Societate confirmet; et Societatem predictam confirmet presentem et futuram. Item omnia predicta confirmentur per 45 imperatorem et principes eius, scilicet iuramento prestito ab aliquo iurante in anima imperatoris eius mandato et sacramento corporaliter prestito a domino Henrico rege eius filio et ab omnibus principibus eorum. Item quod dominus papa et ecclesia

**176.** b) *deest c.* c) habeant *c.*

Romana recipiat Societatem Lombardie, Marchie, Romanie et homines illius Societatis et loca[d] in sua protectione'.

Et hec omnia fuerunt acta et facta in presentia dominorum Stephani Comitis et Raynaldi episcopi Hostiensis cardinalium et Rofredi hostiarii domini pape et fratris 5 Iohannis cubiculatoris domini pape.

Actum est in pallatio sive in ortu domini pape in civitate Rome apud Sanctum Iohannem Lateranum[e].

Ego Marchisius Sinistrarius notarius sacri palatii civitatis Mediolanensis interfui et rogatus scripsi.

10 **177.** *ARBITRIUM GREGORII IX. PONTIFICIS. Iun. 5. 7.*

*Litteras ad imperatorem Iun. 5 datas* (A) *exemplavit Pertz e Registri tomo IV, 42—43 lib. VII, 146, ubi in calce leguntur:* In eundem modum scriptum est rectoribus Societatis Lombardie et Romaniole verbis competenter mutatis; *repetivit Rodenberg I, 426 nr. 531. Nos in adnotationibus adiungimus varias lectiones* (B) *litterarum ad rectores Societatis* 15 *Iun. 7 datarum, quas edidit Muratori in 'Antiquitatibus Italicis' IV, 325 e transsumto anno eodem 1233. Sept. 6 a Bonaventura notario Ferrariensi facto, quod eruit e tabulario Estensi. — Huillard-Bréholles IV, 431. Potthast, Reg. pont. Rom. 9219. 9221. Böhmer, Reg. imp. V, 6965. 6966.* *(P. 299.)*

Carissimo[a] in Christo filio Friderico illustri Romanorum imperatori etc.

20 Cum iamdudum inter te[b] ex parte una et Societatem Lombardie, Marchie et Romaniole ex altera super quibusdam articulis exprimendis inferius, inimico homine (Matth. 13, 25.) superseminante zizania, gravis discordia orta esset, nos attendentes animarum pericula, strages corporum, dampna rerum et ecclesiarum ac religiosorum locorum exitia, que possent ex huiusmodi discordia obvenire, et quod res, nisi obsisteretur principiis, 25 multum esset allatura discriminis et in malum altius[c] progressura, cepimus inter te et eandem Societatem[d] pacis consilia cogitare. Quapropter futuris obviare periculis cupientes, dilectos filios nostros I. Penestrinum electum et O. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconem cardinalem ad partes Lombardie, commisso eis plene legationis officio, propter hoc providimus destinandos, quibus ad bonum pacis inter-30 ponentibus efficaciter partes suas, post labores multiplices utraque pars in cardinales eosdem ecclesie Romane nomine sollempniter compromisit. Forma vero compromissi hec est:

'In nomine Domini amen' etc. sicut scripta est in undecimo quaterno sexti anni usque: 'in sua semper maneant firmitate[1]. Et[e] nota quod cum superioribus testibus 35 interfuit dominus Nicolaus episcopus Reginus. Ego magister Rolandinus de Padua imperialis[f] maiestatis notarius predicto commisso et compromisso aliisque omnibus suprascriptis interfui mandatoque ipsorum dominorum cardinalium et[g] voluntate magistri domus Teutonicorum scripsi et publicavi'.

**176.** d) loco *c.* e) Leteranum *c.*

40 **177.** a) *B*: Gregorius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis rectoribus Societatis Lombardie, Marchie et Romanie salutem et apostolicam benedictionem. b) *pro* te — Romaniole *B*: carissimum in Christo filium nostrum Fredericum illustrem Romanorum imperatorem semper augustum, Ierusalem et Sicilie regem ex parte una et vos. c) alterius *B.* d) inter vos et eumdem imperatorem *B.* e) Et — Reginus *des. B.* f) impe-45 rialis maiestatis notarius *des. B.* g) *pro* et — Teutonicorum *B*: legatorum et rogatu partium.

1) *V. supra nr. 168 cum inserto numero 166, qui numeri hoc loco in* B *integri leguntur.*

Procuratoribus igitur partium propter hoc in nostra presentia constitutis, ex parte tua[h] extitit propositum coram nobis, quod te Societas Lombardie, Marchie ac Romaniole[i] gravissime offendisset, pro eo videlicet quod curiam tuam[k], quam Ravenne indixeras[l] pro Terre Sancte succursu, dispositione imperii et quibusdam necessariis et honestis aliis, impedivit, non permittendo ad te[m] filium tuum[n] et principes Alamannie per vias seu stratas imperiales venire[o]; procuratoribus Societatis eiusdem e contrario proponentibus, Societatem ipsam nullas tibi[p] offensas nullasque iniurias intulisse, set si qua fecerunt[q], dicebant ea[r] ob propriam defensionem fecisse. Nos itaque hiis et aliis que fuerunt hinc inde proposita plenius intellectis, communicato fratrum nostrorum consilio, de providentia[s] sic duximus ordinandum: Ut videlicet tu tuo[t] et filii tui[u] ac imperii nomine hiis, qui sunt de Societate predicta et universaliter singulis et singulariter universis civitatum et locorum quorum nomina in compromisso specialiter sunt expressa et qui postea infra tempus ibidem provisum se per simile compromissum nostro arbitrio commiserunt, remittas[v] omnem rancorem, malivolentiam, iniurias et offensas, omnia quoque banna, constitutiones, sententias et ordinamenta, que occasione huius discordie fecisti[w] vel imposuisti[x] per te[y] vel per alium aliusve pro te[z] Societati vel alicui de Societate iam dicta, civitatibus locis et personis de ipsa Societate, et quecumque ex eis vel ob ea secuta sunt penitus revoces[a], universos et singulos qui occasione alicuius predictorum lesi videntur restituens in integrum in omnibus et per omnia suo statui atque fame, remittendo nichilominus infamiam omnem et penam, que secute sunt ex aliquo premissorum, ita quod ea que medio tempore per eos acta sunt, non obstantibus supradictis, robur obtineant, quod alias debuerant obtinere. Ad hec civitates, loca et personas de ipsa Societate in conpromisso contentas in plenitudinem gratie tue recipias[b] et eis facias[c] firmam pacem, specialiter nobili viro . . marchioni Montisferrati, Mediolano, Brixie, Bononie, Placentie, Padue, Cumis, Mantue, Ferrarie, Faventie aliisque locis et personis quibuslibet Societatis eiusdem. Facias[c] etiam fieri patentes litteras ex parte filii tui, quod pacem et concordiam istam ratam habebit et firmam et remittet illis de Societate omnem rancorem, malivolentiam, iniurias et offensas. Hii autem qui sunt de Societate prefata ad honorem Dei omnipotentis et ecclesie sue ac tuum[d] dent pro subsidio Terre Sancte in expensis Societatis predicte per biennium milites quingentos, ituros[e] in termino quem Romana ecclesia duxerit prefigendum, quos in eundo, morando et redeundo ecclesia Romana sub speciali protectione suscipiet cum omnibus bonis suis. Ac civitatibus, locis et personis imperiali excellentie adherentibus tam ecclesiasticis quam mundanis firmam pacem inviolabiliter servent, remittentes eis omnem rancorem, malivolentiam, iniurias et offensas. Ac revocent omnia banna, constitutiones, sententias et ordinamenta, que discordie occasione[e*] premisse fecerunt vel imposuerunt civitatibus, locis et personis imperiali celsitudini adherentibus et quecumque ex eis secuta sunt vel ob ipsa. Ceterum alia, que in eiusdem compromissi serie continentur, nostre providentie reservamus. Ideoque serenitatem tuam rogamus, monemus et hortamur attentius ac[f] sub predicta pena mandamus[g], quatinus predicta[h] omnia pro parte tua[i] serves, sicut imperialem decet, constantiam inconcussa et super hoc nobis iuxta tenorem, quem tibi[k] transmittimus, tuas[l] et filii tui cures usque ad

**177.** h) imperatoris *B.* i) Romanie *B.* k) suam *B.* l) indixerat *B.* m) *pro* ad te *B*: venire. n) suum *B.* o) ad ipsum *B.* p) dicto imperatori nullas *B.* q) fecerint *B.* r) eos *B.* s) prudentia *B.* t) imperator suo *B.* u) sui *B.* v) remittat *B.* w) fecit *B.* x) imposuit *B.* y) se *B.* z) eo *B.* a) revocet *B.* b) gratie sue recipiat *B.* c) faciat *B.* d) eiusdem imperatoris *B.* e) *deest B.* e*) occasionem *A.* f) Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus et *B.* g) precipimus *B.* h) premissa *B.* i) *pro* tua — et *B*: nostra (*leg.* vestra) inconcussa servetis ac. k) vobis *B.* l) *pro* tuas — cures *B*: vestras patentes litteras.

festum beati Michaelis proximo futurum patentes[m] mittere litteras[n] excellentie tue ac suo typario insignitas. Sept. 29.

Dat.[o] Lateran., Non. Iunii, anno septimo.

In eundem modum scriptum est rectoribus Societatis Lombardie et Romaniole 5 verbis competenter mutatis.

## 178. *INTERPRETATIO ARBITRII PER PONTIFICEM LOMBARDIS FACTA.*

*Iun. 7.*

*Eodem die, quo arbitrii scriptum nunciis Societatis Romae constitutis traderetur, ipsi pontificem de quibusdam eius capitulis interpellaverunt. Quae inquisitiones et pontificis 10 responsa continentur instrumento publico, quod Libro Poteris nr. 2 bis illatum exscripsit Iaffé, ediderunt Ficker 376 nr. 345 et Valentini 73. — Böhmer, Reg. imp. V, 6967.*

*(P. deest.)*

In nomine Domini amen. Anno a nativitate Domini MCCXXXIII, die Martis, VII. die mensis Iunii, indictione VI. Cum dominus Bagarotus legum doctor et 15 Premadicius de Ziriminis civitatis Bononie et Mudalbergus iudex et Anricus de Castelliono civitatis Mediolani et Paganinus iudex de Vigantia et Tomasius Caput Niger civitatis Padue et Petrus Cacia civitatis Placentie et Gaidanetus de Faencia civitatis Faencie et Paladinus de Salode civitatis Brixie et Iacobus de Axandro civitatis Mantue et ambaxatores illarum civitatum ac sindici et actores Societatis Lombardie, Marchie 20 et Romanie et predictarum civitatum essent coram domino papa et dicerent et rogarent eum, ut ipse apponeret in dicto suo sive ordinamento, quod fecerat inter Societatem et dictas civitates ex una parte et imperatorem ex altera, scilicet quod imperator faceret pacem et rancorem remitteret et servaret pacem omnibus adherentibus Societati predicte et civitatibus predictis — ad quod respondit dominus papa, quod verba que 25 erant in dicto laudo sive ordinamento scilicet 'hec universaliter singulis et singulariter universis' tantundem operabantur quantum si apponerentur predicta verba. Item pecierunt, ut exponeret et diceret eis, si intelligerit, quod ista verba, scilicet 'que discordie occasione premisse' referentur ad illud, quod dicitur 'imperiali celsitudini adherentibus'. Ad quod respondit dominus papa, quod referebantur ad omnia, scilicet 30 tam ad proximum dictum, scilicet ei quod dicitur 'banna constitutionesque, sententias et ordinamenta' et cetera, quam ad superius dictum, ubi dicitur 'imperiali excellentie adherentibus tam ecclesiasticis quam mundanis firmam pacem inviolabiliter observent', ut similiter intelligatur 'discordie occasione premisse', et ita intelligit. Item petierunt, si per illa verba, scilicet hec 'imperiali celsitudini adherentibus' et cetera, tene- 35 antur illi de Societate servare pacem Cremonensibus, Papiensibus, Parmensibus, Reginis, Mutinensibus, Veronensibus et Trivisinis et Ravanatibus. Ad quod respondit dominus papa, quod non tenentur ex isto arbitrio, quia non erant in arbitrio nec promiserunt nec promissum fuit pro eis; et propter hoc si Lombardi ex aliis causis facerent guerram predictis, non inciderent in pena compromissi; et ita dixit se intelligere. Item 40 petierunt, quod declararet suis litteris predicta omnia, sicut respondit et intelligit. Ad quod respondit dominus papa, quodsi aliqua super his predictis oriretur dubitatio et sibi referantur predicta per illos de Societate, bene faciet cum deliberatione fratrum suorum. Item dixit idem dominus papa, quod non intelligit, quodsi adherentes imperatori non servarent pacem Societati et civitatibus iam dictis, quod Societas et civi- 45 tates iam dicte teneantur eis in aliquo. Qui vero ambaxatores et sindici dixerunt et

**177.** m) *deest hic B.* n) *pro* litteras — insignitas *B*: procuretis per manum publicam scriptas vestri et quarumlibet civitatum de ipsa Societate sigillorum munimine roboratas. o) Datum Laterani, septimo Idus Iunii, pontificatus nostri anno septimo *B*.

protestati fuerunt coram domino papa, quod in suo laudo sive ordinamento gravaverit Societatem predictam et civitates predictas, nichil pro eis in suo laudo et ordinamento apponendo, et dixerunt, quod nichil poterat dicere de adherentibus imperatori, cum nec ipsi adherentes compromisissent nec imperator pro eis.

Interfuerunt testes dominus Rainaldus episcopus Hostiensis et cardinalis et Oddo tituli Sancti Nicholai in Carcere Tulliano cardinalis et Melegnianus de Birago civitatis Mediolani et Walterius de Civita et Rofredus ostiarii domini pape et Diminis et Nicora de Sancto Zermano similiter ostiarii domini pape, et plura instrumenta uno tenore fieri sunt rogata.

Actum Rome supra pallatium domini pape apud ecclesiam Sancti Iohannis Laterani[a].

Ego Marchisius Sinistrarius civitatis Mediolani et notarius sacri pallatii interfui et rogatus scripsi.

## 179. *EPISTOLA IMPERATORIS AD PONTIFICEM. Iul. 12.*

*Dedit Pertz e Registri Gregorii IX. tomo IV, 75 lib. VII, 267*[1], *ubi inscribitur:* Littere imperatoris ad dominum papam. — *Huillard-Bréholles IV, 441. Böhmer, Reg. imp. V, 2024. (P. deest.)*

Sanctissimo in Christo patri domino Gregorio Dei gratia summo pontifici Fridericus eadem gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex salutem et reverentiam filialem.

Honore debito et affectione sincera litteras vestre paternitatis accepimus et intelleximus diligenter que continebantur in eis de ordinatione provisa super compromissione in Iacobum venerabilem Penestrinum electum et O. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconem cardinalem, propter hoc tunc temporis ad partes Lombardie per sedem apostolicam destinatos, nomine Romane ecclesie facta[a] per magistrum domus Teutonicorum nomine nostro ex utraque parte necnon et per rectores et ambassatores quarundam ex civitatibus Lombardie, Marchie et Romaniole ex altera. Verum quia patentes litteras nostras et regis filii nostri usque ad proximo futurum festum beati Michaelis (Sept. 29.) iuxta tenorem nobis transmissum apostolice sedi dirigi postulastis, noverit beatitudo vestra, quod in brevi eiusdem magistri Teutonicorum reditum prestolamur, qui eiusdem negotii extitit procurator et novit omnia sigillatim, per quem super hiis et aliis vestre sanctitati disposuimus respondere; maxime cum per eum quedam verba mittere proponamus, que alii committere non possemus.

Dat. Siracusis, XII. Iulii, VI. indic.

## 180. *EPISTOLA IMPERATORIS AD EPISCOPUM OSTIENSEM. Iul. 12.*

*Exemplandam curavit Pertz e Registri tomo IV, 75—76 lib. VII, 268*[2], *ubi inscribitur:* Littere eiusdem ad dominum Ostiensem. — *Huillard-Bréholles IV, 442. Böhmer, Reg. imp. V, 2025. (P. deest.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex dilecto amico suo magistro R. venerabili Ostiensi et Velletrensi electo salutem et sincere dilectionis affectum.

Recepimus nuper apostolicas litteras continentes ordinationem summi pontificis provisam super compromissione olim facta in Iacobum venerabilem Penestrinum electum

**178.** a) Leterani *c.*
**179.** a) facte *c.*

1) *Cf. Rodenberg I, 443 nr. 548.* 2) *Cf. ibid. 443 nr. 549.*

et Ottonem Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem nomine Romane ecclesie per . . magistrum domus Teutonicorum nomine nostro pro nobis ex una parte necnon per rectores quarundam civitatum Lombardie, Marchie et Romaniole pro ipsis civitatibus ex altera: videlicet quod, remissis ex parte nostra offensis, iniuriis et quam 5 pluribus aliis capitulis que diffusius in litteris continentur, partem aliam pro satisfactione nostra in quingentis militibus condempnavit, per biennium cum expensis eorum pro subsidio Terre Sancte ituris termino quem Romana ecclesia eis duxerit prefigendum, conventione priori de quadringentis militibus prorsus omissa. Preterea eisdem litteris commonemur, ut patentes litteras nostras et regis filii nostri super hoc usque 10 ad proximo venturum festum sancti Michaelis sibi mittere debeamus. Nos autem eidem (Sept. 29.) summo pontifici nostris litteris respondemus, quod reditum magistri domus Teutonicorum, qui eiusdem negotii extitit procurator et plenius ad singula est instructus, in proximo prestolamur, per quem ei super hiis et aliis proposuimus respondere. Ceterum ut vobis, de quibus sincere confidemus, confidenter et tuto loquamur, salva provisoris 15 pace, non videtur equa satisfactio subsecuta pro tot offensarum, tot iniuriarum provocationibus, que per illius partis insolentiam processerunt; quibus non parum in defensore suo lesa fuit ecclesia, nos quoque dampnis innumeris offensi multipliciter et turbati. Ubi tam celebris Ravenne curia, pro ecclesie et imperii honore ac commodo generali prefixa, eorum instinctu extitit impedita, regi filio venturo ad patrem preclusi sunt 20 viarum aditus, persone principum et copia multa nobilium dehonestationes ab eis plurimas pertulerunt. Pro quibus omnibus sperantes assequi ex patris provisione solatium, ordinationi et arbitrio suo nos et causam imperii commisimus confidenter, ut quod ecclesie, nostro et imperii honori cederet provideret. Verum quia, sicut ei placuit, est provisum, ut ex ipsa provisione in nullo videatur nobis a mole commissorum ex-25 cessuum satisfactum nec de nostro et imperii honore aliquatenus cogitatum, mirum geritur, si vestrum consilium huic potuerit processui concordari. Quare circumspectionem vestram attente rogamus, quatinus precum nostrarum et dilectionis intuitu super hiis benivolo provideatis favore, quod honori ecclesie, nostro et imperii cognoscitis expedire, maxime cum ad id pro ecclesie honore specialiter moveamur. Nam si 30 ad publicam notitiam tenor huius provisionis exierit, reges et principes exemplo tam vicino submoniti arbitrale iudicium ecclesie non libenter subibunt.

Dat. Siracusis, XII. Iulii, VI. indictionis.

## 181. *RATIHABITIO ARBITRII PER RECTORES SOCIETATIS.*

*Adhibuimus duas editiones, quae sunt* 1) *Muratori 'Antiquitates Italicae' IV, 331 e* 35 *tabulario Estensi;* 2) *Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 685 nr. 1023 e codice tabularii regii Veneti, Fontaniniana mss. nr. 650 p. 262, cui illata est 'ex libro concordiae f. 85'. — Huillard-Bréholles IV, 434. Böhmer, Reg. imp. V, 13137.* *(P. deest.)*

Sanctissimo patri et domino Gregorio Dei gratia sacrosancte Romane ecclesie summo et universali pontifici rectores Societatis Lombardie[a], Marchie et Romanie[b] et 40 universitates et communia et singuli predictae Societatis oscula pedum et promptum in omni genere famulatum.

Que pro bono pacis sunt a compositore amicabili ordinata et maxime a tanto domino, qui preest in iustitia debita universis, approbari rataque haberi debent et inviolabiliter observari. Litteras, quas vestra nobis[c] sanctitas destinavit super pace 45 et concordia per vestram clementiam cum[d] deliberato consilio venerabilium fratrum

**181.** a) Lombardorum 2. b) Romandiole 2. c) nobis vestra 2. d) cui a 2; cum — cardinalium *des.* 1.

vestrorum cardinalium facta et precepta inter missos et procuratores domini Friderici imperatoris[e] Romanorum serenissimi et semper augusti et regis Ierusalem et Sicilie ex una parte et procuratores et sindicos Societatis predicte et singulos illius Societatis ex altera, devotione et debita reverentia recepimus, earumque tenore plenius intellecto, habito quoque super hiis deliberato consilio et tractatu, et de voluntate et consilio communium et universitatum et[e] singulorum[f] predicte Societatis, sigillis quorum littere iste sunt corroborate, pietati vestre voluntatem et responsionem nostram taliter super hiis duximus exprimendam, videlicet quod pacem illam ratam habemus ipsamque volumus observare. Remittimus insuper[g] omnem rancorem, malivolentiam, iniurias et offensas et revocamus omnia banna, constitutiones, sententias et ordinamenta, que occasione premisse discordie, si quas vel si qua fecimus vel imposuimus civitatibus, locis vel personis, imperiali celsitudini adherentibus, et quecumque ex eis vel ob ipsa hactenus sunt secuta. Et has litteras iussimus per manum infrascripti notarii scribi cum eiusdem subscriptione et testium confirmatione, unde plures charte uno tempore scripte sunt.

Ego Guillielmus de Sexto, qui et Abbas dicor, filius quondam Alberti de Sexto, civis Mediolanensis, publicus notarius scripsi ex mandato predictorum rectorum mihi facto in palatio communis Brixie, ubi predicti rectores convenerant. Et hoc presentibus testibus ibi rogatis, Petro de Lanzano notario de Placentia et Beraldo de Coalunga notario de Padua et Petro Franzigena notario de Cario.

## 182. *RATIHABITIO ARBITRII PER IMPERATOREM. Aug. 14.*

*Autographon tabularii Vaticani Arm. I C. IV nr. 5, cui appendet bulla aurea filis sericis flavi et rubri coloris, contulit vir cl. Sickel. De apographis Rotulorum Lugdunensium et Cluniacensium (Rot. IV.) cf. Kehr 'Neues Archiv' XIV, 371 et 'Notices et extraits' XXI, 2, 290 nr. 37. Edita est e. g. 'Notices' p. 357 nr. XXI et e Libro Poteris a Valentinio p. 67. — Böhmer, Reg. imp. V, 2029. (P. deest.)*

Sanctissimo patri suo domino Gregorio[a] Dei gratia sancte Romane ecclesie summo pontifici et universali pape Fridericus eadem gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex salutem et obsequium filiale.

Etsi debita solvere et promissa complere sit omnibus debitoribus debitum et principum maxime principale, in hiis tamen pre ceteris promptius fidem debemus attendere, que illo plerumque interveniente promittimus, qui illius actoris fidei vicem gerit, in quem nota perfidie non descendit. Recolentibus igitur nobis, reverentissime pater, nos per virum providum et experta nobis sinceritate fidelem H. magistrum domus sancte Marie Theutonicorum in Ierusalem, ad hoc procuratorem nostrum specialiter ordinatum, de principum nostrorum consilio, Henrici etiam karissimi filii nostri illustris Romanorum regis concurrente consensu, compromisso facto, sollempniter promisisse, ratum habere et inviolabiliter observare quicquid super infrascripta discordia, que inter nos et aliquas de universitatibus Lombardie, inimico pacis superseminante zizaniam, vertebatur, quarum nomina in ipsius compromissi serie continentur, apostolice sedis provisio duceret providendum, venerabilibus viris I. Prenestino electo et O. Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono cardinali et apostolice sedis legatis recipientibus pro se et nomine Romane ecclesie compromissum, procedente etiam, prout per litteras vestras accepimus, super hoc paternitatis vestre decreto tam sincero quam iusto, fratrum vestrorum communicato consilio, ut proinde universitates ipse ad honorem Dei et ecclesie sancte sue et nostrum in

Matth. 13, 25.

181. e) *deest* 1. f) singularum 1. g) *deest* 2.
182. a) GR, *or.*

quingentis militibus teneantur sub expensis suis pro Terre Sancte subsidio per biennium exhibendis: nos provisionem ipsam pro parte nostra et prefati Henrici[b] Romanorum regis karissimi filii nostri ratam et firmam habemus, utpote qui pro firmo disponimus in omnibus viis nostris vestris et fratrum vestrorum dispositionibus filialiter
5 hobedire. Remittentes, prout de providentia et ordinatione vestra processit, universitatibus ipsis et locis, super quibus apostolice sedis processit provisio et quorum nomina in compromissi serie continentur, necnon et marchioni Montisferrati, qui infra statutum a partibus terminum compromisisse probatur, omnes iniurias et offensas quas contra nos, filium nostrum et principes commisisse videntur, impediendo curiam nostram hac
10 ultima vice apud Ravennam indictam, principibus ad curiam ipsam venientibus iniurias irrogando, prenominato filio nostro ad nos venire volenti aditum precludendo. Eisdem etiam rancorem omnem et malivolentiam relaxamus, universaliter singulos et singulariter universos in plenitudinem gratie nostre et sepedicti filii nostri recipimus, eos restituentes in integrum, bannis omnibus et sententiis ob predictas offensas indictis in
15 irritum revocatis. Si qua etiam per ipsos interim gesta sunt, debitum robur obtineant, quod alias de iure obtinere deberent. Ad huius autem rei memoriam et perpetuam firmitatem presentes litteras patentes per manus Iacobi notarii et fidelis nostri scribi iussimus maiestatis nostre tipario insignitas, anno, mense et indictione subscriptis.

Datum apud Castrum Iohannis, [anno][c] millesimo ducentesimo tricesimo tercio,
20 quarto decimo mensis Augusti, indictionis sexte; feliciter amen.

---

# 183–185. COMMISSIO NEGOTII LOMBARDORUM.

1234. Apr. – Oct.

## 183. *FORMA COMPROMISSI IMPERATORIS PRIOR.* *Apr.*

25 *Proferimus e* 1) *transsumto Lugdunensi a. 1245 exarato tabularii Vaticani Arm. I c. X nr. 2, lin. 26—32, quod contulit vir d. Kehr;* 2) *Registro Gregorii IX. tom. IV, 176 lib. VIII, 47*[1]. *Legitur etiam in codice Parisino 8990 saec. XVIII, apographa Rotulorum Cluniacensium continente (Rot. IV.)*[2]. — *Huillard-Bréholles IV, 466. Böhmer, Reg. imp. V, 2042.* *(P. 303.)*

30 Fr.[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis, quod nos attendentes, qualiter sancta Romana ecclesia mater nostra singulis ex debito, quo tenetur indifferenter ad omnes, illibata iura conservet et nos unitati sue ad tuendum ecclesiasticam libertatem et pro statu imperii reformando reddiderit uniformes, ut ei debite filiationis affectu
35 teneamur in omni reverentia tamquam matri et honorem ecclesie ac reformationem imperii iuxta consilium et submonitionem ipsius facere debeamus, admoniti[b] per honorabiles viros Iohannem venerabilem Sabinensem episcopum et magistrum Petrum de Capua Sancti Georgii ad Velum aureum diaconum cardinalem pro parte reveren-

**182.** b) Hñr *or.* c) *deest or.*
40 **183.** a) Fridericus 2. b) ammoniti 2.

1) *Cf. Rodenberg I, nr. 580.* 2) *V. 'Notices et extraits' XXI, 2, 290 nr. 38.*

tissimi[c] patris domini Gregorii summi pontificis et fratrum suorum super negotio illorum de Lombardia, marchia Triuisii[d] et Romaniola, qui videntur nobis et imperio adversari, ex innata mansuetudine, qua universos imperio Romano subiectos ad fidem et devotionem imperii revocamus, totum negotium predictorum de Lombardia, marchia Triuisii[d] et Romaniola tam super detentione nostrorum regalium et aliorum iurium nostrorum quam de preteritis excessibus, quos pridem et hactenus quocumque modo erga nos et imperium commiserunt, consilio, provisioni, compositioni et laudationi predicti summi pontificis et sancte Romane matris ecclesie pro reformatione pacis et status imperii duximus committendum, id in voluntate et ordinatione apostolica firmiter exponentes, quod quicquid ex hoc consuluerit, providerit, composuerit et laudaverit, ratum et firmum tenere volumus et habere. Ad cuius rei memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri fecimus et bulla aurea tipario nostre maiestatis impressa iussimus insigniri. Anno, mense et indictione subscriptis.

Dat. Capue, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo quarto, mense Aprelis, septime indictionis[e].

### 184. *FORMA COMPROMISSI IMPERATORIS POSTERIOR. Sept.*

*Traditur in* 1) *transsumto Lugdunensi, Arm. I c. X nr. 2, lin. 4—13;* 2) *codice Parisino 8990 saec. XVIII. (Rot. IV), collato a viro cl. Molinier; e quo eam edidit Huillardus 'Notices et extraits' XX, 2, 359 nr. XXXII*[1]. *Litteris minoribus exprimenda curavimus ea quae e forma priore desumpta sunt. — Cf. Huillard-Bréholles IV, 490. Böhmer, Reg. imp. V, 2058.* *(P. deest.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis, quod nos attendentes, qualiter sancta Romana ecclesia mater nostra singulis ex debito, quo tenetur indifferenter ad omnes, illibata iura conservet et nos unitati sue ad tuendum ecclesiasticam libertatem et pro statu imperii reformando reddiderit uniformes, ut ei debite filiationis affectu teneamur in omni reverentia tamquam matri et honorem ecclesie ac reformationem imperii iuxta consilium et summonitionem ipsius facere debeamus,* super negotio illorum de Lombardia, marchia Triuisii[a] et Romaniola, qui videntur nobis et imperio adversari, ex innata[b] mansuetudine, qua universos imperio Romano subiectos ad fidem et devotionem imperii revocamus, totum negotium predictorum de Lombardia, marchia[c] Triuisii[d] et Romaniola tam super detentione nostrorum regalium et aliorum iurium nostrorum, quam de preteritis[e] excessibus, quos pridem et hactenus quocumque modo erga nos et imperium commiserunt, consilio, provisioni, compositioni et laudationi domini G. Dei gratia summi pontificis reverendi patris et sancte Romane ecclesie pro reformatione pacis et status imperii committimus. Si quid etiam per nos in lesionem vel iniuriam predictorum factum est, totum provisioni et arbitrio predicte Romane ecclesie libere duximus committendum, nichilominus generaliter omnia, ex quibus vel propter que inter nos et eos discordia aliqua hactenus est exorta, in voluntate et ordinatione apostolica firmiter exponentes, quod quicquid ex hoc consuluerit, providerit[f], composuerit et laudaverit, ratum et firmum tenere volumus et habere. Modum etiam cautionum et formam, si que necessarie videbuntur[g] prestande nobis ab eis vel ipsis per nos, regem Romanorum filium nostrum et principes pro observatione eorum que inter nos ecclesia duxerit statuenda de omnibus supradictis, similiter in totum committimus provisioni et arbitrio prefati summi pontificis patris

**183.** c) reverendissimi 2. d) Trevisii 2. e) MCCXXXIIII, mense April., VII. indic. 2.

**184.** a) Tirivisii 2. b) eximata 2. c) Marcha 1. d) Tirivisini 2. e) pretentis 2. f) hoc consuluerit, providerit *in rasura* 1. g) *ex correctura in* 1; videantur necessarie 2.

1) *Cf. ibidem p. 290 nr. 39.*

nostri, ita ut nos cautionibus, quas proinde[h] providerit esse prestandas, debeamus pro parte nostra esse contenti, ut tamen et ipsi nobis pro parte imperii eas prestare debeant cautiones, quas nobis ecclesia esse viderit efficaces. Ad cuius rei memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri fecimus [et] bulla aurea tipario nostre maiestatis im-
5 pressa iussimus insigniri. Anno, mense et indictione subscriptis.

Dat. apud Monteflasconem, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo quarto, mense[i] Septembr., octave indictionis.

**185.** *FORMA COMPROMISSI LOMBARDORUM A PAPA TRANSMISSA. (Oct.)*

*Dedit Pertz e Registro Gregorii IX. tom. IV, 225 lib. VIII, 293, ubi lemma:*
10 Littere Societatis Lombardie qualiter ponunt se in voluntate domini pape. *Recte certe Huillardus et Rodenberg monuerunt, hoc scriptum non esse a Lombardis confectum et pontifici missum, sed potius esse formam, quam ipse iisdem perficiendam transmiserit; eamque epistolae ipsius ad rectores Oct. 27 datae (Rodenberg I, nr. 603 I) annexam fuisse reor. — Rodenberg I, 490 nr. 603 II. Huillard-Bréholles IV, 493. Böhmer, Reg. imp.*
15 *V, 13175.* *(P. 303.)*

Notum sit omnibus presentes litteras inspecturis, quod nos rectores, potestates et consilia civitatum Societatis Lombardie ex debito, quo tenemur tanquam filii devotionis efficere que ad honorem sancte Romane ecclesie matris nostre possint merito redundare, iuxta consilium et submonitionem ipsius omnes querelas, quas habemus
20 adversus serenissimum principem dominum Fredericum imperatorem semper augustum, Ierusalem et Sicilie regem illustrem consilio, provisioni, compositioni et laudationi domini Gregorii Dei gratia summi pontificis et eiusdem ecclesie pro reformatione pacis et statu Lombardie committimus. Si quid etiam per nos in lesionem vel iniuriam imperatoris eiusdem factum est, totum provisioni et arbitrio predicte ecclesie libere
25 duximus committendum, nihilominus generaliter omnia, ex quibus vel propter que inter nos et imperatorem eundem aliqua discordia hactenus est exorta, in voluntate et ordinatione apostolica firmiter exponentes, quod quidquid ex hoc consuluerit et laudaverit, ratum et firmum tenere volumus et habere. Modum etiam cautionum et formam, si que necessaria videbuntur prestanda nobis ab eo vel ipsi per nos pro eorum obser-
30 vatione que inter nos et prefatum imperatorem ecclesia duxerit statuenda de omnibus supradictis, similiter in totum committimus provisioni et arbitrio prefati summi pontificis patris nostri, ita ut nos cautionibus, quas proinde providerit esse prestandas, debeamus pro parte nostra esse contenti, ut tamen et ipse nobis pro parte Societatis nostre eas prestare debeat cautiones, quas nobis ecclesia viderit esse efficaces. Ad
35 cuius rei memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri et sigillorum nostrorum fecimus appensione muniri.

---

# 186. FACULTAS COMPONENDI CUM OTTONE DE LUNEBURCH.

1234. Sept.

40 *Apographon tabularii regii Hannoverani, quod vir quidam doctus saeculi XVIII. ex autographo usque ad a. 1830 in tabulario serenissimae domus Welficae asservato fecerat et a. 1801 ex ipso emendaverunt viri cl. Kestner et Schmidt-Phiseldeck, exemplavit b. m.*

**184.** h) provide 2. i) mens' 1.

*Bethmann. Autographo usi sunt et ipsi editores Originum Guelficarum IV, 141. — Huillard-Bréholles IV, 487. Böhmer, Reg. imp. V, 2056. (P. deest.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum pateat omnibus imperii fidelibus, quod nos ad supplices dilectorum principum nostrorum instantias inclinati, quorum magna pars celsitudini nostre sepius attentius supplicavit et ad ultimum dilectum fidelem nostrum Albertum de Arnstein ad presentiam nostram in Italiam destinarunt, supplices magnificentie nostre per eum preces offerentes, ut Ottonem de Luneburch fidelem nostrum in plenitudinem gratie nostre assumere dignaremur, de innata serenitati nostre clementia precibus eorum grato assensu occurrentes, cum zeli nostri maxime fervor exestuet, ut subiecti nobis populi per latitudinem imperii pacis gaudeant ubertate, quidquid inter altitudinem nostram et prefatum Ottonem[a] de patrimonio et proprietatibus Heinrici[b] ducis patrui sui, que a primogenita filia sua comparavimus, uxore marchionis de Baden, dissidii vertitur vel rancoris, ad arbitrium dilectorum principum nostrorum patriarche Aquilegensis[c] vel fratris sui episcopi Bambergensis[d], regis Boemie, landgravii[e] Thuringie, alterius marchionum de Brandenburgh[f], A. vel G. de Arnstein duximus referendum; committentes eorum fidei, ut de prescripta questione inter excellentiam nostram et eundem Ottonem[a] de plenitudine potestatis eis per nos collate taliter ordinent et componant, sicut utriusque partis honori et commodo viderint expedire. Si autem aliquis predictorum eidem arbitrio non potuerit interesse, ceteri alium pro eo, quem voluerint, eligant et assumant; statuentes ut eadem questio a futuro festo sancti Iohannis baptiste VIII. indictionis usque ad annum ad ultimum sit decisa; quicquid prefati arbitri de causa iamdicta tractaverint, statuerint aut composuerint, ratum et stabile fideliter habituri. Ad cuius rei evidentiam presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari.

1235. Iun. 24.

Huius rei testes sunt: frater H. magister domus Theutonicorum[g], L. et H. comites de Vroburch, H. comes de Greiffesbach, G. de Arnstein, C. de Hohenloch[h], O. de Stuzzelingen, et alii quamplures.

Acta sunt hec anno Domini MCCXXXIIII, mense Septembris[i], indict. VIII. Datum apud Montem Flasconis, anno, mense et indictione prescriptis.

---

# 187. SENTENTIA IN FAVOREM ECCLESIARUM.

## 1234. Nov.

*Damus ex autographo tabularii regni Bawarici, Raritäten-Select 44, quod provenit e tabulario episcopali Eichstetensi et etiamnunc bulla aurea insignitum est. Edita est ex ipso autographo in Monumentis Boicis XXX, 1, 227 nr. 727. — Huillard-Bréholles III, 508. Böhmer, Reg. imp. V, 2065. (P. 304.)*

(C.) ‖ In nomine sancte et individue Trinitatis. FRIDERICUS secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. ‖ Imperialis excellentie dignitas tunc precipue laudum suarum titulos ampliat, cum

**186.** a) O. *ed.* b) Henrici *ed.* c) Aquilegiensis *ed.* d) Babenbergensis *ed.* e) lantgrauii *ed.* f) Brandenburch *ed.* g) Theutonice *c.*; Theutonum *ed.* h) Hohenloh *ed.* i) Septembri *ed.*

preces eorum provida liberalitate prosequitur, quos ad obsequia sua per effectum operis obligatos et devotio provexit ut meritos et fides extulit ut acceptos. Universis igitur imperii nostri fidelibus tam presentibus quam futuris volumus esse notum, quod dictante sententia principum aliorumque nobilium imperii fidelium existentium in pre- 5 sentia nostra exstitit approbatum, ut nullus episcopus Theutonie de hiis, que spectant ad regalia et ab imperio tenet, aliquem infeodare possit preter assensum nostrum; et quod nulli advocato liceat in cives cathedralis civitatis exactionem aliquam facere. Nec liceat alicui comiti vel advocato sibi iuditium usurpare de hiis que in emunitatibus fiunt[a] ecclesiarum, nisi tantum ecclesiastico iudici ad hoc de voluntate epi- 10 scopi constituto; et quod nulla ecclesia in uno predio plures advocatos possit habere. Item quod nulli advocato liceat in officiatos episcopi et familiam ecclesie sue aliquam exactionem facere vel iuditium exercere. Item quod quilibet episcoporum Theotonie secularem officiatum in suis civitatibus, oppidis et villis habere tenetur, ut iudicet loco sui, et duas partes compositionis et satisfactionis spectantes ad episcopum loco ipsius 15 pro parte sua recipiat et tertiam habeat advocatus. Constitutus itaque in presentia nostra Henricus venerabilis episcopus Eystetensis, dilectus princeps noster, nobis supplicavit attentius, ut quia super premissis omnibus gravem huc usque super iuribus ecclesie sue perpessus est lesionem, in favorem suum et ecclesie sue munimen predictas sententias ratas habere perpetuo dignaremur. Nos igitur attendentes grata satis 20 et accepta servitia que dictus episcopus nobis, karissimo filio nostro regi Romanorum illustri et imperio semper exhibuit et exhibere poterit in futurum, volentes etiam suis et ecclesie sue indempnitatibus providere, de innata celsitudinis nostre munificentia predictas sententias confirmamus, et siqua contra eas in ecclesia Eystetensi usque ad hec tempora sunt contra iustitiam attemptata, in irritum revocamus. Statuentes et 25 imperiali sancientes edicto, ne aliquis advocatus aut comes, alta persona vel humilis, ecclesiastica vel secularis contra presentes sententias et per nos approbatas venire presumat. Quod qui presumpserit, quinquaginta librarum auri pena plectatur, quarum medietas parti ipsius episcopi et ecclesie sue, reliqua fisco nostro solvatur. Ad huius igitur rei memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et bulla 30 aurea typario nostre magestatis impressa iussimus communiri.

Huius rei testes sunt: S. archiepiscopus Maguntinus totius Germanie archicancellarius, E. Papembergensis episcopus, H. marchio de Baden, comes Hermannus de Ortemburch, Albertus de Enso, Englardus de Nidek, et alii quam plures.

‡ Signum domini Friderici secundi Dei gracia invictissimi Romanorum imperatoris 35 semper augusti (M.) Ierusalem et Sicilie regis. ‡

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo quarto, mense Novembr., octave indictionis, imperante domino nostro Fr. Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, anno imperii eius quartodecimo, regni Ierusalem nono, regni vero Sicilie tricesimo sexto; 40 feliciter amen.

Dat. Fogie, anno, mense et indictione prescriptis.

**187.** a) *supra lin. add. or.*

# 188–192. PACTUM MATRIMONII CUM ISABELLA.

1234. Nov. 15. – 1235. Mai. 3.

## 188. *FACULTAS IMPERATORIS. 1234. Nov. 15.*

*Dedit e Rotulis litterarum clausarum tabularii regni Britannici Rymer 'Foedera' ed. Clarke et Holbrooke (1816) I, 1, 220. — Huillard-Bréholles IV, 503. Böhmer, Reg. imp. V, 2063. (P. 307.)*

Fredericus Dei gratia etc. omnibus presentes litteras inspecturis fidelibus et amicis suis salutem et omnem benevolentiam. (1) Matrimoniorum sacra solempnia ex institutione divina induxit necessitas et utilitas approbavit. Necessario enim oportebat genus humanum in successorum propagine vivere, ne sublatione presentium perpetuo casui subiaceret. Copulam et maritalem per ornamenta solempnium et ecclesiastici sacramenti utilitas evidens persuasit, ut per hoc coniunctionem sanctam et licitam ab illicita segregaret. (2) Noverit igitur presentium multitudo, quod nos ad tractatum et ordinationem karissimi patris nostri domini Gregorii Dei gratia sacrosancte Romane ecclesie summi pontificis acceptavimus ducere in uxorem legitimam Isabellam sororem illustris regis Anglie karissimi amici nostri. Ad quod, disponente Domino, feliciter consummandum ad predicti regis presentiam destinandum duximus magistrum Petrum de Vinea magne curie nostre iudicem et fidelem nostrum, quem non immerito nobis acceptum fides et industria reddiderunt, eundem nuncium et procuratorem nostrum legitimum statuentes, cui plenam concedimus potestatem et speciale mandatum, ut consensum domine supradicte in nos per verba de presenti recipiat et quod in eam nomine nostro per verba de presenti consentiat; speciale mandatum nihilominus eidem iudici conferentes, ut nomine nostro et in anima nostra iuret, quod nos eandem dominam in uxorem legitimam ducere debeamus et ipsam in facie ecclesie solempniter desponsare, et quod nos eam imperiali honore et affectione maritali tractemus. (3) Quod etiam iusiurandum dilecto principi et fideli nostro H. venerabili archiepiscopo Coloniensi commisimus faciendum, ita quod si contingeret ipsum archiepiscopum simul cum prefato iudice in Anglia non transire vel ipsum etiam morte preripi vel qualitercumque aliter eius transitum impediri, nihilominus prenominatus iudex solus auctoritate nostra fretus predicta omnia secure et libere valeat consummare et dominam antedictam recipere cum nunciis regis prefati, associato sibi aliquo de principibus vel prelatis imperii fidelibus nostris, quem ipse ad hoc velut idoneum eligendum duxerit, ad presentiam nostram felicibus auspiciis deducendam. (4) Concedimus etiam antedicto iudici plenam auctoritatem et speciale mandatum, ut eidem domine nomine nostro in dodarium constituat vallem Mazarie cum civitatibus, castris et villis, tenementis, terris cultis et incultis, aquarum decursibus et cum omnibus iuribus et pertinentiis suis necnon et honorem Montis sancti Angeli similiter cum omnibus civitatibus, castris et villis, tenementis, terris cultis et incultis, aquarum decursibus et pertinentiis suis, prout alie regine Sicylie utrumque dodarium integre habere consueverunt; et ut prefatus iudex ipsam dominam de hiis omnibus nomine nostro auctoritate presentium debeat investire. Que etiam dodaria nos die nuptiarum nostrarum, prout est iuris et moris, prenominate domine Isabelle future uxori nostre promittimus specialiter assignare et privilegium sibi exinde facere pendenti bulla aurea communitum typario nostre maiestatis impressa. (5) Plenariam etiam sepe-

dicto iudici contulimus potestatem et speciale mandatum de dotibus nobis dandis pro domina supradicta cum rege prefato, pacta et conventiones inire vel acceptare conventionem primam, que per fratrem G. de Merk et eundem iudicem, dudum nuncios nostros ad hoc specialiter destinatos, cum rege prefato inita fuerat[a] et per nostram
5 celsitudinem confirmata; vel ut intercedente novatione solempni, pristina obligatio perimatur, ut tamen non sit minori quantitate contentus in promissione dotium predictarum, quam triginta millium marcarum argenti solvendarum nobis aut certis nunciis nostris per loca et terminos, prout prenominatus iudex duxerit statuendum. Super quibus videlicet, de locis et terminis statuendis, super solutione facienda dotium, que
10 ad solvendum remanserint, et de recipiendis proinde cautionibus, quas sufficientes nobis idem iudex et idoneas reputabit, sibi plenam auctoritatem contulimus et speciale mandatum. (6) Illud etiam quod pre manibus in adventu domine supradicte, future uxoris nostre, solvendum erit, eidem iudici volumus assignari, ad nos, deductis expensis quas pro domina supradicta faciendas viderit, deferendum. Super dotibus etiam resti-
15 tuendis a successoribus nostris, si casus acciderit quod nos antedicte uxori nostre, non susceptis ex ea liberis, premori forte contigerit, antedicto iudici plenum et speciale mandatum contulimus, ut eidem regi nomine nostro promittat et in anima nostra iuret, quod dotes ipsas in eventum casus predicti successores nostri eidem domine vel regi predicto stipulanti vel successoribus eorum restituere integre teneantur. Super quibus
20 omnibus et singulis, ut est dictum, prefatum iudicem nuncium et procuratorem statuimus; adicientes, quod si articulus aliquis inexcogitatus emerserit, super quo speciale mandatum eidem iudici non contulerimus, per presentes eundem in emergentibus procuratorem statuimus generalem, dantes eidem generalem et liberam potestatem sic omnia nomine nostro facere, ac si esset speciale mandatum super emergentibus singulis a
25 nostra celsitudine consecutus; promittentes sic omnia et supradicta singula rata et inconcussa servare, ac si a nobis personaliter et presentialiter promissa existerent et firmata.

Data Fogie[b], anno Domini MCCXXXIV, XV. mensis Novembris, octava indictione.

### 189. *EPISTOLA IMPERATORIS AD GREGORIUM IX.* *Dec. 9.*

30 *Exstat in* 1) *transsumto Lugdunensi a. 1245 exarato, quod asservatur in tabulario Vaticano, Arm. I c. X nr. 2, lin. 33—40; exemplavit Kehr; et in* 2) *codice Parisino 8990 saec. XIII, fol. 114', apographa Rotulorum Cluniacensium (Rot. IV.) continente*[1], *quod descripsit Molinier. — Huillard-Bréholles IV, 515. Böhmer, Reg. imp. V, 2067.*

*(P. deest.)*

35 Sanctissimo in Christo patri domino Gregorio Dei gratia summo pontifici Fr. eadem gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex salutem et reverentiam filialem.

Cum de latere nostro mittamus magistrum Petrum de Vinea magne curie nostre iudicem et fidelem nostrum ad carissimum amicum nostrum illustrem regem Anglorum
40 pro consumatione matrimonii, inter nos et regem eundem de Ysabella sorore sua iuxta consilium paternitatis vestre tractati, ut et in puellam eandem pro parte ac nomine nostro consentiat et ut ipsam ad nos una cum aliquo de prelatis Theotonie, quem ad hoc idem iudex de consilio H. venerabilis magistri domus Hospitalis sancte Marie Theotonicorum in Ierusalem ydoneum reputabit, omine[a] felici deducat, ne in tam salubri

45 **188.** a) fuerant *ed.* b) Foge *ed.*

**189.** a) omne 2.

1) *Cf. 'Notices et extraits' XXI, 2, 290 nr. 40.*

proposito occasione dilationis alicuius posset forsitan aliquis intervenire defectus, dum ad nos per longam locorum distantiam non posset facilis haberi recursus: nos de paternitate vestra plena securitate confisi, negotium ipsum circumspectioni vestre presentibus duximus committendum, videlicet ut et quantitatem dotium[b] promittendarum nobis a rege prefato pro predicta sorore sua vestra industria moderetur et ut tempus 5 etiam arbitremini, quo predicte dotes vel ipsarum dotium pars nobis aut certis nuntiis nostris remota difficultate qualibet exolvantur, si forte contingeret propter necessitates aliquas imminentes sepedictum regem ad presens[c] dotes statutas exolvere non valere. Prenominatum autem negotium tam de quantitate promittendarum dotium[b] quam de tempore solvendarum sic in totum et libere provisioni vestre committimus, quod plene 10 gratum et ratum habere promittimus quicquid super hoc vestra paternitas duxerit statuendum. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et bulla aurea tipario nostre maiestatis impressa iussimus communiri.

Dat.[d] Fogie, nono mensis Decembr., indictione VIII.

## 190. *PROMISSIO HEINRICI REGIS ANGLIAE. 1235. Febr. 22.* 15

*Dedit Rymer 'Foedera' I, 1, 223 e Rotulis litterarum clausarum. — Böhmer, Reg. imp. V, 11152. (P. 308.)*

Nos Henricus Dei gratia Angliae etc. vicesimo secundo die Februarii, indictione octava, per presens scriptum notum fieri volumus universis presentes litteras inspecturis, quod nos ad consilium et ordinationem domini Gregorii sacrosancte Romane 20 ecclesie summi pontificis[1] promisimus et corporaliter prestito iureiurando iuravimus dare in uxorem legitimam Isabellam karissimam sororem nostram domino Frederico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatori semper augusto, Ierusalem et Sicilie regi. (1) Promittentes magistro Petro de Vinea magne imperialis curie iudici, nuncio et speciali procuratori prenominati domini Frederici imperatoris pro parte imperatoris 25 eiusdem, nomine antedicte Isabelle sororis nostre in dotem triginta millia marcarum argenti optimi sterlingorum, ana tresdecim solid. et quatuor denar. per marcam. De (Apr. 18.) quibus tenemur solvere prefato magistro Petro decimo die post resurrectionem Domini primo venturam per eandem indictionem, una cum predicta sorore nostra, tria millia mercarum argenti sterlingorum, ut dictum est. Et alia duo millia tenemur solvere 30 (Iun. 24.) antedicto imperatori vel certo eius nuncio in festo beati Iohannis de mense Iunii eiusdem indictionis. Alia vero quinque millia tenemur solvere prenominato imperatori (Sept. 29.) vel certis nunciis eius in festo beati Michaelis proximo venturo none indictionis. Et (1236. Mart. 30.) alia quinque millia tenemur eidem solvere in festo pasche secundo futuro per eandem nonam indictionem. Et item alia quinque millia tenemur eidem solvere in festo beati 35 (Sept. 29.) Michaelis proximo futuro decime indictionis. Reliqua vero decem millia tenemur antedicto imperatori vel eius certo nuncio solvere in festo pasche sequenti per eandem (1237. Apr. 19.) decimam indictionem, ita ut ab ista pascha usque ad duos annos completos antedicta triginta millia marcarum optimi et puri argenti sterlingorum sint eidem domino imperatori aut eius heredibus vel certis eorum nunciis integre persoluta, salvo quod in quo- 40 libet predictorum terminorum, preter primum, beati Iohannis scilicet, debeamus quamlibet solutionem facere infra mensem, numerandum a die ipsa in solutione taxata. (2) Antedictam autem pecuniam, preter prima tria millia marcarum, tenemur solvere antedicto imperatori vel alii pro parte sua apud London. in regno Anglie, ita ut non

**189.** b) dotum 2. c) dictas 2. d) Datum 2. 45

1) *Cf. litteras adhortatorias Gregorii IX. ad regem datas a. 1234. Dec. 5 apud Rymerum I, 1, 220; Potthast 9790.*

teneamur antedictam pecuniam eidem imperatori transmittere extra regnum. (3) Prenominatam autem pecunie quantitatem in dotem predicto magistro Petro nomine imperatoris pro predicta sorore nostra promisimus et sacramento firmavimus, preter omnem apparatum, aurum et argentum laboratum et vasa, equos, pannos, laneos et sericos; 5 que omnia prenominata domina soror nostra talia habere et deferre debebit, qualia tantam dominam portare et tantum dominum recipere condecebit. (4) De quibus omnibus et singulis adimplendis obligavimus nos solempniter, stipulatione legitima interposita, antedicto magistro Petro, obligationem nostram pro parte antefati imperatoris recipienti, scilicet tam de solutione bona fide et integre facienda quam de 10 terminis singulis observandis. (5) Ad maiorem etiam cautelam imperatoris eiusdem hoc ipsum corporali prestito sacramento iuravimus per omnia et singula firmiter observare, promittentes nomine pene decem millia marcarum argenti, si in terminis pretaxatis singulis antedictam pecuniam, prout predictum est, distulerimus quietare; ut tamen antedicta pena decem millium marcarum non in solidum, set pro rata per singulos 15 terminos committatur. (6) Subiecimus nos preterea iurisdictioni et sententie summi pontificis ac sacrosancte Romane ecclesie, ut antedictus summus pontifex vel Romana ecclesia, si in solutione predicte pecunie per singulos terminos cessaverimus, possit nos et successores nostros libere per censuram ecclesiasticam cohercere, exceptione fori vel regie dignitatis, a nobis aut successoribus nostris ecclesiastico iudicio minime 20 opponenda aut opposita[a], non obstante. (7) Hec eadem etiam in omnibus et singulis articulis observare de speciali mandato et in presentia nostra corporaliter prestito sacramento firmaverunt Hubertus de Burgo comes Kantie, Gilbertus marescallus comes de Pembrocia, Radulphus filius Nicholai, Godefridus de Craucumbe, Humfridus comes Hereford; sacramento expressim et apertius inserentes, quod pro toto posse eorum ad 25 hoc intendent, quod nos observare predicta omnia et singula debeamus. Prenominati et singuli fideles nostri super hiis omnibus testimoniales apertas litteras exhibebunt cum sigillis eorum pendentibus antefato magistro Petro, ad cautelam et presentiam antedicti cesaris deferendas. (8) Per prenominatas autem cautiones nos sepedictus rex prenominato magistro Petro de Vinea obligavimus nos et successores nostros 30 antedicta omnia et singula observare; hoc adiecto, quod si prenominatus summus pontifex vel Romana ecclesia vellet se domino imperatori de solvenda pecunia memorata nostro nomine obligare et constituere principalem debitorem iuxta formam a iure statutam, nos obligationem ipsam ratam habebimus. Et ipsum summum pontificem et Romanam ecclesiam ab obligatione ipsa promittimus statuendis inter nos locis et ter- 35 minis liberare, prout hec omnia per nuncios et litteras nostras eidem summo pontifici et Romane ecclesie curabimus destinare; eo salvo quod, antedicte Romane ecclesie cautione recepta et per predictum cesarem acceptata, presentis obligationis nostre littere nobis aut nunciis nostris restitui debeant, nullo umquam tempore[b] valiture, et a predictis cautionibus omnibus nos et predicti nobiles nostri simus penitus absoluti. 40 (9) Quod si forte Domino avertente contingeret, antedictam sororem nostram Isabellam prius in fata concedere quam iter arripiat vel postquam iter arripuerit, priusquam ad[c] dominum imperatorem virum suum perveniens in facie ecclesie solempniter et publice desponsetur, nos et successores nostri ab omnibus et singulis antedictis obligationibus absolvi debemus et libere permanere. (10) Item si forte, quod absit, imperatorem 45 eundem prius contingeret in fata concedere, quam prenominata soror nostra desponsaretur ab eo, similiter nos et successores nostri remanere debebimus ab omnibus ipsis obligationibus absoluti; et antedicta soror nostra ad nos in regnum Anglie secure et libere reducetur. Quod ipsum tam dominus H. venerabilis Coloniensis archiepiscopus,

**190.** a) apposita *ed.* b) temporum *ed.* c) *inserui; deest ed.*

tam de recipienda a domino imperatore et desponsanda domina, quam de ea in eventum sinistri casus libere reducenda, et alii nobiles, qui ad ipsam sororem nostram in Angliam recipiendam de mandato imperialis excellentie venerint, sacramento ab eis corporaliter prestito iurare debebunt et nobis proinde apertas eorum litteras assignare. (11) Obligavimus nos etiam antedicto magistro Petro de Vinea pro parte imperatoris 5 prefati, sibi et antedicto archiepiscopo Coloniensi aut quibuslibet aliis nobilibus imperii pro parte ipsius imperatoris venientibus assignare sepedictam sororem nostram decimo Apr. 17. septimo die intrantis mensis Aprilis una cum solempnibus nunciis nostris ducendam ad dominum imperatorem prefatum, ab ipso solempniter desponsandam et ab eo imperiali honore et affectione maritali tractandam. (12) Ad perfectiorem etiam ante- 10 dicti matrimonii consummationem sepedicta etiam Isabella soror nostra de mandato nostro, presentibus dilectis et fidelibus nostris Ricardo comite Pictavie et Cornubie karissimo fratre nostro, Huberto de Burgo comite Kantie, Willielmo de Ferrariis, Philippo de Albiniaco, Hugone de Vivon, Radulfo filio Nicholai, Gaudefrido de Craucumbe, Amaur' de Sancto Amando, Iohanne marescallo, Roberto de Mucegros, Roberto 15 de la Bruer, Walerando Teutonico et aliis quam pluribus fidelibus nostris, recepto consensu in se a prefato magistro Petro de Vinea, speciali procuratore imperatoris ad hoc statuto, pro parte imperatoris eiusdem, per verba de presenti consensit in eundem imperatorem velut in virum suum, similiter per verba de presenti prefato magistro Petro, ut dictum est, ad hoc antefati cesaris speciali et legitimo procuratore statuto; 20 et recepit in presenti ipsum dominum imperatorem in virum suum, recipiens annulum nomine imperatoris prefati et remittens eidem per eundem procuratorem suum annulum sponsionis.

In cuius rei testimonium has litteras fieri fecimus patentes.

Teste meipso, apud Westmonasterium, vicesimo secundo die Februarii, anno regni 25 nostri vicesimo.

**191.** *PROMISSIO IMPERATORIS PER PETRUM DE VINEA FACTA. Febr. 22.*

*Dedit Rymer 'Foedera' I, 1, 224 e Rotulis litterarum clausarum. Appendet sigillum Petri. — Huillard-Bréholles IV, 522. Böhmer, Reg. imp. V, 11153. (P. 310.)*

Ego Petrus de Vinea magne imperialis curie iudex, specialis procurator et nuncius 30 domini mei Frederici Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti, Ierusalem et Sicilie regis, presenti scripto profiteor, quod de speciali mandato antedicti domini mei Frederici et in anima sua corporaliter prestito sacramento iuravi, quod antedictus dominus imperator ducet in uxorem legitimam dominam Isabellam sororem illustris regis Anglie et quod ipsam in facie ecclesie solempniter et publice despon- 35 sabit et coronabit. (1) De voluntate et speciali mandato antedicti domini imperatoris consensi in predictam dominam Isabellam per verba de presenti, et recepto ab ipsa similiter in prenominatum meum dominum imperatorem consensu per verba de presenti, ad maiorem etiam consummationem matrimonii supradicti pro parte prefati domini mei imperatoris tradidi supradicte domine sponsionis annulum et invicem 40 recepi ab ea nomine imperatoris eiusdem annulum sponsionis. (2) De speciali etiam mandato sepedicti domini mei imperatoris tradidi prefate domine Isabelle in dodarium vallem Mazarie cum civitatibus et castris, villis, terris cultis et incultis, aquarum decursibus, tenementis et omnibus iuribus et pertinentiis eius necnon et honorem Montis sancti Angeli cum civitatibus et castris, villis, terris cultis et incultis, aquarum decur- 45 sibus, tenementis et omnibus iuribus et pertinentiis eius, prout quodlibet de predictis dodariis regine Sycilie integre habere consueverunt. Et eandem dominam Isabellam de predictis omnibus investivi per patentes imperiales litteras aurea bulla munitas

typario imperialis maiestatis impressa. (3) Pro predicta autem domina nomine dotis recepi promissionem et obligationem domini regis prefati de triginta millibus marcarum argenti solvendis in locis et terminis sub ydoneis cautionibus, prout per patentes regias litteras et multorum nobilium suorum evidenter apparet. (4) Salvo quod si 5 Domino avertente contingeret antefatam dominam vel predictum dominum imperatorem, quod absit, prius in fata concedere, quam prefatum matrimonium per sponsaliorum solempnia et carnis copulam consummetur, antefatus dominus rex et successores sui sint a predictis obligationibus imperpetuum absoluti; et nihilominus domina supradicta in eo casu, si imperatorem contingeret premori, secure et libere in regnum Anglie 10 reducatur. (5) Quod etiam sacramentum dominus H. Coloniensis archiepiscopus et alii nobiles, qui ad dominam ipsam recipiendam de mandato imperiali in Angliam venerint, corporaliter exhibere debebunt, tam de recipienda et desponsanda a domino imperatore domina predicta, quam de ea, si sinister casus accideret, in Angliam libere reducenda. (6) Quod si forte contingeret dominum imperatorem, quod absit, premori, 15 liberis ex prefata domina non susceptis, tunc secundum regni Sycilie consuetudinem sit in electione domine supradicte, utrum velit supradictum dodarium in vita sua tenere, salvo iure et servitio ipsius dodarii debito et exhibendo heredibus domini imperatoris in Regno, vel supradicta triginta millia marcarum recipere domino imperatori pro dote exsoluta. (7) Promisi ego preterea prenominatus magister Petrus de Vinea et iuravi 20 in anima imperatoris predicti, quod ipse dominus meus imperator die nuptiarum, prout iuris et moris est, per annulum assignabit eidem domine dodarium supradictum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, prout superius est expressum; et privilegium sibi exinde faciet aurea bulla munitum tipario imperialis maiestatis impressa.

Hoc scriptum scripsi ego Angelus magne imperialis curie notarius de mandato 25 sepedicti magistri Petri de Vinea et meo signo signavi, pendenti sigillo ipsius magistri munitum.

Actum apud London., anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo quinto, et vicesimo secundo die mensis Februarii, octava indictione.

## 192. *IURAMENTUM*
## 30 *DUCIS BRABANTIAE ET ARCHIEPISCOPI COLONIENSIS. Mai. 3.*

*Dedit Rymer 'Foedera' I, 1, 226 e Rotulis litterarum clausarum; ubi summarium tantum scripti archiepiscopi legitur, e quo integram eius chartam confecerunt Ennen et Eckertz 'Quellen zur Geschichte der Stadt Köln' II, 159 nr. 158. — Huillard-Bréholles IV, 541. Böhmer, Reg. imp. V, 11160.* *(P. deest.)*

35 Nos Henricus dux Brabantie per presens scriptum notum fieri volumus universis presentes litteras inspecturis, quod a domino nostro Frederico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege per sacras litteras suas et per magistrum Petrum de Vinea magne imperialis curie iudicem, latorem earum, recepimus in mandatis, ut ad illustrem regem Anglie deberemus personaliter 40 nos conferre pro recipienda domina Isabella sorore regis eiusdem, quam prefatus magister Petrus de Vinea tanquam specialis et legitimus procurator imperatoris eiusdem, consensu ab ea et in eam per verba de presenti habito, sacramento etiam corporaliter prestito in anima et nomine ipsius imperatoris, legitime desponsavit, necnon et pro eadem domina ad ipsum dominum imperatorem felicibus auspiciis deducenda. 45 Recepimus etiam in mandatis a domino imperatore prefato, ut nomine suo et in eius anima iuraremus, quod ipse predictam dominam in facie ecclesie solempniter desponsabit et coronabit eamdem et quod ipsam imperiali honore et affectione maritali

tractabit, et si forte, quod absit, contingeret imperatorem eumdem prius in fata concedere quam predicta omnia compleantur, quod domina ipsa in regnum Anglie secure et libere reducetur. Quod sacramentum nos prefatus dux tam de domina desponsanda et coronanda a domino imperatore quam de ea per terram nostram ducenda ad eum, et si sinister casus accideret, reducenda, tactis sacrosanctis euangeliis, in presentia prefati regis Anglie existentes, presentibus ibidem venerabilibus patribus E. Cantuariensi archiepiscopo, I. Bathoniensi, R. Dunolmensi, R. Cicestrensi domini regis Anglie cancellario, W. Carleslensi episcopis, R. comite Cornubie fratre predicti regis Anglie, H. de Burgo comite Kantie et H. comite Herefordensi et multis aliis nobilibus, fecimus, et quod ad predicta omnia percomplenda nos pro legali posse nostro bona fide curabimus laborare. In cuius rei testimonium idem rex Anglie illustris huius scripto sigillum suum apposuit.

Dat. apud Westmonasterium, tertio die Maii, anno regni ipsius domini regis Anglie decimo nono, per manus ipsius.

Nos Henricus Dei gratia Coloniensis archiepiscopus per presens scriptum[a] notum fieri volumus universis presentes litteras inspecturis, quod a domino Frederico etc. ut in litteris proximo supra.

In cuius rei testimonium idem rex Anglie illustris huic scripto sigillum suum apposuit. Data ut supra proximo.

Set memorandum, quod interlinearis super scripto 'tam de domina desponsanda etc.' non inseritur in litteris archiepiscopi Coloniensis.

---

# 193. ENCYCLICA DE HEINRICO REGE ET DE CURIA IN PARTIBUS FOROIULII HABENDA.

## 1235. Ian. 29.

*Praesto erant* 1) *Bullarium Romersdorfense tabularii Confluentini membr. in 8⁰ saec. XIII, pag. 48, quod exemplavit Beyer*[1]; 2) *codex monasterii Wilhering membr. in 4⁰ saec. XIV*[2], *pars II, ep. 42; contulit olim Chmel;* 3) *codex Vindobonensis 590 (Philol. 305) membr. in 4⁰ saec. XIV, fol. 110' ep. 137*[3]; 4) *codex Guelferbytanus 331 (Helmst. 298) chart. in folio saec. XV. fol. 117', quem excudi fecit Hahn 'Collectio monumentorum veterum' I, p. 225 nr. 17;* 5) *codex Cheltenhamensis 8390, pars III, ep. 36, quem excussit vir d. Liebermann;* 6) *codex Guelferbytanus 4⁰ Aug. XIII. 3 membr. saec. XIV, pars III fol. 123*[4]; *contulit Waitz;* 7) *editio quam fecit Marteneus in Collectione amplissima II, p. 1157 nr. 27 e codice quodam reginae Sueciae;* 8) *codex bibliothecae Vallicellianae J. 29 membr. in folio saec. XIII—XIV*[5], *fol. 35', quem excussit Pertz;* 9) *codex Parisinus Ancien fonds latin 4042, quem a. 1820 in usus nostros vertit Färber. — Huillard-Bréholles IV, 524 (ope editionum, codicum 5. 9 et Parisini lat. 13059 (S. Germain Harlay 455)*[6], *additis p. 944 et 1044 eschatocollo et variis lectionibus e codice 1). Böhmer, Reg. imp. V, 2075. (P. deest.)*

**192.** a) per prescriptum *ed.*

1) *Cf. 'Mittelrhein. Urkundenbuch' I, VII.* 2) *Cf. 'Archiv' VII, 892.* 3) *Cf. 'Archiv' VII, 912, ubi codex perperam signatus est* Theol. 310. *Codicem iam olim exscripsit v. d. Goldhann.* 4) *Cf. 'Archiv' V, 396.* 5) *Cf. ibidem 407.* 6) *Cuius lectiones minoris pretii sunt et fere conveniunt cum codibibus 5—7; rubrica eadem atque in codice 6.*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Iherusalem et Sicilie rex venerabili Treverensi archiepiscopo, dilecto principi suo gratiam suam et omne bonum.

(1) Ecce facimus universale verbum ad principes velud imperii nostri membra, ex quorum compositione membrorum unicum imperii corpus illustre consurgit. Sane tua et aliorum principum immensa devotio in memoria[b] nostra tenaciter est infixa; et prestita quondam[c] dive[d] memorie patri nostro et nobis vestre sinceritatis obsequia, et quomodo augusto patre[e] vivente concorditer elegeritis[f] nos in regem, pre oculis mentis[g] nostris semper gerimus et[h] habemus[i]; nec umquam poterimus[e] oblivisci, qualiter cum maior adverse partis immineret hostilitas, nos olim[k] in adolescentia nostra per speciales nuncios ardentibus votis a Sicilia evocastis[l] et immensis conatibus virium ad honorem imperii magnifice provexistis, ut[m] ex his[n] in voto gesserimus et geramus, liberaliter[o] singulis ad condigna premia respondere. (2) Ideoque cum unicum filium haberemus et alias presentiam nostram negocia rei publice traherent, eum[p] ad regimen nostrum dimisimus loco nostri, ut ipse vos universos[q] et singulos in persona nostra favorabiliter honoraret, sincere diligeret et nostram ad vos gratitudinem filiali devotione suppleret; presertim cum vos devotionem ad nos habitam in eum universaliter effundentes, ut[r] absente patre presentiam filii debita honorificentia foveritis, ipsum[s] ad regni solium ob[t] honorem et reverentiam[u] nostram concordi sublimaveritis voluntate[v]. Quod eum merito debuit artius[w] obligasse, ut[x] specialis[y] amoris prerogativa vos coleret, alios nobiles omnes, ministeriales, civitates et universos indifferenter fideles imperii nequaquam offenderet, quin potius ad omnium gubernationem sic se moderatione laudabili contineret, ut[z] nobis[a] remotioribus[b] iuxta desiderium spei nostre[c] tam fama[d] quam[e] opere continuum[f] et plenum gaudium ministraret. (3) Set longe, quod dolentes dicimus[g], spes nostra vacua reperitur. Frustra[h] complacuit nobis in filio processu temporis a[i] mandatorum nostrorum reverentia discedente. Nam ut paterno pectori maiorem anxietatem infligeret[k], post multa in nostri mandati contemptum et transgressionem voluntatis nostre commissa in nostros devotissimos principes, lumen et tutamen[l] imperii nostri, se inconsulte convertit et illorum usus consilio quos vel per insolentiam et ingratitudinem a gratia nostra proscripsimus vel quos manifesta facinora reddebant nobis et imperio[m] iuste[n] suspectos, cepit[o] principes et alios dilectos[p] nostros per requisitionem obsidum necnon et alias multiplices molestiarum instantias[q] impetere graviter[r] et vexare. (4) Quod ubi nobis[s] innotuit, quod ad pupillas[t] oculorum nostrorum, videlicet principes nostros, manus iniecerat, oblitus[u] obsequii quod olim nobis et ipsi tam grande prestiterant[v], non potuimus cum patientia tolerare[w], quin personalem[x] subiissemus laborem circa fines Alemannie veniendi, et ipso ad presentiam

**193.** a) *rubrica in* 4: Fredericus Dei gratia etc.; 5: Fredericus archiepiscopo Maguntino principi suo dolenter reffert excessus Henrici filii sui; *in* 6: Fr. principi suo refert dolenter excessus filii sui et ad obstandum principiis ipsum invitat; *quocum* 7 *fere convenit.* b) membra 5—9; membris nostris 4. c) quando 1. d) bone 6. 7; gloriose 4. e) patre — poterimus *des.* 9. f) eligentes 5—7; eligentis 8. 9. g) mentis *deest* 1. h) et — oblivisci *des.* 6. i) gesserimus et haberemus 1. k) olim *deest* 5—9. l) a Sic. evocatos ard. votis 1. m) et 7; *loco* ut — geramus 4: et utinam prout in mente gessimus et gerimus valeamus. n) propter hoc 2. 3. 5; propter hoc quod 6. 8. 9; propter hoc quae 7. o) generaliter 3. p) *loco* eum — nostri 4: eundem ad partes vestras mittendum celsitudo nostra decreverat; *des. omnino* 2. 3. 5—9. q) omnes 2—9. r) ut *deest* 5. s) et ipsum 4. 5. t) ad 3. 5—9. u) gratiam 3—9. v) unitate 5; unitate voluntate 6. 7. w) artius *deest* 2—9. x) et 5. 6. 8. 9. y) speciali 1. 9. z) ne 3. a) a *add.* 2—9. b) remotis 8. 9. c) nostre *deest* 2. 3; mentis *add.* 2; meritis *add.* 3—9. d) fame 4; firmati 5—9. e) qua 6—9. f) contrarium 5—9. g) referimus 4. h) frustrata 8. 9. i) a *deest* 5—9. k) infigeret 3. 4. l) culmen 5—9. m) et imperio *des.* 4. n) maxime 5—7; *deest* 3. o) incepit 2. 4—9; incipit 3. p) devotos 5—9. q) iniurias 8. 9. r) graviter *deest* 2—9. s) nobis *deest* 5—9. t) pupillos 1. u) alicuius 5—9; *deest* 4. v) immemor et ingratus *add.* 4. w) sustinere 2—4. x) presentialem 1; papalem 3; per talem 5—9.

nostram accersito[y], paternam in eum[z] correctionem[a] egerimus[b], recipientes[c] ab eo iuxta[d] consilium principum, qui tunc aderant, et in eorum presencia[e] iuratoriam[f] cautionem[g]: quod mandata et beneplacita nostra penitus observaret et precipue principes nostros[h] speciali diligeret et prosequeretur honore[i], fidelibus[k] nostris generaliter iusticiam observando[k]. (5) Que[l] utinam[m] post recessum[n] suum sic observare curasset, ut[o] etsi[p] defecisset in aliis, nostros tamen principes nequaquam[q] offendere presumpsisset. Quid[r] igitur ipse nequam instinctu temptaverit et qualiter non erubescat[r], timore Dei et reverentia paterna[s] postpositis, in honorem nostri nominis[t] machinari, auferendo a[u] fidelibus nostris obsides, occupando castra et intemerate[v] fidei[w] viros[x] in abiurationem[y] nostre fidei compellendo, et[z] precipue post adventum dilectorum[a] principum nostrorum, venerabilium Maguntini archiepiscopi et Babinbergensis[a], quos ad nos[b] nuntios[c] destinavit, per quos se nobis exposuit paratum ad omne nostre beneplacitum maiestatis[z], nedum apud te et alios principes[d] in ammirationem vertitur et stuporem, set quocunque[e] fama[f] pertransit, humanus omnium inquinatur auditus. Nam ab aquilone[g] panditur tantum nephas, per[h] quod temeritati filiorum paternitatis[i] iura subsisterent[k] et perniciosum[l] exemplum contra[m] patres[n] a filiis emanaret, si, quod[o] a[p] mundi regimine[q] potest[r], imperium[s] tam evidens filialis inobedientie scelus per se et principes suos in[t] sui[u] preiudicium surdis auribus et clausis[v] oculis pertransiret[w]. (6) Quia igitur tu ceterique principes[x], qui membra estis imperii, dolere debetis, quotiens caput vestrum affligitur, nec vigere potest salus in membris, nisi capitis integritas conservetur, tibi ceterisque principibus domesticum hoc et familiare malum communicandum decrevimus[y], ut una nobiscum velut membrum cum capite doleas de tante enormitatis excessu et ad obstandum obortis[z] principiis, priusquam morbus[a] intestinus[b] invaleat, consilio et[c] auxilio, fide[d] simul et affectu[e] consurgas, ut[f] zelum[g] et constantiam principum[h] omnes agnoscant et per universum orbem fidei vestre titulus extollatur. Preterea[i] sollicitamus et hortamur attente circumspectionem tuam, quatinus iuxta tenorem aliarum litterarum[1] te prepares, nobis in proximo venientibus ad partes Fori Iulii occursurus, de felici adventu nostro nullatenus dubitando.

Datum apud Baroles, XXVIIII. Ianuarii, VIII. indictione.

**193.** y) accedente 2; accedere 3; veniente 4—9. z) eo 2—9. a) corruptionem 2; cohercionem 5. 6; coercitionem 7. b) egimus 4; gerimus 5—9. c) recipiendo 2—9. d) contra 5—9. e) prestitam 1. f) notoriam 6. 7; notorium 8; votorum 9. g) cantorem 8. 9. h) nostros *deest* 2—9. i) favore 2—9. k) fidelibus — observando *des.* 2—9. l) quod 2; o⁊ 3. m) autem 5—9. n) regressum 5—9. o) quod 2—9. p) si 2. 4—9. q) nunquam 2. 4. 5—9; mī 3. r) Sed quod ipse nequaquam diabolico instinctu non cessat nec erubescit 4. s) paterna *deest* 3. t) horribilia *add.* 4. u) a *deest* 2—5. v) in teneritate 3; in temeritate 4. 6. 8. 9. w) notabili 4. x) viros *usque* fidei *des.* 8. 9. y) obuiacionem 2—4; oblivionem 5—7. z) *loco* et — maiestatis 4: quod. a) *loco* dilectorum — Babinbergensis 2. 3. 5—9: talium. b) nos *supplevi.* c) nostram presenciam 2. 3. 6—9; vestram perseveranciam 5. d) nostros *add.* 2—9. e) quacunque 1. 6—9; quantumque 4; quantumcunque 5. f) forma 6—9. g) usque ad ceteras mundi partes *add.* 4. h) per — pertransiret *des.* 4; *loco* per quod 2: et; 3. 5—9: et quod; 7: et quia. i) paterna 2. 3. 5. 8. 9; pōna 6; poenitentiae 7. k) subsistere 3. l) per viciosum 6—8; per incensum 9. m) quam 8. n) plures 5—9. o) qui 7. p) ad 3. 5—9. q) regimen 3. 5—8; regnum 9. r) preest 2. 3. 5—8; post 9. s) impium 1; imperio 7. t) in — preiudicium *des.* 2. 3. u) suum 5—9. v) cecis 2. 3. 5—9. w) pertransiretur 1; pertransisset 5—9. x) principes *deest* 2—9. y) decernimus 6—9. z) abortis 2. 5—8; ab oris 9; *deest* 4. a) morbet 1; moribus 5. b) intestinis 2. 3; prope suis 4. c) *deest* 1. d) favore 4. e) effectu 1. 4. f) et 4—7; ad 8. 9. g) celum 8. 9; zelus et constantia principum cognoscantur ab omnibus et per *etc.* 4. h) principes 1. i) *reliqua des.* 2—9.

1) *Quae deperditae esse videntur.*

# 194–195. TRACTATUS DE NEGOTIO LOMBARDORUM.

1235. Iul. 28. – Aug. 24.

## 194. *LITTERAE GREGORII IX. AD CURIAM MOGUNTINAM. Iul. 28.*

5 *Dedit Pertz e Registri tomo V, 57, lib. IX, 169. — Rodenberg I, 547 nr. 648. Huillard-Bréholles IV, 735. Potthast, Reg. pont. Rom. 9973. Böhmer, Reg. imp. V, 7088. (P. 312.)*

Archiepiscopis et episcopis ac aliis ecclesiarum prelatis, nobilibus viris ducibus, marchionibus, comitibus et baronibus in imperiali curia constitutis.

10 Puritas fidei et devotionis immense sinceritas, quibus circa reverentiam matris ecclesie pre aliis fidelibus studetis actore Domino refulgere, nobis plenam fiduciam offerunt, quod in hiis, que secundum Deum cupimus, vos promptos et faciles habeamus. Hinc est, quod cum tempus advenerit prorogationis spatium non admittens, in quo redemptioni patrie, quam Patris eterni filius suo noscitur pretioso sanguine consecrasse, 15 efficax consilium finale et auxilium debeat provideri, universitatem vestram rogamus et obsecramur in domino Iesu Christo in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatinus pensato prudenter quod Sancte Terre negotium non possit promoveri facilius quam quod christianus populus sit in sereno pacis et concordie constitutus, omni rancore deposito, quem ex quacumque causa contra Lombardos hactenus concepistis, carissimum 20 in Christo filium nostrum Fridericum Romanorum imperatorem etc. ad hoc, sicut attentius poteritis, vestris exhortationibus inducatis, quod ipse quacumque turbatione propulsa, quam Lombardorum presumptio eidem dinoscitur induxisse, negotium Societatis Lombardie, marchie Tervisine ac Romaniole in manibus ecclesie iuxta imperialis forme tenorem[1], quam ab ipso imperatore recepimus et dicte Societatis rectoribus sub bulla 25 nostra misimus interclusam, precise ponere non omittat, sicque fiat, quod vobis causam dantibus, per quam strepitu cessante discordie possit de Lombardie provincia rebus et hominibus copiosa Terre Sancte commodum provenire, vestra sinceritas proficiat ad retributionis eterne premium, quod pacem diligentibus paravit conditor singulorum.

Dat. Perusii, V. Kal. Aug., anno nono.

## 30 195. *FORMA COMPROMISSI IMPERATORIS. Aug. 24.*

*Adhibuimus* 1) *editionem Huillardi 'Notices et extraits' XXI, 2, 360 nr. XXXIII profluam e codice Parisino 8990 saec. XVIII, apographa Rotulorum Cluniacensium (Rot. VII.) continente*[2]; 2) *apographon eorundem Rotulorum a. 1413 factum, quod exstat in tabulario Vaticano, Instr. misc. C. Fasc. 37 nr. 2 D. I, exemplatum a viro d. Kehr.* 35 *Summarium codicis Ottoboniani 2546 saec. XIII. ex. legitur in Martenei Collectione amplissima II, 1244. — Böhmer, Reg. imp. V, 2107. (P. deest.)*

Sanctissimo in Christo patri domino Gregorio[a] Dei gratia summo pontifici Fridericus[b] eadem gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem[c] et Sicilie rex salutem et reverentiam filialem.

40 **195.** a) Gr. 2. b) Fredericus 1. c) Ihelm 2.

1) *V. supra nr. 184, a. 1234. Sept.* 2) *Cf. ibidem p. 291 nr. 40.*

Recolit excellentia nostra, magistrum Petrum scriptorem et nuntium vestrum pro negotio Lombardorum pridem ad nostram presentiam destinatum tenuisse in curia nostra, donec celebraretur indicta[d] Maguntie curia generalis, ut habita super hoc plena deliberatione consilii paternitati vestre nostram reseraremus plenius voluntatem. Et ecce[e] quod eadem curia cum multitudine principum, comitum, magnatum et procerum, quanta multis retro temporibus non recolitur convenisse, sollempniter[f] celebrata, vestram latere nolumus[g] sanctitatem, quod cum de facto Lombardorum fieret sollempne[f] colloquium, adeo ex iniuriis tamdiu per Lombardos contra imperium attemptatis moles illa principum et omnium qui convenerant[h] procerum magnitudo fuit acriter incitata, quod sponte singuli personas, familias et omnes conatus virium ad ultionem iniuriarum et reformationem[i] imperii et nominatim contra Lombardos imperio adversantes, iuramento et fide prestitis, obnoxius obtulerunt, ac clamantibus cunctis et in elevationem manuum offerentibus, que iuxta consuetudinem Germanorum est vinculum iuramenti, quod statuto termino, quem in medietate primo venturi mensis[k] Aprilis de celebri constitutione curie generalis unanimiter prefixerunt in expeditionem convenientem[l], locis siquidem pretaxatis, in quibus videlicet apud Basileam pars Germanie circa Renum[m] cum inferioribus partibus et superiores partes apud Augustam, duo scilicet exercitus[n] congregati felicibus auspiciis castra movebunt, Lombardiam semoti[o] per duos viarum aditus ingressuri. Nos autem, qui vestris paternis consiliis adherentes, quanto prosperioribus[p] potentie nostre successibus gloriamur[q] et in[r] imperii nostri fastibus[s] votorum nostrorum executione[t] proficimus[u], cum maiori benignitate intendimus habere processum et innate mansuetudinis moderamine perfruentes Deo et ecclesie cupimus effici gratiores, a consilio et voluntate vestra[v] nolumus separari, providentie ac ordinationi vestre Lombardorum negotium duximus committendum, compromittentes in arbitrium vestrum secundum tenorem scripti bulla aurea insigniti, quod anno preterito in Tuscia[w] super eadem commissione et compositione[x] vobis duximus concedendum, quod per omnia ratum habere volumus atque firmum; ita videlicet quod usque ad festum nativitatis dominice primo venturum idem negotium ad honorem nostrum et imperii commode componatur. Nam si ultra dilatio compositionis accederet, intolerabile videretur, si Lombardi, sicut moris eorum est, molirentur ducere nos per verba et tam sollempnis per principes et proceres imperii expeditio iam prefixa posset frustratoriis Lombardorum dilationibus impediri. Speramus enim in actore iustitie, qui felices processus nostros moderatur et actus, quod non absque nutu eius est principibus inspiratum, ut negotium ipsum, nisi per vestram prudentiam usque ad primo venturum natale domini negotium ipsum fuerit terminatum, aggredi debeant et una nobiscum unanimiter prosequantur; et sic ceptis insisterent, ut ad decus et decorem imperii feliciter compleantur, nec poterit per compositionem revocari facile post tot impendia expensarum[y], quod in extenso brachio fortitudinis et sub vexillo iustitie requiretur[z]. Ceterum ea, que dictus magister Petrus ex parte nostra vobis exponet super hoc et aliis, indubitanter dignatio vestra credat.

1236. Apr. 15. — Dec. 25.

Datum Maguntie, XXIIII. Augusti, octave indictionis[a].

**195.** d) in dicta 2. e) ee̅ 2. f) solempn. 1. g) volumus 2. h) convenerunt 2. i) reffor-mationem 2. k) mense̲ 2. l) convenient̄ 2. m) Regnum 2. n) excercitus 2. o) *deest* 1. p) prosperibus 2. q) g̅lam 2. r) *deest* 2. s) faucibus 2. t) exequcione 2. u) profiximus 2. v) nostra 2. w) Tussia 2. x) compromissione 2. y) expen̄. 2. z) regeretur 1. a) VIII. idus 2.

# 196. CONSTITUTIO PACIS.

1235. Aug. 15.

*Proferimus e* 1) *codice bibliothecae Francofurtanae 127 (olim S. Bartholomaei), qui scripta iuridica continet*[1], *cui illata est p. 174—179 manu saeculi XIII. med. duabus columnis exarata; textum denuo contulimus, quem ante Pertzii editionem dederat Schunck 'Beyträge zur Mainzer Geschichte' I, 354; et* 2) *apographo saeculi XIII. olim civitatis Tremoniensis, quod iam asservatur in tabulario regio Monasteriensi; textum, qui caret capitibus 28 et 29, econtra autem excellit lemmatibus hic illic positis, quae in authentico prorsus defuisse putanda sunt, ante Pertzium edidit Erhard 'Zeitschrift für Archivwissenschaft' II, 190. Apographa membranae Tremoniensis continentur in duobus codicibus Statutorum Tremoniensium, codice domini Brügge vicarii oppidi Meschede saec. XIV. in. et codice bibliothecae Lubicensis saec. XIV. ex. fol. 18'*[2]. *E Lubicensi editionem principem procuravit Dreyer 'Nebenstunden' 433 (= Schönemann 'Codex für praktische Diplomatik' II, 285).*

*Pax Moguntina innovata seu confirmata est a Rudolfo rege fortasse iam a. 1273 mense Octobri ex. post coronationem Aquisgranensem*[3]; *at haec innovatio deperdita esse videtur. Deinde Rudolfus Pacem Moguntinam innovavit et in linguam vernaculam redegit Norimbergae a. 1281. Iul. 25, Moguntiae a. 1281. Dec. 13, Herbipoli a. 1287. Mart. 24, Spirae a. 1291. Apr. 8. Ordo capitum in his confirmationibus prorsus inversus*[4], *caput 29 omissum est; confirmatio anni 1287, cui consentit illa anni 1291, insuper aliquantum variata et novis capitibus aucta est. Pacem Herbipolensem denique innovavit Adolfus rex a. 1292. Oct. 2 Coloniae, auxit Albertus rex a. 1298. Nov. Norimbergae. — Huillard-Bréholles IV, 740. Böhmer, Reg. imp. V, 2100.* *(P. 313.)*

Fridericus secundus divina favente clemencia Romanorum imperator[a] semper augustus, Ierusalem[b] et Sicilie[c] rex. Imperialis eminencie solium nutu divine provisionis adepti, circa regimen subiectorum consilia nostra duplici vinculo pacis et iusticie roboranda providimus, ut per hec nominis nostri celebritas habeat quod sibi servet ad[d] gloriam, subditis ad salutem. Ex his[e] enim precipue[f] munitur auctoritas imperantis, cum in observancia pacis et execucione[g] iusticie quantum terribilis est perversis, tantum est desiderabilis mansuetis. Proinde cum ad commissam nobis rem publicam gubernandam nos urgens cura sollicitet, ut sub felici nostrorum temporum statu circa subiectos nobis imperii populos vigeat pacis et iusticie moderamen — licet per totam Germaniam constituti[h] vivant in causis et negociis privatorum consuetudinibus antiquitus traditis et iure non scripto, quia tamen ardua quedam que generalem statum et tranquillitatem imperii[i] reformabant nondum[k] fuerant specialiter introducta, quorum partem aliquam, si quando casus trahebat in causam, ficta magis[l] opinio quam statuti[m] iuris aut optente[n] contradictorio iudicio consuetudinis sentencia terminabat — de consilio et assensu dilectorum principum ecclesiasticorum et secularium in sollempni curia

**196.** a) *deest* 1. b) iherusalem 2. c) sycilie 1. d) ob 1. e) hiis 2. f) precipuis *corr.* precipue 1. g) executorē 1. h) constitui 1. i) et t. i. *desunt* 1. k) non 2. l) nugis 1. m) statui 1; statum *corr.* statuti 2. n) opt̄nte 2.

1) *E. g. Decretum Gratiani abbreviatum et rhythmice, Regularum iuris commenta Bulgarino auctore.* 2) *Cf. Frensdorff 'Dortmunder Statuten und Urtheile' p. 7. 8. 61.* 3) *Cf. ea de re Redlich 'Mittheilungen des Instituts' X, 406. 407 n. 2.* 4) *Ordo hic est: 15—20 in. 21. 20 ex. 5. 6. 3. 4. 22. 13. 12. 7. 10. 9. 8. 11. 1. 2. 14. 27. 25. 26. 28 abbrev.*

celebrata Moguncie constitutiones[o] quasdam certis capitulis comprehensas, presentibus eisdem principibus, nobilibus plurimis et aliis fidelibus imperii, fecimus promulgari. Quas in publica munimenta[p] redactas ab universis et singulis iussimus inviolabiliter observari, pena contra transgressores sacrarum[q] constitutionum edita, prout violate maiestatis[r] decus et facilitas exigit delinquentis.

1.[s] Libertates ecclesiarum et iura tanto liberalius nostra debet[t] fovere clemencia[u], quanto devocius nobis ab eisdem et earum[v] rectoribus in spiritualibus et temporalibus[w] servicium exhibetur. Statuimus igitur firmiter et districte precipimus, ut in civitatibus, opidis[x], villis et omnibus locis sacri nostri imperii episcoporum et[y] archidiaconorum[z] iurisdictioni[a] nullus iniuste resistat, set[b] eorum ordinationes[c] et iuste sentencie in[d] causis ecclesiasticis observentur[1].

2.[e] Statuimus insuper et districte iubemus, ut omnes ecclesiarum advocati fideliter eas pro viribus et posse suo defendant, sicut divinam graciam et nostrum diligunt favorem[f]. In bonis eciam advocaciarum suarum ita se racionabiles et modestos exhibeant, ut ad nos de ipsis gravis querela non veniat. Alioquin ad satisfactionem querelancium de ipsis sumemus, ut est iustum, debitam ultionem. Preterea sub obtentu[g] gracie nostre et imperii firmiter inhibemus, ne quis propter quamcumque culpam, debitum vel guerram[h] advocatorum bona ecclesiarum invadat vel[i] pignoret vel incendiis dampnificet aut rapinis[k]. Quod si[l] fecerit, convictus legitime coram suo iudice proscribatur; nec proscriptio relaxetur, nisi triplum dampni persolvatur[m] illati, duplum ecclesie cuius bona sunt, et simplum advocato.

3.[n] Sepius accidit, ut presertim inter militares viros orta contencio treugarum[o] interposicione[p] per obligationis[q] vinculum conquiescat; quia quod ex humanis erroribus per momenta subtrahitur, nisi nexui[r] pene subiaceat, in perniciem pristinam recidivat. Firmiter[2] igitur et districte precipimus, ut si is, in quo treuge violate sunt, cum eo, in cuius manum promisse fuerunt, et duobus aliis synodalibus[s] viris integri status de violatione[t] treugarum coram iudice suo per sacramenta probaverit, violator proscribatur nec umquam[u] absolvatur a proscriptione[v] preter voluntatem actoris, vel manum perdat. Si vero is, in cuius manum treuge date sunt[w], noluerit[x] veritati testimonium perhibere[y], cogatur a iudice[3], nisi declaret suam ignoranciam sacramento; alioquin convictus manum amittat. Quod si per mortem alicuius treuge fuerint violate et consanguineus interfecti aliquis[z] probaverit secundum formam iam dictam, violator convictus[a] perpetuo sit erenlos[b] et rehtlos[c].

4.[d] Oportet officio[e] iudicis merita suffragari, quia moribus debet excellere qui reatus discutit aliorum. Sanctimus[f] igitur[g] sub obtentu gracie nostre firmiter iniungentes, ut principes nostri et omnes alii, qui iudicia tenent a nobis inmediate, causas coram eis arbitratas secundum terrarum racionabilem consuetudinem iusto iudicio terminent et idem precipiant[h] aliis iudicibus, qui sub eisdem sunt et iurisdictionem

**196.** o) maguncie constituciones 2. p) monimenta 2. q) s̄carum 2. r) magestatis 2. s) *rubrum in 2 cum signo paragraphi:* De ecclesiasticis sentenciis in causis spiritualibus observandis. t) debet nostra 2. u) clementia 2. v) eorum 2. w) temporaribus 1. x) oppidis 2. y) *deest* 1. z) archiepiscoporum 2. a) iuridicioni 2. b) ß 1 *semper.* c) ordinaciones 2. d) et 2. e) *rubrum in* 2: De advocatis ecclesiarum. f) div. diligunt graciam et nostram et favorem 2. g) optentu 2. h) gerram 2. i) *deest* 2. k) pign. dampnificet incendiis aut rapinis 2. l) qui 2. m) persoluat 2. n) *rubrum in* 2: De treugis. o) trewgarum 1 *fere constanter.* p) interpositorē 1. q) obligacionis 2. r) nexu 2; pene *deest* 1. s) sinodalibus 2. t) violacione 2. u) *deest* 1. v) scriptione 1. w) d. s. t. 2. x) voluerit 1. y) peribere 1. z) a. i. 2. a) conuinctus 1. b) herenlos 2. c) rechlos 1. d) *rubrum in* 2: De iudiciis. e) officiis *sublato* s 2. f) Sancimus 2. g) *deest* 2. h) precipient 1.

1) *Cf. constitutionem Heinrici regis a. 1234 infra nr. 318, c. 13.* 2) *Cf. ibidem c. 5.* 3) *Cf. infra c. 17.*

ab eis tenent. Quod[i] qui non fecerit, districte eum[k] prout iustum fuerit puniemus, nil[l] de iure nostro[m] vel pena nobis attinente remissuri, nulli volentes in hoc parcere vel deferre[n]. Idem[o] precipimus eciam[p] a maioribus iudicibus circa inferiores iudices firmiter observari[q].

5.[r] Ad hoc magistratus et iura sunt prodita, ne quis sui doloris vindex sit, quia ubi iuris cessat[i] auctoritas, excedit licencia seviendi. Statuimus igitur, ut nullus, in quacumque re dampnum ei vel gravamen fuerit[s] illatum, se ipsum vindicet, nisi prius querelam suam coram suo[t] iudice propositam secundum[u] ius usque ad diffinitivam sentenciam prosequatur; nisi in continenti ad tutelam corporis sui vel bonorum suorum vim vi repellat[v], quod dicitur nothwere[w]. Si[x] quis aliter processerit ad vindictam, dampnum illatum adversario solvat in duplum, nulla actione[y] sibi de dampnis vel[z] gravaminibus illatis sibi de cetero[a] competente.

6. Si quis vero coram iudice sicut predictum est in causa processerit, si ius non fuerit consecutus et neccessitate[b] cogente oportet eum diffidare inimicum[c] suum, quod vulgo dicitur widersage[d], hoc diurno tempore faciat, et ex tunc usque in quartum diem, id est post tres integros dies, diffidans et diffidatus integram[e] pacem servabunt sibi[f] in personis et rebus[1]. Is autem, in quo violatum fuerit hoc statutum[g], coram iudice conqueratur; qui per se vel per[h] nuncium citabit[i] violatorem, et nisi[k] violator productus[l] super hoc vel septena[m] manu sinodalium hominum purgaverit innocentiam suam[m], quod non[k] commiserit contra hoc statutum[n], perpetuo pene subiaceat, quod dicitur erenlos unde[o] rehtlos[p].

7.[q] Cum[r] aliena invito domino non sine iuris iniuria contractentur, eo durius quis furti et falsitatis arguitur[s], quo presumptuosius aliquid[t] sibi de rei publice proventibus usurpavit. Ideoque statuimus[2], ut omnia telonea[u] tam in terris quam in aquis post mortem dive memorie patris nostri imperatoris Heinrici[v], a quocumque[w] et ubicumque instituta fuerint, removeantur omnino, nisi is qui habet coram imperatore probet, ut iustum est, se teloneum de iure tenere. Item precipimus, omnium teloneorum superadiectionem removeri et omnino cessare, et in statu[x] pristine institutionis debite permanere. Si quis autem huius[y] nostre sanctionis violator exstiterit[z] aut aliquid[a] ultra debitum et statutum extorserit vel usurpaverit in loco indebito, coram suo iudice de his[b] legitime convictus, tanquam[c] predo et populator[d] strate publice puniatur. Receptores vero teloneorum tam in terris quam in aquis debito modo teneri volumus ad reparationem poncium[e] et stratarum, transeuntibus et navigantibus[f], a quibus telonea accipiunt, pacem, securitatem et conductum, ita quod[g] nichil amittant, quatenus durat districtus eorum, prout melius possunt fideliter procurando[h]. Quicumque vero[i] tercio[k] legitime convictus fuerit coram nobis, statutum hoc non servasse, teloneum domino vacet a quo illud tenet.

**196.** i) *deest* 1. k) e. d. 2. l) vel 1, ńl (nichil) 2. m) *deest* 2. n) differre 1. o) Idem quoque 2. p) tam 2. q) iudices o. inferiores firmiter 2. r) *rubrum in* 2: Ut nemo se vindicet sine iudicis auctoritate. s) ei fuerit d. vel gravamen 2. t) *deest* 2. u) ß (set) 1. v) repulerit 2. w) quod dicitur nothwere *desunt* 1. x) *hic littera initialis rubra* 1. y) nullam actionem 1. 2. z) in 1. a) de cetero *desunt* 1. b) nēcate 1; neccītate 2. c) amicum 2. d) widersage (e above i) 2. e) firmam 2. f) sibi serv. 2. g) hoc statutum *desunt* 1. h) *deest* 1. i) scitabis 1. k) *deest* 2. l) predictus 2. m) septena manu hom. sin. super hoc purg. innocenciam suam 2. n) statum 1. o) herenlos et 2. p) rechlos 1. q) *rubrum in* 2: De theloneis et monetis. r) Dum 1, *littera prima rubra.* s) arguit 1. t) aliquit 1. u) teolonea 1; thelon. 2 *semper.* v) Henrici 1. w) quacumque 1. x) statum 2. y) huic 1. z) extiterit 2. a) aliquit 1. b) hiis 2. c) tamquam 2. d) populate 1. e) recepcionem pontium 2. f) nauganтibus 2. g) itaqȝ 1. h) procuranda *corr.* procurando 2. i) vero *adrasa littera* v 2. k) tertio 2.

1) *Cf. Heinrici regis constitutionem a. 1234 nr. 318, c. 10 et eius Pacem generalem a. 1224 infra nr. 284, c. 10.* 2) *Cf. Heinrici regis constitutionem a. 1234 nr. 318, c. 9.*

8. Districte insuper inhibemus, ne domini vel[l] civitates pretextu faciendarum municionum vel alia quacumque de[m] causa telonea vel exactiones instituant, que[n] vulgo dicuntur ungelt, in homines extra positos vel extraneos vel bona eorum, set dominus de suo vel hominum suorum bonis[o] edificet; violatoribus huius edicti nostri tanquam[p] predonibus strate publice puniendis.

9. Si bellum vel verra[q] fuerit inter aliquos, quorum alter vel uterque in strata teloneum habet[r] vel conductum, neuter illorum[s] nec quilibet alius in odium vel culpam illius, ad quem ius telonei pertinet vel conductus[t], quicquam transeuntibus rapiat, ut transeuntes per stratam securitate gaudeant et quiete. Qui contra hoc[u] fecerit, tanquam predo publicus puniatur.

10. Precipimus autem omnes stratas publicas observari et coactas stratas[1] omnino cessare.

11.[v] Statuimus firmiter[2] omnes monetas post mortem dive memorie Heinrici[w] imperatoris patris nostri omnino cessare, ubicumque et a quocumque fuerint institute; nisi qui tenet eas, prout iustum est, coram nobis ostendat, se ab imperio de iure habere. Quicumque vero monetas iniuste tenuerit, tamquam falsarius puniatur. Veteres autem monete debito modo et[x] iuste et racionabiliter observentur. Omnem fraudem et falsitatem in monetis fieri districtius inhibentes[y], preterea falsariorum pene subiacere decrevimus omnes illos qui sibi monetam sive formam aliene impressionis usurpant[3].

12.[z] Stulte presumentur[a] illicita, ubi questus improbitas[b] humanitatis beneficium actionibus venalitatis exponit. Firmiter inhibemus, ne quis conductum alicui precio prebeat, nisi ius conducendi teneat ab imperio iure feodali[4].

13.[c] Precipimus ut phalburgari[d] in omnibus civitatibus, tam in[e] nostris quam aliorum, cessent et removeantur omnino[5]. Muntmannos[f] eciam ubique penitus cessare iubemus.

14.[g] Nullus aliquem sine auctoritate iudicis provincie pignorare presumat; quod qui fecerit, tanquam predo puniatur[6].

15.[h] Cum apud omnes ingratitudinis vicium non leve sit crimen, tanto gravius est in filio puniendum, quanto paterne pietatis est inmemor, cuius beneficia nullo potuit obsequio vel devotione[i] mereri. Hac[k] igitur edictali[l] lege perpetuo valitura sanctimus, ut quicumque filius patrem suum de castris, terris aliisve[m] possessionibus violenter eiecerit aut bona ipsius incendiis invaserit[n] vel rapinis seu cum inimicis patris fedus inierit, sacramenta vel fidem prestans in paterni honoris vel bonorum ipsius grave detrimentum vel destructionem[o], quod[p] vulgo verderpnusse[q] vocatur[r]: si pater cum duobus viris bone opinionis et integri status, synodalibus[s] hominibus, eundem filium de aliquo maleficiorum iam enumeratorum coram iudice suo[p] convicerit sacramento, omnium bonorum successione, tam paternorum quam maternorum, mobilium et in-

**196.** l) *deest* 1. m) quadecumque 2. n) quod vulgo dicitur 2. o) vel bonis s. hom. 2. p) tamquam 2 *saepius.* q) gerra 2. r) habeat 1; tel. in st. habet 2. s) eorum *corr.* illorum 1. t) tel. ius vel con. pertinet 2. u) h̄ 2. v) *rubrum in* 2: De monetis. w) hinrici 2. x) *deest* 2. y) inhibemus: Preterea 2. z) *rubrum in* 2: De conductu non (n̊ *corr. ex* us) usurpando. a) presumuntur 2. b) inprobitas 2. c) *rubrum in* 2: De palburgaris et muntmannis. d) palburgarii 2. e) *deest* 2. f) Muntmannos — iubemus *desunt* 1. g) *rubrum in* 2: De pignoribus. h) *rubrum in* 2: De pena filiorum qui committunt in patres et fauctores eorum. i) deuocione 2. k) *nova divisio in* 1. l) edicta 1. m) aliis 1. n) vastaverit 2. o) destōnū 1; destitucionem 2. p) *deest* 1. q) verderprusse 1; vŏrderfnŭsse 2. r) appellatur 2. s) sinodalibus 2.

1) *Cf. Constitutionem in favorem principum a. 1232 supra nr. 171, c. 4.* 2) *Cf. Heinrici regis constitutionem a. 1234 nr. 318, c. 9.* 3) *Cf. Heinrici regis sententiam de cambiis et denariis a. 1231 infra nr. 301.* 4) *Cf. Heinrici regis constitutionem a. 1234 nr. 318, c. 12.* 5) *Cf. Constitutionem in favorem principum a. 1232 supra nr. 171, c. 10.* 6) *Cf. Heinrici regis Pacem a. 1224 nr. 284, c. 17.*

mobilium, feodis, proprietate ac hereditate sit perpetuo ipso iure privatus; ita quod nec patris nec ullius iudicis restitutione vel beneficio ullo umquam tempore[p] pociatur.

16. Filius vero, qui mortem patris fuerit machinatus aut vulnerando aut vinculando manus violentas in eum[t] iniecerit[u], si de hoc coram suo iudice fuerit[p] convictus, supradicto[v] modo omni iure omnique actu legitimo perpetuo[w] sit ipso iure privatus, quod vulgo dicitur erenlos[x] et rehtlos[y], nulla circa ipsum[z] restitucione locum habente.

17. Testes vero quoscumque pater coram iudice super hiis[a] nominaverit, non obstante consanguinitate qua patri vel filio sunt astricti, omni prorsus contradictione et exceptione[b] cessantibus[c], teneantur veritati testimonium[d] perhibere; quod si renuerint[e], cogantur[f] a iudice iure debito et consueto[1], nisi suam declaraverint ignoranciam sacramento.

18. Ministeriales vero et servilis conditionis homines eiusdem, quorum consilio et[g] auxilio filius aliquod prefatorum scelerum perpetravit, coram suo iudice[h] secundum formam supradictam[i] a patre convicti[k], supradicte pene, que[l] vulgo dicitur erenlos et rehtlos[m], perpetuo cum infamie nota subiaceant[n] ipso iure; contra quos tamen non[o] ita districte[p] procedatur, nisi prius contra filium sit processum, ut maliciis et fraudibus occurratur.

19. Sane omnes alii, quorum consilio et[q] auxilio filius contra patrem commiserit[r], convicti per testes[s], iuxta formam predictam[t] a iudice in cuius[u] iurisdictione id evenerit proscribantur; nec absolvantur a proscripcione[v], nisi dampna eorum consilio et auxilio illata persolverint, patri in duplum et iudici quod tenentur, videlicet wette[w]. Si quis vero eorundem[x] vassallus patris fuerit, nichilominus ipso iure perpetuo cadat a feodo. Si vero dominus idem feodum ei[y] quandocumque restituerit, tantumdem de bonis suis inmobilibus, vel si hec non habuerit, estimationem[z] eorum iudici suo persolvere teneatur.

20. In omnibus tamen causis memoratis sit omnis testis liber, integri status[a] et bone fame in[b] causis parium[c] principum et aliorum, sive inferiores[d] ipso[e] sint, etiam ministerialium[f]. Ministeriales vero in causis ministerialium et inferiorum, set non in causis liberorum, rustici vero et servilis conditionis homines[g] in causis non superiorum set suorum parium admittantur.

21. Si vero pater etate, infirmitate, captivitate aliave causa legitima inpeditus[h] suam non poterit iniuriam prosequi, aliquis consanguineorum ipsius inpedimentum patris expressum iuramento declarans ad eandem actionem prosequendam debeat[i] tanquam pater admitti, omni sibi iure concesso quod patri conpeteret[k]. Hiis omnibus specialibus[l] in odium et detestacionem criminis[m] contra divini et humani iuris naturalem equitatem admissi generaliter perpetuo valituris.

22.[n] Penarum est pro qualitate nocentium[o] inventa diversitas. Unde et proscriptos tanquam publicum crimen prosequimur, ut quibus inmanitas[p] flagicii[q] patriam interdixit, inpunis eciam inferatur[r] offensa. Firmiter igitur et districte precipimus et[s]

**196.** t) in eum viol. 2. u) inpeterit 1. v) suprascripto 2. w) per. leg. 1. x) herenlos 2. y) rethlos 1. z) eum 2. a) super hiis c. iud. 2. b) excepcione 2. c) cessantur 1. d) testimonio *corr.* testimonium 1. e) rennuerint 2. f) compellantur 2. g) uel 2. h) i. s. 2. i) suprascriptam 2. k) condicti 2. l) quod 2. m) rethlos 1. n) subiceant 1. o) quos non (*corr. ex* tñ) 1. p) i. d. non 2. q) uel 2. r) commisit 1. s) *ita distinguit* 2; *nulla distinctio hic et post* predictam *in* 1. t) suprascriptam 2. u) e' 1. v) a proscr. *desunt* 1. w) wedde 2. x) earundem 1. y) et 1. z) estimacionem 2. a) integratus 1. b) . In 1. 2. c) patrum 2. d) inferio ipso sunt *corr.* inferiores ipso sint 2. e) spõ 1. f) ministerialiter 1. g) h. c. 2. h) impeditus 2 *constanter.* i) debet 2. k) conpetit 2. l) spiritalibus 1. m) criminum 1. n) *rubrum in* 2: De proscriptionibus. o) nocentum 1. p) immanitas 2. q) flagiui 1. r) inp. et offeratur 1. s) p. et *desunt* 1.

1) *Cf. supra c. 3.*

statuimus, proscriptionis[t] sententiam a iudicibus in locis tantum publicis promulgandam. Nec proscripcio relaxetur, nisi sufficienti cautione[u] premissa[v], quod satisfiat[w] actori secundum[x] consuetudinem terre; quod si iudex non fecerit, nos requisiti iudicem, ut iustum est, eundem[y] puniemus. Item districte precipimus, ut omnis iudex tam princeps quam inferior nemini, qui a proscriptione[z] absolvitur, relaxet penam que dicitur wette[a], ut magis ceteri timeant[b], ne proscriptionibus involvantur.

23. Item statuimus, ut[c] quicumque per annum et diem in proscriptione imperatoris[d] perstiterit, si actor ad cuius querelam fuit proscriptus[e] de hoc ipsum legitime convicerit coram nobis, per sentenciam nostram erenlos et rehtlos[f] pronuncietur[1].

24. Item quicumque inpetitur[g] ab alio provocatus ad duellum pro crimine lese maiestatis, tamquam consilio vel[h] auxilio contra nos aut imperium aliquid attemptaverit factiosum[i], si legitimis sibi induciis prefixis[k] non comparuerit[l] suam innocenciam purgaturus, per sentenciam nostram erenlos et rehtlos[m] iudicetur. [Item pro perfidia vel homicidio quod dicitur mort.][n]

25.[o] Precipimus et firmiter inhibemus, ne quis proscriptos manu teneat vel scienter hospicio recipiat; quod si[p] fecerit et de hoc legitime convictus fuerit, tanquam proscriptus puniatur[2], nisi septima manu sinodalium hominum integri status ignoranciam[q] suam primo declaret. Ubicumque proscriptus interdicitur vel invaditur[r], a nemine defendatur; et si quis eum scienter defenderit et de hoc legitime convictus fuerit, eadem culpa teneatur et tanquam proscriptus iudicetur[s].

26. Nulla civitas vel opidum[t] proscriptum teneat scienter[u]; nullus eum defendat, si ei malum aliquod inferatur; nichil ei[v] detur gratis; nemo secum in emptione vel venditione participet[w], set in omnibus evitetur. Si civitas eum[x] communiter scienter tenuerit, si est murata[y], murum eius[v] iudex terre destruat; hospes eius ut proscriptus puniatur; domus eius diruatur. Si civitas muro caret, iudex eam succendat, nec ulli liceat eam defendere. Si civitas se opposuerit, tam civitas quam homines qui se opponent[z] cadant ab omni iure suo. Si iudex, in cuius districtu[a] est, hoc facere nequeat, significabitur[b] nobis, et nos illud exequi faciemus.

27.[c] Interciditur[d] nocendi materia, si fautoris[e] occasio subtrahatur. Unde etiam[f] secundum iura civilia pari pena prosequimur[g] et fures et eos qui per participationem[h] depositi vel empti[i] sinum furantibus prebuerunt. Statuimus itaque, ut quicumque scienter emerit rem predatam[k] vel furtivam[l] vel hospes fuerit, id est[m] scienter receptor[n] non[o] proscriptorum[p] predonum aut[q] furum, si de hoc legitime semel[r] convictus fuerit, domino cuius res erat solvat in duplum. Si secundo[s] convictus fuerit hoc fecisse, si res predata fuerit, tanquam[t] predo, si furtiva, tanquam[t] fur puniatur.

28.[u] Trahunt ad se sollicitudinem imperii regimen et diversarum negocia terrarum et regionum, que cum semper expediat per nostram diligentiam expediri, querelancium

**196.** t) proscripcionis 2. u) caucione 2. v) promissa 1. w) satisfaciat 1. x) iuxta 2. y) e. ut i. est 2. z) proscripcione 2 *constanter.* a) wedde 2. b) timorem habeant 2. c) Item perfidia vel homicidio quod dicitur mort ut *etc.* 1; *hanc sententiam, inserto* pro, *infra c. 24 collocandam censuit Pertz.* d) imperator' 1. e) p. fuerat 2. f) rethlos 1. g) impetitur 2. h) et 2. i) *i. e.* proditorium; factuosum 1; facinorosum 2. k) p. i. 2. l) apparuerit 1. m) rethlos 1. n) *v. not.* c. o) *rubrum in* 2: De proscriptis. p) qui 2. q) innocenciam *corr.* ignoranciam 2. r) proscriptus vel interdictus invaditur *legi vult Frensdorff.* s) tenetur 1. t) oppidum 2. u) s. p. t. 2. v) *deest* 1. w) in empc. u. uendic. secum p. 2. x) cum 1. y) m. est 2. z) qui se op. *desunt* 2. a) districtum 1. b) significetur 2. c) *rubrum in* 2: De emptoribus rei publice (*leg.* predate) vel furtive. d) Interdicitur 1. e) fauctoris 2. f) eciam 2. g) persequimur 2. h) participacionem 2; qui participatione 1. i) e. v. d. 2. k) perditam 2. l) furatam 2. m) . i . *in loco raso, eadem manu* 2. n) receptator 2. o) *deest* 2. p) *deest* 2; prescriptarum 1. q) et 2. r) s. l. 2. s) de hoc *add.* 2. t) tamquam 2. u) *capita 28 et 29 des.* 2.

1) *Cf. Pacem Heinrici regis a. 1224 nr. 284, c. 19.* 2) *Cf. ibidem c. 15. 19.*

causas, quibus personaliter presidere non possumus, per virum probate fidei, opinionis honeste, prepositum iudiciis loco nostri volumus terminari. In quo preter hec, que nostre censure specialiter reservavimus, inviolabile iudicium attendatur. Statuimus igitur, ut curia nostra iusticiarium habeat, virum libere conditionis, qui in eodem 5 persistat officio ad minus per annum, si bene et iuste se gesserit. Hic singulis diebus iuditio presideat, exceptis diebus dominicis et aliis festis maioribus, ius reddens omnibus querelantibus, preterquam de principibus et aliis personis sublimibus in causis que tangunt personas, ius, honorem, feoda, proprietatem vel hereditatem eorundem, et nisi de causis maximis; predictorum etenim discussionem et iudicium nostre celsi- 10 tudini[v] reservamus. Hic iudex terminos sive dies in illis arduis causis eorundem, que ad ipsum[w] spectant, non prefiget sine nostro speciali mandato. Reos non proscribet[x] nec a proscriptione absolvet; hec namque auctoritati nostre[y] excellencie reservamus. Et idem iurabit, quod nichil accipiet pro iuditio, quod nec amore nec odio, nec prece nec precio, nec timore nec gracia, nec alia quacumque de causa iudicabit aliter quam 15 iustum sciat vel credat secundum conscienciam suam bona fide sine omni fraude et dolo. Eidem dimittimus et assignamus iura, que ex absolutione proscriptorum proveniunt, que[z] vulgo dicuntur wette — eorum dumtaxat[a] quorum cause coram eo tractate sunt — ut benevolencius iudicet et a nullo munera recipiat. Quam penam nemini relaxabit, ut homines proscriptionem pocius timeant.

20 29. Idem habebit notarium specialem, qui nomina proscriptorum scribet et actorum et causam ipsam sive[b] querelam et diem quo proscriptioni involventur, item nomina absolutorum a proscriptione et actoris propter quem proscripti fuerunt, causam et diem absolucionis, fideiussorum absoluti nomina, qui sint et unde sint, sive aliam cautionem quam prestat absolvendus iuxta consuetudinem terrarum pro satisfactione querelantis. 25 Idem recipiet litteras continentes querelas et servabit. Idem nullam aliam curam negociorum curie[c] habebit. Idem scribet nomina eorum, qui accusantur vel denunciantur tanquam nocivi terre, et infamium[c*] et eorum nomina, quando a suspitione absolvuntur, delebit. Idem scribet omnes sentencias coram nobis in maioribus causis inventas maxime contradictorio iuditio optentas, que vulgo dicuntur gesamint urteil, ut 30 in posterum in casibus similibus ambiguitas rescindatur, expressa terra secundum consuetudinem cuius sentenciatum est. Idem erit laicus propter sentencias sanguinum, quas clerico scribere non licet, et preterea ut, si[d] delinquid in officio suo, pena debita puniatur. Item iuramentum prestabit secundum formam iuramenti qualiter iusticiarius facit, et quod fideliter et legaliter se habebit in officio, nichil[e] scripturus et facturus 35 contra ius et debitum secundum conscienciam bone fidei, omni dolo et fraude cessante.

Ad generalem statum et tranquillitatem imperii edite et promulgate sunt hee constituciones de consilio et assensu principum tam ecclesiasticorum quam secularium nec non[f] plurimorum nobilium[g] et aliorum fidelium imperii, in sollempni curia[c] celebrata Maguncie[h]. Anno incarnationis Domini[i] MCCXXXV[k], mense Augusti[l], indic- 40 tione VIII, imperante domino Friderico secundo Dei[m] gracia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem[n] et Sicilie[o] rege, anno imperii eius XV, regni[p] Ierusalem[n] X, regni[p] vero[q] Sicilie[o] XXXVII; feliciter amen.

**196.** v) celsitudinis 1. w) ipsis *corr.* ipsum 1. x) prescribet 1. y) et *add.* 1. z) quo 1. a) Eor,d' taxat 1. b) sine 1. c) cur̄ 1. c*) *correxi;* infamiam 1. d) *ita correxi;* se 1. e) *ita* 45 *corrigenda videbatur codicis lectio* v (t) *in* n (l). f) *pro* nec non 1: ē. g) *deest* 2. h) Maguntine 1. i) dominice 2. k) M.CC. tricesimo V. 1. l) augusto 1. m) Dei — rege *des.* 1. n) iherusalem 2. o) scicilie 2. p) regno 2. q) *adscriptum* 2.

## 196a. *VERSIO GERMANICA.*

*Chronica regia Coloniensis (ed. Waitz p. 267) de curia Maguntina haec verba facit:* Ubi fere omnibus principibus regni Teutonici convenientibus, pax iuratur, vetera iura stabiliuntur, nova statuuntur et Teutonico sermone in membrana scripta omnibus publicantur. *Membranae eiusmodi Teutonico sermone tunc conscriptae exempla nulla genuina iam superesse videntur. At leguntur in codicibus, qui in diversis Germaniae partibus exarati sunt, textus Germanici formae complures, quae, licet inter se singulis locis discrepent, in universum tamen ita conveniunt, ut eas a forma quadam communi derivatas esse censeamus. Quam formam eam fuisse, in quam pax a. 1235 redacta erat, consentaneum est. Tres vero formas textus Germanici codices servaverunt, quae ab invicem cum ordine capitum tum aliis differunt.*

*I. Primam formam servavit solus* M *codex latinus Monacensis 16083 (S. Nicolai Pataviensis 83) membr. saec. XIII. med. seu ex., qui Summam decretalium Bernardi Faventini continet, fol. 2; iam olim exemplavit b. m. Föringer; textus medio in capite 27 abrumpitur, ita ut capita 25. 26. 28. 29 excidisse videantur. Forma I. eo imprimis excellit, quod imperator singulas normas non persona ut dicunt prima pronuntiat sed persona tertia inducitur. Quod a textu latino et a reliquis formis Germanicis alienum nequaquam formae genuinae Germanicae proprium fuisse mihi videtur*[1].

*II. Secunda forma, quae cum prima in ordine capitum plane concordat ideoque ad genuinam formam proxime accedere videtur, nonnisi depravata et deturpata in codicibus recentioribus servata est. Qui sunt:* G *codex bibliothecae universitatis Gissensis 974, chart. anno 1472 exaratus*[2], *qui fol. 246' textum praebet satis malum et a librario recentioris sermonis Teutonici, male intellecto antiquiore idiomate, depravatum. Multo peior autem est textus* H *codicis Palatini 461 bibliothecae universitatis Heidelbergensis chart. a. 1504 exaratus fol. 65', quem typis excudi fecit Zoepfl 'Heidelberger Jahrbücher' 1858, 655 et 'Alterthümer des deutschen Reichs und Rechts' II, 394. Codex, qui librum quem dicunt 'Sächsisches Weichbild' continet*[3], *archetypum sapit idiomate Germaniae inferioris conscriptum, quod cum librarius multotiens perperam seu omnino non intelligeret, mendis innumeris et omissionibus textum spurcavit. Codicem Gissensem in suos usus vertit editio Senckenbergii 'Neue Sammlung der Reichstagsabschiede' I, 19, qui tamen et alterum bibliothecae suae codicem adhibuit eumque recentiorem, quem potissimum secutus esse videtur. Quae cum ita sint, sub siglo* S *eas modo editionis Senckenbergianae lectiones adnotavimus, quae a codice Gissensi discrepant. Menda et falsas codicis* H *lectiones adnotari supervacaneum duximus, exhibuimus tamen omissiones omnes et omnia quae ad textum emendandum aliquod facere videbantur. Forma II. excellit additamentis sub calce capitum 22. 12. 29 et addito capite singulari de fenore clandestino; caret tamen capite 9.*

1) *Alia est opinio viri d. Zoepfl 'Alterthümer des deutschen Reichs und Rechts' II, 386 sq., qui textum codicis Monacensis hac de causa genuinam formam versionis Germanicae esse arbitratus est. Equidem tamen non intelligo, cur et quomodo, si persona tertia formae genuinae propria fuisset, librarii codicum reliquorum omnes (formarum II. et III.) eam in primam personam mutassent.* 2) *Codex Gissensis continet: a) Speculum Suevicum; b) bullae aureae versionem Germanicam; c) epistolam concilii Constantiensis ad episcopos Maguntinum, Argentinum, Herbipolensem datam a. MCCCXVII. (leg. 1417) II. Non. Sept. 'Zu strafen die schedlichen'; d) versionem nostram; e) versionem amplificatam constitutionis Friderici II. in basilica b. Petri datae a. 1220 (supra nr. 85); f) versionem amplificatam pacis Friderici I. a. 1152 datae (supra tom. I, nr. 140), quam presso pede sequuntur haec: g)* Item der den andern dotet oder erschlaget zu unrechte, dem sol man sin heubt abeschlagen; aber in einer andern stat spricht keiser Heinrich vor ein recht, man sol im beide hende abeschlagen oder ein heubt; *h) versionem amplificatam pacis Roncaliensis Friderici I. a. 1158 (supra tom. I, nr. 176).* 3) *V. descriptionem codicis in editione huius libri a viro d. von Thüngen Heidelbergae 1837 instructa.*

*III. Tertiam formam, quae ordinem capitum paullulo diversum instituit, servaverunt* W *codex bibliothecae Guelferbytanae 1642 (Ms. Aug. 3. 1. fol.) membr. saec. XIV, in quo fol. 1—3 versio nostra eadem manu exarata praecedit Speculum Saxonicum innumeris picturis ornatum*[1]*; textum exemplavit iam olim b. m. Homeyer. Cum codice hoc intime cohaeret codex antiquior Speculi Saxonici, qui et ipse iisdem fere picturis exornatus est,* D *Dresdensis M. 32 membr. saec. XIII—XIV*[2]*, ubi fol. 1—1' eadem manu illata est pars prior versionis nostrae, capita 15—21. 5. 6 cum rubro capitis 7; folia duo excidisse videntur, nam folium 2 medio in indice Speculi Saxonici incipit:* weide zu zinse tun. lxv. len an gerichte *etc. In utroque codice, Dresdensi et Guelferbytano, prima pagina una columna, reliquae duabus exaratae sunt, lectiones mirum in modum conveniunt, neque tamen Guelferbytanus a Dresdensi pendet. Idioma utriusque est Thuringicum, quod vocamus 'mitteldeutsch'. Eiusdem formae est* B *codex bibliothecae Basileensis C. V. 26 chart. saec. XV*[3]*, quem iam olim exemplavit b. m. Wackernagel; casu ut videtur exciderunt capita 7. 9. 10. 8. 11; in fine post c. 27 addita est norma de pignoratione. Forma III. excellit sententia intercalata c. 16 et additamento sub calce capitis 29 eodem atque in Forma II*[4]*.*

*Ordo capitum harum trium formarum, cui adiungimus ordinem capitum constitutionum Rudolfi regis, est hic:*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *I.* | a *15—21. 5. 6* | b *3. 4. 22. 13. 12* | c *7. 9. 10. 8. 11* | d *1. 2. 14. 27* | e *excidit.* |
| *II.* | a *15—21. 5. 6* | b *3. 4. 22. 13. 12* | c *7. 10. 8. 11* | d *1. 2. 14. 27* | e *25. 26. 28. 29* |
| *III.* | a *15—21. 5. 6* | c *7. 9. 10. 8. 11* | b *3. 4. 22. 13. 12* | e *25. 26. 28. 29* | d *1. 2. 14. 27* |
| R. | a *15—20 in. 21. 20 ex. 5. 6* | b *3. 4. 22. 13. 12* | c *7. 10. 9. 8. 11.* | d *1. 2. 14. 27* | e *25. 26. 28 abbrev.* |

*Si ordinem formae III. perversum esse statuerimus, hac synopsi elucebit, ordinem constitutionem Rudolfinarum recedere ad ordinem formae genuinae versionis Germanicae. Non est quin moneamus, textum formarum I—III. haudquaquam derivatum esse ab ulla istarum constitutionum, in quibus omnibus imprimis caput 29 desideratur. Neque verisimile videtur, textum illum niti constitutione Rudolfi regis a. 1273 promulgata iam deperdita. Textum potius ad Pacem Moguntinam Friderici II. revera recedere eo probatur, quod in lemmatibus formarum I. et III. sermo est de imperatore anonymo et quod additamentum post caput 28 positum, quod legitur in II. et III. et etiam in I. exstitisse videtur, exordium capitis 28 textus Latini sapit. At sunt quae ad sententiam nos inducunt, constitutionem quandam Rudolfi adhibitam esse ad supplendum seu interpolandum textum archetypi formarum nostrarum. Nam fere omnia additamenta, quae in iis obvia sunt, etiam in constitutionibus Rudolfinis leguntur*[5]*, neque cogitandum est, his additamentis textum Germanicum genuinum abundasse.*

*Editionem nostram ita instruximus, ut servato ordine capitum formarum I. et II, ordinem capitum formae III. illi adaptaremus, singula capita autem numeris textus Latini distingueremus.* *(P. 571.)*

1) *Cf. Homeyer 'Rechtsbücher' nr. 697. Apographon huius codicis est Gissensis 961; cf. ibidem.* 2) *Cf. ibidem nr. 168.* 3) *Continet Teutonico sermone Karoli IV. bullam auream, enumerationem ordinum imperii, constitutionem nostram, recessum curiae Norimbergensis a. 1431, Friderici III. reformationem Francofurtanam a. 1442.* 4) *Codex Statutorum Tremoniensium Lubicensis supra p. 241 laudatus fol. 9' continet textum Germanicum, qui tamen, ut probatur exordio a Frensdorffio l. c. p. 7 allegato, constitutio Rudolfi a. 1281. Iul. 25 est. Et ipsa legebatur in codice deperdito Speculi Suevici, quem Rockinger vetustissimum esse contendit; v. exordium 'Sitzungsberichte der Münchener Akademie' 1867, tom. II, 437.* 5) *Quae sunt haec: c. 16 (III.); c. 3 (I—III.); c. 22 bis (I. II. et I—III.); c. 7 (I—III.); c. 8 (I. II.).*

**I.**

Ditz ist der fride und ez gesetze, daz der keiser hat getan mit der fursten rat uber alle Diutschiu rich.

**II.**

Kaiser Friderich gesetz[a].

Item[b] wir setzen und gebieten von unserem keiserlichem gewalt und mit der fursten rat und mit anderen des richs truwen mannen.

**III.**

Dis[a] recht saczte der keiser zu Mence[b] mit der vursten willekor.

Wir sezzen unde[c] gebiten mit unser keiserlichen gewalt unde mit der[d] vursten rate unde mit andern des riches getruwin mannen.

**I.** (15) Swelch sun sinen vater von sinem eigen oder von sinem erbe oder von sinem gůt verstozet oder brennet oder roubet, oder wider in ze sinen vienden swert mit eiden, daz uf sins vater ere gat oder uf sine verderbnusse, beziuget ez sin vater ze den heiligen vor dem rihter mit zwein sentbarn mannen, der sun sol sin verteilet eigens und lehens und varends gůtes und berlichen[1] alles des gůtes, des er von vater und von můter erben solde, ewichliche, also daz im weder rihter noch der vater wider gehelfen mag, daz er dehein reht ze den gůte gewinnen muge.

**II.** (15) Welicher sun sinen vatter von sinen burgen[c] oder von anderem sinem gut stoset[d] oder brennet oder in raubet, oder zu sines vatter fiende sitzt[e] mit truwen oder mit eiden, das[f] uff sins vatter ere gat oder uff sins vatters verderpnisse, uberzuget[g] in des sin vatter uff den heiligen vor sinem richter mit zweien semper[h] mannen, die[i] nieman mit recht verwerfen mag, der sun sol sin verteilt egens und lehens[k] und varendes gutes und warlichen alles guts, das er erben sol von vatter und von muter, ewiglichen, also das im weder richter noch der vatter niemer wider gehelfen moge, das er kein recht immer me gewinnen moge zu demselben gute.

**III.** (15) Swelch[e] son[f] sinen vater von sinen burgen oder von anderen sinem gute vorstozet oder[g] vorburnet oder roubit, oder zu sines vatir vienden sichert mit truwen oder mit eiden, das uf sines vater ere gat oder uf sine vorterpnisse, bezuget in des sin vater zu[h] den heiligen vor sime richtere mit zwen seintbaren[i] mannen, di nimant mit rechte[k] vorwerfin mag, der son sol sin vorteilt[l] egenes unde lenes unde varndis gutes unde[m] werlichen alles gutes, des he von vater oder von muter[n] erbin solde[o], eweclichen, also das im wedir richter noch[p] vater nimmer wider gehelfin mag, das he kein recht zu dem selbin gute immer gewinnen muge.

**I.** (16) Swelch sun an sins vater lib ratet oder vrevelichen angrifet mit wnden oder mit vanchnusse, und er daz vor dem rihter beziuget, als hier vor geschriben ist, der selbe si elos[a]

**II.** (16) Welcher sun [an] sins vatter lip rettet[l] oder in frevelichen angrift mit wunden oder mit gefencknisse, wirt er des vor sinem richter uberzuget, als hie vorgeschriben ist, derselb si er-

**III.** (16) Swelch[e] sun an sins vatir lip retet odir[q] vrevelichen angrift mit wundin oder mit[r] gevencnisse[s] oder in keiner hande slachte[t] bant legit, das gevengnisse heisit[2], wirt

**196a.** I. a) elos *corr.* ēlos *M.*

II. a) *rubrum in H:* Hy vahen sich an die keyserlichen recht dy aufgesatzt sint von keyer Otten und durch seyne lantherrn. b) *deest H, et certo ubique delendum est.* c) von seinem baote *H.* d) vorstoret *H.* e) seinem vater vinschaft sucht *H.* f) er *add. G.* g) uber zugat *G.* h) schepplinbaren *H.* i) die — mag *des. H.* k) den mag man mit rechte vorteilen erbes und eigens *H.* l) redt *H.*

III. a) *rubrum in B:* Constitutio Friderici II. anno MCCXXXVI. Moguntiæ promulgata. b) mentze *D.* c) vñ *W semper; D fere semper.* d) der vursten rate unde mit *des. W. D.* e) Welch *B.* f) sun *D, similia semper.* g) od' *W saepius;* odir *D semper.* h) by *B.* i) semper *B.* k) ze recht *B.* l) verteilt sin *B.* m) unde — gutes *des. B.* n) von můter oder von vatter *B.* o) sol *B.* p) oder *B.* q) in *add. B.* r) *deest W.* s) vangnusse *B.* t) *aut* slachte *aut* hande *superfluum;* in dehein bant *B.*

1) *i. q. bärlichen, manifeste.* 2) *His similia leguntur in Constitutionibus pacis Rudolfi regis a. 1281. Iul. 25. Dec. 13; a. 1287. Mart. 24; a. 1291. Apr. 8.*

und rehtelos ewichlichen, also daz er niemer wider chomen mag mit deheiner slahte dinge ze sinem rehte.

loß[m] und rechtloß ewiglichen, also das er nimer mer wider komen moge zu sinem rechten.

he des vor sime richtere vorzuget[u], alse hi vor gescribin ist, der selbe ist erlos[v] unde rechtelos ewiclichen, das[w] he nimmer widir kummin mag zu sime rechte.

(17) Alle die der vater nennet ze zeuge vor dem rihter uber alle die sache die hie vor geschriben ist, die ne suln des niht uber werden[b] durch mageschaft noh durh deheiner slahte dinch, sin gesten dem vater der warheit. Der des niht tun wil, den sol der rihter darzu dwingen, ez ensi daz er vor dem rihter ze den heiligen swer, daz er drumbe nine wizze.

(17) Alle die der vatter niemet zu gezuge vor[n] dem richter umb die sache die hie vor geschriben ist, die sollent des nicht uber werden durch magschaft[o] noch durch keinerlei ding, sie[p] gestan dem vatter der warhait. Der das nit thun wil, den sol der richter darzu zwingen[q], das er zu den heiligen schwere, das er darumb nicz wise.

(17) Alle die der vatir nennet zu gezuge[x] vor dem richtere uber alle di sache di hi vor geschriben sint, di suln des nicht uberig[y] werdin durch magschaft[z] noch durch keiner hande[a] ding, si en gestein[b] deme vatere der warheit. Der des nicht tun en wil, den sal der richter dar zu[c] twingen, is en si[d] das he zu den heiligen swere vor dem richtere, das he dar umme nicht en wisse.

(18) Hat der vater dienstman oder ist daz er eigen liute hat, von der rat oder von der helfe der sun dirre dinge deheinez tůt wider sinen vater, der hie oben geschriben ist, beziuget daz der vater uf sie, als hie geschriben ist, selbe dritte zen heiligen, die selben sint elos und rehtlos ewichlichen, also daz sie niemer mugen widerchomen ze reht mit deheiner slaht dinge. E daz sie elos beliben und rehtelos, so můz der vater e haben den sun uberwunden[c] vor dem rihter.

(18) Hat der vatter dienstmanne oder eigen leute, von der rate oder helfe der sun wider den vatter dirre ding dheines begat, die hie vorn geschriben sint, uberzuget sie[r] des der vater selb dritte uff den heiligen vor sinem richter, die selben sint erloß[m] und rechtloß ewiclichen, also das sie nimmer komen mogen zu irem rechten. Der vater mag aber uff die lute nichtes[s] bereden das er uff den sun beredet.

(18) Hat der vater dinstman oder eigene lute[e], von der rate oder[f] helfe dirre dinge dicheins tut der son[g] wider sinen[h] vater, alse hi vore gescriben ist, bezuget en des sin[i] vater vor sinem richtere[k] selbe dritte zu den heiligen, di selbin sint[l] erlos unde rechtelos eweclichen[m], das si nimmer wider kumen mugen zu irme rechte mit[n] dicheiner slachte dinge. Der vater mag aber uf di lute, si sin dinstman[o] oder eigen, nicht beredin mit disen dingen[p], so das si[q] erlos unde rechtelos sin[r], he en habe is[s] er uf den son brocht[t].

(19) Aller slaht liute die des vater dienstman oder eigen nine sint, mit der rat oder mit der helfe der sun wider den

(19) Allerschlechte ander lute die des vatters tagewerker oder dienstmanne nit ensint[s], mit der rat oder hulf der sun widder

(19) Aller slachte ander lute di des vater dinstman oder eigen nicht sin, mit der rate oder[u] helfe der son wider sinen[v]

**196a.** I. b) winden *M.* c) uberwuden *M.*

II. m) erbloss *H.* n) vor dem richter *des. H.* o) manschafft *G.* p) sie — warheit *des. H.* q) es si denne *exciderunt.* r) sie — vater *des. H.* s) nichtes — ensint *(c. 19) des. H.*

III. u) uberzuget *B.* v) elos *D.* w) also das *B.* x) gezugen *B.* y) nit des uber *B.* z) manschaft *W. D.* a) slacht *B.* b) gesten *D.* c) *deest W. D.* d) denne *add. B.* e) oder ist er also das er eigen lut hatt *B.* f) von der *add. B.* g) der sun dirre ding deheins tut *B.* h) den *B.* i) bezuget es der *B.* k) als hie vor geschriben ist *add. B.* l) *deest B.* m) sin sollen also *B.* n) mit — dinge *des. W. D;* deheiner slacht ding *B.* o) dienstmann *B;* dinst *W. D.* p) mit d. d. nicht bereden *B.* q) daz sy do von *B.* r) beliben *B.* s) *deest B.* t) beredet *B.* u) mit der *add. B.* v) den *B.*

vater der dinge deheinz getan hat, diu hie vor geschriben sint, uberziuget sie der vater des, als hie gescriben ist, der rihter, in des gerihte daz geschehn ist, sol dieselben in die aht tůn und sol si niemer dar uz lan, sin gelten dem vater sinen schaden zwivalt, den er von ir rat oder von ir helfe genomen hat, und dem rihter sin reht. Hat derselben deheiner lehen von dem vater, daz selbe lehen sol dem vater ledich sin zehant, so er in uberwindet, und solz im niemer wider gelihen; oder lihet erz im wider, so sol er dem rihter sins lehens oder sins eigens als vil geben; oder hat er des niht, so sol er als vil silbers geben, als tiure daz lehen ist.

(20) An allen disen sachen, die hie geschriben sint, mag ein igelich sentbere friman, der sin reht hat, dem vater, er si furst oder sus ein friman, helfen diz beziugen, swa erz weiz.

den vatter dirre ding keins beget[t], uberzuget sie des der vatter mit zweien semper mannen[u], der richter sol dieselben lute in die acht thun, und sol si niemmer mer daruß lassen bitz sie dem vatter zwifalt vergelten den schaden, den er von ir rat und von ir helf genomen hat, und dem richter sin recht[v]. Hat derselbe enkein lehen von dem vater, das sol im[w] ledig sin; das sol er im niemmer wider gelihen; oder lihet ers im daruber wider, so sol ers[x] dem richter zwirnt[y] als vil bessern[z] mit anderm sinem gut.

(20) Umb alle dise ding, die hie vor geschriben sint, mag ein iglich semper friman[a], er si furst oder sunst ein hoch friman[b], dem vatter helfen bezugen[c], ob[d] ers wiste. Ein dinstman mag es auch bezugen mit andern dinstmannen, ein eigen mit sinem genossen. Die nidern[e] mogen es nicht den hohen[f] gehelfen.

vater dirre ding inkein[w] tut[x], di hi[y] vor gescriben sint, bezugit si des der vater, alse hi vor gescriben is, der richter, in des gerichte das geschen is, sal di selbin lute[y] in di achte tun unde sal si nimmer dar us gelasin, si en gelden dem vater sinen schadin zwivalt, den her[z] von en oder von irre helfe genomen hat, unde dem richter sin recht. Hat der selbin ichein[a] len von dem vatere, das selbe len sal dem vatere ledig sin zu hant[b], so he en uberwindet, unde sal is im nimmer wider[y] gelien; oder liet he's im wider, so sal he dem richtere sins eigens odir sins lenes also[c] vil in sine gewalt lien oder brengin; hat he der keins[d] nicht, so sal he im also vil silbirs gebin, also ture[e] so[y] das len ist.

(20) An allen disen sachen, di hi vor[f] geschribin sint, mag ein iclich seinbare[g] vriman, der[h] sin recht hat, dem vatir, es si vorste oder sus ein hoch vriman, helfin das bezugen, swenne he's[i] vor war weis[k]. Ein dinstman mag is ouch bezugen mit andern dinstmannen, ein eigen man mit sinen[l] genosin, ein[m] gebur mit sinen genossin. Ein iclich vriman hilfet des ouch wol einem dinstmanne[n], ab he's[i] weis. Ein dinstman hilfet des[o] ouch wol deme der sin undirgenos[p] is[q]. Di nideren en mugen's den hogern[r] nicht gehelfin.

**196a.** II. t) die hie vor gesagt sint *add. recte H.* u) mit zwen scheppenbaren leuten *H.* v) gelt *add. H.* w) dem vater *H.* x) er *H.* y) zwir *H.* z) geben *H.* a) offinbar und scheppenbar freier man *H; oder add. G.* b) ein hoffeman *H.* c) zwingen *G;* beczeugen *H.* d) *pro* ob ers wiste *H:* auf den sun. e) andern *G;* niden *H.* f) *sic S;* lehen *G;* herren *H.*

III. w) *correxi;* irkein *W. D;* deheines *B.* x) getan hatt *B.* y) *deest B.* z) he *D.* a) dichein *D;* deheiner *B.* b) so hant *add. D.* c) also — brengin *des. B.* d) oder hatt er des *B.* e) tůyre *D.* f) obnan *B.* g) semper *B.* h) der — hat *des. B.* i) hes *W;* hez *D.* k) weiz *D;* wo er das weis *B.* l) sinem *B.* m) ein — genossin *des. B.* n) ein dienstman *B.* o) *deest W. D;* es *B.* p) undir genoz *D.* q) *deest W. D;* ist *B.* r) hohen *B.*

(21) Ist der vater von gevanchnusse oder von siechtům oder von ander ehaft not darzu wrden, daz er ditz reht niht gefurdern mag, so sol ez siner mage einer tun, und sol derselbe mag bereden ze den heiligen, daz den vater ehaft not irret, daz er dar niht chomen moht, und sol die not nennen; und swenn er daz beredet, so sol man im rihten umb die sache an des vater stat, als ob der vater da ware.

(21) Ist das der vater von[g] ehaftiger not das recht nit gevordern mag, so sol es siner mage einer thun, und sol derselbe mag beschweren uff den heiligen, das den vatter ehafte not zwinget und[h] irret, und sol die not benennen. Wann er das gethut, so sol man im richten an des vatters stat umb alle diße sache, als ob der vatter selb do were.

(21) Ist aber das der vatir von[s] gevencnisse odir von[s] suche oder von[s] andirre[t] ehafter not das recht nicht gevordern mag, so sal is siner mage einer tun, unde sal der[u] mag[v] beredin zu[w] den heiligen, das den vater ehafte not nicht lest, das he dar[x] kumen mag, unde sal di not benennen. Unde swen he's[y] beredit, so sal man im richten uber[z] di sache an[a] des vater stat, also ab der vater selbe da were.

(5) Der keiser hat gesetzet und geboten: swaz schaden iemen an deheiner[d] slahte dinge gesche, daz er des selbe niht enreche, ern chlagez e sinem rihter, und volge siner chlage ze ende als da reht ist, ez ensi als verre daz er ze hant da si, und er ziuge, daz er durh sinen lib oder sin gut ez[e] můse tůn ze not were. Swer sich anders richet denne hie geschriben ist, swaz schaden er drumbe tůt, den sol er im zwivaltech gelten, und swaz schaden im geschehn ist, der sol verlorn sin, und sol niemer deheine chlage nah dem gewinnen.

(5) Item[i] wir setzen und gebiten: was sache[k] ieman in keinerlei hand dinge geschach, das er das icht reche, er clage es sinem richter und volge siner clage an ein ende; es ensi dann das er sich zu not muße weren sines libes und sines gutes. Wer sich anders richet ane clage, was schaden er sim widdersachen tut, den sol er im zwifaltig gelten, und was schaden im[l] von sinen widdersachen vor geschehen was, der sol verloren sin.

(5)[b] Wir sezcin unde gebiten: swas schadin imande an keiner slachte[c] dinge gesche, das he's[y] selbe nicht reche, he en clage alrest deme[d] richtere unde volge siner clage zu ende, alse recht is, is[e] en si[f] also verre das[g] he sinen lip da unde sin gut notwerende si. Swer sich andirs richit den hi vor[h] geschriben ist, swas schadin he da inne[i] tut, den sal he[k] zwivalt geldin, unde swas[l] schadin im geschiet[m], der sal vorlorn sin, unde en sal nimmer keine clage da noch[n] gewinnen.

(6) Swer aber sine chlage volfuret, als da geschriben ist, wirt im niht geriht, und můz er durch not sinem viend widersagen, daz sol er tůn bi tage; und von dem tage so er im widersaget hat unz an den vierden tag, so ne sol er im deheinen schaden tun, weder an

(6) Wer aber sin clage volfurt, also da geschriben ist, wirt im nicht gerichtet, und muß er[l] durch not sinen vinden widdersachen, das sol er thun bi tage; und von dem tage bitz an den vierden[m] tag sol er im keinen schaden thun weder an libe noch an gut; so hat er

(6) Swer aber sine clage richtit[o], als da vor[p] geschriben stet[q], wirt im nicht gerichtet, unde[r] mus he durch di[p] not sinen viendin[s] widersagin, das sal he tun bi tage; unde von dem tage alse he im widersait hat denne bis an den[t] vierdin tag sal he[u] im keinen schadin

**196a.** I. d) dehein *M.* e) erz *M.*

II. g) *deest G.* h) zw. und *des. H.* i) *deest recte H.* k) sachen *H.* l) *deest G.* m) dritten *H.*

III. s) vor *B.* t) *deest B.* u) der selbe *B.* v) mac *D.* w) uff *B.* x) nit *add. B.* y) hez *D.* z) umb *B.* a) an — stat *des. W. D;* vatters *B.* b) *rubrum in W. D:* Dis recht is do von das sich nimant selbe reche. c) hande *B.* d) sinem *B.* e) iz *D.* f) *supra lin. add. D.* g) *B sic:* das er do ze hand sy und sines libes und sines gutes nutze tun ze not were. h) *deest W. D.* i) er im dar umb *B.* k) im *add. B.* l) swaz *D.* m) geschechen ist *B.* n) dar nach *B.* o) volle reichet *B.* p) *deest B.* q) ist *B.* r) so *W. D.* s) sinem vigende *B.* t) an den *des. W. D.* u) *deest W. D;* er *B.*

libe noh an gute; so hat er dri tage fride. Derselbe, dem da widersaget wirt, dern sol och an libe noh an gute unz an den vierden tag dem, der im widersagt hat deheinen, schaden tůn. An swederm daz gesetzede gebrochen wirt, der sol fur sinen rihter varn und sol jenen bechlagen derz im getan hat; dem sol der rihter furgebieten selbe oder mit sinem boten. Mag sich der selbe, der da an gesprochen ist, niht enschuldigen selbe sibende sentbare liute vor dem rihter, so si er elos und rehtlos ewichliche, also daz er niemer muge wider chomen ze sinem rehte.

dri gantze tag friden. Der selbe, dem[n] do widder saget wirt, der sol[o] auch weder an libe noch an gute dem, der im do widdersaget hat, bitz an den vierden tag keinen schaden thun. An wem diß gesetz gebrochen wirt, der sol vor sinen richter komen und sol beclagen sinen weddersachen; dem sol der richter vor gericht gebiten. Mag er sich dan vor dem richter nit enschuldigen uff den heiligen selb subend semper[p] manne, so si er erloß und rechtloß ewiclich[q], also das er nimmer komen moge zu sinem rechten.

tun weder an libe noch an gute; so hat he dri ganze[p] tage vride. Der selbe, dem da widersagit wirt, sal ouch weder an libe noch an gute biz[v] an den vierdin tag deme, der im da widersait hat, keinen schadin tun. Unde[p] an welcherme[w] dis gesezce[x] gebrochin wirt, der sal vor sinen richter varn unde sal en beclagin der im[y] getan hat. Dem sal der richter selber vor gebiten oder sin bote[z]. Mag sich der selbe, der da an gesprochin ist, nicht unschuldigen zu[a] den heiligen mit siben seintbaren luten vor deme richtere, so si he erlos unde rechtelos eweclichen, so das he nimmer widir komen mag[b] zu sime rechte[c].

(3) An swem der hantfrid gebrochen wirt, erziuget er daz zen heiligen vor sinem rihter, mit dem der den hantfride gemachet hat und mit zwein andern sentbæren mannen, die ir reht behalten hant, daz der frid an im gebrochen si, der rihter sol jenen ze aht tůn, der den frid gebrochen hat, und sol in niemer uz der aht lan ane des chlagers willen, oder er verliese die hant drumbe. Ez ensi als verre, daz er mit dem totslage den fride breche; so sol siner mage einer chlagen uber die selben getat und sol ez och bereden, als hie geschriben ist, und swenn' er[f] daz beredet, so ne sol in der rihter von der aht niemer gelazen wan mit dem tode, und sol elos und

(3) Item[r] an wemme der hantfriden gebrochen wirt, gezuget er das uff den heiligen vor sinem richter mit dem er den hantfriden gemacht hat und zwen ander[s] semper[s] mannen, die ir recht behalten haben, das der friden an im gebrochen si, der richter sol in in die acht thun, der den friden geprochen hat, und sol in niemer uß der acht laßen on des clegers willen, er verlise die hant darumb. Hat er aber den handfriden mit dem totschlage gebrochen, so sol er niemer uß der acht komen, wann mit dem tode, und sol erloß und rechtloß bliben[t] ewiglichen. Wil aber der den hantfriden enpfangen hatt, genem[u] an dem er gebrochen ist, des nit gesteen, das

(3) An sweme der hantvride[d] gebrochen wirt, bezugit[e] he's[f] zu den heiligen[g] vor sime richtere mit dem der den hantvride[d] gemachit hat unde mit zwen andern seintbaren[h] mannen, di ir recht behalden habin, das der vride an im gebrochen si, der richter sal en in di achte tun der den vride gebrochin hat, unde sal en nimmer us der achte gelasin one des clegers willen, oder he vorlise di hant dar umme. Is en si also vil[i] das he mit totslage den vride breche; so sal siner mage einer clagen umme di selbe tat unde sal is[k] bereden, alse da vor[l] geschriben ist. Unde[m] swen he das beredit, so sal der selbe nimmer us der achte komen wen mit dem tode unde

**196a.** I. f) sweñer *M.*

II. n) Dem selben der *G.* o) *deest G.* p) scheppenbarin *H.* q) williclich *G;* immermer *H.* r) *deest H.* s) *deest H.* t) ummer und *add. H.* u) gen[s] *radendo corr. in* gen *G;* yeme *H.*

III. v) bis *D.* w) wederm *B.* x) gesezze *D;* gebot *B.* y) do *add. B.* z) oder mit sinen botten *B.* a) *pro* zu — luten *B:* selb sibend semper lute. b) w. kome *B.* c) *addito rubro capitis 7 finitur D.* d) lantfryde *male B.* e) erzuget *B.* f) he *W;* es das *B.* g) zu den heil. *des. B.* h) semperen *B.* i) Das ensi als verre *B.* k) ouch *B.* l) als hie *B.* m) *deest B.*

rehtlos sin. Wil aber im der den hantfrid gemachet oder enphangen hat niht gesten des rehtes, daz er an im gebrochen si, dem sol der rihter daz gebieten **bi des keisers hulden**[1], daz er im sins rehtes helfe, oder zen heiligen swere, daz er niht darumbe enwizze. **Lat er daz durh magschaft[g] oder durh deheiner slahte dinch, er ist dem keiser und dem rihter siner schulde[h] schuldech**[2].

(4) Ez gebiutet der keiser bi sinen hulden allen den furstin und allen den die gerihte von im habent, daz si rehte rihten, als iedes landes sit und reht si und gewonheit, und daz si daz selbe gebieten den rihtern die gerihte von in haben. Swer des niht entut, uber den wil der keiser swerlichen rihten als da reht ist, und swaz im uber in erteilt wirt, des en wil er niht lan und wil daran niemen ubersehn noh niemens schonen. Und gebiut och den furstin, daz si mit der bůze die rihter dwingen die von in geriht hant, daz si reht rihten und der bůze niht enlazen, die uf si erteilt werde.

(22) Der keiser gebiutet, daz dehein rihter niemen in die aht tů wan offenlichen, und daz dehein rihter niemen uz der aht laze, er neme die gewisheit,

er im gebrochen si, so sol im der richter gebieten **bi des keisers hulden**[1], das er im der warheit gestee, oder uff den heiligen schweren, das er darumb nit wiße. **Lasset er es uber das durch mageschaft[v] oder durch ander liebe, er ist dem keiser und dem richter sin[w] hant schuldig**[2].

(4) Item[x] wir setzen und gebieten von unserm keiserlichem gewalt und bi unseren hulden, das alle unser fursten und alle die gericht von uns habent recht richtent, und das[y] sie das selbe[y] gebietent allen den[y] die gericht von in[z] habent. Wer das nicht thut, uber den wollen wir scherpflichen[a] richten als recht ist, und was uns uber sie verteilt wirt, das wollen wir nit lassen; und gebietent auch unsern fursten, das sie mit der buß zwingen die die do gericht von in habent, und[b] der buß nit lassen.

(22) Wir gebiten auch[c], das kein richter nieman in die acht thun solle wann offenlichen, und auch nieman daruß lassen, er neme aller erst die gewissen-

sal erlos unde rechtelos sin. Wil aber[n] der den hantvride[o] gemachit hat oder enpfangen[p] nicht gesten des rechten, das he an im[q] gebrochen si, dem sal der richter gebiten **bi des keisers hulden**[1], das her im sins rechtis gehelfe, oder zu[r] den heiligen swere[s], das he sin nicht wisse. **Lest he das durch magschaft[t] oder durch icheiner slachte ding, so si he dem keiser und dem richter[u] der[v] hant schuldig**[2].

(4)[w] Wir sezcin unde gebiten bi unsen hulden, das alle unse vorsten unde alle di gerichte von uns haben, das si rechte richten, alse des landes recht[x] si unde gewonheit, unde das si das selbe gebiten den di gerichte von en haben. Swer das nicht tut, ubir den wolle wir scherflichen richten alse recht is, unde swas uns uber den irteilt wirt, des wolle wir nicht lasin unde[y] dar an nimande ubirsen noch nimandes schonen. Unde gebiten ouch den vorsten, das sie mit[z] buse twingen di von en gerichte haben, das si rechte richten unde der buse nicht lan, die uf si erteilt wirt.

(22) Wir sezcin unde gebiten, das ichein richter nimande[a] in di achte tu wen offenlichen, unde das ichein richter[b] nimande us der achte

**196a.** I. g) manschaft *M.* h) *legendum esse videtur* hant.
II. v) manneschaft *G.* w) dy *H.* x) *deest recte H.* y) *deest G; adest H.* z) uns *G.* a) sicherlich *H; leg.* swerlich. b) das sy *H.* c) *deest H.*
III. n) nu der *add. B.* o) lantfriden *B.* p) oder enpfangen *des. W.* q) in *W.* r) by *B.* s) wer es *male B.* t) manschaft *W.* u) und dem richter *des. W.* v) ze *male B.* w) *rubrum in W:* Dis ist von den dy gerichte haben. x) gerichte *W.* y) wellen *add. B.* z) der *add. B.* a) yeman *B.* b) *deest B.*

1) *Haec obvia sunt in Constitutionibus pacis Rudolfi regis a. 1281. Iul. 25. Dec. 13; a. 1287. Mart. 24; a. 1291. Apr. 8.* 2) *Hanc normam primum obviam esse in Pacibus Bawaricis a. 1244 et 1256 (v. infra in Appendice) monuit Zoepfl 'Alterthümer des deutschen Reichs und Rechts' II, 397 not. 5. Legitur iisdem fere verbis in Constitutionibus pacis Rudolfi regis modo laudatis.*

daz dem chlager gerihtet wrde nah des landes gewonheit. Tůt des der rihter niht, daz sol der keiser rihten uber in als da reht ist. **Daz wil och der keiser geloben und behalten [1].** Und gebiutet och der keiser einem igelichem rihter dem gewettet wirt, da er den ahter uz der aht lat, daz er die wette gar neme und ir niht enlaze, durh daz daz die liute dest ungerner in die aht komen. **Und wil ouch der keiser sines rehtes niht lazen [1]. Darumbe gebiut erz desto festlicher.**

heit, das den clegern[d] gebessert werde nach des landes gewonheit. Thut das der richter nit, das sol der keiser uber in[e] richten. **Wir[f] globen das, das wir das halten [1].** Wir gebieten[g] auch das sunderlich bi unseren hulden, was iglichem richter gewettig werde von den die uß der acht komen, das er das gar neme und das nit enlaße, das man dester[h] ungerner in die acht kome. **Wir wollen auch selbe unseres rechten nit laßen [1]. Darumb gebieten wir das[i] vesticlicher[k] allen den[l] die gerichts[m] pflegen, das sie es[l] dester gerner haben[n]. Laßen[o] sie[l] die buß oder[p] das gewette, wir wollen es in[l] unerbarmlich abnemen[q], also[l] das es[r] niemer keinen richter[s] gelusten darf[t].**

lase, he neme die gewisheit, das dem clegere gerichtet werde noch des landis gewonheit. Tut des der richter nicht, das sal der keiser richten alse recht ist. Wir sezcin unde gebiten, swas iclichem richter gewettit wirt, das[c] he den echter us der achte lase, das he das neme unde nicht lase, durch das di lute deste ungerner in di achte kumen. **Wir wollen ouch unses rechtis nicht lasin [1].**

(13) Der keiser gebiutet och daz bi sinen hulden, daz niemen deheinen pfalburger habe noh deheinen muntman; ern wil ir och in sinen stettn niht.

(13) Wir setzen und gebieten, das man[u] die pfalburger allenthalben laße[v]; wir wollent, das sie niemant[w] halte[x], und wollen in unsern stetten keinen halten. Wir[y] gebieten und setzen bi unseren hulden, das nieman[z] kein muntman habe.

(13) Wir[d] sezcin unde gebiten, das man di phalburgere allenthalben lasi; wir wollen ouch[e] in unsen stetin icheinen habin, unde wollen ouch nicht, das si imant anders habe. Wir[d] vorbiten vesteclichen, das imant[f] icheinen muntman[g] habe.

(12) Und gebiutet bi sinen hulden, daz niemen den andern durh daz lant beleite umb dehein gut, ern habe daz geleite vonme rich.

(12) Wir setzen und gebieten, das nieman den andern durch das lant geleite umb kein[a] gut oder durch kein[a] miete, er habe dann das geleit von dem riche. **Oder ob ers[b] durch got thun wolle, der[c] mag es wol thun**

(12) Wir vorbiten[h] bi unsen hulden, das imant[i] den anderen beleite durch das lant[k] durch[l] kein gut, he en neme das geleite von deme riche.

**196 a.** II. d) geburth und *add. H.* e) uber in *des. H.* f) Wir — halten *des. H.* g) gebiten *H;* geloben *G.* h) daster *G.* i) is *H.* k) williclichen *H.* l) *deest H.* m) recht *H.* n) halden *H.* o) So laßen *G.* p) *pro* oder das gewette *G:* uber das. q) nemen *H.* r) *sic S;* sy *H; deest G.* s) k. r. *des. H.* t) *sic S;* gelusten endorff *H;* geluste daruff *G.* u) an *G.* v) laßn̄ *G.* w) *sic H. S;* yemant *G.* x) halten *G;* nach umbe gabe nach mit gabe *add. H inepte.* y) Wir — muntman habe *des. H.* z) *sic S;* yeman *G.* a) *deest H.* b) Odir wer is *H.* c) der — thun *des. H.*

III. c) das — lase *des. W;* das er den ächter usz der acht lasse *B.* d) Wir vorbiten — muntman habe. Wir sezcin — anders habe *verso ordine W.* e) *deest B.* f) Wir setzen und gebieten bi unsern hulden das nieman *B, forte rectius.* g) montmant *W.* h) Wir setzen und gebieten *B.* i) nieman *B.* k) durch das lande beleite *B.* l) durch — geleite *des. B.*

1) *Haec leguntur in Constitutionibus Rudolfi regis.*

an allerschlachte[d] forchte mit unserem urlaub.

Wir setzen und gebieten von unserem keiserlichem[e] gewalt, wan man den verholen wucherer[f] erfare, es[f*] si in dem markte oder in dem dorfe[g], und wirt er des[h] uberwunden als recht ist mit zweien semper[i] mannen, das er von sinem gute[k] von iemant[l] merunge habe genomen, man sol im sin gut teilen[m]; und hat er ein elich wip, die sol das dritteil beherten uff den heiligen, das dieselbe mißtat widder iren willen si beschehen[n]. Tut sie des nicht, so si alles[o] ir beider gut[p] an irs herren gewalt vallen[o], und sol[q] sie verren von dannen schicken, von aller cristenheit ußsetzen, es ensi dan das sie darumb[r] besserunge und buß enpfahen wollen.

(7) Er verbiutet alle zolle, die sit sins vater tode des keisers Heinriches uf gesetzet sint, so uf wazzer, so uf lande, von swem si uf gesetzet sint, daz si es abe sin, ez ensi als verre, daz dern da hat, gewisen muge vor dem riche, als da reht ist, daz ern ze reht haben sul. Er gebiutet och umb alle zolle, die gehohet[i] sint z'unreht, anders denne si zem ersten uf gesetzet wrden, daz

(7) Wir[s] setzen und gebieten, das alle die zolle, die sint noch unsers vaters tot keiser Heinrichs uffgesatzt, es[f*] si uff wasser oder uff lande, von wem sie uffgesatzt sin, das die abesin, es ensi also[t] verre, das[u] der[v] in hat[w], verholen moge[x] uff den heiligen vor dem riche[y], das er in[z] zu recht[a] haben solle. Wir[b] setzen und gebiten umb alle di zolle, di irhogit[c] sint zu un-

(7)[m] Wir sezcen unde gebiten, das alle di zolle, di von unses vater geziten[1] keiser Heinriches sint gesezcet uf wassere oder uf lande, das di abe sin, is en si denne, der en da habe, das der gewislichen uf den heiligen beredin muge alse recht ist, das he en haben sulle. Wir gebiten aber[n] alle die zolle, di gehoget sint anders denne si zu dem ersten gesazt wurdin[o], das

**196a.** I. i) gehohen *M.*

II. d) alle schlechte *G;* allerhande *H.* e) *deest H.* f) wucher *G;* wuchrer *S.* f*) er *G.* g) in merkten ader in dorfern *H.* h) *deest G.* i) scheppenbarin *H.* k) von seim gute *H; des. G.* l) ymande *H;* nyemant *G.* m) teilen — die sol *des. H.* n) si beschehen *des. H.* o) *deest H.* p) teil *H.* q) *pro* sol — ußsetzen *H:* si sint gesundert von aller cristenheit. r) *pro* darumb *usque* wollen *H:* gote bekennen und busse enphan darumb. s) *H verso ordine:* Wir — als recht ist. Wir *usque* haben solle. t) alle *G.* u) *pro* das — verholen *H:* das der herre beweren. v) er *G.* w) also das *add. G.* x) mogen *G.* y) richter *G;* reiche *H.* z) im *G.* a) zu recht *des. H.* b) Wir *usque* als recht ist *des. G.* c) irgenn *H.*

III. m) *rubrum in W. D:* Dis is von dem zolle (den zollen *D*); *desinit D; capita 7. 9. 10. 8. 11 des. B.* n) umme *supplendum videtur.* o) wrdin *W.*

1) *Haec vox orta esse videtur e voce* tiden *perperam scripta pro voce* tode.

man die hohunge abe neme und der zol ze reht belibe, als er sol. Swer die zolle nimet anders denn er sol ze reht, oder an einer andern stat denne da er uf gesetzet ist, man sol in haben fur einen strazrouber. Alle die zolle nement uf wazzer oder uf land, die suln wegen und brucken ir reht behalten mit machen und uzzimber und mit bezzerunge[k]; und von den si den zol nement, die suln si befriden und beleiten nach ir maht, als verre ir geriht ist, also daz si niht verliesen. Swer[l] dicz gebot brichet ze drin malen, wirt er des vor dem keiser uberziuget als da reht ist, so sol der zol dem rich[1] ledich sin.

gerechte, das man di [irhounge] ab neme, das si behelig sint[d] und si also bleiben, als recht ist. Wer meh zolles nimpt dann er zu rechte solle, oder[e] do er[f] nicht gesetzt ist, wirt er des uberzuget[g] vor dem richter als recht ist, man sol in haben[h] vor ein strassenreuber. Alle die zolle nement uff waßern oder uff lande[i], die sollent den wegen und den brucken ir recht halten[k] mit machen und mit zimmern; und von den[l] sie zoll nement, die sollent sie befriden[m] und beleiten nach ir macht, als verre ir gericht gat, also das sie nichts verliesen[n]. Wer diß gebott bricht zu drimalen, wirt er des vor[o] dem keiser uberzuget[p] und uberwiset[q] als recht ist, so sol dem riche[1] der zolle ledig sin.

man di irhounge abe neme unde der zol blibe, alse he[p] von rechte sal. [Swer di zolle nimet andirs denne he sal zu rechte][q] oder an einer andern stat denne he gesezt is, wirt he des bezugit vor sime richtere oder vor deme riche alse reht ist, den sal man vor einen strasrouber haben. Alle di zol nemen uf wassere oder uf lande, di sullen den wegen unde den brucken ir recht haldin mit machen unde mit besserunge; unde von weme si den zol nemen, di sullen si bevriden unde beleiten[r] noch irre macht, alse verre ir gerichte ist, also das si nicht vorlisen. Swer das gebot zu drin malen brichet, wirt he des ubirredit vor dem keiser alse recht ist, so sal der zol deme riche[1] ledig sin.

(9) Swa zwene mit einander urliugent, der einer oder beide geleit habent, swer dem ze leide die straze angrifet, wirt er des uberziuget als reht ist, uber den sol man rihten als uber einen strazrouber.

(9)[s] Wo zwene mit ein ander urlogen, der einer oder beide geleite haben, swer deme zu leide di lute[t] angrifet, wirt he des bezuget alse recht is, ubir den sal man richten als ubir einen strasrouber.

(10) Er gebiutet bi sinen hulden, daz man die rehten lantstraze var, und niemen den andern mit gewalt von der rehten straze bedwinge.

(10) Item[r] wir setzen und gebiten, das man die rechte strasse fare, und das nimant den andern zwinge mit gewalt von der rechten strasse.

(10)[u] Wir sezcin unde gebiten, das man di rechten lantstrasen vare, unde nimant den anderen mit gewalt twinge von der rechtin strase.

(8) Er gebiut och, swelch herre sine stat oder sine burch bowen wil oder dehein bov, der sol bowen von sinem gute und niht von der lant liute gute. Swer drumb deheinen zol und

(8) Item[r] wir setzen und gebieten, welcher herre ein stat oder ein burg wolle buwen, der sol bawen mit sinem gute oder[s] mit siner lute gute. Und nimpt er icht me[t] kein[u] ungelt[v] von

(8)[v] Wir sezcen unde gebiten, swelch herre sine stat oder sine burg buwen wil, der sal buwin mit sime gute oder mit siner lute gute unde nicht von der lantlute gute. Unde swer

**196a.** I. k) zerunge *M.* l) Swer — ledich sin *ultima pars capitis 7 in M leguntur post c. 9.*

II. d) *locus corruptus.* e) des *add. G.* f) es *G.* g) ubirwnden *H.* h) hencken *H.* i) in unrecht *add. H.* k) behalten *H.* l) dem *G.* m) bereiten *H.* n) vorbussen *male H.* o) *sic H;* von *G.* p) uberwunden *H.* q) und uberw. *des. H.* r) *deest H.* s) ader von seiner leute gut *H; des. G.* t) uber des *H.* u) gult oder *add. S.* v) wergeldes *H.*

III. p) *deest W.* q) *uncis inclusa supplevi; des. W.* r) beletten *W.* s) *c. 9 deest B; rubrum in W:* Dis is von dem orlouge. t) *emendavi;* di lute zu leide *W.* u) *c. 10 deest B; rubrum in W:* Dis is von dem strasen. v) *c. 8 deest B; rubrum in W:* Dis is von stetin unde von burgen.

1) *Sic in Constitutionibus Rudolfi regis.*

ungelt nimet **in deheiner stat oder uf deheiner straze**[1], uber den sol man rihten als uber einen strazrouber.

iemant **an keiner strassen**[w, 1], man sol uber in richten als uber ein strassenreuber.

umme das icheinen zol nimt, den sal man vor einen strasrouber haben.

(11) Er gebiutet, daz alle die munze, di sit sins vater tode gemachet sint, oder swa man sie gemachet, daz si es alle abe sin; und der sie da hat, der[m] muge gewisen vor dem rich als reht ist, daz er si ze reht haben sul. Swer uf iemens phenninge deheinen valsch sleht oder heizet slahen, den sol man haben fur einen valscher. Er gebiut, daz man **in steten, in dorfen**[n] die alten munze nah ir rehte habe, und verbiutet allen valsch.

(11) Item[r] wir setzent und gebietent, das alle die munze, die seit unsers vaters tode keiser Heinrichs gemacht sint, von[x] weme si gemacht sint, das die abe sint; wer sie daruber haben wil, der sol das beweren vor dem riche[y] als es recht ist, das er sie zu rechte haben sol. Wer uff iemants pfenninge dheinen falsch brennet[z] oder schlecht, wirt er des uberwunden, man sol uber in richten als uber ein valscher[a], **und sol kein gut nemen dafur**[b]. Wir gebieten, das[c] man[d] die alte munze behalte[e] noch irem rechten und verbiete allen valsch.

(11)[w] Wir sezcin unde gebiten, das alle di munzen, di sint unsers vatir des keiser Heinriches **geziten**[3] gemacht sint, das di abe sint, is en si, der si da habe, das he muge bezugen vor dem riche, das he si zu rechte haben sulle. Unde swer uf imandes pheninge keiner slachte valsch slet, den sal man haben vor einen velschere, unde den alsam, der si da heiset slan. Wir gebiten, das man di alden munzen halde noch irme rechte, unde vorbiten allen[x] valsch.

(1) Er gebeutet in allem sinem riche, daz man geistlich[2] behalte der erzebischofe, bischofe, erzpriester geistlich reht, und in des niemen wider si.

(1) Item[f] wir setzen und gebieten von unserem keiserlichem[f] gewalt vesticlichen, das man in allem unserem riche in stetten und in dorfern **zu rechter zit sent sol begen**[g], und des den bischoffen niemant wider si.

(1)[y] Wir gebiten, das man in stetin unde in dorfern allenthalben in unsem riche an geistlichen sachen halde der bischove, der erzpristere **unde**[z] **der lutepristere** recht unde gebot, unde das in des nimant wider si mit keiner gewalt.

(2) Er gebiutet daz aller goteshuser vogiten, daz si den goteshusern vor sin und beschirmen uf ir vogitei, als ez gegen gote wol geste, und och sine huld behalten, und sich an der goteshuser gůte und vogitei also behalten, daz dehein groz chlage von in chome. Swer des niht entut, chumet im daz ze chlage, daz wil er rihten als

(2) Item[h] wir setzen und gebitent bi unseren hulden, das alle gotshuser vogt den gotshusern vor sin[i] und sie beschirmen, als es in gein gotte wol stehe, und auch unser hulde domit behalten, und sich an der gotshuser gute[k], das[l] ir vogtie[m] ist, also haltent, das uns kein groß clage von in kome. Wer das nit thut, kompt uns von

(2)[a] Wir sezcin unde gebiten alse[b] recht ist unde vil vesteclichen, das aller der[c] gotishusere[d] voite den gotishuseren vor sin unde si beschirmen uf ir voitien, alse is zu gote wol ste, unde ouch unser hulde da mite behalden, unde sich an den gotishusern gute[e], das[f] ir voitie ist, also behalden[g], das keine clage von en kume. Swer das

**196a.** I. m) dern *M.* n) *hae voces* in steten in dorfen *in c. 1 exciderunt; v. not. 3.*

II. w) auf der strasse *H.* x) von — sint *des. G.* y) reiche *H;* richter *G.* z) preget *H.* a) valschū *G.* b) und sall auch nicht do fur neme *H.* c) *bis G.* d) si *H.* e) halden *H.* f) *deest H.* g) legen *S.* h) *deest H.* i) si *G.* k) guttate *G;* gut *H.* l) das — ist *des. G; adsunt H.* m) voyte *H.*

III. w) *c. 11 deest B; rubrum in W:* Dis is von munzen. x) alle *W.* y) *rubrum in W:* Dis is von den geistlichen sachen. z) unde der lutepristere *des. B.* a) *rubrum in W:* Dis is von den woytin der gotishusere. b) alse — vesteclichen *des. B.* c) das alle die *B.* d) gotishusere voite den *des. B.* e) huten *W.* f) da *W.* g) *deest W;* behalten *B.*

1) *Haec in Constitutionibus Rudolfi regis.* 2) *Locus certe corruptus; legendum videtur:* daz man in steten und in dorfen *(cf. has voces in c. 11)* an geistlichen sachen. 3) *V. supra p. 257 not. 1.*

reht ist und also vestlichen, daz er dar an niemens schonen welle. Er gebeutet vestlichen, daz niemen durh deheines vogites schulde noh ze leide der goteshuser gut, daz sin vogitei ist, weder brenne, roube noh phende. Swer daz dem vogite tut ze leid, wirt er des uberredet als reht ist vor dem rihter, den sol man ze aht tůn und en sol in uz der aht niht lan, ern gelt den schaden dristunt als tiur er ist; und suln diu zwei teil dem goteshuse [werden] und dem vogite daz dritte[o] teil.

dem clage, das[n] wollen wir zornlichen[o] richten[p]. Item[o] wir gebietent bi unseren hulden, das niemant[q] durch keines vogtes[r] schuld[s] der gotshuser gut weder brenne noch raube noch pfende. Wer es daruber tut dem vogte[t] zu leide, wirt er es uberredt als recht ist vor dem richter, den sol man zu acht thun und sol in daruß niemer mere laßen, er gelte dann den schaden dristund[u], als dure als er geachtet[v] wirt; so sollen die zweiteil der besserung dem gotshuse[w] werden, das dritte des gotshuses vogt.

nicht tut, kumt is uns zu clage, wir richten[h] ubir den voit so vesteclichen, das wir nichtes dar an[i] schonen. Wir vorbiten bi unsen hulden, das imant[k] durch keines voites schulde noch im zu leide der gotishuser gut, das sine voitie ist[l], wedir burne noch roube noch phende. Swer is dar uber tut dem voite zu leide, wirt he sin ubirzuget alse recht ist, den sal man zu achte tun unde sal en us der achte nicht lan, he en gelde den schadin drivalt[m] alse[n] recht ist; unde suln di zwei teil deme gotishuse[o] unde das dritte teil dem voite werdin.

(14) Er verbeutet, daz niemen phende an des rihters urlob; swer daz tut, uber den sol man rihten als uber einen rouber.

(14) Item[o] wir verbietent[x], das iemant[y] an des richters[z] wort[a] pfende; wer[b] das thut, wirt er des uberwunden, man sol uber in richten als uber ein reuber.

(14) Wir vorbiten, das imant[p] phende an des richters urlop; swer is abir tut, uber den sal man richten als ubir einen roubere[q].

(27) Er gebiutet, swer wizzenlichen roub choufet oder diubich gut odir wizzenlichen diebe wirt ist, und in sinem huse zernt und niht ahter sint, wirt er des uberzeuget als reht ist, zem ersten so sol er zwivalt gelten jenem sin gut dem ez da genomen ist, ez si diubech oder roubech. Wirt aber ers uberredet, daz erz zem andern male getan hat, ist daz gut roubech, so sol man uber in rihten[p] . . . . . . . . . . . . . . . .

(27) Wir verbieten[c] bi unseren hulden vesticlich[d], das iemant[y] wissentlich reube oder diep[e] keufe oder[f] keinen reuber oder diep herberge. Wer es daruber tut, wirt er des uberwunden mit dri semper mannen, und ist im das erste, er sol genem, dem das gut genomen was, zwifalt gelten sinen schaden. Wirt er aber uberredt, das es im zu dem andern male geschehen si, ist das gut reubig, man sol ůber in richten als uber ein reuber, ist es diebig, man sol uber in richten als uber ein diep.

(27)[r] Wir[s] sezcin unde gebiten, swer wissentlichen roup koufit odir dubig[t] gut oder rouber oder dip[u] wissentlichen behelt[v] unde in sime huse zert[w], unde nicht echtere sint, wirt he des ubirzuget alse recht ist, zu hant[x] sal he zwivalt gelden jenem sin gut[y] deme is genomen ist, is si dubig odir roubig. Wirt abir he des ubirredet alse recht ist, das he das zu dem anderen male getan hat, ist das gut roubig, man richtet ubir en[z] alse uber einen rouber, ist is abir dubig, man sal ubir en richten alse ubir einen dip.

**196a.** I. o) tritte *M.* p) *reliqua exciderunt M.*

II. n) da *G.* o) *deest H.* p) und unsir nachkomlinge etc. *add. inepte H.* q) nymant *H;* man *G.* r) kein forchtes *G;* voytes *H.* s) willen *H.* t) voyte *H; deest G, qui addit:* zu pene und. u) dreifalt *H.* v) geret *H.* w) gotshuse — des *des. G;* gotishause *H.* x) gebietent *G;* verbiten *H.* y) nymant *H.* z) gerichtes *G.* a) *sic H. G.* b) dasuber *add. G.* c) und heischen *add. H.* d) *deest H.* e) deube *H;* dings *G.* f) *sequentia usque ad finem capitis II contraxit sic:* und man sall mit allen dingen mit in unvorworn sein.

III. h) das wellen wir richten *B,* ubir den voit *des.* i) wir niemans *B.* k) nieman *B.* l) das ist ir vogty *B.* m) dristund *B.* n) *pro* alse recht ist *B forte rectius:* als tur als es (*leg.* er) ist. o) des das roubet ist *add. B.* p) nieman *B.* q) ächter *male B.* r) *rubrum in W:* Dis is wer do roub kouft. s) Wir — gebiten *des. B.* t) dubish *hic W.* u) oder dip *des. W.* v) wirt ist *B.* w) zerent *B.* x) zem ersten *B.* y) jenem sin gut *des. W.* z) man sol uber in richten *B.*

## II.

(25) Item[g] wir setzen und gebieten vesticlichen, das ieman halt keinen achter; wer es uber das thut, wirt er es uberwiset **mit zweien gewissen mannen die von irem rechte nieman verwerfen mag**, man sol uber in richten als uber ein achter. Entredt er sich aber uff den heiligen selbsubende semper mannen, das er enwuste, das er ein achter was, er sol unschuldig sin. Item wo man angrifet ein achter, dem sol niemant weren; wer im aber weret, und wirt er des uberkomen **mit zweien semper mannen**, der solle in der selben schulde sin, und man sol uber in richten als uber ein achter.

(26) In welche stat der achter kumpt, in der sol man in nit halten, man sol im auch nichts geben zu kauf, und sol auch umb in niemant[h] keufen, und gebietent, das man in mide in allen dingen. Item[i] helt ein stat gemeinlich und wissentlich[k] einen achter, ist sie umbmuret, der lantrichter[l], in des[m] gericht sie stet[n], der sol sie niderbrechen; uber den wirt, der in behelt[o], uber den sol man richten als uber einen[p] achter, und sol sin huß zurfuren. Ist die stat ungemuret, so sol sie der richter brennen, und das sol niemant weren. Setzet sich die stat dawider, stat[q] und lute[r] sint rechtloß. Mag der richter die stat nit uberwinden, so sol ers dem keiser kunden, und sol es dann mit siner keiserlichen gewalt und mit siner hulfe thun.

(28) Item[s] wir setzen, das unser hoff hab einen hoffrichter, der ein fri man si. Der sol an dem ampt bliben zum minsten ein jare, ob er sich recht und wol doran helt. Der sol auch alle tage zu gericht sitzen[t] on den sondag und on alle heilge tage; und sol allen luten richten, die im clagent, und[u] von allen luten, on von[v] fursten und von[v] andern[w] hohen luten[x], wo es geet an iren lip und an ir ere, an[y] ir rechte, an ir erbe, an ir lehen; das wollen wir selber richten. Der-

## III.

(25) Wir sezcin unde gebiten, das nimant einen echter behalde[a] oder herberge. Swer das tut, wirt he sin ubirredit[b] alse recht ist, her ist in den selbin schulden, unde sal man ubir en richten als ubir einen echter. Untredit he abir[c] sich alse recht ist mit siben seintbaren[d] mannen zu den heiligen, das he nicht en wisse, das he ein echtere was, he sal unschuldig sin. Swo man den echter[e] vorbutet[f] odir angrifet, den[g] sal nimant weren; swer[h] den wert, wirt he des ubirredit[b] alse recht ist, das he en wissinlichen hat geweret, der sal sin in den selbin schuldin, unde sal man[i] ubir en richten als ubir einen echter.

(26) In welche stat der echter kumt, den sal man nicht[k] behalden, unde swer im ubil tut[l], das sal nimant wern. Im sal nimant icht[m] geben zu koufe[n] noch vorgebin[o], unde[p] sal umme in[q] nimant nicht koufen, unde sal en miden an[r] allen dingen. Beheldit en eine stat gemeinlichen unde[s] wissenlichen, ist si ummemuret, der richter, in des gerichte das ist, der sal si nider brechin; ubir den wirt, der en beheldit[t], sal man richten als uber einen echter unde sin hus zuvuren. Ist di stat ungemuret, si sal der richter burnen; das sal nimant wern. Sezcit sich di stat da wider, stat unde lute sint rechtelos. Mag das der richter nicht getun, so sal man is dem keiser kundegen, unde sal he's tun mit siner keiserlichen[u] gewalt.

(28)[v] Wir sezcin, das unse hof habe einen hoverichter, der ein vri man si. Der sal bi dem ammechte bliben zum minsten ein jar, ab he sich wol unde rechte beheldet. Der sal alle tage zu gerichte siczen[w] ane an deme suntage unde an anderin grosen hochziten; unde sal allen luten[x] richten, di im clagen, unde von allen luten, sunder[y] vorsten unde ane[z] andire hoe lute, swo is get an iren lip oder an ir recht oder an ir ere[a], an[b] ir erbe odir an ir len oder andir[c] hoe sache; di wolle

**196a.** II. g) *caput 25 et initium capitis 26 usque ad verba* mide in allen dingen *des. H.* h) niemans *G.* i) *deest H.* k) gem. und wiss. *des. H.* l) *sic G. H.* m) das *G. H.* n) ger. das ist *rectius H.* o) der den inbehelt *G;* der in heldet *H.* p) den *G.* q) *deest G. H.* r) di leute dorinne, so sint si rechtlos *H.* s) *deest H.* t) sein *H.* u) *deest G; adest H.* v) uber *H.* w) *deest H.* x) hoc herren *H.* y) an — erbe *des. H.*

III. a) gehalte *B.* b) uberwunden *B.* c) *deest B.* d) semparen *B.* e) man in *B.* f) verbuttet *B.* g) in *B.* h) swer (wer *B*) den wert *des. W.* i) *deest W.* k) *deest B.* l) tun wil *B.* m) ich oder nicht *W; deest B.* n) zu koufe geben *W;* geben ze kouffende *B.* o) *i. e. gratis.* p) noch *B.* q) *pro* umme in *W:* im; umb in *B.* r) mit *B.* s) gem. unde *des. B.* t) gehalten hatt *B.* u) *deest W.* v) *rubrum in W:* Von des keisers hofe richtere. w) gan *B.* x) botten *B.* y) one *B.* z) *deest B.* a) oder an ir ere *des. W.* b) an — len oder *des. B.* c) und von andren hohen sachen *B.*

selbe richter sol auch niemant vertagen[z], er thu es dan[a] mit unserm worte[b]. Er sol auch nieman in die acht thun noch daruß laßen; wan das wollen[c] wir selber thun. Derselbe richter sol schweren uff den heiligen, das er[d] durch libe noch durch leide noch durch forcht noch durch mite[e] anders richte[f], wann noch recht, als im erteilt wirt. Derselbe richter sol nemen alle die wette, die uns von den gewettet[g] werden[h] die uß der acht komen; der[i] sol er uber ein nit lassen, darumb das man[k] daster ungerner in die achte kome. Dise wette bescheiden wir denselben richter, darumb das er daste gerner[l] richte und von niemant keinerhand gut umb[m] das gerichte neme.

(29) Der richter sol haben einen sunderlichen schriber, der anschribe alle[n] die in die acht komen, und[o] von wes[p] clage sie in die acht komen, und den tag so sie darin koment; er sol auch schriben die die uß der achte koment, und[q] den tag wann si daraus komen; und soll[r] schrieben die[s] burgen, die den clagern gesetzt werden umb die besserunge; und sol anschrieben alle die besserung die den clagern[t] dar[u] uber werde, und sol di burgen und ir name nimmer abtilgen, bis das dem clager sine besserung wirt; er sol auch schriben aller der namen, die dem lande zu scheidenlichen luten gesatzt werden, und wann sie sich der schuld entredent, so sol er ir namen abeschriben und abestrichen[v]; derselbe sol auch schriben alle die urteil, die umb große sache von uns gesamet werden, und das lant[w] do sie funden werdent, darumb das man nach denselben urteilen richte. Derselbe schriber[x] sol nemen alle die brive, die[y] umb klage sint, und sol kein andern mußen haben, dann die brive berichten.

wir uns selbe behaldin[d]. He[e] sal nimande vortagen, he tu is mit unseme sundirlicheme[f] gebote. He[e] sal nimande in di achte tun noch dar us lan; das wolle wir selbe tun. Der richter sal swern zu den heiligen, das he von nimande ichein gut neme umme kein gerichte, noch durch libe noch durch leide[g] noch durch bete noch durch vorchte anders richte, wen noch rechte unde[h] also im irteilt wirt unde he von sinen sinnen aller beste kan ane allerhande[i] valsch[k]. Der richter sal nemen alle di gewette, di uns[l] gewettit werdin unde vor im beclait werdin von den di us der achte kumen, unde[m] sal der nicht lasin, dar umme das man deste ungerner in di achte kume. Dise gewette geben[n] wir deme richtere, das he deste willeclicher richte unde ouch von nimande ichein ander[o] gut umme gerichte neme.

(29) Der selbe richter sal haben einen schriber, der an schribe alle di in di achte kumen, unde[p] von wes clage si in di achte kumen[p], unde di sache dar umme si drin sin kumen, unde der namen di us der achte kumen, unde welches[q] tagis si us der achte kumen; unde sal di burgen schriben di dem clegere gesezcit werdin, unde wennen si sin unde wi si heisin; unde sal an scriben di gewisheit di man dem clegere tut noch des landis gewonheit; unde sal schriben alle di namen die zu schedelichen luten dem lande besait[r] werdin, unde wi unde von weme si us den schulden kumen; unde sal scriben, so si zu rechte kumen unde[s] us der achte kumen[s], so schribe[t] he[s] ire namen abe; unde sal[u] schriben alle di urteile, di von grosen sachen vor uns gesament werdin uf di rede, das man an sulchen[v] sachen di selben urteile stete habe[w]; unde sal schriben das lant wo di selbin orteile gesament werdin[x]. Der selbe schriber sal nemen alle di brive, da umme geclait si[y], unde sal keine ander[s] unmuse haben. Der selbe

**196a.** II. z) vortreiben *H.* a) *sic S;* es dan *des. G;* en thu is denne *H.* b) willen *H.* c) wolle *H;* sollen *G.* d) wider *add. H.* e) mit *H;* nicht *G.* f) *sic H;* richten *G.* g) *deest G.* h) *H sic:* di uns gewettet werden und auch alle di wette di uns von den werden di aus *etc.* i) *pro* der — lassen *H:* di sall er gar nemen. k) *sic H;* er *G.* l) williger *H.* m) *sic S;* und *G;* vor *H.* n) *deest G.* o) und — darin koment *des. H.* p) was *G.* q) *pro* und — komen *G:* Er sol sol auch schrieben die die uß der achte koment; *sicut in textu S. H.* r) keiner *add. G.* s) *sic H;* den *G.* t) dem clager *H.* u) *sic H, nescio an recte;* pro dar — besserung wirt *G:* ir besserung gelihen wirt ir geleistet. v) und abstr. *des. H.* w) *sic H;* das lant *des. G.* x) schreiber *H; deest G.* y) *pro* die — haben *H inepte:* di alle vormunde haben, und sall.

III. d) wir selbe richten *B.* e) *W verso ordine:* He — selbe tun. He — gebote. f) rate oder *add. B.* g) noch durch leide *des. B.* h) *deest B.* i) allerslachte *B.* k) valchs *W.* l) im *W.* m) unde — kume *des. W.* n) geben wir und bescheiden *B.* o) ichein ander *des. B.* p) unde *usque* kumen *bis W.* q) *pro* welches tagis *B:* die sache war umb. r) geseit *B.* s) *deest B.* t) tilgge *B.* u) *pro* unde sal *W:* wir. v) semlichen *B.* w) habin *W.* x) wˢdin *W;* wart *B.* y) die umb clage sint *B.*

Dirre schriber, der hiezu erkorn[z] ist und[a] wirt, der sol schweren uff den heiligen, das er[b] durch liebe noch durch leide noch durch forchte noch durch miete noch durch magschaft[c] noch durch keiner hand ander[d] ding[e] icht thu oder schribe an sinem ampte, dann das recht si, als er sich aller bast versinnen[f] kan. Der selbe schriber sol ein lei sin, darumb ob er anders thu dann er zu rechte sol, das es im[g] an den lip gehe.

**Diß[1] haben wir gesetzt durch das[h], wann es[i] uns nutze dunket allen den die in unserem riche sint und allen gemeinen luten, den wir nicht stetlich selber[k] mogen gerichten von unsern mangfaltigen unmußen.**

schriber sal swern zu den heiligen, das he[z] durch libe noch durch leide noch durch mite noch durch keiner hande[a] ding schribe noch tu an sime ammechte, wen das recht ist, alse he sich allir beste kan virsten. Der[b] selbe schriber sal ein leie sin; ab he andirs tu denne recht ist, das is im an den lip ge.

**Das[1] habe wir dar umme gesezcit, wen is uns[c] nuzce dunkit unde gut[d] allen den[e] di in unseme riche sint, unde nemelichen allen luten[f], di[g] wir selbe nicht gehes vorriten[h] mugen von unsen manchvalden unmusen.**

**[Wir setzen und gebieten, das nieman sin pfand gelŏssen mag, wann selbdrit siner genosse die die worheit wissen, und ouch nieman sin gůt gesetzen mag, wann mit sins herren hand, von dem er es ze lehen hat.][i]**

---

# 197–199. CONSTITUTIO DUCATUS BRUNSWICENSIS.

## 1235. Aug. – Oct. 31.

### 197. *PRIVILEGIUM IMPERIALE. Aug.*

*Dedit Pertz ex autographo nunc in tabulario communi domus Welficae Guelferbyti asservato, cuius bulla aurea a. 1830 in incendio palatii Brunswicensis deperiit. Contulimus imaginem aere incisam Originum Guelficarum IV, ad p. 49. Novissimus editor vir cl. Bode 'Urkundenbuch der Stadt Goslar' I, nr. 544 adhibuit imaginem in dicto tabulario exstantem. — Huillard-Bréholles IV, 754. Böhmer, Reg. imp. V, 2104.*

*(P. 318.)*

**(C.) ‖ In nomine sancte et individue Trinitatis. FRIDERICVS secundus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. ‖ Gloriosus in maiestate sua dominantium Dominus, qui regna constituit et firmavit imperium, de cuius clemencia vivimus, de cuius est munere, quod feliciter imperamus, ad hoc nos supra reges et regna preposuit et in imperiali solio sublimavit, ut nobis factori nostro gratitudine devota subiectis, pacem et iusticiam moderamina nostra contineant, et qui sumus pre filiis hominum ab eo, qui preminet orbi terre,**

**196a.** II. z) erkron *G.* a) ist und *des. H.* b) es *G; wider add. H.* c) vintschaft *H.* d) *in marg. suppl. G; deest H.* e) sache *H.* f) mag und *add. H.* g) *deest H.* h) was das *G.* i) is *H; deest G.* k) *deest G; adest H.*

III. z) das he *des. B.* a) slachte *B.* b) Der — lip ge *in W. B sequuntur post* Das habe *usque* manchvalden unmusen. c) *deest W.* d) unde gut *des. B.* e) alle di *W.* f) *correxi;* boten *W;* botten *B.* g) den *B.* h) *i. e.* vorrihten; gerichten *B.* i) *uncis inclusa add. B in fine post c. 27.*

1) *Sequentia sapiunt exordium capitis 28 textus Latini.*

sublimius exaltati, viros dignos honoribus et non immeritos ad sollicitudinis partem admitti liberaliter ad decus et decorem imperii nominis et honoris titulo decoremus. Hinc est igitur, quod per presens scriptum noverit presens etas et futura posteritas, quod, cum diu propositi nostri foret, ut dilectum consanguineum nostrum Ottonem de Lvneburch ad fidem imperii et devotionem nostram efficeremus arcius obligatum, nec loci vel temporis oportunitas affuisset, quo conceptam erga eum intentionem nostram prosequi nos deceret, contingente causa nostri felicis adventus in Alamanniam et pro reformatione tocius terre status indicta Maguncie curia generali, dictus Otto ad eandem curiam vocatus accessit. In qua dum assidentibus nobis principibus nostra serenitas resideret de reformando terre statu disponens, nominatus Otto de Luneburch flexis genibus coram nobis, omni odio et rancore postpositis que inter proavos nostros existere potuerunt, se totum in manibus nostris exposuit, nostris stare beneplacitis et mandatis, et insuper proprium castrum suum Lvneburch, quod idiomate Teuthonico vocatur eygen, cum multis aliis castris, terris et hominibus eidem castro pertinentibus in nostram proprietatem et dominium specialiter assignavit, ut de eo quicquid nobis placeret, tamquam de nostro proprio faceremus. Nos autem, qui tenemur modis omnibus imperium augmentare, predictum castrum de Luneburch cum omnibus castris, pertinenciis et hominibus suis, quemadmodum ex eiusdem Ottonis assignatione in proprietatem accepimus, in presentia principum in imperium transtulimus et concessimus, ut per imperium infeodari deberet. Civitatem insuper de Brunswich, cuius medietatem proprietatis dominii a marchione de Baden et reliquam medietatem a duce Bawarie, dilectis principibus nostris, emimus pro parte uxorum suarum, que fuerunt quondam filie Henrici de Brunswich comitis palatini Reni, patrui dicti Ottonis, similiter in eadem curia imperio concessimus, proprietatem nobis debitam in dominium imperii transferentes. Preterea Ottone in ipsa generali curia in manibus nostris connexis palmis super sancta cruce imperii, que ibidem tenebatur, prestante fidei iuramentum, nos attendentes, quam pura fide, sincera et prona devotione se totum mandato nostro et voluntati commisit et in proprietatem nostram concessit proprie proprium castrum suum, de quo nemini tenebatur, et humiliaverit se modis omnibus coram nobis, considerantes insuper, quod numquam per eum fuerit offensum imperium et nec contra honorem nostrum ad suggestionem alicuius voluerit inveniri, dignum et utile vidimus circa statum et augmentum ipsius imperiali munificentia providere. Quapropter cum consilio, assensu et assistencia principum civitatem Brunswich et castrum Luneburch cum omnibus castris, hominibus et pertinenciis suis univimus et creavimus inde ducatum et imperiali auctoritate dictum consanguineum nostrum Ottonem ducem et principem facientes ducatum ipsum in feodum imperii ei concessimus, ad heredes suos filios et filias hereditarie devolvendum, et eum sollempniter iuxta consuetudinem investivimus per vexilla; de affluentiore gratia concedentes eidem decimas Goslarie imperio pertinentes. Ceterum ministeriales suos in ministeriales imperii assumentes eidem concessimus, eosdem ministeriales iuribus illis uti, quibus imperii ministeriales utuntur. Ad huius itaque concessionis memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri.

Huius autem rei testes sunt: S. Maguntinus, H. Coloniensis, E. Salzpurgensis, T. Treuerensis et . Bisuntinus archiepiscopi, W. Madeburgensis electus; E. Papembergensis, S. Ratisponensis imperialis aule cancellarius, H. Constantiensis, S. Augustensis, B. Argentinus, H. Basiliensis, C. Hyldensemensis, I. Leodiensis, G. Cameracensis, I. Metensis, . Tullensis, . Monasteriensis, E. Nuemburgensis, . Traiectensis, C. Osemburgensis, R. Pactauiensis, H. Eystedensis, C. Spirensis, E. Merseburgensis, G. Verdunensis et C. Frisingensis episcopi; frater H. domus Hospitalis sancte Marie Teuthonicorum in Iherusalem magister; . Morbacensis, . Augensis et . Elwacensis abbates;

O. dux Bawarie palatinus comes Reni, H. dux Brabancie, A. dux Saxonie, B. dux Karinthie, M. dux Lothoringie, H. lancrauius Turingie palatinus comes Saxonie, H. marchio Misinensis, H. marchio de Baden, I. et O. marchiones de Brandeburch, H. comes Senensis, H. comes Barensis, D. comes Cleuensis, H. comes de Hanalt, et 5 alii quamplures.

Signum domini Friderici secundi Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris (M.) semper augusti, Ierusalem et Sicilie regis.

Ego Sifridus Ratisponensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini . . Maguntini archiepiscopi tocius Germanie archicancellarii recognovi.

10 Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo quinto, mense Augusti, octave indictionis, imperante domino nostro FRIDERICO Dei gratia serenissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, anno imperii eius sextodecimo, regni Ierusalem decimo, regni vero Sicilie tricesimo octavo; feliciter AMEN.

15 Dat. Maguncie, anno, mense et indictione prescriptis.

## 198. *MANDATUM AD MINISTERIALES STADENSES. Oct. 31.*

*Ex autographo a. 1830 rapto et deperdito editum est in Originibus Guelficis IV, 167. Legitur etiam in Copiario Calenbergensi saec. XVI. tabularii regii Hannoverani, e quo exemplum faciendum curavit Bethmann. — Huillard-Bréholles IV, 789. Böhmer, Reg. 20 imp. V, 2123. (P. deest.)*

Fridericus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex universis ministerialibus infra comitatum Stadensem constitutis et ad dominium de Brunesuic attinentibus, fidelibus suis, graciam suam et omne bonum.

Credimus ad vestram audientiam pervenisse, qualiter de consilio principum dilec-25 torum O. de Luneborch, dilectum nostrum, in principem creaverimus, concedentes ei de gracia speciali ducatum de Brunswic[a] cum omnibus iusticiis et rationibus attinentibus ad dominium civitatis ipsius de Brunswic[a]. Quare fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus eidem duci, dilecto principi nostro, attendatis et obediatis de cetero tanquam domino vestro, sibi fidelitatis iuramentum secundum consuetudinem 30 imperii exhibentes, ut ex fidelitate et devocione, quam erga eum habebitis, de cetero melius commendari possitis et tam ipsum ducem quam excellentiam nostram ad grata vobis premia conferenda pro meritis inducatis.

Datum Auguste, ultimo Octobris, indictione nona.

## 199. *MANDATUM AD CIVES STADENSES. Oct. 31.*

35 *Editio Originum Guelficorum IV, 168 ex autographo a. 1830 rapto facta est; legitur etiam in Copiario Calenbergensi saec. XVI. tabularii Hannoverani, e quo exemplum a Bethmanno paratum est. — Huillard-Bréholles IV, 790. Böhmer, Reg. imp. V, 2124. (P. deest.)*

Fridericus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie 40 rex universis civibus de Staden, fidelibus suis, gratiam suam et omne bonum.

Dudum in collegio curie Maguntinensis de consilio principum nostrorum Oddonem de Luneborch in principem nostrum creavimus, sibi conferentes in feudum hereditatem pertinentem ad dominium Brunswic, quam a dilectis principibus nostris Oddone duce

**198.** a) *sic ed.;* Brunsvic *c.*

Bawarie et marchione de Baden olim emeramus, nomine uxorum suarum pertinentia ad eosdem. Verum cum quedam de hereditate ipsa tenere dicamini contra collationem ipsi principi nostro factam, fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus ea, que de hereditate ipsa tenetis, restituatis et dimittatis eidem principi nostro nec aliquam ei super hiis molestiam inferatis, ut devotionem vestram pro meritis com- 5 mendemus.

Datum apud Augustam, ultimo Octobris, nona indictione.

---

# 200. ENCYCLICA DE CURIA PLACENTIAE CELEBRANDA.

(1236. Mai.) 10

*Recognovimus ope* 1) *codicis Wilheringensis saec. XIV, pars II, ep. 39;* 2) *codicis Vaticani 4957 saec. XV;* 3) *codicis Vindobonensis 590 (Philol. 305) saec. XIV, fol. 108 ep. 134;* 4) *codicis Parisini lat. 13059 (S. Germain Harlay 455) pars III, nr. 1 fol. 30';* 5) *editionis Annalium Placentinorum Gibellinorum, quam e codice Musaei Britannici Harleiano 3678 saec. XIII. ex. instruxit Pertz SS. tom. XVIII, 472. Praesto erant etiam* 15 *collationes codicum Montispessulani 351, Cremifanensis 183. Z. 32 saec. XV, Guelferbytani Helmst. 577 saec. XIV. fol. 193', quorum lectiones tamen nihil faciunt. Legitur in collectione Petri de Vineis lib. III, cap. 1. — Huillard-Bréholles IV, 847 (collatis codicibus Parisinis 13059 et Notre-Dame 202). Böhmer, Reg. imp. V, 2156. (P. 320.)*

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator, Ierusalem et Sicilie[a] rex venerabili 20 Cumarum episcopo dilecto fideli suo gratiam suam et bonam voluntatem[b].

(1) Dum[c] debitorum nostrorum cirographa legimus, dum[d] kalendarii nostri nomina diligentissime perscrutamur, et nos debitores aliis[e] evidenter agnoscimus et aliorum nos esse prospicimus[e*] creditores. Hinc igitur pulsantis[f] ad ostium creditoris[g] iusta nos urget instantia, ne fenore pregravemur; hinc ad exactionem debitorum nostro- 25 rum periculosa[g*] negociis mora nos provocat, ne ipse[h] pereant actiones[i]. Ab illo namque bono patre familias protinus et instanter a nobis exigitur debitum, qui peregre proficiscens familiam suam sollicitudini nostre supposuit, cui reddere talenta que credidit[k] cogimur duplicata. Sed et vice versa nos excitat cesaree fortune fastigium, ut ab eis, quos Romane ditionis habet imperium, subiectionis et obedientie debitum exigamus. 30 Mirabilis[l] tamen utrumlibet conditionis est debitum, si subtiliter intuemur, cuius solutio[m] debitoris emolumenta non minuit[n], auget fidem: immo[o] magis solventi crescit[p] in comodo[q], quam suscipienti proficiat in augmento. Ceterum[r] si in eo, prout de iure[r*] tenemur, satisfacimus proponenti[s] et propositi[t] diligenter[u] officium impendamus[v], et tempo-

**200.** a) Scicilie 5. b) *sic* 5; Fridericus D. gr. Rom. imperator etc. 1. 2; *rubrica in* 4: Principibus 35 Alamannie quod veniant apud Parmam celebraturi ibidem sollempnem curiam; *similiter cod. Guelferb.; rubrica in cod. Cheltenham.:* Fredericus sacri imperii in Lombardia vicario quod citet communitates civitatum Lombardie ad curiam tenendam in Parma; *similiter cod. Montispessul. 139.* c) *sic* 4. 5; Cum 1—3. d) *sic* 3—5; et 1. 2. e) alios 3. 5. e*) perspicimus 4. f) pulsantes 5; pulsatis 3. g) *deest* 1—4. g*) pericula promittens 4. h) quando 5. i) actores 2. k) tradidit 4. l) Mirabile 4; Mirabilis — intuemur 40 *des.* 1. m) exsolutio 5. n) sed *inseruit* 4. o) longe *add.* 5. p) concessit 5. q) incommodo 2. 3. 5. r) Etenim 5. r*) de iure *des.* 4. s) preponenti 5; proponenti et *des.* 3. t) prepositi 1. u) diligentis 5; diligens 2. v) impleamus 5; intendamus 3.

ralis[w] honoris stipendia[x] querimus, dum clarificamur[y] in fama[z], et retributionis eterne fiduciam obtinemus[a], dum proficimus in salute. In[b] iussu[c] dominico 'que sunt cesaris cesari persolvantur' emolimentum solutionis in totum fere solventi relinquitur, dum recipienti etiam[d] magis comodi et honoris acquiritur, quam solventi[e] vexationis et oneris[f] aggregetur[g]. Ea[h] namque sunt omnia, si verum inspicimus, subiectorum grata levamina, que sunt huius[i] onera[i*] principatus; in hoc enim gloria[k] regis extollitur[l] et servatur, ut[l*] in quiete pacis populum dirigat et in iusticie vigore[m] conservet. Ad quorum[n] primum[o] non sine multo[p] regnantium salutis et vite discrimine laboratur. Legimus namque, quam[i*] plures[q] pro quiete publica populorum labores eximios assumpsisse; nec ex toto secura[r] iusticia per reges et cesares[s] ministratur[t], qui dum inferiores iudicant, superiori iudicio reservantur. (2) Et quamquam tanti sollicitudo ministerii[u] quibuslibet terre principibus debeatur, Romani[v] tamen imperii veneranda sublimitas, quod in omnium presidentium[v*] oculis velut in speculo collocatur, tanto perfectius[w] zelare pacem[w*], tanto tenetur instantius vacare iusticie subditorum[x], quanto[x*] totius orbis ambitus quodammodo[*] spiritu vivit imperii, ut eo[y] langueat languente et ipso prosperante letetur. Nec in temporalibus solum christiani populi tenebras Romani sceptri fulgor illuminat, sed ipsi[z] catholice fidei fulcimenta non levia subministrat, cum caput[a] et[b] matrem ecclesiarum omnium, apostolorum sedem, inter[c] totius ipsius potencie viscera collocatam, a qua ecclesie urbium singularum auctoritatis insignia contrahunt et instruuntur[c*] exemplis, hereticorum perfidiis aut aliquorum iniuriis concuti non permittat[d]. Propter quod gratissimum putamus[e] exhibere Deo vivo obsequium, si zelo laudabili et constanti proposito ad totius imperii statum pacificum tanto libentius aspiremus, quanto clariori presagio hoc de celesti colligimus voluntate. (3) Nec enim ob aliud credimus, quod providentia Salvatoris sic magnifice, immo mirifice dirigit[f] gressus nostros, dum ab orientali zona regnum Ierosolimitanum, Conradi karissimi nati nostri materna successio, ac deinde regnum Sicilie, preclara materne nostre successionis hereditas, et prepotens[g] Germanie principatus sic nutu celestis arbitrii, pacatis undique populis, sub devotione nostri nominis perseverant[h], nisi ut illud Ytalie medium, quod nostris undique viribus circumdatur, ad nostre serenitatis obsequia redeat et imperii unitatem. Nec in hoc providere tantummodo[i] commodis nostris intendimus, sed super hoc[k] crucis negocium directissime procuratur, dum rebellibus nostris circa partes Ytalie in gremium nostre gratie revocatis, expectationes[k*] multorum nobilium desiderato fine precidimus, qui vota sua in eventum huiusmodi suspenderunt, ne[l] crucis signaculo presignitos christiani cruoris effusio, licet iusta, ob debitum et honorem imperii scilicet[l*], macularet; nos etiam, de cuius manu potissimum terra predicta prestolatur subsidium[m], sine tacita saltem redargutione multorum, relicto[n] in tam nobili regione imperii nostri corpore lacerato[n*] et dissimulata tam veteri rebellione rebellium, assumere[o] tantum negocium non possimus[p]. (4) De sinu etenim[q] ipsius Ytalie supra-

**200.** w) imp. imperialis 5. x) dispendia 5. y) claudicans 3. z) fame 5. a) *deest* 2. 5; capiamus 4. b) Et si 5. c) enim *add.* 3. 4. d) non 5. e) *deest* 4. 5. f) oms 4; honoris 5. g) aggregatur 5; aggeretur 3. h) Eiusque 5. i) *deest* 5; hec 3; etiam 4. i*) *deest* 4. k) gratia 4; gloriosi 5. l) solium *add.* 5. l*) si 4. m) rigore 1. 2. n) quarum 1. 2. o) primam 1—4. p) *deest* 4; tempore *add.* 3. q) multos principes 5. r) secuta 2. 3; secure 4. 5. s) principes 4; gentibus *add.* 5. t) ministrantur 5. u) *sic* 3; mysterii 1. 2. 4. 5. v) Romanum 5. v*) que in omnibus presentium 4. w) profectius 5. w*) zelari pacem compellitur 4. x) subiectorum 5. x*) et quam 4. *) debita devotione deposcit, quasi a nobis presentibus obtineret, cuius vere spiritus quam affectus velut fidelis et prudens *add.* 4, *quae sensum perturbant.* y) cum 1. 2. z) ipse 1. 4. a) apud 1—3; *deest* 4. b) etiam 1—4. c) infra 1. 2; intra 4; *deest* 3. c*) et instr. *des.* 4. d) *conieci;* permittit 4. 5; permittant 1—3. e) paramus 5. f) direxerit 5. g) prepotentis 3. 5. h) perseverat 1. 2. i) omnimodo 3. k) *sic* 3; super hiis 1. 2; in hoc 4; per hoc 5. k*) discordias 4. l) *sic* 3. 4; ut 1. 2. 5. l* et regni Siculi 4. m) auxilium 5; postulatur presidium 4. n) relicti 1. 2; relicta 4, *deest* in. n*) lacerata 4. o) libere *add.* 5. p) possemus 3—5. q) etiam 4; *deest* 5.

dicta discordia ad honorem Dei et imperii laudabili fide sedata[r], grande producere speramus auxilium Terre Sancte, que velut incolis populosa, vicina maritime, glebe fructifera cultu, in oportunitatibus omnibus[s] se utilem nimis exhibuit[t]. Ad hec igitur omnia salubriter procuranda nec nostris indulgere laboribus nec parcere sumptibus disponentes estate presenti personaliter cum nostris principibus intrare[u] condiximus Lombardiam, ad hec tria considerationem nostram[v] potissime dirigentes: ut eradicata in Italia heretica pravitate, iura ecclesie et[v*] imperii reformemus ibidem; ut[w] pacem, discordiarum scismatibus fatigatis, et quibuslibet passis iniuriam absque acceptione qualibet personarum iusticie[x] copiam ministremus — scimus[y] etenim, veritate testante, quod nobis malignum aliquod adversari non poterit, dum iusticie solio presidemus —; ut[z] ad expiandum inimicorum fidei[a] piaculare[b] flagitium in partibus transmarinis de communi cismontanorum[c] Italicorum consilio votis communibus[d] unanimiter aspiremus. Ad quod nostrum precipue et totius christiane universitatis presidium iam non tantum utilitas, sed ipsa necessitas instanter invitat, cum treugarum finis, quas nos in ipsis partibus existentes inivimus cum Soldano, fere in ianuis habeatur. (5) Quare[e] de nostrorum consilio principum apud Placenciam[f] solempnem curiam duximus indicendam, ad quam ab Urbe citra omnium civitatum[g] Ytalie nuncios invitamus. Ibidem[h] quam plures nobiscum[i] principes nostros habebimus in honorabili comitiva, legatos etiam omnium regum occidentalium partium, quos fere omnes affinitatis vinculum nobis unanimes iam effecit, ibidem procul dubio nos credimus habituros, ut intentionis nostre salubre consilium ac[k] propositum, quod de subsidio terre Dei et reformatione iurium ecclesie et imperii in Ytalia et statu pacifico regionis eiusdem pia mente concepimus[k*], in solempnem et publicam prodeat notionem. Et si tanta rebellium fuerit inventa protervitas, quod nec ad Dei negocium nec ad decus imperii velint habere respectum, celebris[l] tribunalis in eos sentencie gladius exeratur, que nec appellationis nec supplicacionis[l*] remedio suspendetur, sed in rem transiens iudicatam effectum dante Deo debitum e vestigio consequetur[m]. Et ut in[n] omnibus antiquus et debitus mos et honor[o] imperii conservetur, ecce quod ante faciem nostram de principibus nostris aliquem premittemus, cui plenariam dabimus potestatem, universitates quaslibet ac personas etiam singulares extra culminis nostri gratiam banno imperii existentes in plenitudinem nostre gratie recipere, prout honori nostro et imperii[p] viderit[q] expedire; premittendo[q*] eciam principi potestatem conferre decrevimus, in contumaces nova banna decernere et debita eos animadversione punire, illo presentibus expressim[r] inserto, quod nos promittimus inviolabiliter observare et observari ab universis[s] et singulis imperii fidelibus et[t] principibus faciemus quicquid de restauratione gratie nostre cum quibuslibet universitatibus seu personis per ipsum extiterit ordinatum, nec minus honori et voluntati nostre satisfactum[u] habebimus, quicumque[v] dicto principe mediante gratiam nostram debita devotione deposcit[w], quam si a nobis ipsam presentibus obtineret. (6) Tu igitur velut fidelis et prudens te ipsum ad curiam predictam[x] honorifice prepares, potestatibus, consulibus atque communibus[y] civitatum[z] Cumarum[a], Medio-

**200.** r) *sic* 5; sedanda 1—4. s) ad dictum negotium *add.* 5. t) exhibebit 4; incessanter vel poterit exhibere *add.* 3. u) introire 1. 2. v) considerationum nostrarum ottoē 5; c. n. intuitum 3; c. n. assiduos cogitatus 4. v*) eccl. et *des.* 4. w) et ut 4. 5; ut et 3. x) iusticiam 5, copiam *deest.* y) scimus — presidemus *des.* 2. z) et ut 5. a) *deest* 5. b) peculiare 4; pia celeritate 5. c) transmarinorum et 4; et *add.* 5. d) paribus 5. e) Ideoque 5. f) Parmam 4. g) universitatum 5; omnis Italie 4. h) Ibique 3—5. i) nobiles 1. 2. k) consilium ac *des.* 3—5. k*) concepimus *usque* ad decus *des.* 4. l) celeris 2; tum celebris 5; tam celeris 3. l*) nec sup. *des.* 4. m) consequatur 1. 2. n) hiis *add.* 5. o) mos honorque 1. p) imperio 1. 2. q) iudicabitur 5. q*) premittendo — punire *des.* 4. r) expressum 3. 4; et expressim 5; *deest* 1. 2. s) omnibus 1. 2. t) in *add.* 4; fid. et *des.* 5; et principibus *des.* 3. u) factum 1—4. v) quodcumque 2. w) poposcerit 5. x) supradictam 3—5. y) civitatibus 3. z) civitatum *deest* 3—5. a) *sic* 5; Cumanis 1; Camañ 3; Cumañ 4.

lanensis[b], Novariensis[b*], Pergamensis, Vercellensis, Brixiensis, Alexandrine et Laudensis ex parte nostra precipias, ut ambasiatores suos ipsorum[b*] auctoritate munitos in nostra[c] curia dicta studeant ad nostram presentiam destinare. Qui pro parte universitatum suarum tam super Terre Sancte negocio quam reformatione imperii et iusto et pacifico statu terre nostris et imperii mandatis se exponant. Scripsissemus utique predictarum universitatibus[d] civitatum, nisi quod esse inposterum[e] consilium principum crederetur[e], ut devotionem ipsorum imperialium apicum scriptura preveniat[f]; nec nostrarum prescriptio litterarum merito poterat gratiam nostram illis exponere qui eam assequi non nituntur. Nos enim[g] gratis auspiciis in festo sancti Iohannis baptiste proximo nunc futuro[h] aquilarum victricia signa movebimus ab Augusta, subsequenti[i] festo Iacobi dictam[k] regere curiam disponentes, illo nobis viam feliciter[l] ostendente qui novit[m] prosperum iter dirigere, ac faciente qui potest[m].

Iun. 24. Iul. 25.

---

# 201. 202. PROCESSUS CONTRA DUCEM AUSTRIAE.

## 1236. Iun.

*In curia Augustae a. 1236 mense Iunio habita Fridericus dux Austriae eo quod imperium, principes sibi conterminos, terram suam enormiter laeserat et pluries ab imperatore ad curiam vocatus venire contempserat, proscriptus et principatibus suis privatus est*[1]. *Ex actis curiae supersunt encyclica imperatoris, qua principibus causas contra ducem procedendi pandit, et promissio, quam nonnullis principibus ad debellandum ducem fecit.*

### 201. *ENCYCLICA IMPERATORIS.*

*Cum iam mense Maio eam datam esse ceteri contenderent, vir ill. Ficker*[2] *censuit, eam in ipsa curia Augustensi factam esse, ut imperator publicam rationem redderet procedendi adversus ducem, et ei inditam esse formam epistolae datae ad ducem Bohemiae, inter principes, qui Augustae praesentes fuerint, summum. Encyclicam nobis praebuerunt* 1) *codex Panormitanus principis Fitaliae saec. XIV. in., ep. 106, quem iam olim exscripsit Pertz*[3]; 2) *codex Wilheringensis pars II, ep. 111;* 3) *codex Vindobonensis 590 (Philol. 305) fol. 157 ep. 279;* 4) *codex Parisinus Supplement latin 165. 4, quaternionem epistolarum saec. XIV. complectens, quem contulit Bethmann. Praesto erant praeterea collationes codicum Cremifanensis 183. Z. 32 saec. XV et Parisini lat. 13059 (S. Germain Harlay 455) pars III, nr. 5 fol. 31', qui vilioris pretii sunt. Legitur in collectione Petri de Vineis l. III, c. 5. — Huillard-Bréholles IV, 852 (e codicibus Parisinis Notre-Dame 202 et lat. 13059). Böhmer, Reg. imp. V, 2175.* *(P. deest.)*

Fredericus etc. illustri regi Boemie, dilecto principi etc.[a] (1) Inviti trahimur ad tuam et aliorum noticiam principum adversus[b] ducem Austrie materiam publice

**200.** b) *loco* Mediolanensis — Laudensis 3: Mediol' et aliis; 5: Mediolanni, Novarie, Pergami, Vercellarum, Brixie, Alexandrie, Laude. b*) *deest* 4. c) nostra *deest* 3—5. d) predictis un. singulis 5. e) preposterum principum nostrorum conscilio crediderunt 5. f) prevenit 1—3; prevenerit 4. g) autem 5. h) Iohannis proxime venturo 5. i) subsequenter in 3—5. k) indictam 5. l) feliciter *deest* 5. m) noverit et iter prosperum faciente qui potest 5.

**201.** a) *sic* 4; Fridericus etc. regi Boemie 2. 3; *rubrica in* 1: Fridericus imperator scribit cuidam principi crimina et enormitates ducis Austrie ad excusationem pene predicto duci infligende. b) talem *add.* 1.

1) *V. Hermanni Altah. Annales SS. XVII, 392.* 2) *Regesta imp. V, 2175.* 3) *V. 'Archiv' V, 360.*

questionis afferre, cuius levitas ducta motibus[c] inconsultis adeo processit in publicum et[c*] eius temeritas contra honorem nostrum et imperii dignitatem verbo et opere attemptata nos tam graviter provocavit, ut transire non possimus ulterius incorrectos[d] sue levitatis excessus. Revera quia dileximus patrem suum, merito paterni servicii cordi nobis est[e] et cure, in eundem ducem et filium eius favorem paterne dilectionis effundere et affectum nostrum erga suum comodum et honorem ostendere cum effectu. (2) Itaque cum aput[f] Rauennam[g] curiam indixerimus[h] celebrandam[1], vocavimus ipsum sicut ceteros principum ut veniret, proponentes eum amore[i] paterno recipere ac fovere[k]. Set maiore parte principum in[l] multis laboribus et expensis venientibus a remotis, ipse qui oportunius venire poterat, suum denegavit accessum. Deinde nobis transeuntibus Aquilegiam[m.2], cum eum ibidem videre vellemus, vocatus venire pueriliter recusavit. (3) Quod et nos habentes respectum ad paterna servicia dissimulare voluimus, etatis sue motibus ascribentes; quin pocius ut eo non recederemus inviso, contulimus nos personaliter ad terram suam Porte None[n], quam habebat[o] in Foro Iulii, et ibi moram trahentes[3] misimus pro eodem, ut, si molestum sibi fuerat in civitatibus nostri imperii nos vidisse, ad terram suam pro nobis accedere non vitaret. Quem venientem venerabili affeccione recepimus[p], satagentes ei verbo et opere complacere, tantam insuper sibi graciam facientes, quod pro sopienda lite, quam in exaccione dotis[q] sororis[r] sue[s] filius noster[t] contra eum iure ac viribus attemptabat[u], septem[v] milia marcharum ei promisimus exhibenda[w], non obmittentes ei satisfacere de pulcris equis et aliis donativis ac libentissime procurare que suis essent affectibus acceptata[x], ut eum redderemus nostris aspectibus graciorem. (4) Nuper[4] autem in Alamaniam[y] venientes tantam[z] de ipso fiduciam[a] habebamus, quod non dubitavimus[b] personam nostram per terram suam Stirie[c] committere, ut ei daretur maior de gratia nostra presumpcio, et ad nostra beneplacita se magis obsequiosum et benivolum exhiberet. Ipse vero dum essemus in eadem terra sua, non[d] erubuit duo milia marcharum a nobis exigere pro guerra tibi et illustri regi Ungarie facienda. Quas quia sibi non dedimus, dixit se nobis numquam[e] inantea serviturum[e], ut quadam violencia non cognosceret dominum coram quo tam improbe loqueretur. Non[f] tamen propter hoc moti[g] fuimus set pacienter iuvenilem dissimulavimus levitatem, habentes nichilominus in proposito, sua comoda promovere. (5) Indicta eciam Maguntina curia generali[5], convocavimus eum ad eandem curiam termino constituto, prout generaliter et specialiter singuli principum fuerant convocati. Qui cum prefixo tempore convenissent, idem dux nedum convenire contumaciter recusavit, quin pocius cum campestri exercitu absque nostra licentia vel assensu terram regis Ungarie hostiliter et violenter ingressus, adeo tantum principem provocavit, quod expedicione facta imperii fines intravit non sine iniuria nostra et imperii lesione[h], humilians eum ad suum beneplacitum et mandatum. (6) Interim eciam non contentus quod conterminum sibi regem turbaverat, principes imperii, videlicet te regem Boemie, venerabilem Salisburgensem archiepiscopum, Babenbergensem[i], Pataviensem[k], Ratisponensem et Frisingensem[l] episcopos, Bavarie ducem et Moravie marchionem,

**201.** c) moribus 1. c*) ut 1. d) incorreptos 1. e) fuit 2. f) aput *deest* 2. g) Ravendam 1; Ravenne 2; Ravenniam 3. h) *correxi;* duxerimus 1; indiximus 2. 3; induxerimus 4. i) favore 2; fervore 4. k) favere 1. l) in — expensis *des.* 4. m) Aleba' 2; Alemaniam 3. n) Porte Noue 1. 4; praua nobis accederant 2; p̄p̄o nobis accedere 3. o) habet 4; habent 2. p) recipimus 1. q) debiti vel doctis 4. r) sororis *supplevit Huill.* s) sive 4. t) noster *deest* 1; C. *add.* 4. u) intemptabat 2. 3. v) octo 2. 3. w) exhibendas 1. x) acceptanda 2. 4; accipiendo 3. y) Alamannia 1. z) *sic* 2. 3; tantum 4; *deest* 1. a) confidenciam 3. 4. b) ei *add.* 4. c) Sirie 1; Syrie sibi 3; *deest* 4. d) non *deest* 1. e) unquam a nobis serviciorum munera recepisse 4. f) Nos 2 — 4. g) non *add.* 2 — 4. h) lesione *deest* 2. i) *coniecit recte Huillard;* T. Brandaburgensem 1; Brandenburgensem 2. 3; R'''ndeburgensem 4. k) *sic* 4; et tal. epictauensem 1; Pictauiensem 2. 3; et P. *add.* 1. l) tal. efrisigensem 1; et Fris. *des.* 4.

1) *Anno 1231. Dec. 25.* 2) *Mense Martio a. 1232.* 3) *Mense Maio a. 1232.* 4) *Mense Maio a. 1235.* 5) *Ad diem 15. Aug. a. 1235.*

fecit[m] offendere, auferens eis[n] iura et redditus, quos in Austrie et Stirie[o] ducatibus[p] possidebant. Ad cuius ulcionem tanta moles principum irruisset, nisi quod pacem imperii turbare vitantes nobis et imperio detulerunt, sepe coram nobis per litteras et nuncios querimonias[q] deponentes. (7) Delate sunt eciam querele multiplices pro 5 parte hominum terre sue, quod iusticiam et iudicium de terra sua proscripserat et cum iniquitate fedus iniens prorsus abiecerat equitatem, viduis et orphanis, quos iure fovere debuerat, molestus existens, divites opprimens, conculcans pauperes et humilians nobiles, destruens populares, diversis flagiciis afficiens[r] subditos, nullam adversus eos aliam causam habens, nisi quod credit sibi pium esse et licitum quicquid libet. 10 Ministeriales et alios impheudatos, quos ab imperio tenet, tanto graviori[s] prosequitur voluntate, quanto in odium nostrum et imperii de ipsis cogitur[t] dubitare. (8) Data igitur per eum effreni[u] licencia luxui et mente ipsius in omnem viam malicie turpiter inquinata, deflorat virgines et facit a suis complicibus deflorari, matronas honorabiles dehonestat, auferens filias patribus et viris per violenciam coniugatas. Et utinam hiis 15 contentus non excogitaret in patrum animas et virorum, in quorum necem diversas species[v] necis exaggerat[w], quibus trucidet[x] miserabilius[y] innocentes. Pro[z] quorum[a] ineffabili malorum cumulo mota fuit sepe nostre[a*] preeminencia dignitatis; set paterni servicii memores volumus cum lenitate procedere, intendentes a via mala virum impium revocare. (9) Quapropter monuimus eum et benigne rogavimus, ut ad colloquium 20 preterite curie[b] preterita yeme indictum Auguste[1] veniret, ubi de restitucione status sui comparanda[c] cum predictis principibus et tecum[d] et[e] abolenda infamia supradicta eum alloqui et cum eo disponere volebamus; provisa ei iuxta requisicionem et velle suum securitate conductus de personis quas et quot voluit exegisse[e*]; illam eidem gratiam exhibentes quod, quia dubitabat pro huiusmodi querimoniis diu[f] morari, promisimus[g] 25 ei per nuncios, quod moram et reditum ad suam permitteremus fieri voluntatem et quod eum super obiectis ad iusticiam nullatenus cogeremus, si[h] deberemus offensis principum[i] satisfacere per nos ipsos. (10) Deinde quia aput Augustam[k] venire noluit, supplicantibus[l] nobis pro iterata[m] citacione sua dilecto principe nostro venerabili Salisburgensi archiepiscopo et aliis nunciis suis et[n] acceptantibus, ut aput 30 Hagenowe[o] ad[p] nostram presenciam[q] citaretur[r], indiximus[s] sibi[t] eundem locum et terminum competentem[2], in quo aput Hagenowe[u] ad nostram presenciam se conferret, ibidem de bono statu[v] et reintegracione fame sue disponere proponentes[w]. (11) Ipse vero cum non posset vulnerate consciencie nephanda contegere, etsi sepius exposuerit se venturum, semper illusit et patienciam[x] nostram in superbia et in abusione con- 35 tempnens, datus in sensum reprobum et penitus effectus ingratus, cepit contra personam nostram verbo et opere machinari, ut preter insidias, quas in capcione filii nostri dudum in itinere[y] manifeste paraverat[z], cum Mediolanensibus et aliis inimicis nostris[a] contra honorem nostrum et imperii moliretur. Et[b] nequiter contra animam nostram[c] excogitans misit nuncios suos ad Seniorem Montane qui dicitur Assisinus[c], promittens

40 **201.** m) multipliciter cepit 2—4. n) ei 1—3. o) Syrie 1. 3; Sicilie 4. p) ducatis 1. q) querimonias *deest* 2—4. r) affligens 4. s) gratiori 1. t) cogimur *male Huill.* u) effrenata 4. v) penas 2. 3. w) exagerat 1. 3. 4. x) trucidat 2—4. y) miserabiliter 2—4. z) *deest* 4. a) quo 1. a*) nostra 1. 4. b) pret. curie *des.* 2—4. c) compacanda eum 2; compaciando eum 3; complacandi 4. d) de omni 2—4. e) et *deest* 1—4. e*) exigisse 1. f) diu *deest* 1. g) premisimus 1. 45 h) si deberemus *des.* 2. 3. i) principibus 2. 3. k) augustum 1. 4. l) *loco* supplicantibus nobis pro 4: quod in. m) tanta 1. 4. n) *deest* 4. o) *sic* 3; hagenow 2; agauen̄ 1. p) aput 1. q) provinciam 1. r) citare ter 1. s) induximus 1. 2. t) sibi — competentem *des.* 4. u) *sic* 3; hagenow 2; hag̅ 1. v) imperii *add.* 2. 3. w) preponentes 3. x) potenciam 1. y) nostro *add.* 2. 3. z) *sic* 2. 3; paravit 4; provenit 1. a) nostris *deest* 1. b) Et *deest* 1. c) nostram 50 *usque* Assisinus *des.* 1; asinus 2—4.

1) *Mense Octobri exeunte a. 1235.* 2) *Mense Ianuario ineunte a. 1236.*

ei pecuniam infinitam, ut nostram lederet maiestatem. Aliud[d] eciam spiritu sue fatuitatis inductus, quod nobis est valde molestum, non est veritus attemptare[e], sanctissimum in Christo patrem summum pontificem, ut sibi esset favorabilis, inducere satagendo. (12) Preterea nuncios nostros in securitate sua et conductu receptos spoliari mandavit. Exenia[f] quoque per[g] ducem Ruscie[h] nobis transmissa nunciis eius[i] in contemptum et iniuriam nostram fecit auferri. Castra autem, que Ratisponensis quondam advocatus nobis et imperio in morte sua legaverat, occupavit[k] nec obmisit cuncta presumere que nobis essent et imperio nocumento[l]. (13) Qui cum nec Deum timeat, sicut dicit, nec velit terrenum dominium revereri, nature[m] reverenciam non[n] observans, nobilem dominam matrem suam suis bonis omnibus spoliatam de terra sua turpiter effugavit, et si manus in eam inicere potuisset, ubera eius infelix homo precidere minabatur. Et nisi[o] ad te, dilectum principem nostrum et affinem[p], confugium habuisset, cum consilio tuo ad presenciam nostram accedens, non haberet ubi capud tante nobilitatis domina reclinaret. Que lacrimis aput Deum et nos clamore continuo querula non cessat iusticiam sibi adversus tam improbum filium implorare. (14) Nec possumus silencio preterire qualiter, marchioni Missinensi[q] sorore sua nuptui tradita, in terra sua nupciis celebratis, cum prima thori gaudia celebrassent[r], aggressus est eos in lecto nudos et surgere non permisit, donec eos in manibus eius omnem dotem et ius, de quibus tenebatur eis pro maritagio respondere, oportuit neccessario remisisse, contra securitatem sibi promissam[s], quod nullam deberet ei peticionem facere vel remissionem aliquam postulare; metu[t] insuper incusso ministerialibus suis, quod[u] nullus evaderet[v], nisi quicquid[w] pecierat compleretur, ut[x] sibi et aliis suis intimis persecutor et[y] tyrannus omnibus in communi omnium[z] iudicio[a] censeatur. (15) Quibus omnibus lacessiti[b], cum tanta esset ipsius iniquitas ut veniam mereri non posset, ad tot querimonias principum in nostra presencia replicatas, ad querelas et lacrimas matris sue petentis de sede nostra iudicium, ad lacrimosas voces nobilium, popularium, orphanorum, viduarum et omnium inhabitancium terram suam coram Deo et nobis clamancium contra eum, attendentes insuper offensas nostras et imperii per eum nequiter attemptatas, ad condignam eius correccionem[c] exigente iusticia duximus insurgendum, responsuri stulto secundum stulticiam suam, ne sibi sapiens videatur, set[d] discat[e] per se ipsum, qualiter Deum timere debeat et nos et imperium teneatur modis omnibus revereri. Que omnia tibi et aliis principibus nostris duximus exponenda, ut rei certitudo ad eius exterminium pateat universis. Nam[f] refrenanda est temeritas malignorum, ut pleni[g] metus tardiores sint alii ad scelera committenda[h].

## 202. *PROMISSIO IMPERATORIS. Iun. 27.*

*Praebemus ex autographo tabularii regni Bawarici, cui illatum est e tabulario episcopali Pataviensi. Litteris patentibus etiamnunc lora membranacea appendet sigillum aliquantum laesum; in dorso manu saec. XIV. leguntur:* Imperator cum duci Austrie pacat. *Ex autographo ediderunt prius Monumenta Boica XXX, 1, 245 nr. 740. — Huillard-Bréholles IV, 883. Böhmer, Reg. imp. V, 2176.* *(P. 322.)*

**201.** d) *sic* 2. 3; Alio 1. 4. e) *loco* non est v. attemptare 1: visus est actemptando detrahere erga. f) Exennia 1. g) talem *add.* 1. h) rosie 1; basie 4; rossie 3. i) nostris 2. 3. k) enormiter occupavit 4; non est veritus occupare 2. l) nocumenta 2. m) nec 2—4. n) non *deest* 4. o) Nisi et 1. p) princ. nostrum affinem 1; princ. et affinem nostrum 2—4. q) marchionem Missinensem 1. r) celebrasset 1. 4. s) veniens *add.* 4. t) in metu 1; et metu 3. 4. u) de eis *add.* 4. v) auderet 2. w) quod 2. 3. x) ut — censeatur *des.* 4. y) et *deest* 1. z) *conieci;* omni 2; operum 1. 3. a) indicio 3. b) lacessitis 1. 4. c) ulcionem 4. d) et 2. 3. e) ammodo *add.* 2. 3. f) Nam — committenda *des.* 1—3. g) plene 4. h) commutenda 4.

Fr. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis, quod nos dilectis principibus nostris subscriptis, videlicet W. illustri regi Boemie dilecto affini nostro, E. Babinbergensi, R. Patauiensi episcopis, O. duci Bawarie comiti palatino Reni et O. marhioni[a] Brandenburgensi firmiter promisimus, quod cum Friderico[b] duce Austrie et Styrie contra nos, honorem et dignitatem nostram et imperii gravia nimis et illicita moliente[c] nullas treugas, pacem vel concordiam faciemus contra ipsorum voluntatem et consensum et quod eis contra ipsum et omnes suos fautores efficaciter assistemus, et si quid gravaminis dictis nostris principibus a quacumque persona vel quocumque casu acciderit pro hoc facto, nos eos iuvabimus, sicut nostram condecet maiestatem. Ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Dat. apud Augustam, XXVII. Iunii, VIIII[e]. indic.

---

# 203. SENTENTIA CONTRA STRATAS COACTAS.

1236. Iul.

*Dedit Wattenbach ex autographo tabularii Vindobonensis, cui appendet lora membranacea sigillum cereum. — Huillard-Bréholles IV, 888. Böhmer, Reg. imp. V, 2180. (P. deest.)*

Fr. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis presentes litteras inspecturis, quod cum nos resideremus in castro nostro Werde cum principibus et aliis proceribus nostris, petitum est pro parte dilecti principis nostri E. venerabilis Salzeburgensis archiepiscopi coram nobis: si generaliter homines euntes per stratam publicam ad forum debeant ab eadem strata publica revocari et cogi per aliquos ire per vias privatas ad fora sua. Super quo dictante sententia principum extitit promulgatum: quod non licet alicui prohibere hominibus nec revocare eos á strata publica, quin vadant ad forum ubi possint sua comoda exercere. Salvo siquis habet proprios homines, quos potest revocare et reducere sicut vult. Ad cuius rei memoriam presentem paginam fieri fecimus sigillo nostro munitam.

Testes autem sunt: T. venerabilis Treverensis archiepiscopus, E. Papibergensis, S. Ratisponensis imperialis aule cancellarius, R. Pataviensis, C. Frisingensis et H. Seccoviensis episcopi; H. marchio de Baden, H. comes Senensis, C. bucravius de Nůrimberc, C. pincerna de Winterstet[a] et Gerlacus de Bůtingen, ac alii quam plures.

Datum aput Werdam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense Iulii, none indictionis.

**202.** a) *sic or.* b) Frider. *or.* c) *corr. or.*
**203.** a) Wrn̄t *or.*

# 204. PRIVILEGIUM ET SENTENTIA IN FAVOREM IUDAEORUM.

## 1236. Iul.

*Cartam hanc memorabilem primus edidit vir d. Hoeniger 'Zeitschrift für die Geschichte der Juden in Deutschland' I, 137 e membrana tabularii civitatis Coloniensis Nr. 2283, quae est transsumtum Wilhelmi archiepiscopi Coloniensis a. 1360 Ian. 2, quod transscripsit chartam Eberhardi episcopi Wormaciensis a. 1260. Mart. 11, cui insertum est Fridericianum nostrum*[1]. *Cuius priore parte continetur innovatio privilegii Friderici I. a. 1157 Apr. 6 (supra tom. I, nr. 163), quod integrum receptum est, atque id ipsum omnibus Iudaeis Alemanniae indulgetur; pars posterior sententiam curiae praebet, qua Iudaei innocentes esse cognoscuntur occisionis ritualis puerorum Christianorum. Cf. de hac re Fuldae gesta Ann. Marbacenses (SS. XVII, 178) et Ann. Erfordienses (SS. XVI, 31). (P. deest.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sycilie rex. Etsi augustalis preeminencia dignitatis teneatur ad omnes imperio Romano subiectos brachium sue defensionis extendere et tamquam ad tutamen fidei de superna dispensacione provisa fideles Christi favore fovere deceat speciali, nichilominus tamen ad iusticie moderamina constituta infidelibus debitum est, eos velut peculiarem commissum sibi populum pie regere ac iuste tueri, ne cum fidelibus in culminis nostri proteccione degentes a potencioribus per violenciam opprimantur. Hinc est itaque quod presentis scripti serie noverit presens etas et successiva posteritas, quod universi Alemannie servi camere nostre nostre celsitudini supplicarunt, quatenus privilegium divi augusti avi nostri Friderici felicis memorie indultum Wormaciensibus Iudeis et consodalibus eorum dignaremur de nostra gracia universis Iudeis Alemannie confirmare. Cuius privilegii tenor talis est:

1157. Apr. 6. 'In nomine sancte — in Christo feliciter amen'. *supra tom. I, nr. 163.*

**Nos itaque indempnitati et quieto statui Iudeorum Alemannie providentes, omnibus Iudeis ad cameram nostram immediate spectantibus hanc specialem graciam duximus**

1) *Transsumta Wilhelmi et Eberhardi hoc loco dari libet:* Wilhelmus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus sacri imperii per Italiam archicancellarius. Universis et singulis hanc litteram visuris et audituris volumus esse notum, nos quarundam litterarum transsumptum, vero sigillo venerandi patris quondam domini Eberhardi Wormaciensis episcopi prout prima facie apparebat sigillatum, vidisse et perlegisse, cuius tenor sequitur in hunc modum:

Eberhardus Dei gracia Wormaciensis episcopus omnibus hanc litteram inspecturis salutem in Domino sempiternam. Litteras domini Frederici quondam Romanorum imperatoris, non abolitas, non cancellatas, nec in aliqua parte sua viciatas vidimus et legimus in hec verba:

'In nomine sancte — et indiccione prescriptis'.

Set cum propter viarum discrimina et dubium terre statum ad diversas partes littera bullata caute nequeat transportari ubi tamen eius copia necessario exhibetur, nos ad instanciam Iudeorum Wormaciensium cedulam hanc de verbo ad verbum transcribi fecimus iuxta continenciam originalis privilegii et ad cautelam nostri sigilli munimine roborari . . Datum . . anno Domini MCC sexagesimo . . quinto Idus Marcii.

In quorum testimonium presens transsumptum ad supplices preces Iudeorum nostrorum in terra et sub potestate nostris commorancium de verbo ad verbum transscribi fecimus et nostri sigilli appensione communiri. Datum Lechnich, crastino circumcisionis Domini . . anno eiusdem MCCC[a] sexagesimo.

a) m. cc. *ed.*

faciendam, videlicet quod imitantes et inherentes statutis predicti avi nostri privilegium suprascriptum[a] et ea que continentur in eo, quemadmodum divus augustus avus noster Wormaciensibus Iudeis et consodalibus eorum concessit liberaliter et indulsit, eis de innata clemencia confirmamus.

5 Preterea notum esse volumus modernis et posteris universis, quod — cum de nece quorundam Vuldensium puerorum Iudeis in eadem civitate tunc temporis degentibus foret impositum grave crimen, per quod adversus ceteros Iudeos Alemannie propter miserabilem casum emergentis infortunii oborta generaliter gravis opinio vicini populi[b] minabatur, etsi[c] acciones clandestini maleficii non patebant — ad elucidandam 10 super predicto crimine veritatem principes et magnates et nobiles quamplures imperii, abbates et viros religiosos undique ad nostram presenciam evocatos providimus consulendos. Quibus super eo diversa sencientibus ut diversis, nec sufficienciam consilii super hoc invenire valentibus, ut decebat, consciencie nostre providimus de archano in Iudeos supradicti criminis infamatos procedi non posse commodius, quam per eos 15 qui Iudei fuerant et conversi[d] ad cultum fidei christiane, qui velut oppositi, quidquid inde scire possent in eos vel in libros Mosaycos vel per veteris testamenti seriem non tacerent. Quamquam vero per plurium librorum auctoritates, quos maiestas nostra didicerat, consciencia nostra predictorum Iudeorum innocenciam habuit racionabiliter excusatam, ad satisfaccionem tamen non minus rudis populi quam et iuris, de proviso 20 nostro salubri consilio ac principum, magnatum, nobilium, abbatum et virorum religiosorum, ipsorum unanimi concordia super eo ad universos reges occidentalium parcium legatos misimus speciales, per quos de regnis eorum peritos in lege Iudaica neophitos quamplures ad nostram presenciam destinatos habuimus. Quibus in curia nostra non parvam trahentibus moram, ad indagandam veritatem eiusdem rei ediximus, ut diligenter 25 inquisicionis studium haberent et conscienciam nostram instruerent, si qua ipsis super humano sanguine superesset opinio ad aliud inde forte facinus perpetrandum, que Iudeos ipsos ad committendum predictum maleficium inducere potuisset. Quorum super hoc assercionibus publicatis, quia compertum non est in testamento veteri vel in novo, Iudeos avidos esse humani sanguinis hauriendi, immo — quod est predicto 30 prorsus contrarium — quod ab omnis omnino sanguinis fedacione caveant, in biblia que dicitur ebrayce Berechet, preceptis Moysi datis, decretis Iudaicis que dicuntur ebrayce Talmilloht expressius habeamus, presumentes eciam presumpcione non modica, hiis, quibus sanguis prohibitus est et animalium permissorum, sitim non posse humani sanguinis superesse, rei horribilitate, nature prohibicione ac speciei comunitate[e] qua 35 Christianos eciam amplectuntur, et quod, pro eo quod expositum de animalibus de virorum municionibus[f] habere possent pro nichilo, non exponerent periculo substancias et personas — Iudeos loci predicti ab obiecto crimine ac alios Iudeos Alemannie a tam gravi infamia dictante sentencia principum pronunciavimus[g] penitus absolutos. Quapropter presentis privilegii auctoritate sanccimus, generaliter inhibentes, quatenus 40 nulla persona, sit ecclesiastica vel mundana, alta vel humilis, sub [pretextu] predicacionis vel occasionis alicuius, sculteti, advocati, cives vel alii[h], predictos Iudeos specialiter vel generaliter de predicta infamia impetat vel aliquid super hoc eis obiciat notabile vel molestum, scientibus universis quod, cum in servis suis dominus honoretur, quicunque se Iudeis servis nostris favorabiles et benivolos exhibuerint, nobis deferre non 45 dubitent, ceteris, qui contra presentis confirmacionis et absolucionis nostre paginam venire presumpserint, offensam nostre celsitudinis incursuris. Ut autem presentes, confirmacio et absolucio, inconcusso[i] robore perpetuo perseverent, presens privilegium inde fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis inpresso iussimus insigniri.

**204.** a) infrascriptum *cod.* b) vicinum populum *cod.* c) et *cod.* d) reversi *cod.* e) comoditate *cod.* f) *locus corruptus.* g) pronunciavit *cod.* h) qui *add. cod.* i) inconcussio *cod.*

Cuius rei testes sunt: S. Maguntinensis, E. Salzburgensis, T. Trevirensis archiepiscopi, E. Wabenbergensis, C. Spirensis episcopi, W. rex Boemie, . . dux Bavarie, . . marchio de Brandenburgh, . . lantgravius Turingie, . . dux Saxonie, . . marchio de Baden[k], C. burgravius de Nurenberg[k], C. de Hohenloch[k], E. pincerna de Windersteten, frater Hermannus magister domus Hospitalis Theutonicorum, frater B. de Davronden et alii quamplures.

Signum domini Frederici secundi Dei gracia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti (M.) Ierusalem et Sycilie regis.

Acta sunt hec anno incarnacionis dominice MCCXXX. sexto, mense Iulii, none indictionis, imperante domino nostro Fr. Dei gracia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sycilie rege, Romani imperii eius anno septimo decimo, regni Ierusalem undecimo, regni vero Sycilie tricesimo octavo; feliciter amen.

Datum apud Augustam, anno, mense et indiccione prescriptis.

---

# 205. SENTENTIA DE IURISDICTIONE EPISCOPI IN BANNO MILIARI.

## 1237. Iun.

*Edidit Lacomblet 'Niederrheinisches Urkundenbuch' II, 111 nr. 215, nescio an ex autographo, quod tamen in tabulario Düsseldorfiensi iam non exstat. Viro cl. Harless eidem tabulario praefecto collationem Libri privilegiorum et statutorum ecclesiae Coloniensis saec. XIV. med. debemus. — Huillard-Bréholles V, 81. Böhmer, Reg. imp. V, 2255. (P. deest.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum esse cupimus universis, quod cum pro parte Coloniensis archiepiscopi quereretur in sententia coram nobis, assistentibus in nostra presencia principibus et aliis pluribus baronibus imperii: utrum extra civitatem suam ut infra in iurisdictione civitatis ipsius possit iudicio presidere[b], dictante sententia principum extitit promulgatum, quod extra civitatem suam sicut et infra in iurisdictione ipsius, que banmile[c] vulgariter dicitur, possit legitime iudicio presidere et de sue iurisdictionis hominibus iusta iudicia exercere. Ad huius itaque rei memoriam presentem sententiam sigillo nostre celsitudinis fecimus roborari.

Datum apud Spiram, anno dominice incarnationis millesimo CCXXXVII, mense Iunii, X. indictionis[d].

**204.** k) *posthac . . superflua posita sunt cod.*

**205.** a) Fredericus *ed.* b) *deest c.* c) bamile *c.* d) indict. X. *ed.*

# 206–208. EXPEDITIO CONTRA LOMBARDOS ET CURIA VERONAE.

**1238. Mai. 1.**

*Vere anni 1238. imperator ex Alemanniae et Burgundiae partibus exercitum congregari mandavit, quem die 1. mensis Maii apud Veronam, ubi curiam celebraturus erat, lustrare intendebat. Curia tamen pentecostes demum tempore (Mai. 23) habita est*[1], *neque etiam copiae statuto termino ullo modo adunabantur*[2]. *De hoste illa facienda exstant adhuc tres imperatoris epistolae.*

## 206. *EPISTOLA AD REGEM UNGARIAE (Mart.).*

*Rex rogatur, ut balistariorum equitum copiam in Italiam auxilio ducat. Editioni adhibuimus* 1) *codicem Guelferbytanum 4° Aug. XIII. 3 fol. 88';* 2) *codicem Vallicellianum J. 29;* 3) *codicem Parisinum Ancien fonds latin 4042;* 4) *codicem Parisinum lat. 13059 (S. Germain Harlay 455) pars II, nr. 38 fol. 24';* 5) *editionem Martenei in Collectione amplissima II, p. 1150 nr. 17 e codice quodam reginae Succiae paratam. Textus cum in omnibus codicibus admodum corruptus sit, corruptelas omnes adnotare superfluum duximus. — Huillard-Bréholles V, 183 (adiutus codicibus 3 et 4). Böhmer, Reg. imp. V, 2325.* *(P. 324.)*

Fridericus etc. regi Ungarie[a] etc. Regum precellens gloria et secularium preminentia dignitatum mutuis proficiunt et magnificantur auxiliis; et ubi viget inter eos ydemptitas gratie ac servatur equalitas voluntatum, potentes dominantur in populis et timentur pocius[b] a subditis[c]. Hic revera zelus, hec causa nos commovet, hec gerende rei publice commoditas trahit, ut ad pacandum statum nostrorum fidelium et ad superbiam infidelium[d] in virga ferrea comprimendam, collatis vobiscum victorie nostre successibus, quos prostratis Mediolanensibus et complicibus eorum, manifestis imperii hostibus, triumphaliter obtinemus, vos inrequisitos ad nostrorum sempiternam[e] communionem successuum transire vel omittere non velimus, publicam exempli materiam impensuri, per quam iustus metus[f] ad subditos transeat; quia ex quo imperiale brachium potentia[g] regum munitur et ad commune subsidium per collationes varias principes obligantur et pari[h] conveniunt voluntate, omnis a subditis abscedat rebellionis audatia et conspirationes deficiant populorum. Que adeo in Ytalie partibus creverant, quod nisi potentia[i] nostra, sicut iam cepit, Domino exercituum faciente, radicitus resecet et evellat, nedum ad proximas, set distantes et remotissimas regiones exempla mali multipliciter emittebant. Post optentam igitur de Mediolanensium strage victoriam non deficit[k] nostra instantia contra eos, set firmantes in Ytalia moram nostram indiximus apud Veronam primo venturi Kalendis mensis Maii solempnem curiam celebrandam, ad quam dilectum filium nostrum Conradum Romanorum in regem electum et regni Ierosolimitani heredem cum ingenti expeditione ducenda de Germanie par-

**206.** a) Hungarie 1; illustri regi Ung. 4; regi Castelle 5; *rubrum in* 2: Fridericus regi Hungarie quod mittat sibi in taxato tempore copiam balistariorum equitum in Ytaliam; 1: Fr. Capuensibus ut secum armis et equis preparent ad destructionem Mediolanensium. b) principes 5. c) subiectis 3—5. d) rebellium 2—4. e) sequencium 2. 4. f) fructus 5. g) potentie 1—5. h) *deest* 1. 4. i) persona 5. k) deficiat 1. 2—4.

1) *V. Böhmer, Reg. imp. V, 2347c.* 2) *Conradum regem mense demum Iunio Alemannorum exercitum adduxisse v. ibid. 2356a.*

tibus ac universos et singulos principes nostros, quemlibet cum armata militum comitiva, duximus convocandos, tempus quo solent reges ad bella procedere prefigentes, ut[l] in deliberatione curie generalis disposito statu fidelium, ad supremam depressionem rebellium, si quos obstinata perfidia in errore tunc usque pertraxerit, prout negotiorum necessitas exigit, procedamus. Ut igitur rebelles ubique subditos longe lateque timor evidens prosequatur, quod augustali exercitui vires regales adveniant et in similibus imperiale subsidium debeatur, ex communi zelo amicicie, quem vicissim debemus exsolvere[m], confidenter[n] exposcimus, rogamus, adhortamur regiam serenitatem attente, quatenus[o] balistariorum equitum copiam, quos ipsa specialiter educat preelectos, sicut regio honori congruit, ad nos in Ytaliam pro confusione nostrorum rebellium taxato tempore dirigatis, constituentes nos ad similia debitores, qui tenemur pre ceteris ex auguste sedis debito universis adesse ad enervandam superbiam[p] iniquorum et vobis, tamquam affini et amico nostro, specialiter ad omnem graciam et honorem.

## 207. *MANDATUM AD COMITISSAM VIENNENSEM CETEROSQUE EPISCOPI GRATIANOPOLITANI HOMINES. Apr. 10.*

*Editionem repetimus quam dedit Chevalier 'Documents historiques inédits sur le Dauphiné' 3. livraison (Colmar 1869), p. 69 e chartulario Aimonis episcopi saec. XV. in. chart. in 4°, in tabulario episcopali asservato, fol. 6. Mandatum ibi insertum est litteris Berardi vicarii sacri imperii in regno Arelatensi, quas infra in adnotatione proferimus*[1]. *— Böhmer, Reg. imp. V, 2334. (P. deest.)*

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex Beatrici comitisse Viennensi et Albonensi, Guigoni Dalphino filio eius, Guillelmo comiti Gebennensi ceterisque baronibus, castellanis, militibus, civibus, burgensibus et omnibus Gracionopolitane diocesis constantis a castro quod dicitur Bella Comba inferius in utraque parte Ysere fluminis, illis a Bella Comba necnon et hominibus castri Sancti Donati Viennensis diocesis, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem.

Ad delendas infidelium reliquias in partibus Lumbardie undique imperii nostri vires in omni conamine ad nostram generalem curiam duximus convocandas, ad quam quia dilectum fidelem nostrum P(etrum) venerabilem episcopum Gracionopolitanum, qui de licencia nostra redit pro imperii serviciis, venire mandavimus decenter munitum in honorabili militum comitiva[a], sicut episcopum tantum decet, et est de iure imperii, ut principibus ecclesiasticis venientibus ad curiam de imperiali mandato et pro serviciis

**206.** l) *deest* 1—3. 5; ut ex del. 4. m) excolere 5. n) confidentes 4. 5. o) post 1. p) *deest* 1.
**207.** a) comictura *ed.*

1) Berardus Dei et imperiali gratia comes Laur(eti) sacri imperii in regno Arelatensi et Viennensi vicarius burgensibus, civibus et universo populo Gracionopolitane civitatis et hominibus castri Sancti Donati Viennensis diocesis, dilectis amicis suis, salutem et amorem sincerum. Noveritis quod venerabilis pater Gracionopolitanus episcopus nobis imperiales litteras presentavit tenorem huiusmodi continentes: 'Fredericus — XI. indicione'. Cum igitur mandata imperialia teneamur modis omnibus adimplere et contradictores ad faciendum ea cohercione debita compellere debeamus, vobis universis et singulis ex parte imperiali auctoritate qua fungimur precipiendo mandamus quatenus, forma superioris imperialis mandati diligenter inspecta, venerabili patri domino P. Gracionopolitano episcopo pro expensis, quas acthenus fecit et quas pro imperiali servicio faciet in futuro, subvencionem debitam faciatis, mandatum imperiale ac nostrum totaliter impleturi[a], quod propter hoc idem episcopus ad nos laborare iterum non cogatur et imperiale servicium propter defectum vestrum non valeat impediri. Datum apud Romanis, XVI. Februarii, XII. indicione.

a) impleaturi *ed.*

imperii ab eis, qui tenent regalia ecclesie sue, in subvencione congrua debeat provideri, fidelitati vestre precipiendo mandamus, quatenus eidem episcopo, quod ad eandem curiam venire valeat munitus ut decet, subvencionem congruam faciatis, subvenientes ei nichilominus in expensis debitis, quas hac vice fecisse dignoscitur ad presenciam 5 nostre maiestatis accedens, prout racione regalium, que ab eo tenetis, tenemini et debetis. Quod si presens mandatum nostrum vos, quod omnino non credimus, remissos et desides inveniet, ecce quod Nicholino Spinerole sacri imperii in regno Arelatense et Viennense nuncio, fideli nostro, mandavimus, ut vos ad id nostri culminis auctoritate compellat.

10 Datum apud Taurinum, decima Aprilis, XI. indicione.

## 208. *EPISTOLA AD COMITEM PROVINCIAE.* (*Apr. ex.*)

*Hac epistola imperator comiti terminum veniendi in Kalendas Iunias prorogat. Subsidia editionis eadem fuerunt atque epistolae primae*[1]. — *Huillard-Bréholles V, 198 (ut supra). Böhmer, Reg. imp. V, 2335.* (*P. 325.*)

15 Fr(idericus) etc. comiti Provincie. Litteris et nuntio tuo ad nostram presentiam destinatis hylariter et benigne receptis, tam ex continentia litterarum quam ex nuncii relatione collegimus devotionem tuam, quam ad nostra et imperii servitia prompta geris et fervida voluntate. In eo verumptamen cogimur excusatum habere sollicitum[a] zelum tuum[b], quod sero nuntium nostrum cum litteris submonitionis nostre venisse 20 fateris, pro eo quod terminus in Kalendis Maii pretaxatus e vicino videatur instare, licet admirari cogimur de nuncii tarditate, quem ad preveniendum apparatum tuum premisimus et deputavimus specialem. Ad quod insuper confidimus, te probabiliter experiri, quod etsi nuntius ad te non cito pervenerit, affectus tuus per effectum debitum in aliorum exemplum clarius ostendetur. Allegavit etiam[c] idem nuncius tuus temporis 25 discrimina precedentis et gravaminum instantiam et causarum que tibi oneri fuisse noscuntur, ut certum a nobis prefigi peteret terminum militum ducendorum. Quod expedire non vidimus; nec ad hec proposita petitio nuncii nos potuit inclinare, ut viro tante strenuitatis et fidei, quem specialis affectio servitii nostris[d] et imperii votis ardentibus precordialiter incitat et invitat, qui cum ex[c] affinitatis vinculo tum ex 30 nature[e] ac potentie sue meritis debet esse ceteris in exemplum pariter et sequelam, metam comitive suum decentis honorem prefigere deberemus; suggerente[c] nobis tua fide fiduciam certiorem, quod ad servandam laudem et gloriam experte[f] consummacionis negocii Lombardie, quod pre manibus estate proxima finaliter nobis offertur, laudabiliter ad pugne coronam venias, ut re[g] vocaris, obliviscens gravamen rerum et[h] 35 temporis, et ad successuum profectionis[i] gaudia conatibus virium renovatis exurgas, ut nullus possit modestior[i*] a nobis numerus[k] pretaxari, quin in eo derogari nobis et tibi crederemus potius quam deferri; maxime cum[l] comes Sabaudie[2] sororius tuus, dilectus fidelis[m] noster, ad presentiam nostram circa partes Pedemontis accedens, proprio zelo ductus, cum honorabili comitiva ad exercitum nostrum obtulit se venturum, marchione 40 Montis Ferrati presente et nostris similiter exposito servitiis cum omni suarum virium facultate[n]. Nec te patimur ignorare, quod a diversis regnis et mundi provinciis strenua prestolamur auxilia et infinitam habere confidimus copiam armatorum, volentes notam[c] cunctis tue domus laudem et gloriam presentialiter ostentari[o], ut nobis gratiosus ad-

**208.** a) sollitum 4. b) zelus tuus 1; *des.* 5. c) *deest* 1. d) nostri 1. 4. e) nativo 5; 45 necessitudine 2. f) ex parte 2—5. g) *deest* 2—4. h) et — modestior *des.* 2. 3. i) successure perfectionis 4; perfectionis 5. i*) inmodestior 4. k) *deest* 2. 3. l) P. *add.* 1. 5. m) filius 1. 5. n) facultatibus 1. 5. o) ostensuri 5.

1) *cod. 1 f. 137'; cod. 2 fol. 40; cod. 4 pars III, nr. 79 fol. 39'; Martene p. 1168 nr. 43.* 2) *Amadeus.*

venias, admirabilis exteris et tibi ac tuis titulis gloriosus. Nos autem ad tuum oportuniorem adventum in Kalendis Maii terminum ad eiusdem mensis finem tibi volumus prorogari, ita videlicet quod in Kalendis sequentibus Iunii te coram nobis debeas hylariter presentare. Cetera vero tuus nuncius ore[c] supplebit, qui de felici statu et processibus nostris te certum et iocundum efficiet, sicut vidit. 5

---

# 209-211. EDICTA CONTRA HAERETICOS.

## 1238. Mai. 14. Iun. 26. 1239. Febr. 22.

*Tria imperatoris scripta contra haereticos tribus vicibus intra a. 1238 et 1239 ordine, quo infra sequuntur, promulgata et emissa sunt. Nam eodem hoc ordine leguntur in:*

A *data a. 1238. Mai. 14 in transsumto notarii Bencivenne a. 1239. Febr. 8 Senis* 10 *confecto, quod asservatur in tabulario regio Senensi, Archivio generale nr. 817, iam olim exemplatum ab Hermanno Pabst; certe miraris, quod in calce scripti tertii leguntur haec e Constitutionibus regni Siciliae lib. I, tit. 3*[1] *petita:* Rex Rogerius: apostatantes a fide catholica penitus exsecramus, insequimur ultionibus, bonis suis omnibus spoliamus, ut a professione vel vita naufragantes legibus cohartamus, successiones tollimus ab eis, 15 omne ius legittimum abdicamus. *Textus codicis* A *et a manu librarii et ab altera manu in multis locis correctus et emendatus est, quos adnotari superfluum duximus. Huius promulgationis exemplar etiam episcopo Carpentoratensi missum est, ut docet transsumtum a. 1238. Aug. 7 confectum, quod exstat in tabulario Carpentoratensi municipali, Episcop. chartul. miscell. nr. 29, cuius summarium dedit Huillardus V, 201*[2]*; apographon in codice* 20 *Vaticano 3978 saec. XIV—XV. inspexit paucasque lectiones adnotavit Pertz.*

B *data a. 1238. Iun. 26 in autographo, quod asservatur in tabulario Massiliensi in libro aureo archiepiscopatus Arelatensis, dicto 'Livre d'or'; cuius sigillum periit, remanentibus filis sericis flavi et purpurei coloris*[3]*; excussit vir d. Arndt. In calce chartae leguntur haec:* Rex Rogerius — abdicamus *(ut supra).* Acta sunt hec anno dominice incarnationis 25 MCCXXXVIII, mense Iunii, undecime indictionis. Data Verone anno, mense et indictione prescriptis. *Quo elucet, imperatorem constitutionem Rogerii regis Siculi iam prius Constitutionibus regni insertam una cum tribus illis suimet edictis uno praecepto simul innovavisse. Ceterum autographon textum satis depravatum praebet, cuius menda omnia adnotari supersedemus.* 30

C *data a. 1239. Febr. 22, inserta brevi Innocentii IV. a. 1254. Mai 22 potestatibus, consiliis, communitatibus civitatum aliorumque locorum Italiae misso, quod legitur in Registro Ann. XI. Litt. curial. 47 (Potthast, Reg. pont. Rom. 15378)*[4]*; exemplavit ea b. m. Pertz, qui etiam adnotavit, eiusdem diei esse apographa codicum Vaticani 2648 saec. XIV. fol. 37—39, Vindobonensis 2094 (Salisb. 343) saec. XIV, Basiliensis B. X. 14;* 35 *quibus addimus Parisinum 4106 saec. XIII*[5].

### 209. *MANDATUM AD PRINCIPES ET OFFICIATOS IMPERII.*

*Ex* A *et* C, *ubi potestatibus Italici vel etiam Teutonici regni inscribi videtur, atque* B, *ubi distincte potestatibus regni Arelatensis et Viennensis inscribitur. Excerptum*

1) *V. in Huillardi Historia diplomatica IV, 8.* 2) *Quod autographon et ipsum in calce constitutionem Rogerii regis praebet.* 3) *Summarium illius autographi dedit Huillard-Bréholles V, 215.* 40
4) *In tomo II. Epistolarum a Rodenbergio editarum desideratur.* 5) *V. 'Archiv' XI, 500.*

*ex* B *dedit Winkelmann 'Acta imperii inedita' I, 311 nr. 350 I, exemplo usus Arndtii. Legitur in collectione epistolarum Petri de Vineis lib. I, 25. Verba usurpavit mandati principibus Teutoniae a. 1232. Mart. missi, supra nr. 158. — Böhmer, Reg. imp. V, 2345. 2362. 2420. (P. 326.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator et[b] semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex dilectis principibus suis, venerabilibus archiepiscopis[c], episcopis aliisque prelatis ecclesiarum, ducibus[d], marchionibus, comitibus, baronibus, potestatibus, scultetis, burgraviis[e], advocatis, iudicibus, ministerialibus[d], officialibus et[f] omnibus per[g] totum imperium constitutis presentes litteras inspecturis, fidelibus suis, gratiam suam[h] et omne bonum.

1. Commissi nobis celitus cura regiminis et[h] imperialis, cui dante Domino presidemus, fastigium dignitatis materialem, quo divisim a sacerdotio fungimur, gladium adversus hostes fidei et in exterminium heretice pravitatis exigunt exerendum[i], ut vipereos perfidie filios contra Deum et ecclesiam insultantes, tamquam materni uteri corrosores, in iudicio et iustitia persequamur; maleficos vivere non passuri, per quorum scienciam[k] seducentem mundus inficitur et gregi fidelium per oves has[l] morbidas gravior infligitur corruptela.

2. Statuimus itaque sanccientes, ut heretici, quocumque nomine censeantur, ubicumque per imperium dampnati fuerint ab ecclesia et seculari iudicio[m] assignati, animadversione debita puniantur. Si qui[n] vero de predictis, postquam fuerint deprehensi, territi metu mortis redire voluerint[o] ad fidei unitatem, iuxta canonicas sanctiones ad agendum penitentiam imperpetuum carcerem detrudantur[p].

3. Preterea quicumque heretici reperti fuerint in civitatibus, opidis seu aliis locis imperii per inquisitores ab apostolica sede datos et alios orthodoxe fidei zelatores, hii qui iurisdictionem ibidem habuerint ad inquisitorum et aliorum catholicorum virorum insinuationem eos capere teneantur et eos captos artius custodire, donec per censuram ecclesiasticam dampnatos dampnabili morte[q] perimant, qui fidei sacramenta et vite dampnabant.

4. Simili quoque pena plecti censemus omnes, quos ad fovendum hereticorum errorem callidus[r] hostis suscitat advocatos vel parat illicitos defensores, maxime cum facinus[s] quos inquinat equet[t], nisi monitione premissa[u] destiterint et eorum vite duxerint consulendum.

5. Eos preterea qui convicti in uno loco[v] de heresi ad alia loca se transferunt, ut cautius possint effundere virus heretice pravitatis, debitam censemus subire vindictam, ut[w] super hoc per viros ab eodem errore conversos ad fidem nec non et per alios qui eos de heresi convicerunt[x], quod et in hoc casu concedimus licite faciendum, evidens[y] testimonium habeatur.

6. Item[z] mortis sententie duximus[a] addicendos, si quos hereticorum ad iudicium tractos in extremo vite periculo heresim abiurantes postmodum de falso iuramento constiterit et fide mentita convinci[b], ac eos contigerit eiusdem morbi spontaneam incurrere recidivam; ut sibi dampnabilius iniquitas sit mentita et penam debitam mendatium non evadat.

7. Omne insuper proclamationis et appellationis beneficium ab hereticis, receptatoribus et fautoribus eorundem penitus amovemus, volentes ut de finibus imperii[c], in quibus semper existere debet[d] fida fides, heretice labis genimina modis omnibus deleantur.

8. Ceterum quia quanto maiora divine nutu miserationis accepimus[e] et altiorem locum pre filiis hominum obtinemus, tanto devotiora debemus obsequia gratitudinis conferenti[f], si quando

**209.** a) Fr. *A.* b) *deest B.* c) et *add. C.* d) *deest B.* e) burgauiis *A. C;* scultetis burgraviis *des. B.* f) necnon et *B.* g) *pro* per totum imperium *B:* aliis per regnum Arelatense et Viennense. h) *deest A.* i) exercendum *A. B.* k) sententiam *C.* l) *deest B. C.* m) iudici *C.* n) quis *B.* o) voluerit *B.* p) detrudatur *B.* q) more *C.* r) callidi *A;* callidi hostis astutia *nr. 158.* s) facimus *A. C.* t) equat *B. C.* u) previa *C.* v) fuerint *add. A.* w) vel *B;* ubi *nr. 158.* x) convincerunt *A;* convincerint *B.* y) et eiusdem *A;* ut contra eodem *B.* z) *deest B.* a) finem ducimus *B.* b) convicti *A.* c) Arelatensis et Viennensis regni *B.* d) debet existere *C;* consuevit existere *B.* e) acceperimus *A.* f) conf. grat. *A.*

igitur[g] in nostri nominis inimicos[h] nostri culminis[i] excandescit auctoritas, si reos lese maiestatis in personis eorum et liberorum suorum exheredatione dampnamus, multo fortius iustiusque contra Dei[k] blasphematores nominis et catholice fidei detractores provocamur, eorundem hereticorum, receptatorum, fautorum et advocatorum suorum heredes et posteros usque ad secundam progeniem beneficiis cunctis temporalibus[l], publicis officiis et honoribus imperiali auctoritate privantes, ut in paterni memoria criminis continuo merore tabescant, vere scientes, quod Deus zelotes est[m] peccata patrum in filios potenter[n] ulciscens. Nec quidem a misericordie finibus duximus excludendum, ut si qui paterne heresis non sequaces latentem patrum perfidiam revelaverint, quacumque[o] reatus illorum animadversione plectantur, predicte punitioni non subiaceat innocentia filiorum.

9. Ad hec notum fieri volumus, fratres[p] Predicatores de ordine Predicatorum pro fidei negocio in[q] partibus imperii nostri contra hereticos deputatos, ceteros quoque[r], qui ad hereticos iudicandos accesserint ad eosdem[s], nisi aliqui eorum ab imperio fuerint proscripti, eundo, morando et redeundo[t] sub nostra[u] imperii speciali defensione receptos[v], et quos apud omnes sub ope ac recommendatione fidelium imperii esse volumus inoffensos; universitati vestre mandantes, quatinus quocumque et apud quemcumque[w] vestrum pervenerint, benigne recipiatis eosdem et personas eorum[x] ab incursu hereticorum eis insidiantium conservantes indempnes, omne consilium, ducatum et auxilium impendatis pro tam acceptis coram Deo negotiis exequendis; hereticos vero, quos* et ostenderint[y] ipsi vobis, in iurisdictione vestra singuli capientes diligenti custodia detinendos, donec post ecclesiastice dampnationis iudicium penam subeant quam merentur. Scituri, quod in executione ipsius negotii gratum Deo et laudabile nobis obsequium conferetis[z], si ad expellendam de partibus nostri imperii novam et insolitam heretice pravitatis infamiam opem et operam una cum eisdem fratribus[a] prestiteritis efficacem. Et si quis foret exinde negligens et remissus, ac inutilis coram Deo[b] et in conspectu nostro poterit merito culpabilis apparere.

Datum Cremone, XIIII. Madii, XI. indictione[c].

## 210. *EDICTUM IN REGNO SICILIAE PROMULGATUM.*

*Ex* A. B. C. *Edictum primum contra haereticos Regni promulgatum et iam in Constitutiones Regni lib. I, tit. 1*[1] *a. 1231 receptum, hoc tempore ab imperatore repetitum est et ei vis legis etiam per totum imperium tributa esse videtur. Exstat in collectione Petri de Vineis lib. I, 26. — Böhmer, Reg. imp. V, 2346. 2363. 2421. (P. 327.)*

Fridericus[a] Dei gratia etc.[b] Inconsutilem tunicam Dei nostri dissuere conantur heretici, et vocabuli vitio sevientes[c], quod significationem divisionis enuntiat[d], in ipsius indivisibilis[e] fidei unitate nituntur inducere sectionem et oves a Petri custodia, cui pascende a pastore bono sunt credite, segregare. Hii sunt lupi rapaces intrinsecus, eo usque mansuetudinem pretendentes ovium, quousque ovile possint subintrare[f] dominicum; hii sunt angeli pessimi, hii sunt filii pravitatum a patre nequitie et fraudis

**209.** g) *deest B. C.* h) contemptores *C.* i) nominis *B.* k) divini *B ut nr. 158.* l) temporibus *A.* m) est zelotes *A.* n) patenter *A.* o) quecunque *A.* p) *pro* fratres — Predicatorum *B:* dictum principum nostrum venerabilem Arelatensem archiepiscopum, fratres Predicatores et alios eiusdem archiepiscopi nuntios in eisdem partibus. q) in — nostri *des. B.* r) que *A. B.* s) ad eosdem *des. C.* t) revertendo *A.* u) nostri *C.* v) recepimus *A;* recipimus *B.* w) quemque *A.* x) *deest A. C.* y) hostenderit *A.* z) conferretis *A.* a) *pro* eisdem fratribus *B:* predicto archiepiscopo, fratribus ordinis Predicatorum et aliis nunciis eiusdem archiepiscopi. b) Domino *C.* c) Data Verone XXVI. Iunii XI. indictionis *B;* Dat. Padue XXII. Febr. XII. indict. *C.*

**210.** a) Fr. *A.* b) predictis etc. *add. B.* c) sementes *A;* servientes *C.* d) enuntiant *B.* e) Dei invisibilis *B.* f) possunt intrare *A.*

1) *V. Huillard-Bréholles IV, 5.*

auctore ad simplices animas destinati. Hii sunt[g] colubri qui columbas decipiunt, hii[h] serpentes qui latenter videntur inserpere et sub mellis dulcedine virus evomere, ut vite cibum ministrare se simulent, et[i] cauda feriunt et mortis poculum velud quoddam durissimum[k] venenum[l] immiscent. Horum secte veteribus, vel[m] ne in publicum[n] prodeant[o], non sunt notate nominibus, vel quod est forte nefandius, non contente[p] ut velut ab Ario Ariani vel a Nestore Nestoriani aut a similibus similes nuncupentur, set in exemplum martirum, qui pro fide catholica martirium subierunt, Patarenos[q] se nominant, velut[r] expositos passioni. Huiuscemodi[s] miseri Patareni, a quibus abest sancta credulitas[t] divinitatis eterne, sub uno contextu nequitie insimul tres offendunt, Deum videlicet, proximos et seipsos. Deum, dum Dei filium et fidem[u] non agnoscunt; decipiunt proximos, dum ipsis sub specie[v] spiritualis alimonie heretice pravitatis oblectamenta ministrant; crudelius etiam seviunt in seipsos, dum post animarum dispendium corpora denique severe mortis illecebris, quam per agnitionem veram et vere fidei possent evadere, vite prodigi et necis improvidi[w] sectatores, involvunt et, quod est ipso dictu durissimum, superstites etiam non terrentur[x] exemplo. Contra tales igitur[y] Deo et hominibus sic infestos continere non possumus motus nostros, quin debite ultionis in eos gladium exeramus, in[z] tanto ipsos instantius[a] persequentes, quanto in evidentiorem delusionem fidei christiane prope Romanam ecclesiam, que capud ecclesiarum omnium iudicatur, superstitionis sue scelera latius exercere noscuntur, adeo quod ab Ytalie finibus, presertim a partibus[b] Lonbardie, in quibus pro certo perpendimus ipsorum nequitiam latius habundare, iamque usque ad regnum nostrum Sicilie sue perfidie rivulos derivarunt[c]. Quod acerbissimum reputantes statuimus in primis, ut crimen hereseos et dampnate secte cuiuslibet, quocumque nomine censeantur sectatores, prout veteribus legibus est indictum, inter publica crimina numerentur, immo crimine[d] lese maiestatis nostre debet ab omnibus horribilius[e] iudicari, quod in divine maiestatis materiam[f] noscitur attemptatum, quamvis iudicii potestate alterum alteri non excedat[g]. Nam sicuti perduellionis crimen personas adimit dampnatorum et bona et[h] dampnat post obitum memoriam[i] defunctorum, sic etiam[k] in predicto crimine, quo Patareni[l] notantur, per omnia volumus observari, et ut ipsorum nequitia, qui quia Dominum non secuntur in tenebris ambulant, detegatur, nemine etiam deferente, investigari volumus diligenter huiuscemodi[m] scelerum patratores, et per officiales nostros, sicut et alii malefactores, inquiri ac inquisitione notatos, etiam si levis suspitionis[n] argumento tangantur[o], a viris ecclesiasticis et prelatis examinari iubemus. Per quos si inventi fuerint a fide catholica saltem in articulo deviare, ac per ipsos pastorali more commoniti, tenebrosi diaboli relictis insidiis, noluerint[p] agnoscere Deum lucis, set in erroris concepta constantia[q] perseverent[r], presentis nostre legis edicto dampnatos mortem pati Patarenos aliosque hereticos, quocumque nomine censeantur, decernimus[s], quam affectant; ut vivi in conspectu hominum conburantur, flammarum[t] conmissi iudicio. Nec dolemus, quod in hoc ipsorum satisfacimus voluntati, ex quo penam solummodo, nec fructum aliquem[u] alium consecuntur erroris. Apud nos pro talibus intervenire nemo[v] presumat; quod qui fecerit, in ipsum nostre indignationis aculeos non inmerito convertemus.

Datum[w] Cremone, XIIII. Madii, XI. indictione.

**210.** g) *deest B. C.* h) sunt *add. B. C.* i) a *C.* k) dirissimum *B.* l) *deest A. B.* m) *deest B.* n) impublicum *A.* o) prodeatur *B.* p) contempte *A.* q) Pateren. *A. B. semper.* r) vel *A.* s) Huiusmodi *B. C.* t) Dei cred. *B;* crudelitas *A.* u) fidem et filium *C.* v) spe *C;* spem *B.* w) improvida *C.* x) terentur *A.* y) sibi *C.* z) *deest C.* a) instanti *A.* b) potestatibus *B.* c) derivar *A.* d) crimen *B.* e) orribilius *A.* f) iniuriam *C.* g) excellat *C.* h) *deest A. B.* i) memoria *A.* k) et *C.* l) Pater. *A. B.* m) huiusmodi *B. C.* n) superstitionis *C.* o) regantur *B.* p) noluerit *A.* q) instantia *C.* r) perseveret *A.* s) decrevimus *A.* t) flagmarum *A.* u) *deest C.* v) nemo interv. *C.* w) Dato *A;* Data apud Veronam XXVI. Iunii XI. indictionis *B;* Datum Padue XXII. Febr. XII. indictione C.

## 211. *CONSTITUTIO CONTRA HAERETICOS.*

*Ex* A. B. C. *Repetitur constitutio a. 1232. Febr. 22 edita (supra nr. 157), additis in exordio normis nonnullis novis et aucta serie haeresium. Legitur in collectione Petri de Vineis lib. I, 27. — Böhmer, Reg. imp. V, 2347. 2364. 2422. (P. 328.)*

Imperator[a] Fridericus[b] semper augustus etc.[c] Patarenorum[d] receptatores et conplices et quocumque modo fautores qui, ut a[e] pena alios possint eximere, de se velut[f] improvidi non formidant, publicatis bonis omnibus relegandos in perpetuum esse censemus, et ipsorum filii ad honores aliquos nullatenus admittantur. Si tamen aliquis de filiis[g] fautorum huiusmodi detexerit aliquem Patarenum, de cuius perfidia manifeste probatur, in fidei premium quam agnovit, fame pristine de imperiali clementia restitutionis beneficium in[h] integrum consequatur.

Incipiunt[i] capitula[k] constitutionis contra hereticos vel[l] Patarenos edita[m] per dominum Fridericum illustrem virum Romanorum imperatorem semper augustum, Ierusalem et Sicilie regem.

1. Catharos[n], Patarenos[o], Speronistas, Leonistas, Arnaldistas, Circumcisos, Passagenos[p], Iosephynos[q], Garatenses[r], Albanenses[s], Franciscos[t], Baguardos[u], Commixstos[v], Valdenses[w], Boncarolos[x], Communellos[y], Warinos[z] et Ortolevos[a] cum illis de Aqua Nigra et omnes hereticos utriusque sexus, quocumque nomine censeantur, perpetua dampnamus infamia, diffidamus[b] itaque et[c] bannimus, censentes ut bona talium confiscentur nec ad eos ulterius revertantur, ita quod filii ad eorum successionem pervenire non possint, cum longe sit gravius eternam quam temporalem offendere maiestatem. Qui autem inventi fuerint[d] sola suspitione notabiles, nisi ad mandatum ecclesie iuxta considerationem suspitionis qualitatemque[e] persone propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint[f], tamquam infames et banniti ab omnibus habeantur, ita quod si sic per annum permanserint, extunc eos sicut hereticos condempnamus.

2. Statuimus etiam hoc edicto imperpetuum valituro, ut potestates[g] et consules seu rectores, quibuscumque fungantur officiis, pro defensione fidei prestent publice iuramentum, quod de terris sue iurisdictioni subiectis universos hereticos ab ecclesia denotatos bona fide pro viribus exterminare studebunt, ita quod amodo quandocumque quis fuerit in perpetuam potestatem vel temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare. Alioquin neque[h] pro potestatibus neque[h] pro consulibus seu pro[i] consimilibus habeantur, eorumque sententias extunc decernimus irritas[k] et inanes. Si vero dominus temporalis requisitus et monitus ab ecclesia terram suam purgare neglexerit ab heretica pravitate, post annum a tempore monitionis[l] elapsum terram ipsius exponimus catholicis occupandam[m]; qui eam exterminatis hereticis absque ulla contradictione possideant et in fidei puritate conservent, salvo iure[n] domini temporalis, dummodo super hoc nullum[o] prestet obstaculum nec aliquod impedimentum apponat; eadem nichilominus lege servata contra eos qui non habent dominos principales. Credentes preterea, receptatores[p], defensores et fautores* bannimus, statuentes, ut si, postquam quilibet[q] talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere contempserit infra annum, extunc ipso iure[n] sit factus infamis nec[r] ad publica officia seu consilia vel ad aliquos eligendos* huiusmodi nec ad testimonium admittatur[s]. Sit etiam

**211.** a) *pro* Imperator — etc. *B:* Fridericus etc. b) Fr. *A.* c) *deest A.* d) Pater. *A. B.* e) ad *A.* f) vel de *A.* g) de filiis *des. C.* h) *deest C.* i) *deest B.* k) enim *add. B.* l) hereticos vel *des. C.* m) *pro* edita — regem *B:* per nos Fr. edicta hec sunt. n) *deest C.* o) Patharenos *hic A.* p) Passaginos *C.* q) Zosephinos *B;* Ioseppinos *C.* r) Carath. *A;* Garratenses *C.* s) *in marg. suppl. A.* t) Fracisscos *A.* u) Raguardos *B;* Bagnarolos *C.* v) Comixtos *B;* Comistos *C.* w) Waldenses *C.* x) Roncarellos *B;* Runcarolos *C.* y) Cumimellos *A;* Cuminellos *B.* z) Varianos *B.* a) Ortodenos *B;* Ortolenos *C.* b) deffidamus *A;* defidamus *B.* c) diff. atque *C.* d) sunt *A.* e) qualitatem quod *A.* f) preparatione mostraverit *A.* g) potestas *C.* h) nec *A.* i) *deest B. C.* k) inutiles *C.* l) ammonitionis *A.* m) occupatam *A.* n) iur *A.* o) *deest B.* p) receptores *A.* q) quis *A;* si quis postquam quilibet *C.* r) et *C.* s) admittantur *A. B.*

intestabilis nec[t] testamenti liberam habeat factionem[u] nec ad hereditatis successionem accedat[v]. Nullus ei[w] preterea super quocumque negotio respondeat[x], set ipse aliis respondere cogatur. Quod si iudex exstiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec cause alique ad eius audientiam perferantur. Si fuerit advocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur; si tabellio[y], 5 instrumenta confecta per manum ipsius nullius penitus sint momenti.

3. Adicimus[z] insuper, quod hereticus per hereticum convinci possit, et quod domus Patarenorum, receptatorum, defensorum et fautorum, sive ubi docuerint aut[a] aliis manus imposuerint, destruantur, nullo tempore restituende.

Datum Cremone, XIIII. Madii, indictione XI.[b]

---

# 10 212. SENTENTIA DE REGALIBUS NON INFEODANDIS.

## 1238. Nov.

*Dedit vir cl. Wyss e Libro privilegiorum ecclesiae Wormatiensis saec. XV. in. fol. 31, qui asservatur in tabulario Darmstadiensi, quem etiam adhibuit Boos 'Urkundenbuch der* 15 *Stadt Worms' I, nr. 193. Prius edita est in Schannati Historia episcopatus Wormatiensis II, 120 'ex or. eccl. Worm.' — Huillard-Bréholles V, 260. Böhmer, Reg. imp. V, 2403. (P. 329.)*

Fridericus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem[a] et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis, quod cum in curia nostra 20 dictante sentencia principum et de speciali peticione conquerencium sit obtentum, quod theloneum, moneta, officium sculteti et iudicium seculare necnon et consimilia[b], que principes ecclesiastici recipiunt et tenent de manu imperiali et predecessorum nostrorum, sine consensu nostro infeodari non possint, cumque quilibet imperator indicta curia percipere debet integraliter et vacantibus ecclesiis omnia usque ad concordem elec- 25 cionem habere, donec electus ab eo regalia recipiat, supplicavit celsitudini nostre venerabilis Wormaciensis episcopus, dilectus princeps noster, quatenus ea, que per predecessores suos alienata sunt a sua ecclesia sine consensu nostro de predictis, ad ius et possessionem ecclesie Wormaciensis revocari[c] de nostra gracia iuxta latam sentenciam mandaremus, hiis dumtaxat, que de consensu predecessorum nostrorum et 30 nostro collata noscuntur, suo robore[d] permansuris. Nos igitur prefati episcopi supplicacionibus inclinati et late super hoc sentencie inherentes, quidquid de predictis theloneo, moneta et seculari iudicio necnon et consimilibus a Wormaciensi ecclesia per predecessores suos sine nostro consensu alienatum extitit vel subtractum, auctoritate imperialis culminis ad ius et possessionem ipsius ecclesie revocamus presentis scripti 35 auctoritate, mandantes quatenus nullus sit, qui contra latam sentenciam et presentis nostre revocacionis tenorem huiusmodi alienata temere audeat detinere. Quod qui presumpserit, penam transgressoribus sentencie ac mandatorum imperialium debitam

**211.** t) ut nec *C.* u) facultatem *C.* v) accedit *A.* w) enim *A.* x) *deest C.* y) eius *add. C.* z) Addicimus *A.* a) ubi *add. C.* b) Data Verone XXVI. Iunii undecime indic- 40 tionis *B;* Dat. Padue XXII. Febr. XII. indictione *C.*

**212.** a) ihrlm *c.; pro* Ierusalem et Sicilie *S:* etc. b) similia *S.* c) revocati *c.* d) suo robore *des. S.*

se noverit incursurum. Ad[e] cuius revocacionis memoriam presens scriptum fieri et sigillo nostre celsitudinis fecimus roborari.

Data Cremone, anno dominice incarnacionis MCCXXXVIII, mense Novembr., XII[e]. indicionis.

---

# 213. EDICTUM CONTRA INFIDELES IMPERII ITALICOS.

(1239. Febr.)

*Edictum, quod secundum c. 10 statutis singularum civitatum inserendum erat, a. 1239 ind. IX. emissum esse docemur libro statutorum Bergamensium, ubi legitur, ipsum hoc tempore in consilio civitatis lectum, approbatum et adiuratum esse. Legitur etiamnunc in* 1) *Libro statutorum Vercellensium saec. XIII. med., qui in tabulario municipali asservatur, tom. I, fol. 64, ubi inscriptum est:* Constitutio domini imperatoris; *ex ipso hoc codice, quem vir cl. Holder-Egger contulit, editum est in Monumentis historiae patriae XVI, 1261;* 2) *in Libro statutorum Bergamensium saec. XIII, qui exstat in tabulario civitatis, edito l. c. XVI, 1943, ubi inscribitur:* De constitutione domini Friderici serenissimi imperatoris facta contra infideles et inimicos imperii. In nomine Domini amen. Ordinamentum quod mandavit dominus noster Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, Ierusalem et Scicilie rex debere poni et scribi in statuto comunis Pergami et attendi diligenter et inviolabiliter observari, tenor cuius talis est. — *Böhmer, Reg. imp. V, 2423.* *(P. deest.)*

1. In primis volumus, quod omnes fideles nostri, tam universitates locorum quam marchiones, comites et omnes alii, vivam et instantem guerram faciant omnibus inimicis nostris et quod omnes modos et vias[a] inveniant, qualiter ipsis cum instancia guerra fiat.

2. Volumus etiam et mandamus, quod nullus omnino[b] nostrorum fidelium cum infidelibus nostris aliquo modo vel ingenio per se vel per aliquem[c] alium habeat[d] omnino tractatum, nullas[e] ab eis litteras, nullum nuncium signumve recipiat; quod qui fecerit, sicut antiquis legibus est inductum, velut[f] lese[c] maiestatis reus ab omnibus habeatur.

3. Illud etiam expressius inhibemus, quod nullus nostrorum fidelium forum aut mercatum equorum vel armorum, salis aut generaliter quarumlibet rerum venalium infidelibus aut proditoribus nostris per se vel per alium aliquo unquam modo vel ingenio debeat[g] exhibere.

4. Et ut[h] predictorum omnium transgredientium pena omnibus et singulis manifestior habeatur, presenti sanctione sanctimus, quod quicumque[i] nostrorum fidelium cum infidelibus nostris tractatum sine speciali mandato[k] nostro, capitaneorum nostrorum seu potestatis sue habuerit vel qui eis litteras, nuncium signumve miserit vel ab eis receperit seu mercatum dictarum[l] rerum eis ut supradictum est dederit[m] vel dari permiserit, si comune vel universitas fuerit, qui sine mandato[n] nostro speciali vel

**212.** e) Ad — roborari *des. S.*

**213.** a) vias et modos 2. b) homo 2. c) *deest* 1. d) *deest* 2. e) nullus 1. f) veluti 2. g) debeant 2. h) ut *alio atram. post superscr.* 1. i) quicque 1. k) mand. spec. 1. l) predictarum 2. m) 2: vel dari promiserit vel dederit si *etc.* n) *pro* mand. nostro speciali 2: licentia nostra.

capitaneorum nostrorum hoc fecerit, ipso iure, honore, iurisdictione et privilegiis omnibus ipsi a quibuslibet predecessoribus nostris vel a nobis indultis omnino privetur[o]. Marchio autem[p], comes vel vavasor seu quelibet singularis persona, si predicta commiserit, ultimo supplicio subiacebit, bonis eius omnibus ad opus universitatis vel, si 5 feudalia fuerint, ad opus dominorum a quibus ea tenuerint publicatis. Ita quod filii seu legitimi[q] successores eius sibi in aliquo non succedant, nec testamenti habeant factionem; filii etiam sui tamquam filii reorum lese maiestatis illis penis subiaceant, que contra filios reorum lese maiestatis antiquis legibus sunt inducte.

5. Et ut ipsorum persecucio nulla dissimulatione[r] vel tergiversatione qualibet[s] 10 valeat[t] preteriri, statuimus, quod si comune vel universitas seu dominus, ad quem bona[u] devolvi deberent, infra mensem a die publici criminis[v] facti notorii vel a die condempnationis bona[u] ipsa[w] non receperit vel ipsa vel per qualecumque[x] ingenium reo vel condempnato vel alicui pro sua parte aut ad comodum eius dimiserit seu recepta sine speciali mandato nostro restituerit, ipso iure feuda ipsa, tamquam ab indignis ablata, 15 imperii iuribus applicentur.

6. Ceterum ut malefactorum huiusmodi transgressio nequeat occultari[y], statuimus, quod omnibus, cuiuscumque condicionis, sexus[z], etatis, vite[a] vel conversationis fuerint[b], ipsos accusandi[c] vel in publicum[d] deferendi[e] licencia concedatur. Immo etiam[f] accusatoribus[g] aut[h] delatoribus digna[i] premia volumus elargiri, videlicet omnia mobilia[k], 20 vel si[i] desint mobilia, medietatem stabilium convicti publice vel etiam condempnati; vel si forte castra vel res maximi precii fuerint, que occasione predicta ad manus nostras, universitatis vel cuiuslibet domini forsitan constiterit[l] devolvenda, quarum[m] partem quia[n] plebeius vel inferioris[o] condicionis[p] habere non debeat accusator[q], tunc pro fide[r] delationis[s] sue centum libras imperialium sibi[t] decrevimus[u] tribuendas, 25 statuto[v] presenti consuetudine seu statuto civitatis vel loci cuiuslibet, quantumcumque[w] a predecessoribus nostris aut a nobis generaliter seu specialiter confirmato, prorsus in aliquo non obstante.

7. Preterea[x] ut[y] nullus nostrorum fidelium equos et[z] arma, que modo habeat, nullatenus distrahere permittatur prohibemus[a]; immo omnes arma et equos[b] debeant 30 comparare[c]. Statuta etiam in quibuslibet[d] civitatibus fieri mandamus[e] de equis et armis emendis, et super predictis penas apponi, quas a transgressoribus presentes potestates et qui post ipsos fuerint exigere sine diminutione iurabunt. Et erit terminus apparatus in octava pasche et terminus exercitum[f] congregandi[g] in Kalendas[h] Madii, ubi dominus imperator mandaverit[i]. Apr. 3. Mai. 1.

35 8. Et[k] ut malefactores impune delinquere vel deliquisse non gaudeant et ut honor imperialis debitus observetur, leges et constitutiones omnes divi[l] augusti Friderici[m] avi nostri in Ytalia sollempniter[n] promulgatas auctoritate nostri culminis confirmamus. Penas etiam[o] omnes et singulas contra lese[p] maiestatis nostre reos et successores ipsorum[q] priscis[r] predecessorum nostrorum legibus institutas presenti lege Domino[s] 40 propitio[t] valitura perpetuo[s] renovamus, quamquam eidem[u] verba presentibus et modernis

**213.** o) priventur 1. p) aut *add.* 1. q) legiptimi 2. r) valeant *add. hoc loco* 1. s) aliqua 1. t) *deest* 1. u) banna 1. v) crim. publici 2. w) ipsius 2. x) qualicūque 1. y) ocultari 1. z) sive 1. a) iure 1. b) fuerit 1. c) acusandi 1. d) publicam 1. e) differendi 1. f) et 2. g) acusantibus 1. h) vel 2. i) *deest* 1. k) mob. omnia 2. l) extiterit 2. m) quorum 2. 45 n) quare? 2. o) inferius 2. p) fuerit *add.* 1. q) acusator 1. r) profidie 2. s) dilationis 1. t) *deest* 2. u) decernimus 2. v) statuta 2. w) quemcūque 1. x) Pretea 1. y) *deest* 1. z) vel 2. a) proibemus 2; *deest* 1. b) eq. et arma 2. c) comperare 2. d) quibusdam 1. e) mandavimus 1. f) exercitus 1. g) *in* 1 *legitur post* mandaverit. h) Kaleñ 1. i) mand. dom. imp. 2. k) Et *deest* 2; *in* 1 *verba* Et — observetur *leguntur post* confirmamus. l) domini 2. 50 m) FR. 1. n) sollepniter 1. o) *deest* 1. p) contra lese *des.* 1. q) eorum 2. r) poscis 1. s) *deest* 1. t) ṗpici (propici) 1. u) eadem 2.

inducta[v] temporibus mandavimus[w] inserenda: videlicet quod quicumque predicto crimine delatus extiterit[x] et coram nobis aut vicariis nostris neglexerit comparere aut propterea bannum nostre maiestatis incurrerit, bannitus[y] ab universitatibus et fidelibus nostris singulis habeatur, et deinde[z] bonorum ipsius anotatione secuta, si per annum in banno remanserit, bona ipsius omnia[a] ad opus universitatis, vel si feudalia fuerint[b], ad opus dominorum a quibus ea tenuerint debeant publicari. Ceterum si comparens fuerit legiptima probatione convictus, penam[c] debitam reus[d] criminis lese maiestatis nostre excipiat[e], bonis eius omnibus ad opus universitatis, vel si feudalia fuerint, ad opus dominorum a quibus ea tenuerit[f] publicatis. Ita quod filii seu legiptimi successores eius sibi in aliquo[g] non succedant nec testamenti habeant factionem; filii etiam sui tamquam filii reorum lese maiestatis illis penis subiaceant, que contra filios reorum lese maiestatis antiquis legibus sunt inducte.

9. Et ut ipsorum[h] persecutio nulla[i] dissimulatione valeat vel[k] tergiversatione qualibet preteriri, statuimus, quod si comune vel universitas seu[l] dominus, ad quem bona[m] devolvi deberent[n], infra mensem[o] a die criminis publice facti notorii vel a die condempnationis bona ipsa[p] non receperit vel ipsa per qualecumque ingenium reo aut condempnato vel alicui[q] pro sua parte aut[r] ad comodum eius dimiserit seu[s] recepta sine speciali mandato nostro restituerit, ipso iure feuda ipsa[r], tamquam ab indignis ablata, imperii iuribus applicentur[t]. Ceterum ut malefactorum huiusmodi nequeat occultari[u] transgressio[v], statuimus quod omnibus, cuiuscumque condicionis, sexus, etatis, vite[w] vel conversacionis fuerint[x], ipsos accusandi[y] vel in publicum deferendi[z] licencia concedatur.

10. Sane ut[a] universitates omnes et singuli[b], qui a nobis et imperio iurisdictionis privilegia vel honores aliquos[c] meruisse noscuntur, digna nobis retributione respondeant, universitatibus et comunibus omnibus[c] sub pena interminationis[d] gratie nostre et sub pena privacionis iurisdictionis privilegiorum omnium firmiter et districte[e] precipimus, ut presens nostre serenitatis edictum in libris statutorum suorum faciant seriatim et aperte[f] transcribi et transcriptum inviolabiliter observari; et ut potestates ipsorum omnes et consules seu quicumque rectores in principio regiminis sui iurare precise et omnimode teneantur, se statutum ipsum[g] inconcussum[h] servare; sitque ad hec[i] statutum ipsum truncum[k], prout vulgariter appellatur, quod nulla possit omnino[g] licencia vel parabola de ipsius transgressione[l] concedi. Universitas autem vel comune, que vel quod predicta vel predictorum aliquid[m] non servaverit, iurisdictionibus, privilegiis et regalibus omnibus aperte se noverit ipso iure privata. Potestas denique[n], consul aut rector[o], qui[p] regimen non prestito[q] sacramento predicto presumpserit recipere, bonorum suorum[r] omnium publicatione[s] se sentiat feriendum, non potestas vel rector seu persona publica, sed[t] privata prorsus ab omnibus censeatur, ita quod sentencie[u] per ipsum vel assessores suos late[v] tamquam a privatis, non tamquam a personis publicis habeantur. Ipso facto potestas, rector aut iudices incurrant infamiam, ita quod tamquam infames ab officiis publicis civitatum et testimoniis arceantur.

**213.** v) . . . 2. w) mandaverimus 2. x) estiterit 1. y) banitus 2, *similia semper.* z) donum 2. a) omnino 2. b) *deest* 1. c) p̄eam 1; pecuniam 2. d) res 2. e) exipiat 1. f) tenuerint 1. 2. g) *pro* sibi in aliquo 1: filii. h) nulla *add.* 1. 2. i) *deest* 1. k) *pro* valeat vel 1: debeant. l) sive 2. m) banna 1. n) de||deberent 1. o) annum 2. p) ipsius 2. q) persona *add.* 2. r) *deest* 2. s) sive 1. t) aplicentur 1. u) ocultari 1. v) transg. neq. occ. 2. w) iure 1. x) fuerit 1. y) acusandi 1. z) defferendi 1. a) ne 1. b) et singuli *des.* 1. c) *deest* 2. d) interminatione 2. e) distincte 2. f) et aperte *des.* 1. g) *deest* 1. h) inconcusse 1. i) adħ (adhec) 1; adeo 2. k) t̄rucū 1; troncum 2. l) trasgressione 1. m) aliquod predictorum 2. n) autem 2. o) imperii *add.* 1. p) recipere *hoc loco inserit* 2. q) preposito 2. r) *deest* 1. s) *deest* 2. t) *pro* sed *unius vocis spatium vacuum* 1. u) sive 2. v) date 1.

11. Generaliter autem statuimus, ut omnes banniti nostri banniti[w] ab omnibus civitatibus et singulis nostris fidelibus habeantur, specialiter statuentes, quod bannitis nostris omne ius tam in civilibus quam in criminalibus, donec in banno fuerint, denegetur[x]; ad officia publica in civitatibus[y] aut locis quibuslibet nullatenus admittantur. In penam etiam bannitorum nostrorum adicimus[z], ut[a] quicumque ex contumacia vel ex[b] causa criminis lese maiestatis nostre fuerit in banno, et alium bannitum nostrum ex eadem causa parem vel maiorem occiderit vel ceperit et eum nobis vel vicario nostro assignaverit, a pena banni perpetuo sit immunis. Eamdem penam, quam in bannitis statuimus, in receptoribus[c] et quibuscumque fautoribus[d] volumus observari.

---

## 214. PROVOCATIO AD CONCILIUM GENERALE.

(1239. Mart.)

*Epistolam, quam Pertz anno 1245 adscripsit, nos tamen cum viro ill. Ficker ad a. 1239 ponentes, integram damus e* 1) *codice Parisino Lat. 8567 fol. 74', quem contulit vir cl. Molinier et quem etiam Huillardus adhibuit. Quocum convenit fere totus codex quidam Colbertinus, quem Baluzius in Miscellaneis I, 480 (ed. 2. I, 194) excussit. Codices* 2) *Wilheringensis in parte II, ep. 15, quo solo usus est Pertz, et* 3) *Vindobonensis 590 (Philol. 305) fol. 98' ep. 110 textum pessime mutilatum praebent. — Huillard-Bréholles VI, 276. Böhmer, Reg. imp. V, 2428.* *(P. 353.)*

Fredericus[a] etc. venerabilibus in Christo patribus sacrosancte Romane ecclesie cardinalibus etc.

Conscienciam vestram[b], si salvo pudore iusticie diligenter exquiritur, latere non credimus[c], qualiter hactenus ad honorem Dei et sacrosancte Romane[d] ecclesie matris nostre — cuius velut christiane legis et orthodoxe fidei zelatores devotum fatemur nos filium et specialem recognoscimus defensorem, cuius eciam[e] sacra misteria[f] catholice colimus[g] et tota cordis ac corporis reverencia veneramur — grandis humilitatis et plene[h] subiectionis signa monstravimus, ut[i] istam[k] inter nos et summum pontificem sanctissimum patrem nostrum dissentionis horrende materiam, quam non sine dedecore parcium et[l] universali discrimine populorum vulgus, pro pudor, ludibriose iam loquitur, sedare[m] possemus. Nec[n] adhuc coram vobis, qui positi[o] tanquam luminaria super montem lucetis in gentibus et velut cardines[p] fidei regitis domum[q] Dei, referre nos devote satisfactionis pudet insignia, que, salvis honoribus[r], iuribus et dignitatibus nostris nostrorumque[s] fidelium tam in imperio quam in regnis nostris, fuimus eidem domino patri nostro et sumus humiliter offerre[t] parati, si tamen ipse nos filium caritatis paterne debita relatione cognoscat. Dubitantes verumtamen, ne vel res inter alios acta contra ius scriptum iuri nostro preiudicet, vel de preteritis coniecta[u] suspicio causam exasperet

**213.** w) nostri banniti *des.* 1. x) denegatur (a above e) 1. y) civitate 2. z) edicimus 1. a) quod *add.* 2. b) in 2. c) receptatoribus 2. d) fauoribus 1; factoribus 2.

**214.** a) Conradus 1. *Bal.;* Fridericus etc. universis cardinalibus etc. 2. 3. b) Consciencia nostra 2. 3. c) lat. n. credimus *des.* 2. 3. d) generalis *add.* 2. 3. e) et 2. 3. f) humilitatis et plene *hic add. male* 2. 3. g) calamis 2; credimus *Bal.* h) grandis — plene *des.* 2. 3. i) et 2. 3. k) illam 2. 3. l) et — populorum *des.* 2. 3. m) fedare 2. n) *deest* 2. 3. o) positi — velut *des.* 2. 3. p) ordines 2. q) donum 2. 3. r) *deest* 1. s) nostrorumque — nostris *des.* 2. 3. t) ferre 3; *deest* 2. u) concepta 2. 3.

successuum futurorum, timentes nichilominus, ut loquamur ad litteram, ne sedens in solio Christi[v] vicarius venerabilis pater noster — utinam[w] iustus iudex! — cui[x] legatum pacis hominibus erogande commissum est, diebus istis, quibus[y] non solum paschalem agnum communicare christicolis, sed exorare pro persecutoribus etiam[z] teneretur[a], voluntatis[b] sue arbitrio plus debito laxatis habenis, dum credat[c] sibi licere quod libeat[d], spiritualem contra nos gladium temporaliter[e] exerat[f] et procedat in aliquo, si dici liceat, minus iuste, ecce .... fideles nostros ad vestram presenciam duximus destinandos, concessa eis ab excellencia nostra potestate plenaria, ut a gravamine et iniquo processu patris eiusdem coram[g] tam venerabili cetu patrum primo ad Deum vivum[h], cuius nutibus attribuimus quicquid sumus, et deinde[i] ad futurum summum pontificem, ad generalem synodum, ad principes Alamanie et[k] generaliter ad universos reges et principes orbis terre ac[l] ceteros christianos pro parte nostra libere valeant appellare, ratum[m], gratum et firmum habentes quidquid dicti fideles nostri super hiis pro parte nostri culminis duxerint faciendum.

---

# 215. ENCYCLICA ACCUSATORIA CONTRA GREGORIUM IX.

## 1239. Apr. 20.

*Ad encyclicam hanc celeberrimam edendam praesto fuerunt exemplaria haec:* 1) *autographon unicum quod cognitum est, ad archiepiscopum Salzburgensem eiusque suffraganeos datum, iam in tabulario Vindobonensi asservatum, quod iam olim contulit Wattenbach, cuius ectypon photographicum nuper praebuit Philippi 'Kaiserurkunden in Abbildungen' VI, 16; exaratum est a scriba Italico, cuius orthographiam corrector quidam aliquoties emendavit; signa chronologica et nomina eorum, ad quos datum est, postea addita sunt; appendet sigillum imperatoris filis sericis*[1]; 2) *codex tabularii Confluentini dictus Bullarium Romersdorfense membr. in 8⁰ saec. XIII. p. 61—65 continet monumentum nostrum ad archiepiscopum Trevirensem datum; exemplavit Beyer;* 3) *apographon exemplaris Richardo comiti Cornubiae missi Matheus Parisiensis Chronicis suis maioribus inseruit; in usus vertimus editionem viri cl. Liebermann SS. XXVIII, 162*[2]; 4) *codex Vaticanus Palatinus 953 membr. in 8⁰ saec. XIII, fol. 29—78 collectionem epistolarum continens*[3], *ep. 24, quem contulit Pertz; exemplar hoc senatori et populo Romano inscriptum est;* 5) *codex Panormitanus principis Fitaliae saec. XIV. in. ep. 6, quem et ipsum Pertz contulit.*

*Cum codices 1—3 optime inter se congruant, plurimae codicum 4 et 5 variae lectiones arbitrio variatae seu depravatae habendae sunt, ideoque earum paucas tantum adnotavimus. Omnino reiecimus collationes codicum Wilheringensis in parte II, ep. 94 et Vindobonensis 590*

**214.** v) Christi vic. venerabilis *des.* 2. 3. w) utinam iustus iudex *des.* 1. *Bal.* x) cui *usque* est *des.* 2. 3. y) *loco* quibus — communicare 2. 3: si Christi fidem ewangelizat in terris ut credimus non solum clemenciam ministrare. z) *deest* 2. 3. a) teneatur 3. b) *loco* voluntatis sue arbitrio 2. 3: voluntati forsitan. c) credit 2. 3. d) liceat 1. e) *deest* 2. 3. f) *sic Bal.;* exerceat 1—3. g) coram — patrum *des.* 2. 3. h) *deest* 2. 3. i) postmodum 2. 3. k) *loco* et *usque* et 2. 3: universos et ad alios. l) ac cet. christianos *des.* 2. 3. m) ratum — faciendum *des.* 1. *Bal.*

1) *Cf. Philippi l. c. 'Text' p. 136.* 2) *Sigillum cereum diplomatis depinxit auctor, v. descriptionem SS. XXVIII, 169.* 3) *V. Pertz 'Archiv' V, 355 sq., qui tamen minus recte collectionem hanc Petri de Vineis esse contendit. Econtra vir cl. Winkelmann 'Acta imperii inedita' I, 518 ad nr. 643 docuit, collectionis partem unam Bononiae, alteram Viterbii oriundam esse.*

*(Philol. 305) fol. 134 ep. 195, quae ad manus erant, quia codices isti partem modo exiguam encyclicae praebent (usque ad verba cap. 5:* consiliatoris sibi personam assumpsit*) et lectio nullius momenti est. Eiusdem conditionis est exemplar codicis Vindobonensis 409 (Phil. 61), qui in collectione quadam epistolarum, quae Baumgartenbergensi succedit, fol. 73' fragmentum continet (usque ad verba cap. 4:* et alii principes factionis*)*[1].

*Encyclicam inter alios etiam missam esse Alexandro Scotiae regi docent codex Vratislaviensis civitatis Rhediger 47 saec. XIII—XIV. ep. 21*[2] *et versio Italica, quae in compluribus codicibus obvia est*[3]. *Legitur etiam in collectione Petri de Vineis lib. I, c. 21. — Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, nr. 31 (e codicibus 1—3). Huillard-Bréholles V, 295 (adhibitis codicibus Parisinis Notre-Dame 202 et S. Germain Harlay 455 pars I, nr. 21 fol. 6). Böhmer, Reg. imp. V, 2431. (P. deest.)*

Fr. Dei gratia Romanorum imperator[a] semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex . . venerabili[b] Salceburgensi archyepiscopo et universis sufraganeis eius, dilectis principibus suis, gratiam suam et omne bonum.

(1) Levate in circuitu occulos vestros[c], arrigite, filii hominum, aures vestras! Orbis scandalum, dissidia[d] gencium, generale[e] iusticie doleatis exilium, exeunte nequicia Babilonis a senioribus populi, qui populum regere videbantur, dum[f] iudicium in amaritudinem et fructum iusticie in absintium[g] converterunt[h]. Sedete, principes, et intelligite, populi, causam nostram[i]! A vultu Domini iudicium vestrum[k] prodeat et occuli vestri[l] videant equitatem! Scimus etenim et in supremi iudicis virtute confidimus, quod cum apud vos pondus et pondus, mensura et mensura non[m] fuerint, profecto modestiam et innocenciam nostram in iudicii vestri[l] libra preponderare videbitis calumpniosis[n] detrahencium labiis et venenossis inventionibus fictionum. (2) Set nec nunc primum cause nostre iusticiam et residentis in sede Domini pravitatem ad puplicam[o] mundi noticiam novimus pervenire, quin preter agilime fame preloquium, que frequenter in maximis virginum aurium deflorat auditum, nos ipsi, quod primitus rumor edixerat[p], subsequentibus postmodum nostre serenitatis affattibus firmaremus[4], qualiter iste novus athleta[q] sinistris factus auspiciis pontifex generalis — amicus noster precipuus, dum in minoribus esset ordinibus constitutus — benefficiorum omnium quibus imperium christianum sacrosanctam ecclesiam ditavit oblitus, statim post assumptionem[r] suam fidem cum tempore varians[s] et mores cum dignitate comutans ac habens quodammodo de publica turbatione pruritum, in nos, supremum et unicum ecclesie filium[t], sue malignitatis aculeos acuisset[5], dum occasione sumpta, quod propter imminens scandalum evitandum, sacramento prestito et lata contra nos excommunicationis sentencia, nos ad certi temporis obligaverimus[u] transitum, adversa valitudine corporis prepeditos, adiectis

**215.** a) et *add.* 2. b) *loco* venerabili — bonum 2: venerabili Treverensi — bonum; 3: R. comiti Cornubie dilecto sororis suo salutem et omne bonum; 4: senatori, senatui populoque Romano dilectis fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem; *rubrica in* 5: Frid. imp. eisdem regibus et principibus mundi, senatori et populo Romano conqueritur de papa *etc.* c) et *add.* 2. 4. d) discidia 3. e) gentium *add.* 2. f) dei *add.* 5. g) absitium 1. h) convertunt 3. i) vestram 3. k) nostrum 2. l) nostri 2. m) nunc 4. n) calupniosis 1. o) duplicam 1. p) eduxerat 3. q) *sic* 3; adleta 1; adletha 2. r) assupt. 1. s) renovans 3. t) fil. eccl. 3. u) obligavimus 2; obligaremus 4.

1) *V. Bärwald 'Das Baumgartenberger Formelbuch' (Fontes rerum Austriacarum II, tom. XXV) p. 436 nr. 23. Sequitur fragmentum codicis haec sententia:* Videte igitur, o beatissimi principes ac fideles nostri, si dignam pro meritis vicissitudinem, si pater patrum congrue compensavit benivolentiam filialem; hec vestro examini subicimus discernenda. 2) *V. 'Archiv' VII, 891:* Alexandro illustri regi Scothorum. 3) *E. g. in tribus Chisianis et in uno Ambrosiano, v. 'Archiv' V, 428—432, et quidem p. 429 nr. 5:* Federico etc. Alexandro magnifico re di Scotia amico suo salute cono affecto di preclara dilectione. 4) *Cf. encyclicam a. 1227. Dec. 6 supra nr. 116.* 5) *Anno 1227.*

plerisque capitulis aliis, de quibus antea nunquam fueramus ammoniti[v], excusationibus nostris contra Deum et iusticiam omnino reiectis, excommunicationis sententia nos[w] denunciavit astrictos. (3) Cui, velud in nos primitus de nostra voluntate prolate, cum humilitate paruimus, absolutionis beneficium, pristina nobis incolumitate corporis reddita, postulantes, dum nos ad transitum pararemus instanter[x]. Quo petito supliciter et iniuriose negato, in Terre Sancte subsidium sub pia voti prosecutione transivimus[1], extimantes[y] vicarium Iesu Christi ad eius negocium pocius quam ad concepte malivolentie contra nos odium aspirare. Set is, quem speravimus ea solummodo[z] que sursum sunt sapere et visu celestia contemplantem mente credidimus in celestibus habitare, subito inventus est homo, quin immo per inhumanitatis opera non solum a divinitate[a] sepossitus set[b] humanitate discretus, dum preter impedimenta, que nobis in Syria preparavit per nuncios et legatos, qui Soldanum litteris suis — quas nos[c] captis[d] ipsarum latoribus in publicum[e] testimonium reservamus — ne nobis terram divino cultui et[f] Ierosolimitani regni[g] iuribus debitam redderet, munierunt, regnum nostrum Sicilie violenter intravit, sumpta occassione quod Rainaldus[h] filius olim ducis Spoleti preter conscienciam et voluntatem[i] nostram, prout nos postmodum per ipsius penam evidenter expreximus, terram ecclesie parabat intrare, et non prout sancti per fidem regna vicerunt, set perfidiam[k] et periuria predicans universis; aut si qui ad periurium predicatione solummodo provocari non poterant, provocabantur exemplo, dum ipsi prefecti papalis exercitus, quo terram facilius obtinerent, nos captos in Syria manifeste iurabant. (4) Redeuntibus autem[l] nobis de partibus transmarinis[2] et iniuriam nostram propulsantibus solum nec iuxta magnificum morem imperii prodeuntibus ad vindictam, per concordie medios verbum pacis libenter admisimus. Veram matrem nostram ecclesiam ex agnitione catholice fidei reperrisse cognoscimus, set patrem semper invenimus simulatum, dum ipsa reconciliationis die[3] viam nostre confussionis excogitans de reddeundo in Italiam iterum[m] sub inermi et domestica comitiva[n] nobis instantissime persuasit, occassiones[o] fingens[p], ne velud ex priori et armato processu timoris causam nostris fidelibus prestaremus, asserendo quod nobis omnia planissima faciebat[q]. Cuius contrarium per literas et nuncios suos manifestissime procuravit, prout constat testimonio plurium nostrorum fidelium[r], qui tunc temporis erant omnium conscii, velud ex eis quidam participes et[s] alii principes factionis. Propter quod, filio[4] et principibus nostris ad nos de Jermania venientibus per rebelles nostros itineribus[t] publicis undique prepeditis ac[u] eodem filio nostro apud Aquilegiam navali presidio cum summa difficultate recepto[5] ac in Teothoniam abinde destinato[v], in Regnum de necessitate reddivimus, utpote quos ad cohercendam rebellium nostrorum nequiciam patris consilium vel astucia pocius miserat[w] imparatos. (5) Ubi quodammodo respirantibus[x] nobis et capescentibus requiem post labores[y], quieti nostre[z] sanctissimus[a] pater noster invidit[b], consiliatoris sibi personam[c] adsumpsit, instantissime persuadens[d.6], ut contra Romanos excellencie nostre devotos et alios rebeles nostros de Tuscia, qui iura ecclesie et imperii detinebant, procederemus audacter, de suo favore securi, quod nobiscum

**215.** v) muniti vel amoniti 3. w) nos *deest* 4. x) inst. par. 3. y) *sic* 1—3; *i. e.* estimantes. z) ea solummodo *des.* 2. a) veritate 3. b) ab *add.* 3. c) *deest* 1. d) captis *deest* 2. e) *deest* 3. f) et *deest* 2. g) *bis scriptum* 2. h) R. 3. i) vol. et consc. 3; et vol. *des.* 4. k) per perf. 3. l) *deest* 3. m) *loco* iterum 4: et tamen. n) commonitiva 2. o) occasionem 2; occasione 3. p) significans 3; prefigens 4. q) faceret 3. r) fid. nost. 2. s) et alii principes *des.* 4. t) itinerantibus 3. u) sed ex 3; sed cum ex 3a. v) *sequitur in* 1 d' *ut videtur deletum.* w) miseret 2. x) inspirantibus 3. y) laborem 2. z) nostri 2. a) sanct. pater noster *des.* 4. b) invadit 3. c) formam 3. d) persuasit 2.

1) *Anno 1228.* 2) *Anno 1229.* 3) *A. 1230 mense Iulio.* 4) *Heinrico rege.* 5) *A. 1232 mense Aprili.* 6) *Epistola a. 1232. Iul. 24 data ed. Rodenberg I, nr. 473.*

nostra et imperii pondera participare volebat. Et sic ad multam eius instanciam Romanos, qui tunc temporis Viterbium inpugnabant[e], in favorem ecclesie nos oportuit diffidare, ipso mittente literas latenter ad Urbem, quod hec[f] per nos preter suam conscientiam et mandatum faceremus in odium Romanorum. Et cum[g] interim in Sycilia quadam seditione suborta, oportuisset[h] nos neccessario conferre Messanam[1], ut factionis ibi[i] incoate principiis obstaremus, ista solummodo occassione[k] pretenta, quod tam nobillem[l] nostram Sycilie ynsulam noluimus amittere, nobis inrequisitis[m] et omnino celatis, contra[n] omne ius gencium, quod belli socios et participes statuit non relinqui[o], fedus iniit cum Romanis per nos ad mandatum eius ut diximus diffidatis; non attento, quod nos non sine dubia vite[p] et honoris nostri fortuna inter rebelles ac sediciossos nostros remanentes inermes copiossam et strenuam miliciam armatorum in eius subsidium miseramus[q], quamquam personaliter nequiverimus interesse[r]. (6) Adhuc tamen conscientie nostre fidelis[s] integritas et pura devocio, quam ad[t] matrem nostram ecclesiam habebamus, novercalia deliramenta[u] patris agnoscere filium non sinebant, quin, quod erat[v] astucie, casui reputantes[w], satisfactionis nostre causam in vitricantis[x] patris[y] arbitrio sepius poneremus. Qui tanto nobis vice qualibet illudebat acerbius, quanto constancius spem uberioris arbitrii promitebat. Medio deinde tempore dum de[z] negocio Italie per papam ad honorem imperii componendo ex preteritorum coniectura[a] discriminum nulla spes nobis remansisset[b] in posterum vel exilis, ac prosecutionem eandem[c] congruo tempore[d] servaremus, expectationibus[e] nostris[f] repente credidimus arrississe fortunam, reiterata discordia inter ecclesiam et Romanos; in qua[2] sic magnifice, sic devote tesauros nostros effudimus[g] et personam, quod omnem omnino conscientie prave rubiginem de malivolentium cordibus crediderimus[h] eruisse[i]. (7) His etiam omnibus non contenti, ut de nobis prorsus indubitata securitas ecclesie preberetur, circa ipsam zelo summe devotionis accensi[k] et incentivo[l] perfecte caritatis in Deo, ad presenciam istius summi pontificis personaliter ivimus etiam non vocati, ducentes nobiscum Conradum karissimum filium nostrum, nunc Romanorum[m] in regem ellectum et regni Gerosolomitani heredem, quem nobis tunc temporis fratris sui manifesta transgressio filium unicum in[n] paterne dulcedinis affectione relinquerat; ac eundem post oblatam ecclesie personam nostram in totum obsidem summo pontifici nos offerre non puduit[3], unionem omnimodam inter nos et ecclesiam sub attestatione divini iudicii suppliciter postulantes, quam[o] dudum antea[p] nobis iste prelatus ecclesie generalis, dum[q] esset episcopus Hostiensis, instanter suasserat expetendam[r]. Propter que omnia, dum serenam nobis tocius curie faciem affectio[s] demonstrata pretenderet et verba gratissima tam summi pontificis quam curialium omnium sinceram hostenderent voluntatem, cum[t] eis omnia perfecisse credentes sub intentionis nostre sancte[u] proposito nec minus sub obsequiorum nostrorum fiducia, dissensionis causam inter nos et Lombardos in sinu corrupti iudicis tociens suffocatam necnon et sedationem[v] discordie inter nos, cives et nobiles Acconenses devocione prontissima[w] duximus exponendam[x]. (8) Sicque de negociorum nostrorum omnium prospera consumatione securi in obsequium

**215.** e) cum *add.* 1 *iam deletum.* f) hoc 2. g) *deest* 3. h) oportuit 3. i) ibi *deest* 1. 2. 4. 5; factioni sibi 3. k) occ. sol. ista 3. l) nobillime 1. m) non requisitis 3. n) *deest* 2. o) relinquit 2. p) vice 3. q) misimus 2. r) interesse nequiveramus 3. s) fidelitatis 4; *deest* 3. t) *sequitur in* 1 pravam *statim deletum.* u) delinimenta 1. 2. 4. 5. v) iusticie crimini et *add.* 5. w) imputantes 5. x) intricantis 2; victricantis 1. 3. y) *deest* 3. z) *deest* 2. a) congruentia 2. b) remasisset 1. c) oportuno et *add.* 5. d) tempori 4. 5. e) exspectionibus 1; exspectantibus 3. f) *deest* 3. g) effundimus 1. h) credebamus 3; credidimus 4. 5. i) erasisse 3. k) dev. summe succensi 3. l) incemptivo 1. m) Romanum 3; in Romanum 2. n) cum 1. 4. o) quod 2. p) etiam 2; nobis antea 3. q) cum 3. r) expetendum 2. s) assercio 3. t) in 2. u) sancto 2. v) sedationi 3; seditionem 2. 4. 5. w) devotionem promptissimam 2. x) exponendum 3.

1) *A. 1233 mense Aprili.* 2) *Aestate a. 1234.* 3) *Cf. Reg. imp. V, 2047c.*

ecclesie personaliter alacri[y] voluntate processimus[z] cum exercitu copiosso, quem sub magnis erarii nostri stipendiis congregari tam de Germanie quam de Italie partibus feceramus, nec prius a[a] concepti propositi prosecutione destitimus, quam libertatem ecclesie conculcatam in Urbe et terram exterius occupatam in statum primum et debitum nostra potentia reformavit; indubitabiliter exstimantes, ut quod[b] optinere prius favor iusticie nostre non poterat, devocionis obsequia mererentur[c]. (9) Sed audite retributionem[d] mirabilem, quam pro tanta devocione, pro tot beneficiis, pro tam indubitate fiducie firmamento Christi vicarius, pastor ecclesie, nostre catholice fidei predicator nobis in singulis reddere procuravit! In primis super ultramarino negocio[e] quicquid per Ravennatem[f] archyepiscopum [1], dillectum principem nostrum, tunc apostolice sedis legatum secundum formam expresam ab ecclesia sibi datam — videlicet de reducendis[g] nobis et predicto Conrado nato[h] nostro in possessionem plenam et pristinam omnium iurium nobis subtractorum[i] in regno — fuerat rationabiliter ordinatum, statim adveniente[k] Cesariensi [2] archiepiscopo, nec legato predicto nec nunciis nostris ad curiam venientibus expectatis nec ulla maiori mora[l] protracta, nisi quatenus[m] dellatos[n] bissancios potuit numerare[o], inordinate fuit ex toto destructum. Negotium Italie nedum quod ad honorem nostrum et imperii, sicut promiserat, ordinaret, immo petentibus et instantibus nobis ad revocationem hostium nostrorum, qui in Lombardia et Tuscia fideles nostros tunc temporis [3] divissis[p] suorum[q] exercituum copiis devastabant[r], nec nos cum militibus nostris[s], quos tunc in partibus ipsis, ut diximus, pro ecclesie serviciis[t] habebamus, ire permissit nec aliquem nostrum[u] nuncium seu literas voluit destinare. Ex quibus per bella campestria[v] sunt quamplurium strages hominum et ecclesiarum incendia subsecuta. Adhuc etiam tanta et superiore[w] nequicia non contentus[x] civitatem Castelle [4] per ipsum retroacte[y] turbationis temporibus occupatam, quam reddi[z] nobis forma pacis et fratrum suorum omnium consilia suadebant, receptis[a] trescentis[b] libris illius[c] monete solummodo que[d] ad quinquaginta marcharum numerum non assendunt, nobis cum eo permanentibus in Reate[e, 5] et pro eo marcharum multa millia[f] expendentibus, reddere recusavit. Ecce qualiter pater noster iste sanctissimus nos amabat! (10) Demum[g] super profectibus nostris omnibus et super pacificanda nobis Italia maxime de qualibet patris, vel vitrici[h] nostri pocius, benivolentia desperare cohacti, apprehendimus arma et scutum, vires de Teothonie[i] partibus, ad quas nos diebus illis prevaricatio filii nostri de neccessitate vocaverat [6], propter ingressum Italie congregantes[k], militibus strenuis iusticiam nostram armavimus, quam assequi precibus minime poteramus. Quod cum ad noticiam summi pontificis pervenisset, sub pretextu treuguarum pro Terre Sancte subsidio fidelibus populis et terre principibus indictarum armatum[l] nobis ingressum Italie per apostolicas literas [7] interdixit, oblitus quod[m] eodem[n] ipso die, quo predictas treuguas indixit, nos tamquam deffenssorem et advocatum ecclesie

**215.** y) alicui 3. z) misimus 2. a) *deest* 2. b) idem 3. c) promererentur 3. d) conturbationem 2. e) neg. ult. 3. f) Ravenensem 3. g) reducendo 3. h) filio 5. i) omnium virium nobis subtractatarum 3. k) veniente 2. l) *deest* 4. m) nisi quatenus *des.* 3. n) delator 2. o) et *add.* 4. p) divisim 3. q) duorum 5; ex. su. 3. r) devastatā 1. s) *deest* 3. t) provinciis 3. u) *deest* 2. 3. 4. v) capestria 1. w) superiori 2. 3. x) contemptus 1 *semper.* y) introacte 3. z) rediit 1. a) acceptis 4. b) *deest* 3. c) illis 1. d) quoniam 1. e) Riata 3; in Reate *des.* 2 *lacuna relicta.* f) milia multa 3. g) Deinde 3. h) victrici 3; nutricii 2. i) Theutonum 3. k) in illum *add.* 5. l) armatus *corr.* 2. m) quod oblitus 2; oblitusque 3. n) *deest* 2; die eodem ipso 3.

1) *Theodericum a. 1234 mense Augusto legatum a papa et imperatore in Terram Sanctam missum, v. Huillard IV, 479 (Reg. imp. V, 2051).* 2) *Petro (?). Cf. Gregorii IX. epistolam a. 1235. Sept. 22 ed. Rodenberg I, p. 553 sq.* 3) *A. 1234 mense Iulio; cf. Reg. imp. V, 2048a.* 4) *Città di Castello.* 5) *A. 1234 mense Iunio.* 6) *A. 1235.* 7) *Epistola a. 1236. Mart. 21 ed. Rodenberg I, nr. 678.*

requisivit, quod contra Romanos, quos sibi iura ecclesie subtrassisse dicebat, potenter procedere deberemus, iniquum in[o] nobis reputans, quod domum nostram et possessionem avitam, quam nobis infidelium nostrorum rebellio furiosa precluserat, viriliter ingredi nitebamur, quod iustum[p] crediderat in Romanis, qui patri vel avo seu parentibus suis in nullo prorsus exstiterant obligati. Adiecit[q] preterea in litteris antedictis, quod de negocio Lombardie in ipsum precisse sine adiectione temporis et conditione[r] aliqua, nullo iure et honore imperii reservato, compromittere deberemus, per quod vel[s] nos in perpetuum a iuris nostri cuiuslibet prosecutione[t] suspenderet vel ius et honorem imperii libere suffocaret. (11) Quod cum nobis nec nostrorum consilia principum nec preteritorum dispendiorum memoria suaderent, ad artes alias postmodum se convertit, mittens nobis obvium[u] in vestimentis albis[v] lupum rapacem, episcopum Penestrinum[w, 1]. Per quem, apud nos litteris apostolicis de vita sanctissima comendatum, Placenciam nobis subditam et nostris amicam ad factionis Mediolanensis periuria revocavit[x, 2]; per ipsum[y] firmiter exstimans[z], sic universaliter et in totum[a] fideles nostros evertere, ut processus nostros in Italia[b] penitus enervaret. (12) Qua spe, faciente divina[c] potentia[d], que suum tuetur imperium, omnino frustratus, clamantibus apud eum rebellium nostrorum incendiis[e], depopulationibus rerum[f] et stragibus occissorum, que[g] ipsum de data eis rebellionis secura fiducia necnon de fide mentita, quod contra nos et imperium ipsis assistere promisisset, publicis vocibus arguebant, quia iuxta peticionem ipsorum occassione predicta excommunicare nos[h] iuste[i] non poterat, impedimenta clandestina nostris processibus undique preparavit, litteras et legatos per imperium et ubique per orbem, ut quoscunque posset a fide et affectione[k] nostra seduceret, destinando. (13) Que omnia cum nostrorum fidelium fides et amicorum affectio conscientiam nostram latere non vellent, nolentes adhuc vinci[l] a malo sed in bono malum vincere cupientes, solempnes nuncios nostros B.[m] venerabilem[n] Panormitanum[o] archiepiscopum, Florentinum[3] et Reginum[4] episcopos, magistrum T.[p] de Suessa magne nostre curie[q] iudicem et magistrum R.[r] Porcastrelam[s] capelanum, dillectos[t] fideles nostros, ad sedem apostolicam duximus destinandos[5]. Quibus — oblata sibi per eos ex parte nostra devocione[u] omnimoda et unione[v] tractata contra hereticam pravitatem pro ecclesiastica libertate, de reformandis ecclesie et imperii iuribus, dudum inter nos et ecclesiam expetita[w] — summus pontifex de presencium fratrum suorum consilio, legatione nostra in omnibus suis capitulis[x] acceptata[y], per eosdem et archiepiscopum Mesanensem[6], quem ad nos pro parte[z] sua nuncium destinavit, excelencie nostre promisit, quod cessari mandaret[a] ubique locorum ab impedimentis omnibus, que se nostris processibus obiecisse coram fratribus suis et nunciis nostris fuit manifeste confessus, prout hec omnia per testimoniales antistitum prefatorum omnium[b] literas manifestissime comprobantur. (14) Cum qua responssione nunciis nostris et[c] suo ad nostram presenciam redeuntibus, priusquam per tres dietas a curia recessissent, eis omnino celatis

**215.** o) est 1. p) *sequitur in* 1 *vox ut videtur* desideratum *iam deleta.* q) Adiectit 1. r) congditione 1; conductione 2. s) per 1. t) pros. cuiusl. 3. u) ovium 1. 4. v) *corr. in* ovium 3. w) Prenestinum 2; Penestrensem 3. x) rev. per. 3. y) eum 3. z) extimans 2; estimans 3. a) tantum 3. b) Ytaliam 3. c) *sequitur in* 1 clemencia *iam deletum;* clemencia atque *add.* 5. d) clemencia 3. e) incediis 1. f) reorum 2. g) quod 2. h) nos exc. 3. i) iuxte 1. k) assercione 3. l) vici 1. m) *deest* 3; Berardum 5. n) venerabiles 3. o) Pañ 1; Panomitanum 2; Panormitanensem 3. p) Tadeum 5; Taddeum *ex corr.* 3. q) curie nostre 2. r) Rogerium 5. s) Porcastellam 3; Porcastrellam 4; Porcastellum 5; *deest* 2 *lacuna relicta.* t) ac *add.* 3. u) de actione 2. v) ratione 3. w) expetitis et expectatis 3. x) cap. suis 2. y) accepta 2. z) pace 3. a) quod cesari mandarent 5. b) o. pr. 3. c) ex 1.

1) *Iacobum.* 2) *Fere m. Iulio; cf. Reg. imp. V, 2194 et epistolam Gregorii Aug. 19 ed. Rodenberg I, nr. 699.* 3) *Ardingum.* 4) *Nicolaum.* 5) *A. 1238 mense Iulio; cf. Reg. imp. V, 2374a.* 6) *Landum.*

et in confussionem ipsorum G.[1] de Montelongo, quem primitus ad nos nuncium miserat et contra nos postmodum ad eversionem Mantuanorum et aliorum fidelium nostrorum statuerat, in Lombardia[d] legationis officium plene comisit, arbitratus, ut quanto[e] sibi maior daretur auctoritas[f], tanto maiora nobis et nostris impedimenta pararet. Quibusdam preterea principibus nostris, prelatis Italicis et Germanis[g], nobiscum in curia nostra manentibus literas destinavit subgilationem fame nostre non modicam continentes, certis articulis[h] interclussis[i] et specialiter de gravaminibus que quibusdam ecclesiis regni nostri dicebantur illata; super quibus mandavit nos per eosdem principes admoneri. Quorum capitulorum omnium et responssionum nostrarum ad singula seriem nobis[k] in[l] testimonio publico duximus reservandam[m]. (15) Quibus omnibus coram principibus et prelatis ac religiosis quam pluribus cuiuslibet ordinis sigillatim ostenssis, quamquam de tanta patris instabilitate confussos se filii reputarent et de verecundia capitis presencium ora rubor[n] perfunderet, nichilhominus tamen de ipsorum consilio predictos Panormitanum archiepiscopum, magistrum T.[o] et magistrum R. Porcastrelam[p] excelencie nostre legatos[q] cum nunciis civitatum nostrarum fidelium ad sedem appostolicam duximus remittendos, per quos ad satisfactionem omnem mora qualibet et difficultate sepositis obtulimus nos paratos. (16) Sed nec in his omnibus aversus est furor eius; quin dictus evangelizantis pacem Christi vicarius, sed actor scismatis et dissenssionis amicus contra traditiones sanctorum patrum, audiens nuncios nostros portantes omnimode[r] nostre devocionis xenium[s] per dietam Urbi vicinos, et metuens, ne supervenientibus ipsis, obice vallo[t] iusticie, sine publico scandalo forte procedere non valeret, prefestinancia nimia conceptum edidit abortivum[u] in nos supremum christianorum principem die dominica palmarum contra solempnem morem sacrosancte matris ecclesie, et in cena Domini postmodum precipitando[v] sentenciam, per quam, sicut per famam audivimus, licet hoc credere minime debeamus[w], contradicente saniore parte fratrum suorum, de quorundam cardinalium Lombardorum consilio nos excommunicationis[x] vinculo[y] dicitur astrinxisse[z], prepeditis[a] nunciis nostris per fautores et satelites suos de patrimonio pauperum solidatos, qui[2] iam aplicuerant, ne ad alegandam[b] iusticiam et innocenciam nostram[c] ac demum ad satisfactionem offerendam, etiam ad cautelam, ad presenciam suam et aspectus publicos pervenirent[d]. (17) De quo licet nos singulari quadam[e] et propria ratione[f] propter nostram iusticiam et infamiam procedentis[g] malle merito debeamus[h], quod perperam et inordinate processerit, cum nequiciam suam[i] editurus fuisset omnino, nisi[k] forsitan antea crepuisset, dolemus tamen et ex corde dolemus propter verecundiam universalis ecclesie matris nostre, quam dominus[l] Iesus Christus sub specie virginis gloriosse in passionis testamento discipulis commendavit. Alias nobis per talem, quem merito nostrum iudicem non habemus, nullam posse fieri reputamus iniuriam[m], utpote cum se prius inimicum capitalem quam iudicem nostrum et opere fuerit professus et[n] verbo, rebelles nostros et hostes[o] imperii publice confovendo. (18) Indignum preterea se tanti[p] cohercione principis et generaliter qualibet pontificalis[q] auctoritate[r] iudicii reddidit, dum Mediolanensem civitatem,

Marginal notes: Mart. 20. (at "christianorum principem die dominica palmarum"); Mart. 24. (at "matris ecclesie, et in cena Domini")

**215.** d) Lombardiam 2. e) quando 2. f) augtoritas 1. g) Ytalie et Germanie 3. h) capitulis 3. i) interclusus 3. k) vobis 3. 5; *deest* 4. l) *deest* 1; sub 3—5. m) publ. misimus intuendam 3; publ. mittimus intuendam 4. 5. n) rub. ora 3. o) Tadeum 5. p) *deest* 2; Porcastellam 3; Porcastrellam 4; Porcastellum ac alios 5. q) *deest* 3. r) omnimodum 3. 5. s) csenium 1. t) valo 1. u) arbitrium 2. v) precipitavit 3. w) debueramus 3. x) communicationis 2. y) vinculis 3. z) astrixisse 1. a) predictis 2. b) allegandum 3. c) *deest* 4. 5. d) percurrerent 2. e) *deest* 3. f) ac puplica notione *add.* 5. g) procedentes 2; procedentem 4. h) debueramus 3; deberemus 4; doleamus 5. i) *deest* 2. k) omnimodo non 3. l) noster *add.* 3. m) ini. rep. 2. n) ē 1. o) nostri 3. p) tante 1. q) pontificali 3. 5. r) augtoritate 1.

1) *Gregorio.* 2) *Scilicet nuntii.*

que pro maxima parte testimonio religiosorum quamplurium fidedignorum inhabitatur hereticis, contra nos et imperium manifesto favore tuetur et contra R.[1] de Mandello civem Mediolanensem, dudum potestatem Florentinum[s], delationem[t] episcopi Florentini, viri vite probabilis et[u] fame probate[v], in plerisque capitulis super heretica pravitate 5 ob odium nostrum et Mediolanensium gratiam non admisit. (19) Illum habere[w] preterea Christi vicarium et successorem Petri ac dispenssatorem animarum fidelium indigne fatemur non ob dignitatis iniuriam, set ob persone deffectum, qui[x] dispensationes cum fratrum deliberatione maxima concedendas in camera sua more mercatoris[y] cuiuslibet in libra[z] mercationis appendit[a], celatis fratrum consiliis, cum quibus 10 secundum ecclesiasticam disciplinam deliberare tenetur[b], existens sibi bullator et scriptor et forsitan etiam[c] numerator. De quibus quasdam[c] dispenssationes insignes preterire silentio[d] non valemus, per quas Syffam[e] natam condam comestabuli regni Cipri[2] contra separationis sententiam latam super hoc per Nichosiensem[f] episcopum[g, 3] et de non habitando simul prestitum sacramentum Baliano de Ibelino[h], et . . . sororem[4] Iohannis 15 de Cesarea[i] Iacobo de Amendoleo[k, 5], qui prius sororem ipsius desponsaverat, proditoribus[l] nostris, sibi invicem gradu tercio attinentes concessit uxores, accepta non multe pecunie quantitate; verumtamen quod quantitati vel numero deffuit, odii nostri qualitas compenssavit. (20) Deffectum et[m] prevaricationem ipsius[n] in illo dolemus, quod ut contra nos nobilles et potentes Romanos[o] sibi satellites et[p] fautores acquirat, 20 effussione pecunie non contentus, ipsis castra et possessiones sanctis patribus pia fidelium devotione donata, Romanam ecclesiam nostro patrocinio commendatam dillapidando, largitur. (21) Itaque non miretur universalis[q] ecclesia[r] nec populus christianus, si nos talis[s] sentencias[t] iudicis non veremur[u], non in contemptu[v] papalis officii vel appostolice dignitatis, cui omnes ortodosse fidei professores et nos specialius 25 ceteris subesse fatemur, set persone prevaricationem arguimus, que se solio tanti regiminis monstravit indignam[w]. Et ut[x] omnes primates nominis christiani sanctum intentionis nostre[y] propositum et pie devotionis zelum in nobis agnoscant, et quod non ex odii fomite, set ex causa iustissima vel neccessaria Romanus princeps contra Romanum antistitem commovetur, dum metuit ne grex dominicus sub tali pastore per 30 devia deducatur, ecce quod sacrosancte Romane ecclesie cardinales per sanguinem Iesu Christi et sub attestatione divini iudicii per nuncios nostros et litteras[z] attestamur[a], ut generale concilium prelatorum et aliorum Christi fidelium debeant evocare; nunciis etiam[b] vestris[c] et reliquorum principum accersitis, in quorum presencia nos ipsi presentes cuncta que diximus sumus hostendere et probare parati, et his etiam[d] duriora. 35 (22) Nec minus illa probabili ratione turbamur, quod iste rector ecclesie, qui deberet esse virtutum quarumlibet, set[e] constancie maxime[f], vas electum[g], contra promissionem suam litteris suis de fratrum consilio nobis factam, per quas in restaurandis imperii

**215.** s) Florentie 2. 4. 5. t) delatione 2. 5. u) ac 3. v) approbate 3. w) haberi 3. x) quod 3. y) mercationis 2. z) libras 2. a) *deest* 3. b) teneretur 3. c) *deest* 3. 40 d) scilentio 1. e) Sipham 2. 3; Scifam 4; Sypham mulierem naturalem 5. f) *deest, lacuna relicta* 2. g) archiepiscopum 2. 5. h) Bel'm 1; Ihelino 2; Iocelino 3; Ilbelino 4; Ubalino 5. i) Cessarea 1. k) Amendolio 2. 4; Amendolia 3. 5. l) sub ditionibus 2. m) etiam 2; etiam et 3. 5. n) eius 3. o) Romanie 3. p) *deest* 3. q) *corr.* 1; sancta *add.* 2. r) nec reges aut principes *add.* 5. s) tales 2. t) scentencias 1; sentenciam 3. u) veneremur 2. v) contemptum 1. 2. 3. w) in- 45 dignum 2. 3. 4. x) *deest* 3. y) nostre intentionis 2. z) per literas nostras et nuncios 3. a) obsecravimus 5. b) quoque 3; *deest* 5. c) nostris 2 — 5. d) *deest* 2. e) seu 2. 4. 5; et 3. f) sine maculo cupiditatis *add.* 3. g) ne error maiorum in subditos propagaretur cum aucmento *add.* 3.

1) *Robacomitem, potestatem usque ad a. 1238; v. Ann. Placent. SS. XVIII, 479.* 2) *Eschive* 50 *filia Odonis de Monte Beliardi comestabuli regni Ierosolimitani.* 3) *Eustorgium.* 4) *Aalidem.* 5) *Amigdala; cf. Reg. imp. V, nr. 1749. 1751.*

iuribus non deesse nobis set adesse promisit consilio, auxilio[h] et favore, preter[i] persone nostre[k] blasfemiam ius imperii nititur conculcare[l]; presertim cum quantumcunque conscientie nostre[m] librum solicite[n] revolvamus, nullam in nobis occassionem invenimus aut[o] causam, propter quam iste inimicus homo contra nos debuisset tam acriter comoveri, nisi quod cum ipso contrahere de nepte sua desponsanda[p] Henrico naturali filio nostro nunc regi Gallure et Thurris[q] nostra magnificentia credidit indecens et reputavit indignum. (23) Vos igitur, dillecti principes[r], non nobis solum set ecclesie, que congregatio est omnium Christi fidelium, condolete[s], cuius capud languidum, princeps eius in medio eius quasi leo rugiens, profeta[t] eius vesanus, vir eius[u] infidelis, sacerdos eius polluens sanctum, iniuste faciens contra legem. Nobis tamen pre ceteris mundi principibus deffectus est talis summi[v] pontificis merito deplorandus, qui veluti sibi viciniores loco et propinquiores officio honores congerimus et onera persentimus[w]. Set nec illud omitimus, quin[x] dillectionem[y] vestram moneamus attente, ut contumeliam nostram ad vestram iniuriam revocetis[z]. Ad domos vestras cum aqua concurrite, dum ignis accenditur in vicinis. (24) Causam motus pontificalis attendite: quod hec[a] in favorem nostrorum rebellium procurantur[b]. Que causa licet ad presens expressa non fuerit, procul dubio tamen subest. Similia vobis in vestris imminere pericula[c] timeatis. Facilis etenim[d] aliorum omnium regum et principum humiliatio creditur, si cesaris Romani[e] potencia[f], cuius clipeus prima iacula sustinet, conteratur[g]. Hec est namque causa pro vero, videlicet de Lombardis, que cor pape pungebat et urebat intrinsecus, licet ipsam foris educere propter vestrum[h] et audientium omnium[i] scandalum non auderet. Pro qua nobis per specialem nuncium suum[k] fide dignissimum[l], cuius ad hec[m] testimonium invocamus, oretenus exprese promisit, quod si negocium Lombardorum in eius arbitrio poneremus, nedum quod in aliquo magnificentiam[n] nostram offenderet, verum etiam tocius orbis decimas Terre Sancte necessitatibus consecratas[o] nostris utilitatibus applicabat. (25) Nec est mirum: instantibus etenim et accutis Lombardorum aculeis pungebatur, quibus, prout per aliquorum prelatorum confessionem accepimus, contra nos et imperium corporale prestitit sacramentum, cum[p] ipsos, peregrinantibus nobis[q] in partibus Syrie pro servicio Iesu Christi, transmisit in Regnum. Set cum turpis fuerit ista promissio, fidem licite frangere poterat[1] et editum variare decretum. (26) In quorum favorem rem auditu orribillem et discretione qualibet seu ratione carentem facere minime formidavit. Cum enim per Guallam[r] Brixinensem[s] et . .[t, 2] Cumanum[u] et alios[v] episcopos nos faceret ammoneri, quod vel satisfactionem Lombardorum per ipsum deberemus accipere vel treuguas pro Terre Sancte negocio per quadrigenium ut supra dixeramus[w] indictas observare[x] Lombardis[3], cum ab[y] indictarum treuguarum tempore[z] iam quinquennium excessisset, nosque rem tanti consilii

**215.** h) aux. cons. 3. i) illatam *add.* 4. k) infamiam nedum *add.* 3; illatam *add.* 5. l) sic persequitur *add.* 5. m) *loco* consc. nostre 5: communem mentis. n) *deest* 5. o) ad 3. p) disponsanda 1. q) Galũr et Thur͠r 1; Galluris et Turris 2; Tunis et Gallure 3. r) nostri *add.* 2; *loco* Vos — principes 3: Tu igitur dilecte cum tibi dilectis princeps orbis terre profuture; 4: Vos igitur fideles et devoti; 5: Vosque reges et principes orbis terre fideles et devoti. s) condole 3. t) profetta 1. u) *deest* 1. 3. v) sumi 1. w) presentimus 3. 4. x) *loco* quin — attente 3: in affinitatem nostram affectuose rogamus. y) devotionem 2. z) ad ini. v. revoces 3. a) *deest* 3. b) *sic* 1. 3—5; procuraverit 2. c) periculo 1. d) enim et 3. 5. e) Romanorum 3. f) conteratur *add. hic* 3. g) convertatur 2; adversantium 3. h) nostrum 3. 5. i) *deest* 3; om. aud. 2. k) suum nuncium 3. l) dignum 3. m) hoc 2. 3. n) magficentiam 1. o) cons. nec. 2. p) per *add.* 2. q) *deest* 3. r) Walam et 2; G. 3; *parva lacuna* 4; G. pergamẽ 5. s) Brixiensem 2. 4; Brixiniensem 3; Briciensem 5. t) H. 3; *lacuna deest* 2—5. u) conmañ 5. v) et alios *des.* 2. 4. w) ut supra diximus 2; ut diximus 3. x) *deest* 3. y) ad 1. z) *deest* 3.

1) *Cf. l. 27, § 4. Dig. II, 14:* Pacta, quae turpem causam continent, non sunt observanda. *LIEBERMANN.* 2) *Humbertum.* 3) *Mense Iulio a. 1234.*

ad deliberationem nostrorum fidelium modico temporis spacio servassemus[a], monitoribus[b] ipsis de approbatione legati predicti[c] G. de Montelongo videlicet[d], qui apud Mediolanum interim morabatur, inducias approbantibus[e] supradictas[f], prout hec omnia liquido prelatorum ipsorum testimonio comprobantur, medio tempore, nec voluntatis nostre iudicio 5 nec fidelium nostrorum consiliis expectatis, conceptum virus evomuit contra nos, prout aliquorum relatio retulit[g], procedendo[h]. Hec[i] ideo vobis duximus intimanda, non quod ad propulsationem talis iniurie[k] nostra non sufficiant munimenta, set ut totus mundus agnoscat, quod honor omnium tangitur, quicunque de corpore principum secularium offendatur[l].

10 Dat. Tervisii, XX.[m] Aprilis, XII.[n] indictionis[o].

---

# 216. CONSTITUTIO VICARII GENERALIS ROMANIOLAE.

(1239. Iun.)

*Mandatum ad Henricum regem Sardiniae filium imperatoris datum, fortasse mutilum* 15 *in fine, servarunt* 1) *codex Vallicellianus I. 29 membr. saec. XIII—XIV.*[1] *fol. 49;* 2) *codex Guelferbytanus Aug. in 4° XIII. 3 fol. 185' in libro quinto;* 3) *codex Parisinus lat. 13059 (S. Germain Harlay 455) pars V, nr. 27 fol. 49'. Menda codicum correximus ope mandatorum similium, quae infra daturi sumus, nr. 217. 223. 265. 269. 271. 272. Ad haec enim omnia conficienda unam eandemque dictatus formulam adhibitam esse patet. Ceterum* 20 *mandatum nostro simile, quod legitur in collectione Petri de Vineis V, 1 (Böhmer, Reg. imp. V, 3539), per quod imperator cuidam vicariatum generalem Lombardiae a Papia inferius committit, ex eo mandato iam deperdito, quo Fridericus de Antiochia a. 1246. Febr. vicarius generalis Tusciae constitutus sit (cf. Reg. V, 3538), mutatis mutandis conflatum esse, cum viro cl. Ficker persuasum habeo. Adnotandum praeterea duximus, mandatum nostrum* 25 (Ad extollenda — inquisitos) *etiam alio loco codicis Guelferbytani fol. 165 in fine libri quarti*[2] *legi sub rubro:* Fr. Ezelino committit vicariam in Lobardia cum gladii potestate, *cum variis scripturis, quas sub siglo* P *adnotavimus. In codice quoque Montispessulano 139 mandatum eodem rubro insignitum est. Cum mandato nostro conferas velimus epistolam imperatoris ad Ravennates datam, qua ipsis nuntiat, se filium suum* legatum in 30 Romaniola generalem *prae se missurum; v. Huillard-Bréholles V, 372 (Böhmer V, 2451).*

*In adnotatione addi libet aliud mandatum a viro cl. Wattenbach e codice universitatis Pragensis XIV. H. 10, saec. XIII. ex., Summam dictaminum continente, erutum, per quod imperator quendam suum fidelem A. vicarium per totam Romaniolam se constituisse*

**215.** a) servaremus 3. b) monitionibus 2. 5. c) *deest* 2. d) scilicet 3. e) approbatibus 1. 35 f) supradictis 2. g) declaravit 3; ad depositionis sententiam *add. edd. Petri de Vin. I, 21; des. codd.* h) Ha deus, ha crudelissime pater et pontifex, qui ut servum redimeres, filium perdidisti *add.* 5. i) *loco* Hec — intimanda 3: Postremo te pro nobis, immo vos tocius optimates orbis et principes exigimus adiurantes; 5: Postremo vos nobis nobiles et fideles exigimus adiutores propter quod ideo hec vobis duximus intimanda et vestram et omnium potencium manum exi-40 gimus adiutricem. k) nobis illate *add.* 5. l) offenditur 2. 4. 5. m) die *add.* 3. n) nona 3. o) Dat. — indictionis *des.* 4.

1) *Cf. 'Archiv' VII, 407. 409.* 2) *Cf. 'Archiv' V, 406. De Ezelino, qui nunquam magistratu imperii functus esse videtur, cf. Ficker 'Italien. Forschungen' II, 507.*

*promulgat*[1]. *Cum Enzius rex a. 1239. Iul. 25 legatus generalis totius Italiae constitueretur (infra nr. 217), forte imperator hoc tempore istum A. vicarium Romaniole loco filii ordinavit. Cuius tamen officium breve tempus durasse censendum est, quia iam eo ipso anno 1239 Walterus de Manopello vicarius generalis Romaniolae ordinatus est*[2]. — *Cf. Böhmer, Reg. imp. V, ad nr. 2451.* *(P. deest.)*

Fridericus[a] Henrico filio suo.

Ad extollenda iustorum preconia et reprimendas insolentias transgressorum prospiciens e celo[b] iustitia in populis regnantium constituit[c] solia et diversorum principum potestates. Caruisset namque[d] libenter humana conditio iugo dominii[e] nec libertatem a se, quam eis natura donaverat[f], homines abdicassent, nisi quod impunita licentia scelerum in evidentem perniciem humani generis redundabat, et ex necessitate quadam[g] oportuit naturam subesse iustitie et servire iudicio libertatem. Sed nec exquiri extrinsecus decuit speciem aliam creature, cui se representata per hominem celestis imago subiceret, sed homo prelatus est homini, ut gratiorem prelaturam efficeret identitas speciei. Potissime tamen ad regimen[h] populorum divina sententia prefecit imperium, dum ostensa sibi figura numismatis in redditione[i] census[k] pre ceteris regibus cesaree fortune fastigium presignivit. Cui diversimodas[l] subdidit nationes, non[m] ob[n] hoc solum ut eis imperando preesset, sed ut ipsis pacis et iustitie copiam ministrando prodesset. Inter illas multarum[o] igitur occupationum curas, quibus fluctuantis pelagi more pro salubri[p] reipublice statu noster spiritus continue[q] fatigatur, meditatione sollicita revolventes, quod[r] Romaniole[s] provincia, utique nobilis et pars Romani imperii pretiosa[t], diu provisione iusticie caruisset, propter quod tam filios et indigenas comitatus[u] predicti quam[v] advenas in provinciam venientes in personis iniurias et in[t] rebus damna non modica novimus fuisse perpessos et ibidem iura imperii multipliciter diminuta, ne[w] talentum nobis in eis[x] creditum negligenter abscondere videamur[y], utpote qui[z] rationem villicationis nostre sumus[a] in examine stricti[b] iudicii reddituri: ad hoc dirigimus[c] aciem mentis nostre, ut ad statum pacificum regionis ipsius imperialis provisionis instantia salubriter intendamus. Quia tamen circa alias partes imperii ad presens necessario detinemur, ne[d] terra predicta tantisper fructu nostre providentie[e] careat, cui[f] potencie[g] nostre presenciam[h] proximam pollicemur: ecce de tua prudentia

**216.** a) Fer, 3; *rubrica in* 1: Commissio vicarie cum gladii potestate. b) prosp. celo 2. 3; prosp. e celis *P.* c) erexit *add. P.* d) *deest* 2. 3. e) domini 2. *P.* f) concesserat 2. 3. *P.* g) ex necessitatem quidam 1. h) regnum 1. i) redditionem 1. 3. k) cēssus 3; et scolaribus tributorum *add. P.* l) dominus commodas 1; do' sinodas 2; dn̄s sinodas 3; do' omnimodas *P.* m) animo 2. 3. n) ad 1. o) multorum 1. 2. p) salutis 1. 2; salute 3; solutis *P.* q) cotidie *P.* r) *deest* 1. 2. 3. s) Lombardie *P.* t) *deest* 3. u) *pro* comitatus predicti *P:* eiusdem provincie. v) qua 1; quasi *P.* w) igitur *add. P.* x) in eis *des. P;* in eis nobis 2. y) videremur *P;* videremus 1. 2. z) per 3. a) scimus 2; simus *P.* b) districti *P.* c) direximus 2. 3. *P.* d) nec 1. e) prudencie 3. f) tui 1. g) *emendavi ex P; pro* potencie — proximam 1—3: presencie nostre. h) nostram *add. male P.*

1) F. Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus universis suis fidelibus de Romaniola salutem et suam gratiam et bonam voluntatem. Dilectionis vestre tamquam nostrorum fidelium memores existentes, ut sub imperialis protectionis possitis benivolencia[a] pacifice gubernari, A. fidelem nostrum per totam Romaniolam nostrum duximus vicarium ordinandum, de quo vestra potest devocio gloriari, ex eo quod propter ipsius merita bonitatis nostris honoribus et utilitatibus providetur. Quapropter vestre fidelitati mandamus, quatenus dictum curetis recipere sicut expedit reverenter et in hiis, que ad suum officium pertinere noscuntur, eidem obedire sic in omnibus studetis, quod [in] ipsius persona quanta sit vestra fidelitas nostra cognoscat [serenitas]. 2) *Cf. Ficker l. c. p. 510. Fortasse tamen istud mandatum pertinet ad ordinationem comitis Aginulfi de Modigliana ante mensem Martium ex. a. 1237 factam; v. Ficker p. 490.*

a) positis benivolenciam *c.*

et fidelitate confisi, te de latere nostro[i] generalem legatum[k] tocius comitatus predicti ad eum[l] velut conscientie nostre[m] conscium pro conservatione pacis et iustitie specialiter destinamus, ut vices nostras[m] universaliter geras ibidem. Nec tamen te sola vicarii potestate volumus esse contentum, licet solo vicarii nomine censearis, sed tibi 5 usque ad aliud[n] mandatum nostrum adicimus officium presidatus, concedentes tibi[o] merum[p] imperium et gladii potestatem; et ut in facinorosos animadvertere valeas vice nostra, purgando provinciam, malefactores inquiras et punias inquisitos[q].

# 217. CONSTITUTIO LEGATI GENERALIS TOTIUS ITALIAE.

10 1239. Iul. 25.

*Mandatum ad Henricum Sardiniae regem datum edidit Giulini 'Memorie della città di Milano' parte VII, p. 600 e 'codice di Giovannino Crivello presso il viceparroco di San Vicenzo', quam editionem omnes editores posteriores et etiam Huillardus secuti sunt. Vir cl. Ficker recte iudicavit, formam mandati melius quadrare ad legationem singulae pro-* 15 *vinciae quam totius Italiae, ideoque e dictatu mandati mense Iunio dati (supra nr. 216) negligenter confectam esse. Typis igitur minoribus excudenda curavimus ea quae cum illo mandato conveniunt. — Huillard-Bréholles V, 357. Böhmer, Reg. imp. V, 2458.*
*(P. 330.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie 20 rex Henrico Turris et Galluris illustri regi, sacri imperii in Italia legato, dilecto filio suo gratiam suam et omne bonum.

Ad extollenda iustorum preconia et reprimendas insolentias transgressorum prospiciens a celo iustitia erexit in populis regnantium solia et diversorum principum potestates. Caruisset namque libenter humana conditio iugo dominii neque libertatem a se, quam eis natura con- 25 cesserat, homines abdicassent, nisi quod[a] impunita licentia scelerum in evidentem perniciem humani generis redundabat, et ex necessitate quadam oportuit naturam subesse iustitie et servire iudicio libertatem. Sed neque exquiri extrinsecus decuit aliam speciem creature[b]; *sed homo prelatus est homini, ut gratiorem prelaturam efficeret identitas speciei. Potissimum tamen ad regimen populorum divina sententia prefecit imperium, dum, ostensa sibi figura numismatis in 30 redditione[c] census, ea pre ceteris regibus cesaree fortune fastigium presignivit. Cui diversimodas subdidit nationes, non ob hoc solum ut eis imperando preesset, sed ut ipsis pacis et iustitie copiam ministrando preberet. Inter illas igitur multarum occupationum curas, quibus fluctuantis pelagi more pro salubri rei publice statu spiritus noster continue fatigatur, meditatione sollicita revolventes, quod regio supradicta prout superius est distincta, provincia utique nobilis et 35 pars Romani imperii pretiosa, diu pro hostilitate guerrarum et seditione suorum provisione iustitie caruisset, propter quod tam cives quam habitatores Italie in personis [iniurias] et in rebus damna non modica novimus fuisse perpessos et ibidem iura imperii* diminuta, ne talentum

**216.** i) sumptum *add. P.* k) *loco* legatum — predicti *P:* vicarium a Papia inferius in Lombardia. l) eos *P.* m) *deest* 2. n) alium 1. 2. o) *deest* 1. p) et purum *add. P.* 40 q) inq. punias *P.*

**217.** a) quia *ed.* b) *hic excidisse videntur* cui se representata per hominem celestis imago subiceret. c) redditionem *ed.*

nobis in eis creditum negligenter abscondere videamur, utpote qui rationem villicationis nostre sumus in examine stricti iudicii reddituri: ad hoc direximus aciem mentis nostre, ut ad statum pacificum totius Italie imperialis provisionis instantia salubriter intendamus. *Quapropter de tua industria et fidelitate confisi, te de latere nostro* legatum totius Italie ad eos velut persone nostre speculum pro conservatione pacis et iustitie specialiter destinamus, ut vices nostras universaliter geras in ea*, concedentes tibi merum imperium et gladii potestatem. Et ut in facinorosos animadvertere valeas, vice nostra purgando Italiam, malefactores inquiras et punias inquisitos, et specialiter eos qui stratas et itinera publica ausu temerario violare presumunt. Criminales etiam questiones audias et civiles, quarum cognitio, si nos presentes essemus, ad nostrum iudicium pertineret. Liberales quoque audias et determines questiones. Imponendi et banna et mulctas, ubi expedierit, auctoritatem tibi plenariam impertimur. Decreta utique interponas, que super transactione alimentorum, alienatione rerum ecclesiasticarum et etiam minorum secundum iustitiam interponi petuntur. Tutores etiam et curatores dandi quibuslibet tibi concedimus potestatem, et ut minoribus et maioribus, quibus universalia iura succurrunt, causa cognita restitutionis in integrum beneficium valeas impertiri. Ad audientiam tuam tam de criminalibus quam de civilibus causis appellationes referri volumus, quas a sententiis ordinariorum iudicum et eorum omnium, qui iurisdictionem ab imperio nacti sunt, in Italia contingerit[d] interponi, ut tamen a sententia tua ad audientiam nostri culminis possit[e] libere provocari, nisi vel cause qualitas vel appellationum numerus appellationis subsidium adimat appellanti. Creandi iudices et notarios tibi concedimus plenariam potestatem. Tue igitur filiationi firmiter et districte precipiendo mandamus, quatenus ad statum pacificum Italie et recuperationem nostrorum iurium et imperii in eadem omni fide et sollicitudine, prout gratiam nostram diligis, ac efficaciter et diligenter intendas, ut inde diligentie tue testimonio electionis nostre iudicium commendetur, dum talem tanto negotio duximus preponendum, ex cuius fide et industria serenitatis nostre salubre propositum de observatione pacis et iustitie et reintegratione iurium Italie singulis exprimetur.

Dat. in castris in episcopatu Bononie, XXV. Iulii, XII. indictione.

---

# 218–221. MANDATA AD RECUPERANDUM MARCHIAM ANCONITANAM ET DUCATUM SPOLETINUM.

(1239. Aug.)

## 218. *MANDATUM AD OMNES MARCHIAE ET DUCATUS INCOLAS.*

*Servaverunt* 1) *codex Parisinus lat. 13059 (S. Germain Harlay 455) pars II, nr. 59 fol. 27', e quo edidit Huillardus;* 2) *codex Guelferbytanus Aug. 4° XIII. 3 ep. 61 fol. 99'*[1]. — *Huillard-Bréholles V, 376. Böhmer, Reg. imp. V, 2469.* *(P. deest.)*

Inter[a] frequentes occupationes et instantes reipublice curas, quibus ad reintegrationem et augmentum imperii sollicitamur iugiter et arcemur[b], cordi nobis fuit,

**217.** d) contingent *ed.* e) possint *ed.*
**218.** a) *rubrica in* 2: Populo civitatis super eisdem. b) artemur 2.

1) *V. 'Archiv' V, 400.*

Italiam imperialibus titulis reformare, ubi, diuturno[c] tempore rebellium in maiori parte humiliata superbia et bellicis conatibus nostris[d] inclinata mandatis, reliquias si que[e] restant Ligurum[f] infidorum intendimus extento[g] nostre potentie brachio subiugare. Cumque ducatum Spoleti et marchiam Anconitanam, duas Italie provincias singulares, pati ulterius non possimus[h] ab imperii corpore fore divisas, que habiliores[i] et utiliores nobis et imperio sunt cum ex strenuitate[k] virorum tum ex antiqua fidelitate, quam semper ad imperium cum summa devotione gessistis, ad statum totius Italie in optata pace servandum, exigente ingratitudine presidentis ecclesie, ad ipsarum revocationem propositum et intentionem nostram duximus exercenda. Quod enim tamdiu vos[l] in aliena ditione[m] teneri permisimus, pius nos[n] movit affectus, sperantibus nobis, ut propter hoc status vester indempnis et integer servaretur et nobis et imperio cederet ad commoditatem servicii et honoris. Sed ubi tot vexationes vestras et mutationes[o] innumeras et diversas, habentium a[p] diversis nationibus potestates, in vobis advertimus, per quas[q] turbationes continue statui vestro[r] et dampna parantur, inhibitiones fiunt[s], quod petita et debita per vos imperio servicia non prestentur[t], quin pocius, quod est difficilius et prorsus ingratum, ad commovendum contra nos guerram vos antiquos fideles imperii satagunt incitare et mandata nostra[u] obaudire compellunt, hec et alia graviora in nostram iniuriam et evidens dampnum auctoritate sedis apostolice machinantes: iuste inducimur et movemur, vos universos et singulos a iuramento, quod ex permissione[v] nostra nostris[w] detractoribus salvo honore imperii prestitistis[x], ex predictis causis absolvere ac denunciare penitus absolutos, premittentes dilectum filium nostrum H. regem[y] potentie[z] nostre speculum, qui vos omnes vice et persona nostra[a] in nostram et imperii reducat[b] ditionem et[c] ad solitam imperii libertatem, recepturus ab universis et singulis vestrum corporale pro nobis et imperio iuramentum. Et licet aliqui, qui pro tempore fuerint[d], se nostros nuncios facientes vos nomine nostro receperint nec promissiones eorum potuerint observari[e], dum motu[f] proprio sine nostra scientia certa procęssissent, in filio nostro, quem de[g] nostro latere destinamus cum certitudine nostre conscientie ac prompte plenitudine potestatis, damus vobis confidentiam plene certam[h], firmiter ac irrevocabiliter promittentes[i], quod vos omnes in manibus nostris et[k] fidelitate resumptos[l] in perempni nostro et imperii nostri dominio[m] tenebimus, nullo tempore ditioni alterius resignandos. Immo fovere vos[n] et modis omnibus et[o] honorare disponimus liberalibus beneficiis et augmentis honorum, eidem regi filio nostro potestatem plenariam concedentes, faciendi vos certos pariter et securos, quod ea que vobis promittimus tenore presentium et per eum, volumus inviolabiliter observari. Quare mandamus et precipimus vobis sub debito fidelitatis, quo nobis et imperio tenemini, et sub pena regalium, que ab imperio possidetis[p], quatenus eidem regi, abiuratis omnibus iuramentis que aliis prestitistis, nobis[q] et imperio fidelitatis iuramenta prestetis, sibi amodo loco nostri de nostris serviciis in omnibus parituri, cui dedimus potestatem banna, mulctas et penas, sicut expedire viderit, contemptoribus imponendi et imposita requirendi, relaxationes obedientibus auctoritate nostri[r] culminis exhibendi. Omnibus mandata servantibus nostrum favorem et gratiam cum omni sperata munificentia premiorum liberaliter pollicemur.

**218.** c) diutino 2. d) mris 2. e) sequens 2. f) Lugurum 1. g) ex tanta 2. h) possumus 2. i) haliores 1. k) cum extremitate 2. l) nos 2. m) alienam ditionem 1. 2. n) perviderimus vos 2. o) tentationes 2. p) et 2. q) quos 2. r) nostro 2. s) fuit 2. t) prestetur 2. u) mea 2; *locus corruptus, sensus enim est contrarius; an legendum* non audire? v) promissione 2. w) vestris 1. x) prestitis 1. 2. y) *sequuntur .. in* 1. z) persone 1. a) vite et persona vestram 2. b) et recipiat *add.* 2. c) *deest* 2; et dit. 1. d) firmiter 2. e) observare 1. 2. f) metu 2. g) d'e 1. h) certum 2. i) promittantes 2. k) *deest* 2. l) et *add.* 1. m) desiderio 2. n) et *add.* 2. o) *deest* 2. p) p̄sidetis 1. q) nobis — prestetis *des.* 1. r) nostra 1.

## 219. *MANDATUM AD CIVITATEM IESII.*

*Damus ex eisdem codicibus* 1) *pars II, nr. 60 fol. 27'*; 2) *ep. 62 fol. 100'. — Huillard-Bréholles V, 378. Böhmer, Reg. imp. V, 2470.* *(P. deest.)*

Si[a] loca nativitatis indifferenter quodam native voluntatis affectu specialiter ab omnibus diliguntur, si natalis amor patrie sua dulcedine cunctos ducit nec sinit eos inmemores esse sui[1], non dispari[b] ratione natura succedente ducimur et tenemur, Esium nobilem Marchie civitatem, insigne originis[c] nostre principium, ubi nos diva mater nostra eduxit in lucem, ubi nostra cunabula claruerunt, intima dilectione complecti[d], ut a memoria nostra non possit excidere locus eius, et Bethleem[2] nostra, terra cesaris et origo, pectori nostro maneat altius radicata. Unde tu, Bethleem civitas Marchie, non minima es in generis nostri[e] principibus. Ex te enim dux exiit, Romani[f] princeps imperii, qui populum tuum reget et proteget et alienis ultra subesse manibus non permittet. Exurge igitur prima parens et de iugo excute te[g] alieno! Quia[h] vestris et aliorum nostrorum fidelium gravaminibus miserentes[i] disposuimus vos et alios fideles nostros[k] tam Marchie quam ducatus Spoleti ab iniuriatoris[l] onere liberare. Quo apud nos et imperium propter manifestam ingratitudinem demerente, vos a iuramento ecclesie salvo iure imperii prestito duximus absolvendos, premittentes dilectum filium nostrum[3] etc.

Matth. 2, 6.

## 220. *MANDATUM AD COMMUNITATEM QUANDAM MARCHIAE.*

*Damus ex eisdem codicibus* 1) *pars II, nr. 57 fol. 27'*; 2) *ep. 59 fol. 99 et* 3) *codice quodam reginae Sueciae apud Marteneum 'Collectio amplissima' II, 1155 nr. 23 (= Tarlazzi, Appendice ai monumenti Ravennati I, 175). — Huillard-Bréholles V, 375. Böhmer, Reg. imp. V, 2471.* *(P. deest.)*

In[a] omnibus processibus nostris[b] nota est et[c] experta pro nostri comoditate servicii fides vestra, et quandocumque transitus vel reditus noster fieret[d] per vos, devocio vestra cum omni honorificentia et nostrorum executione debita mandatorum nostris beneplacitis unanimiter assurrexit, ut gratitudinem vestram[e] teneamur modis omnibus prosequi dignis meritis gratiarum. Cum igitur in[f] presenti, iuste rei merito suadente, velimus[g] Marchiam et ducatum Spoleti, duas in Italia sacri imperii provincias[h] singulares, nostro imperio reformare, detentore vestro[i] nostri beneficium imperii demerente, vos necnon universos et singulos de Marchia et Ducatu[k] a iuramento ecclesie salvo iure imperii prestito ex imperiali[l] auctoritate duximus absolvendos, premittentes dilectum filium nostrum[3] etc.

## 221. *MANDATUM AD CIVES CIVITATIS VEL ALIOS QUOSDAM MARCHIAE INCOLAS.*

*Servaverunt* 1) *codex Parisinus pars II, nr. 58 fol. 27'*; 2) *codex Guelferbytanus ep. 60 fol. 99. — Huillard-Bréholles V, 375. Böhmer, Reg. imp. V, 2472.* *(P. deest.)*

**219.** a) *rubrica in* 2: Fridericus communi Esii super eisdem. b) dispari 2. c) insignem coriginis 2. d) completi 2. e) nostris 2. f) romam 2. g) excutere 1. 2. h) quare 1. i) miserantes 2. k) nostro 2. l) iniuratoris 2.

**220.** a) *rubrica in* 2: Fr. communi qd' absolvit a iuramento ecclesie mittens Henricum filium suum in reformationem Marchie et Ducatus; *similiter* 3; *rubrum nullum in* 1. b) vestris 3. c) *deest* 2. d) fiet 2; per vos fieret 1. e) nostrum 2. f) *deest* 3. g) velim 1. h) per nuncios 2. i) nostro 2; detentori nostro 3. k) ducata 1. l) imperii 3.

1) *Cf. Ovid. Ex Ponto I, 3, 35. 36.* 2) *Notandum valde, quasi se Iesu Christo apud Bethleem nato coaequare Fridericus temeraria comparatione praesumpserit. HUILLARD.* 3) *Sequentia certe ut supra p. 303. lin. 21 sq.*

Cum[a] tempus vestre liberationis advenerit vestris ac nostris desideriis oportunum, cure nobis fuit, negotium reformande imperio Marchie, temporis oportunitate capta[b], potenter aggredi et prosequi diligenter, ubi[1] modestiam excedit impietas[c] et infesta iusticie nostre malignitas, que multipliciter gravaminibus nostris insevit, imperialem 5 mansuetudinem sustinere diutius non permittit, vos[d] alicuius manibus detineri. Speramus[e] igitur dilectum filium nostrum H. illustrem regem Turrium et Galluri et legatum sacri imperii in Italia generalem patris presentiam presentantem, qui loco nostri marchiam Anconitanam[f] et ducatum Spoleti ad nostram et imperii dicionem revocet et resumat, iuxta nostrorum continenciam[g] rescriptorum, que universaliter transmittuntur. Quare 10 mandamus et precipimus fidelitati[h] vestre[i], sub debito fidei, quo nobis et imperio tenemini, firmiter iniungentes, quatenus eundem regem filium nostrum de patris sede[k] transmissum tanquam personam nostram debito recipientes honore, abiuratis penitus iuramentis ecclesie prestitis, a quibus imperiali auctoritate, demerentibus[l] apud nos detentoribus vestris propter ingratitudinem manifestam, vos duximus absolvendos, nobis et 15 imperio fidelitatis iuramenta[m] prestetis, eidem filio nostro ad honorem et fidelitatem nostram in omnibus[n] parituri; sciturі pro certo, quod vestre fidei merita liberaliter disposuimus prosequenda, privilegia, libertates et omnes approbatas consuetudines vestras volentes imperiali munimine roborare. Concedemus[o] nichilominus ampliora, si ad nostram et[p] imperii devotionem vos prompta conversione dederitis et converti alios 20 facietis per evidentiam operum et exempla[q].

---

## 222. PROCESSUS CONTRA COMITEM PROVINCIAE.

(1239. Sept.)

*Mandatum, quo Raimundus Berengarius comes Provinciae de infidelitate responsurus* 25 *ad curiam citatur, praebuerunt* 1) *codex Parisinus lat. 13059 (S. Germain Harlay 455) pars V, nr. 32 fol. 49'*; 2) *codex Vallicellianus J. 29 saec. XIII—XIV, fol. 49, ep. 110, quem exscripsit Pertz*[2]; 3) *codex reginae Sueciae in Martenei Collectione amplissima II, 1185 nr. 71;* 4) *codex Guelferbytanus Aug. 4° XIII. 3 fol. 187. — Huillard-Bréholles V, 401 (collato codice 1). Böhmer, Reg. imp. V, 2477. (P. deest.)*

30 Venientibus[a] nuper nuntiis tuis ad curiam nostram, ipsos benigne recepimus[b] et petitionibus ex parte tua porrectis favorabiliter[c] annuentes, ipsos ad te remisimus cum effectu. Subsequenter autem ex insinuatione . .[3] regni Arelatensis et Viennensis vicarii generalis non absque vehementi admiratione perpendimus, quod cum te apud

**221.** a) *rubrica in* 2: Fridericus eidem et super eodem ut prestant sibi et imperio iuramenta fide- 35 litatis. b) captata 1. c) impeditas 1. d) nos 2. e) *locus corruptus; fortasse aliqua exciderunt; sensus exigit* Premittimus. f) ancomitanam 2. g) continanciam 2. h) fi. 1; fratri 2. i) vestro 2. k) federe 2. l) dementibus 2. m) iuramenti 2. n) in omn. *des.* 2. o) concedimus 2. p) *deest* 2. q) extra 2.

**222.** a) *inscriptio nulla in* 1—4; *rubrum in* 1. 2. 4: Fridericus (Fr. 1) citat comitem Provincie pro 40 (et 2) infidelitate commissa. b) recipimus 4. c) formabiliter 4.

1) *i. e. in Marchia.* 2) *V. 'Archiv' V, 407.* 3) *Berardi comitis de Loreto.*

Arelatem[d] honorifice recepisset et iuxta receptum a nobis mandatum servire citaret[e], tu cum quibusdam proditoribus[f] nostris inita factione, nostra et imperii reverentia pretermissa, tue fidelitatis ac nobilitatis oblitus, infidelitatis opprobrio non vitato[g], dictum vicarium nostri culminis effigiem presentantem turpiter a civitate Arelatensi proieceris et eandem civitatem non absque iniuria nostri nominis et honoris detineas infideliter occupatam. Quod tanto nos[h] iustius movet, quanto preter spem et opinionem nostram, preter omnimode[i] liberalitatis[k] et gratie munificentiam in te frequenter et[l] exuberanter effusam contra honorem[m] nostrum enormiter excessisti, ut[n] quantumcumque tuo vellemus tam turpi defectui condolere[o], non possimus[p] imperiale moderari regimen quo tenemur, quin[q] adversus commisse proditionis facinus[r] in iudicio et iustitia procedamus. Quapropter sicut moris et iuris est, super obiecto infidelitatis excessu[s] ad nostram curiam te citamus, mandantes et precipientes tibi[t], quatenus civitate Arelatensi in eo statu reducta in quo, priusquam ex ea vicarium nostrum eiceres[u], permanebat, XXX dierum [termino] post receptionem presentium, prestita tibi securitate veniendi, morandi et redeundi, nostre curie te studeas personaliter presentare, de infidelitate commissa ad iusticiam responsurus. Quod si facere contempseris, velut tuum recognoscendo et confitendo reatum, te tanquam infidelem nostrum ab omni honore et dignitate de plenitudine potestatis ex certa scientia et imperiali auctoritate privabimus[v]. Datum etc.[w]

# 223. PROMULGATIO CAPITANEI GENERALIS TUSCIAE.

### 1240. Ian.

*Dedit vir cl. Ficker e transumto anni 1242 in tabulario capituli Aretini asservato nr. 592, eodem ut videtur quod male ediderunt Rena et Camici 'Notizie istoriche di Toscana' VI, 37 (= Huillard). Transumti tenor secundum editionem Renae hic est:* Ego Pontius notarius exemplum ut transumtum est vidi, legi et auscultavi simul cum Petro notario et Rigone notario, nihil additum vel diminutum inveni, signum manus meae apposui. Et ego Petrus notarius scripsi et publicavi anno a nativitate Domini MCCXLII, indictione XV, septima Iulii intrante. Actum in Castello, in domo plebis dicti Castelli. *Litteris minoribus excudenda curavimus ea quae concordant cum formula supra nr. 217 adhibita. — Huillard-Bréholles V, 650. Böhmer, Reg. imp. V, 2691. (P. deest.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex prelatis ecclesiarum, marchionibus, comitibus, vavassoribus, cataneis, potestatibus, rectoribus, consiliis, comunibus et universis per Tusciam constitutis presentes litteras inspecturis, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem.

In imperiali solio constituti, quod ex celesti dispensatione feliciter optinemus, dum ad subiectas imperio Romano provincias pacis et iustitie moderatione regendas nostrum convertimus clementer intuitum, quia presentialiter ubique adesse non possumus, ubi

222. d) Arelate 1. 2. e) curaret 1. 3. 4. f) proditionibus 2. g) invitato 4. h) *deest* 1. 3. 4. i) omnimodam 1. k) libertatis 4. l) *deest* 4. m) hominem 1. 3. 4. n) et 4. o) condolerē 2. p) possumus 2—4. q) *deest* 2. r) facius' 2. s) excessus 1. t) cit. et precipimus tibi 1; cit. et precipientes tibi mandamus 4. u) eiceras 2; eieceris 1. 3. v) privamus 2—4. w) D. etc. *des.* 1—3.

longe lateque potentialiter preminemus, necessarium videmus et utile, dignas consilio nostro et circa principalis aule fastigium nutritas et tam fide quam opere nobis expertas ordinare personas, quas in partem solicitudinis evocatas zelus honoris nostri iuste commoveat, decretam sibi provinciam provide regere et generaliter omnium ac specia-
5 liter singulorum salubri et quieto statui providere, quibus pace ac iustitia previis presentia nostra compareat, ut sic ad conservandum universorum iura equa pariter moderatione prospiciant, quod nos ad omnes cultores iuris et amatores tranquilli status nostrorum fidelium universaliter representent. Hac igitur consideratione ducti precipua, qua diva mens nostra utilitati subiectarum nobis gentium pie iusteque pervigilat, de
10 probitate ac fidelitate Pandulfi de Faxanella proceris aule nostre, fidelis nostri, ab experto confisi, devotissimam et dilectam nobis et imperio nostro provinciam Tuscie sub eius capitanea duximus decernendam, ipsum vestrum omnium generalem capitaneum statuentes. Cui dedimus potestatem, ut pacem in eadem provincia specialiter studeat procurare et ad concilianda[a] et conservanda omnia nostra et imperii iura illam dili-
15 gentiam adhibeat et affectum, quem ad fovendum nostrorum iura fidelium volumus et precipimus sine personarum acceptione fideliter exhiberi; ecclesiis, locis religiosis, pupillis, viduis, orphanis, maioribus et minoribus, sublimibus et humilibus et quibuslibet cuiuscumque conditionis iustitiam petentibus iustitiam largiatur, equo iudicio terminari faciens questiones. Preterea sibi concessimus merum imperium et gladii potestatem. Et
20 ut in facinorosos animadvertere valeat, provinciam ipsam vice nostra purgando, malefactores inquirat et puniat inquisitos, et specialiter eos qui stratas et itinera[b] publica ausu temerario violare presumunt. Criminales etiam questiones audiat et civiles, quarum cognitio, si nos essemus presentes, ad nostrum iudicium pertineret. Liberales quoque audiat et determinet questiones. Imponendi etiam banna et mulctas, ubi expedierit, auctoritatem sibi plenariam impertimur.
25 Decreta utique interponat, que super transactione alimentorum, alienatione ecclesiasticarum rerum et etiam minorum secundum[c] iustitiam interponi petuntur[d]. Tutores etiam et curatores dandi quibuslibet sibi concedimus potestatem, et ut in minoribus et maioribus, quibus universalia iura succurrunt, causa cognita restitutionis in integrum beneficium valeat impertiri. Ad audientiam suam tam in criminalibus quam in civilibus causis appellationes deferri volumus, quas ab
30 sententiis ordinariorum iudicum et eorum omnium, qui iurisdictionem ab imperio nacti sunt[e], in prefata provincia contigerit interponi, ut tamen a sententia sua ad audientiam nostri culminis possit libere provocari, nisi vel qualitas cause vel appellationum numerus appellationis subsidium adimant appellanti. Quapropter universitati vestre firmiter et districte sub obtentu gratie nostre precipiendo mandamus, quatenus predicto Pandulfo de Faxanella ad
35 fovendam pacem et manutenendam iustitiam et malefactorum proterviam compescendam, pro conservatione quoque nostrorum et imperii iurium et ad omnia que predicta sunt, tanquam generali capitaneo vestro ad nostre maiestatis statum et honorem et fidelitatem nostram intendere et parere curetis, consilium, auxilium et favorem ad requisitionem suam sibi ubi expedierit impensuri, ut eiusdem capitanie officium valeat
40 efficaciter exercere; mandatum nostrum taliter exequentes, quod ad promovendum de bono in melius statum vestrum intendere favorabiliter teneamur.

Datum apud Podium Bonici, anno dominice incarnationis MCCXXXVIIII, mense Ianuarii, tertie decime indictionis.

**223.** a) concitienda *seu tale quid cod.* b) *correxi;* vineta *male c.* c) si *cod.* d) petierint *cod.*
45 e) et *add. cod.*

# 224. ENCYCLICA BELLICA CONTRA GREGORIUM IX.

## 1240. Mart. 16.

*Adhibuimus* 1) *codicem Confluentinum, bullarium Romersdorfense dictum, saec. XIII. pag.* 49—51, *quem exscripsit Beyer; epistola data est ad omnes per archiepiscopatum Trevirensem constitutos; haec sane fuit forma quae universis imperii fidelibus in regno Teutonico missa est;* 2) *textum Mathei Parisiensis in Chronicis maioribus secundum editionem viri d. Liebermann, SS. XXVIII, 182 sq.; qui textus multoties praesertim in fine discrepat a textu codicis 1; data est epistola ad Heinricum III. regem Angliae;* 3) *textum consimilem, qui et ipse regi Angliae inscriptus est, quem Huillardus ope potissimum codicum Musaci Britannici Harl. 325 fol. 321—322' et Hargrave 313 fol. 103 confecit*[1]. *Textum dedimus codicis 1, variam lectionem 2. 3 in columna adnotationum ponentes. — Huillard-Bréholles V, 840. Böhmer, Reg. imp. V, 2911. 2910. (P. deest.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex principibus tam ecclesiasticis quam mundanis et universis per Treverensem archiepiscopatum constitutis presentes litteras inspecturis, dilectis fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem.

(1) Triplex doloris aculeus, qui cor nostrum continue[b] pungit et stimulat, iam nos ultra silere[c] non patitur, quin dolor intrinsecus prorumpat in gemitus et gemitus exeant[d] in clamores, dum per dissensionis nove materiam, ad quam nos[e] universalis ecclesie rector et pontifex violenta quadam inpulsione coegit, catholice fidei detrimenta congnoscimus, eclypsim iusticie manifeste prospicimus[f] et Terre Sancte dispendium miserabiliter deploramus. Set et illa non minus angustia perurgemur, quod[g] Hely sacerdotis oculi caligantes[h] nullum huiusmodi periculorum aspiciunt; set tanta circa nos iracundia commovetur, tanta circa Mediolanenses et fautores ipsorum[i] rebelles imperii dilectione perstringitur, ut, orbe toto dubii successus eventibus vel fortune periculis potius prorsus exposito, ad conculcandam imperii sacri iustitiam et Mediolanensium rebellium nostrorum auxilium totus assurgat. (2) Nec nos super hoc lese conscientie stimulo pungimur nec ledentis fame iudicium expectamus, quin[k] a multis retro temporibus periculorum istorum omnium divina quadam inspiratione presagi, presens semper evitaverimus scandalum. Istius summi pontificis gratiam omni quocunque potuimus ingenio, licet frustra, laboravimus optinere, persone nostre non parcentes[l] dispendiis et persepe fidelium nostrorum vitam pro suis et ecclesie Romane subsidiis liberaliter exponendo. (3) Set, quod dolentes referimus, nichil penitus cepimus toto tempore laborantes, nullam ab ipso pro nostris obsequiis affectionem

**224.** a) *loco* Fridericus — voluntatem 2. 3: Fretherieus d. gr. Rom. imp. s. aug. Ier. et Sic. rex illustri regi Anglorum dilecto sororio suo salutem et sincere dileccionis affectum. b) cotidie 2. 3. c) flere 2. d) exeat 2. e) *deest hic, sequitur post* violenta *in* 2. 3. f) perspicimus 2. 3. g) que 1. h) caliginantes 1. i) eorum fautores 2. 3. k) quando 1. l) parcendo laboribus, rerum nostrarum non cavendo 2. 3.

1) *Codex Hargrave 313 teste viro d. Liebermann e Scacarii Libro Rubro transscriptus esse videtur. Exemplar epistolae ad regem datae exstat etiam in codice eiusdem Musaei Cotton. Cleopatra B. XII, v. 'Archiv' VII, 959, ubi perinde atque in Harleiano signa chronologica leguntur.*

retulimus; semper se nobis contrarium[m] posuit, semper imperii nostri[n] profectibus obviavit; immo quod crudelius debet ab omnibus[o] reputari, existentibus nobis in ecclesie sancte servitiis[p] personaliter apud eum, Civitatem Castelle[q] subtraxit imperio, prout per litteras suas, quas Castellani nobis noviter assignarunt, manifeste probatur. (4) Nichil tunc[r] temporis etiam potuimus ab ipso de cunctis petitionibus nostris nobis et imperio favorabile reportare. Legato[1], quem tunc ipso tempore pro nobis se misisse dixit in Syriam, ut Acconensium et quorundam regni Iherosolomitani nobilium nobis et filio nostro[s] illatas[t] iniurias emendaret, auctoritatem omnem per latentes litteras contrarias[u] subsequenter ademit. Eodem metipso tempore nec[v] Mediolanensibus, ne contra[w] Cremonenses insurgerent, nec Florentinis, ne Senenses[x] fideles nostros offenderent, potuimus aliquas litteras obtinere, cum nobis in ipsorum auxilium[y], ne indefensam dimitteremus ecclesiam, procedendi licentiam denegaret. (5) In Germaniam deinde procedentibus nobis ad[z] primogeniti filii nostri malitiam reprimendam favorem omnem promisit oretenus, set per nuncium suum litteras[2] de credentia deferentem[a] principibus nostris nobiscum presentibus in curia Moguntina sub omni qua potuit attestatione latenter iniunxit, ne electioni Cunradi[b] filii nostri minoris vel cuiuslibet de domo et sanguine nostro modo quolibet consentirent. (6) Processum nostrum[c] in Ytaliam ad reformandum imperium in eadem per litteras et legatos[d] suos et[e] presertim per[e] episcopum Prenestinum, qui Placentiam nobis[e] et Mantuam omni qua potuit subtilitate vel potius[f] fraude subduxit[g], prout scivit et potuit prepedivit. (7) Tandem cum post obtentam de Mediolano domino faciente[h] victoriam prodesse sibi furtivas huiusmodi legationes et litteras non videret, ense nostre iusticie sue nequitie fraudibus prevalente, processibus nostris apertioribus cepit[i] obstaculis obviare, manifestius inhibendo civitatibus et nobilibus marchie Anchonitane et vallis Spoleti, de quibus auxiliari tenebatur imperio, non nocere, ne in Lombardiam venirent[k] ad nos vel mittere milites attemptarent. Anchonitanis etiam et aliis locis maritimis sub pena excommunicationis[l] et banno decem milium marcarum iniunxit, ut Venetis excellentie nostre rebellibus contra mandatum et interdictum nostrum queque necessaria ministrarent; prout hec omnia per litteras suas evidentissime comprobantur. (8) Aliquibus etiam nobilibus marchie Trivisane[m], quos vacillantes et debiles in fidelitate presenserat[n], litteras destinavit, ut a nobis manifeste[o] recederent, pro certo scituris, quod nisi ordinationi[p] et mandato suo negotium Lombardie vellemus precise committere, contra nos et nostros[q] excommunicationis sententiam fulminaret. (9) Super quibus omnibus[r] principum et aliorum nostrorum fidelium[s] communicato consilio, qui nobis in obsidione Briscie[t] tunc temporis assistebant, volentes, ut diximus, inter nos et ecclesiam scandalum evitare[u], sollempnes magnificentie nostre[v] legatos[w] ad sedem apostolicam duximus transmittendos, per quos et de quibusdam frivolis, que in regno nostro Sicilie contra ius et libertatem ecclesiasticam[x] attempta esse[y] dicebat, satisfactionem obtulimus et desideratam inter nos et ecclesiam unionem[z] mutuis cautionibus roborandam, multotiens dudum a nobis per innumerabiles nuncios expetitam, repe-

**224.** m) contr. nobis 2. 3. n) sacri 2. 3. o) ab omn. debet 2. 3. p) subsidiis 2. 3; personaliter *deest.* q) Castelli 1. r) nunc 1. s) *deest* 2. 3. t) collatas 1. u) contr. lat. literas 2. 3. v) *deest* 2. w) fideles imperii *add.* 2. 3. x) senes 1. y) aux. ipsorum 2. 3. z) a 1. a) deferentes 1. b) *deest* 2. 3. c) deinde *add.* 2. 3. d) nuncios 2. 3. e) *deest* 2. 3. f) *loco* sub. vel potius 2. 3: calliditatis. g) subiuxit *al.* subnixit 2. h) obtentam faciente domino de Mediolanensium strage 2. 3. i) cepit ap. 2. 3. k) venire 2. 3; ad nos *desunt.* l) exc. pena 2. 3. m) Tervisie 2; Trevisane 3. n) quos imperii fide debiles et vacillantes effecerat 2. 3. o) manifestius 3. p) quod vero ordinacionem 2. q) et nostros *des.* 2. 3. r) dilectorum *add.* 2. 3. s) fid. nostrorum 2. 3. t) Brixie 2. 3. u) precavere 2. 3. v) magn. nostre *des.* 2. 3. w) nostros *add.* 2. 3. x) ecclesie 2. 3. y) *deest* 2. 3. z) nunciis et *add.* 2. 3.

1) *Theoderico.* 2) *V. supra nr. 194.*

tivimus denuo[a] per eosdem. (10) Quam cum libenter affectare se diceret cautionis modum[b] et formam iudicio nostro committens, nunciis nostris et suis cum unionis et pacis concesse fidutia ad nos alacriter venientibus[c] omnino celatis, Gregorio[c*] de Montelongo, quem pridem in Lombardiam suspectum nobis et nostris simplicem nuncium habebamus et quem de regione ipsa promiserat revocare, contra nos et 5 nostros legationis officium in eadem provincia[d] plene commisit. Ad maioris etiam[e] coaggerationem[f] nequitie, dum nos propter unionis promisse fidutiam reputaret[g] incautos, per quosdam principes et fideles nostros admoneri mandavit super quibusdam gravaminibus, que in regno nostro Sicilie et urbe Romana contra ipsum et ecclesiam per officiales nostros[h] et nuntios attempta[i] dicebat. (11) Ad que omnia cum de 10 ipsorum admonitorum nec[k] minus aliorum quamplurium religiosorum iudicio nostra serenitas[l] plenissime respondisset, responsionibus singulis ad capitula singula[m] non contenti[n] verbum generale subiunximus, quod voluntatem et responsionem nostram in singulis suo[o] iudicio comittebamus in[p] totum, prout hec quamplurium prelatorum omni fide dignorum litteris et testimonio[q] comprobantur. Et cum super hiis omnibus nuncios 15 nostros, super responsionibus ipsis et satisfactione plenarie facienda plena nostri culminis auctoritate munitos, ad curiam[r] mitteremus, iste rector universalis ecclesie non expectatis eisdem, per quorum adventum presciverat iniquitatem processus sui faciente iusticia[s] precidendam, contra nos die palmarum, qui dies[t] est processibus 1239. Mart. 20. talibus prorsus insolitus[u], perperam et iniuriose processit. (12) Nos autem, quia[v] 20 processum huiusmodi temeritate plenum et iusticia vacuum habebamus, ad confratres[w] suos litteras et legatos transmisimus generale petentes convocari concilium[x], in quo iudicis corrupti nequitiam ac imperii nostri iusticiam et innocentiam nostram argumentis arguere luce clarioribus spondebamus. Super quo nedum[y] quod iusticie nostre delata ratio fuerit[z], immo contra commune[a] ius gentium, quod violari legatos et nuntios non 25 permittit, episcopos[b] et nuncios supradictos papa turpissimo carceri mandavit intrudi. (13) Attendite igitur et videte, si sunt ista facta papalia, si sunt hec opera sanctitatis, mundum exponere[c], nostram[d] conculcare iusticiam et[e] secundum[f] Mediolanensium faciem iudicare! Set nec in hiis omnibus, cum papa[g] contra nos spiritualiter[h] licet perperam procedebat, ad[i] imperialis vindicte iudicium movebamur, quousque ad extremam inter- 30 emptionem nostram et manifestam exheredationem imperii persensimus ipsum[k] temporaliter prosilire, dum, nobis in marchia Trivisina[l] morantibus ad pacificandam eandem, cuius[m] terram ob dissensiones continuas et antiquas invenimus[n] stragibus occisorum et sanguine madefactam, marchionem Estensem[o] et comitem Sancti Bonifacii ac[p] alios nobiles regionis, qui ad inductionem eiusdem[q] simul in necem nostram coniuraverant 35 cum civitate Trivisii[r], data non modica[s] pecunie quantitate[t], nobis et imperio fecit[u]

**224.** a) den. rep. 2. 3. b) mod. caut. 2. 3. c) redeuntibus ad nos alacriter 2. 3. c*) Gregorium 1. d) nostros in ead. prov. leg. officium 2. 3. e) quoque 2. 3. f) coaggerationis 1. g) reportaret 2. h) nostr. off. 2. 3. i) illata 2. 3. k) ut 2. l) ser. nostra 2. 3. m) sing. cap. 2. 3. n) contempti 1. o) *deest* 1. p) et 2. q) manifeste *add.* 2. 3. r) eius presenciam 3; eius 2, *cui des.* mitteremus — iniquitatem. s) astucia 2. t) *deest* 2. 3. u) contra morem ecclesie *add.* 2. 3. v) qui 2. 3. w) fratres 2. 3. x) conc. convocare 2. 3. y) necdum 1. z) quod delatum fuerit nostre iusticie 1; delatum *etiam* 2. a) omne 2. 3. b) *loco* episcopos — papa 2. 3: predictos nuncios nostros episcopos iste qui scribitur episcopus (*deest* 2) servus servorum dei. c) *loco* mundum exponere 2. 3: et si composite predicacioni (sue *add.* 3) conveniat, in interitum mundum (mundi 2) deducere. d) *deest* 2. 3. e) dissimulatis fidelium oculorum nostrorum iudiciis *add.* 2. 3. f) infidelium *add.* 2. 3. g) *deest* 2. 3. h) spiritu oris sui 2. 3. i) iustum *add.* 2. 3. k) *loco* pers. ipsum 2. 3: ostendit se. l) Tervisina 2. 3. m) *loco* cuius terram 2. 3: quam. n) *loco* invenimus — madefactam 2. 3: passim stragibus occisorum invenimus rubricatam. o) extensem 1; extensam 2. p) et 2. 3. q) ad suggestionem summi pontificis 2. 3. r) Tervisii 2. 3. s) modicum 1. t) non mod. data pec. quantitate 2. 3. u) fecit nobis et imp. 2. 3, *ubi* publice *deest*.

publice rebellare. (14) Civitatem etiam[v] Ravenne per Paulum Traversarium[w], antea fidelissimum nobis et factum postmodum per corruptionem papalis pecunie proditorem, tractante magistro S.[x, 1] cardinali et[y] legato tunc in Marchia constituto, nobis[z] et imperio subtrahens fecit[a] sibi et ecclesie fidelitatis sacramenta prestare. Vias[b] et itinera publica per terram Marchie et Ducatus, quam ab imperio detinebat, nunciis nostris[c] ad nos venientibus et necessaria nobis et exercitui nostro deferentibus precludi mandavit, adeo quod nonnullos ex eis bonis omnibus more predonio[d] spoliatos artissimo[e] carceri mancipavit, hec omnia faciens, ut nos et milites nostros tam Ytalos quam Germanos vel in Ytalia[f] fame perimeret vel ab obsidione Mediolanensium et nostrorum depopulatione rebellium necessario revocaret. (15) Hiis[g] omnibus non contentus contra nos et imperium se belli ducem et principem aperte[h] constituit, Mediolanensium et aliorum proditorum nostrorum causam[i] suam propriam faciens et ipsorum negotium ad se manifeste convertens, prefectos Mediolanensium[k] vel[l] verius papalis exercitus statuens loco sui Gregorium[m] de Montelongo dictum[n] et fratrem Leonem ministrum ordinis fratrum Minorum, qui non solum accincti gladiis et loricis induti falsas ymagines militem[o] ostendebant, verum etiam predicationibus[p] insistentes Mediolanenses et alios, quicunque personam nostram et nostrorum[q] offenderent, a peccatis omnibus absolvebant. Hodie etiam[r] predicti legatus et frater contra nos et imperium se scribunt rectores et dominos, per quod manifeste[s] datur intelligi, quod papa non solum sit Mediolanensium[t] fautor, quos omnes pro maiori parte publica mundi lingua testatur hereticos, verum etiam[u] in preiudicium et exheredationem imperii sibi regimen[v] civitatis ipsius et dominium usurpavit. (16) Iam igitur ultra iusto iudicio tot provocati dispendiis, tot iniuriis lacessiti continere nequivimus manus nostras[w], quin apprehenderemus arma et scutum, nostram et[x] imperii causam contra publicum hostem nostrum hostiliter[y] prosequentes, filialem illi nequivimus amplius devotionem[z] ostendere, quia, nedum[a] quod nobis affectionis paterne dulcedinem denegaret[b], necdum exheredationis dampnis[c] afficeret, verum etiam[u] vitam nostram et sanguinem crudeliter sitiebat. Et sic[d] Ligurie partibus, que in deditionem nostram et imperii[e] venerant, militum et balistariorum presidio non sine multis erarii nostri dispendiis[f] communitis ac in peragratione[g] Tuscie multis imperii iuribus[h] reformatis, premisso nichilominus primitus[i] H.[k] filio nostro[l] rege Turrium et Galluri[m] ad Anconitanam[n] marchiam revocandam, nos personaliter versus ducatum[o] Spoleti et[p] partes Urbi vicinas aquilarum nostrarum victricia signa[q] convertimus, totam terram nostris progressibus[r] occurrentem usque Viterbium, civitatibus admodum paucis exceptis, propter tam manifestam[s] ingratitudinem

**224.** v) nostram 2. 3. w) Transurarum 2; Traversarum 3. x) *deest* 2. 3. y) *loco* et *usque* constituto 2. 3: legato tunc Marchie. z) *deest* 2. a) *loco* fecit — prestare 2. 3: et ab eis sibi et ecclesie tanquam princeps et pontifex sacramenta suscepit. b) *loco* vias — quam 2. 3: stratas publicas per Marchiam et Ducatum quem. c) *deest* 2. d) more pred. bon. omnibus 2. 3. e) *loco* art. carc. manciparit 2. 3: carceri mancipare presumpsit. f) in Ytalia *des.* 2. 3. g) Quibus 2. 3. h) manifeste 2. 3. i) al. infidelium prod. causam 2. 3. k) Mediolanensis 2. 3. l) immo 2. 3. m) G. 2. n) predictum 2. 3. o) mil. ym. 2. 3. p) predicacioni 2. 3. q) nostram et nostr. personam 2. 3. r) quidem 2. 3. s) evidenter 2. 3. t) infidelium 2. 3. u) *loco* verum etiam 2. 3: sed. v) *loco* regimen civ. ipsius 2. 3: Mediolani regimen. w) manus nostr. cont. nequivimus 2. 3. x) tocius *add.* 2. 3. y) *loco* nostrum hostiliter 2. 3: publice, contra temporalem temporaliter. z) dileccionem 2. 3. a) necdum 1. b) quod aff. pat. dulc. nobis non redderet 2. 3. c) iniuriis exheredacionis 2. 3. d) Sicque 3; Sed 2. e) et imperii *des.* 2. 3. f) prout expedit *add.* 2. 3. g) peregrinacione 2. 3. h) viribus 1. i) *deest* 2. 3. k) karissimo *add.* 3; benīo *add.* 2. l) illustri *add.* 2. 3. m) sacri imperii in Ytalia legato *add.* 2. 3. n) Acconit. 1; Achonit. 2. o) ducatus 1. p) ac 2. 3. q) vicinas erectis aq. nostr. victricibus signis 2. 3. r) processibus 2. 3. s) graves et infestas 2. 3.

1) *Sinibaldo tituli S. Laurentii in Lucina presbytero, postea Innocentio IV. papa.*

et offensam ad ius et integritatem[t] imperii revocantes. (17) A Viterbiensibus autem et locis omnibus[u] ac[v] civitatibus convicinis cum summa devotione recepti, dum iam hosti et adversario nostram ostenderemus potentiam e vicino, timore terribili licet iusto perterritus, cum[w] per seram penitentiam sibi non crederet posse consulere, in profundum desperationis emersus[x] ac viribus propriis omnino diffisus, Romano populo clamante nostrum ad Urbem gratanter accessum, gartiones quosdam Romanos[y] et vetulas necnon[z] paucos admodam conductitios[a] milites[b] profusis lacrimis exoravit, ut contra nos crucem assumerent, in sua predicatione mentitus, quod nos ad eversionem Romane ecclesie ac violationem reliquiarum beatissimorum[c] Petri et Pauli precedere nitebamur.

1.

(18) Exurgat igitur invicta Germania, exurgite populi Germanorum! Nostrum nobis defendatis imperium, per quod invidiam omnium nationum, dignitatum omnium et mundi monarchiam obtinetis, quod etiam, ut a vobis tante magnitudinis principatum presens ecclesie pontifex in perpetuum abdicaret, Romani sceptrum imperii regibus singulis optulit et quasi proprium remisit. Nec tamen sic ad vos transferimus sarcinam, ut nos ipsam a nostris et fidelium nostrorum humeris abdicemus. Nos enim qui pre ceteris predecessoribus nostris Romanis cesaribus ab imperio beneficia maiora percepimus, dum nos et filios nostros adhuc lactentis etatis et nondum ferme puberes principibus aliis pretulistis, ut causam nostram et decus imperii tueamur, personam nostram vobis exponimus, regni nostri Sicilie materne successionis erarium aperimus, adeo quod, si pro vobis et imperio nostrum effundere sanguinem et vitam oporteret expendere, pro exaltatione Romani nominis et Germanie principatus mori credimus strennuum et vivere gloriosum.

Datum Viterbii, XVI. Martii, XII. indictione.

2. 3.

(18) Excuset igitur recto iudicio magnificencia regia motum nostrum, ad quem nos adversarii nostri malignitas impulit et quem ad conservandum non magis imperii quam omnium regum et principum terre decus iusticia persuasit. Vosque pre ceteris orbis regibus causam nostram tanto fervenciori favore debetis assumere tantoque securius confovere, quanto velut tocius honeris et honoris nostri participes ac per nos ad istarum omnium moderamen, si bene recolitis, confidenter assumpti et ab adversa parte contempti, innocenciam nostram et imperii nostri iusticiam puriori zelo ac sinceriori potestis conscientia confovere.

Datum Viterbii, XVI.[d] Martii, XIII. indictionis.

**224.** t) proprietatem 2. 3. u) *deest* 2. 3. v) et 3. w) tamen 2. x) immersus 3. y) *deest* 2. 3. z) et *add.* 2. 3. a) conductivos 2. 3. b) veris preter solitum *add.* 2. 3. c) apostolorum *add.* 2. 3. d) XVI. — indictionis *des.* 2.

# 225–232. TRACTATUS PACIS CUM GREGORIO IX.

1240. Apr. Mai.

*Epistolas principum imperii de restituenda pace ad pontificem datas integras seu earum summaria servavit Registrum Gregorii IX. tom. V, f. 255. 256, lib. X*[1], *e quo eas exemplavit Pertz. Ex eodem fonte edidit eas, exceptis duabus ultimis, Deutinger 'Beyträge zur Geschichte des Erzbisthums München und Freysing' II, 10 sq. Nos eas secundum ordinem Registri, non vero secundum ordinem chronologicum praebeamus oportet.*

## 225. *EPISTOLAE EPISCOPORUM. Apr. 8. Mai. 2.*

*Epistolae archiepiscopi Coloniensis, Wormatiensis, Monasteriensis, Osnabruckensis episcoporum Apr. 8. datae subiungimus summaria quinque aliarum ab aliis episcopis datas, quorum id solum, quod ad episcopum Herbipolensem spectat, signo chronologico (Mai. 2) excellit; cf. Böhmer, Reg. imp. V, 4415. — Huillard-Bréholles V, 985. Böhmer, Reg. imp. V, 11251—54. 11259. 11263. (P. 334.)*

Littere C(onradi) archiepiscopi Coloniensis, L(andolfi) Warmaciensis, L(udolfi) Monasteriensis et E(ngelberti) Osnaburgensis episcoporum ad dominum papam super tractatu pacis inter Romanam ecclesiam et Fridericum dictum imperatorem.

Sanctissimo in Christo patri ac domino reverendo G. sacrosancte Romane sedis summo et universali pontifici C. Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie humilis minister, L. Warmaciensis, L. Monasteriensis et E. Osnaburgensis episcopi devota pedum oscula beatorum.

Cuius nutrimur ab uberibus sancte matris ecclesie, eius, pater sanctissime, pontificem et pastorem nostris adimus alloquiis confidenter, in sinceritate pure devotionis vobis aperientes, occasione discordie que inter vos et dominum imperatorem suborta est, persuasione humani generis inimici diversa heresum germina hinc inde per mundi domicilia subcrescere, sediciones plurimas, guerras, bella, homicidia, et ut plura paucis perstringamus, tot mala enormia et inaudita, quod nisi paterna vestra pietas karitatis zelo hiis duxerit occurrendum, timemus fidei catholice tam grave periculum imminere, a quo vix adiciet ut resurgat. Eadem quoque discordia, ut de omnibus aliis malis concurrentibus taceamus, est et erit occasio, quare Sancte Terre et Crucifixi negotium non geratur. In ea itaque fide qua fidem catholicam amplectimur et Romanam ecclesiam veneramur, si dominus imperator non possit ad concordiam revocari, licet sub rerum periculo et personarum partem tamen sancte matris ecclesie, prout tenemur sicut filii obedientie, iuxta puram conscientiam foveremus, sub eiusdem quoque fidei debito vos certum reddimus, quod hoc ei nude similiter scripsimus et expresse. Cum ergo scripserit in omnes terras, quod stare velit iuri, supplicamus sanctitati vestre, quatinus matri nostre, que per dilatationem et tutelam imperii pacis et salutis recipere debuit incrementa, compatientes misericorditer, vero Dei amatori fratri Conrado venerabili magistro Hospitalis sancte Marie Teutonicorum Ierosolimitane, quem pro tranquillitate et pace caritatis dono ditavit Dominus, quem etiam specialiter vestrum et Romane ecclesie sincerum zelatorem novimus, transmisso ad pedes sanctitatis vestre, inspicientes benigne ecclesiam Dei et tempestates in ea subortas et quomodo in

1) *De ordine Registri v. quae adnotavit Rodenberg I, nr. 768, qui summaria epistolarum nostrarum dedit.*

partibus transmarinis Crucifixi negotium retardatur, benignam audientiam concedatis et vera credatis que proposuerit super istis et ea recipere dignemini cum effectu. Commisimus siquidem ei, ut si de voluntate vestra ex principibus aliquem viderit in eodem negotio oportunum, ut et illum confidenter requirat ad occurrendum sibi in salutem nominis christiani.

Dat. apud Coloniam, VIII. Aprilis.

In eundem modum scripserunt C(onradus) Frisingensis, F(ridericus) Eistadensis et E(geno) Brixinensis episcopi super eodem[1].

In eundem modum scripsit B(ertholdus) Argentinensis episcopus super eodem.

In eundem modum scripsit C(onradus) Spirensis episcopus super eodem.

In eundem modum scripsit H(ermannus) Erbipolensis episcopus. Dat. apud Herbipolim, VI. Non. Maii, XIII. indict., anno pontificatus nostri quintodecimo.

In eundem modum scripsit Theod(ericus) Treverensis archiepiscopus super eodem.

## 226. *EPISTOLA HEINRICI LANDGRAVII THURINGIAE. Mai. 11.*

*Cf. Böhmer, Reg. imp. V, 4416a. — Huillard-Bréholles V, 986. Böhmer, Reg. imp. V, 11262. (P. 335.)*

In eundem fere modum scripsit H(enricus) lantgravius Thuringie comes palatinus Saxonie, usque:

veneramur, si constaret, quod per dominum nostrum imperatorem mala huiusmodi succrevissent aut quod nollet ad concordiam revocari, quamquam ipsi, sicut tenemur, in iure suo deesse non possimus aliquo tempore aut velimus, tamen tanquam devoti filii partem matris ecclesie foveremus, sub eiusdem fidei debito vos certum reddere cupientes, quod hec domino nostro imperatori nude similiter scripsimus et expresse. Non lateat etiam sanctitatem vestram imperialis virtus et potestas, propter que leve non est, tantum Romanorum principem, plurium regnorum regem, in patrimonio habundantem, iniuriose vexari, dum iuris parere desiderat equitati. Certe, pater, fides devotorum imperii, ut cessent premissa, se potenter opponeret et patenter; nec credatis aliud assentatori alicui contrarium suggerenti, qui dum privatam causam suam egerit, ecclesiam et vos deseret, et eius falsa suggestio et perfidia elucescent. Igitur compatientes matri nostre, que per dilatationem et tutelam imperii pacis et salutis recipere debuit incrementa, compatientes etiam domino et imperatori nostro, quod tribulationes et mala premissa sunt hiis suis temporibus reservata, de communi consilio principum, baronum et nobilium, qui aderant, fratrem nostrum Conradum magistrum domus Teutonicorum, zelum Dei ut speramus habentem, quem etiam specialiter vestrum et ecclesie Romane sincerum zelatorem novimus, eligentes, ad pedes sanctitatis vestre duximus transmittendum; cum humilitate omnimoda supplicantes, quatinus in eo modo, quo modus est modum in pacis et concordie adiectionibus non tenere, ecclesiam Dei etc. ut supra usque: commisimus siquidem ei, ut si de voluntate vestra ex nobis viderit aliquem in eodem negotio oportunum etc. usque: nominis christiani. Sicque erimus expectantes, donec de responso sedis apostolice et domini nostri imperatoris ab eodem fratre nostro dilectissimo plenius instruamur.

Dat. Herbipoli, XI. Maii, XIII. ind.

1) *Hanc epistolam mense Maio ex. apud Nördlingen datam esse censuit vir cl. Ficker in Regestis imp. V, 4421.*

**227.** *EPISTOLA PRINCIPUM ET COMITUM LOTHARINGIAE. Apr. 2.*

*Cf. Böhmer, Reg. imp. V, 4413. — Huillard-Bréholles V, 987. Böhmer, Reg. imp. V, 11250. (P. 335.)*

In eundem modum scripserunt H(enricus) Brabantie, Matheus Lothoringie, Henricus de Linpurc duces, Otto Gelrensis, Henricus Seinensis, Arnoldus de Lós, Willhelmus Iuliacensis, Henricus de Luzelenborc comites, et Walerammus de Linpurc; usque: qui aderant verum Dei amatorem, fratrem Conradum venerabilem magistrum Hospitalis sancte Marie domus Teutonicorum, etc. usque: sic erimus expectantes, donec de responso sedis apostolice et domini nostri imperatoris ab eodem viro venerabili plenius instruamur.

Dat. apud Leodium, II. intrantis Aprilis.

**228.** *EPISTOLA SIFRIDI ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI. Apr. 20.*

*Huillard-Bréholles V, 988. Böhmer, Reg. imp. V, 11257. (P. 335.)*

Littere .. archiepiscopi Maguntini ad dominum papam super eodem.

Sanctissimo in Christo patri ac domino suo Gregorio sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici S. Dei gratia archiepiscopus Maguntinus debitum plene subiectionis et obedientie famulatum.

Occasione discordie, pater sancte, inter vos et dominum imperatorem exorte mala guerrarum per universam terram exurgunt et disponuntur in dissensiones et discidia nationes tam in partibus transmarinis quam etiam cismarinis; et preter id, quod maximum estimatur, impeditur ex eo negotium Terre Sancte, si tranquillitatem et pacem misericordia Salvatoris non miserit inter partes. Verentur omnibus hiis maiora et catholice fidei graviora, nisi medelam quam potestis discordie huius morbo per sapientiam desuper vobis datam curaveritis adhibere. Ideoque sanctitati vestre humiliter supplicamus et consulimus, quantum licet, ut et que premissa sunt et que poterunt provenire misericorditer intuentes, eis que concordie sunt et pacis vestram clementiam acclinetis et super premissis fratrem Conradum venerabilem domus Teutonice transmarine magistrum, virum utique religiosum ac providum et discretum, misericorditer audiatis. Et si ad concordiam reformandam presentia nostra visa fuerit oportuna, pro reverentia matris nostre Romane ecclesie ac populi sui salute parati erimus nos exponere tam laboribus quam expensis.

Dat. Castele[a], XII. Kal. Maii, pontificatus nostri anno decimo.

**229.** *EPISTOLA SIBOTONIS EPISCOPI AUGUSTENSIS.*

*Huillard-Bréholles V, 988. Böhmer, Reg. imp. V, 11264. (P. 336.)*

Littere S(ibotonis) Augustensis episcopi ad dominum papam super eodem.

Sanctissimo in Christo patri et domino G. Dei gratia sancte Romane ecclesie summo pontifici S. Augustensis episcopus cum subiectione debita et famulatu pedum oscula beatorum.

Vestre cum pluribus scribere presumo sanctitati, quod si turbines bellorum, lamenta pauperum, personarum et rerum ecclesiasticarum oppressio, que variis in locis et specialiter in Alemannia succrescunt, plenius vestre paterent magnificentie, per amplius consuetam vestre paternitatis pietatem ad horum moverent curationem. Cum

**228.** a) Gastele *c.*

autem ex discordia, que inter vos et dominum imperatorem est oborta, talia pullulare videantur et principes Alemanie de vestra confisi clementia pro discordia ipsa sopienda fratrem C. in magistrum domus Hospitalis sancte Marie Teutonicorum electum ad vestram transmiserint presentiam, estimantes eum filium vobis in Christo specialem et tam genere quam religione et morum honestate decoratum, supplico cum ipsis clementie vestre, quatinus ipsum gratiose super generali principum et totius Alemannie petitione audiatis et misericorditer discordiam supradictam sopiri sinatis, petitionem vobis transmissam et omnium fidelium Christi deprecationem exaudientes. Super quo et domino imperatori cum principibus ceteris litteras transmisi, commonendo et rogando, ut ad ipsam discordiam extinguendam digna devotione se curet inclinare.

## 230. *EPISTOLA OTTONIS DUCIS BRUNSWICENSIS.*

*Huillard-Bréholles V, 989. Böhmer, Reg. imp. V, 11265. (P. 336.)*

Littere O(ttonis) ducis de Brunswic ad dominum papam super eodem.

Sanctissimo patri ac domino suo G. summo Romano pontifici Dei gratia O. dux de Brunswic paratum semper cum debita reverentia famulatum.

Antiqui hostis versutia tantam in se continet pravitatem, sicut vestra sanctitas non ignorat, quod tempore scismatis et discordiarum insidiari temptare pariter et nocere consuevit eo amplius, quo magis faciliorem reperit aditum malignandi. Ecce siquidem ex dissensione et controversia excellentie vestre ex parte una et domini nostri imperatoris ex altera excreverunt iam et pululant tanta mala, quod tota christianitas in continuo merore posita exinde affligitur nimium et turbatur; et vere metuendum est, quod nisi divina pietas ad bonum pacis et concordie breviter interposuerit partes suas, duriora preteritis malis mala et peiora debeant prioribus evenire. Inde est, quod supplicamus attentius reverentie vestre et, in quantum fas est et nos audemus, clementiam vestram habemus propensius exoratam, quatinus Deum habentes pre oculis et necessitatem totius orbis salubriter intuentes, venerabili fratri C. magistro Hospitalis sancte Marie domus Teutonicorum in Ierusalem in vestra gratia et licentia concedatis internuntium et mediatorem esse de compositione inter vestram sublimitatem et predictum dominum imperatorem amicabiliter facienda. Aliis enim principibus securus non patet accessus ad vos vel ad ipsum hoc tempore veniendi; et si tandem aliqui eorum secure ad vos possent accedere vel ad ipsum, alteri partium forte redderent se suspectos; et ideo mediator et internuntius magis idoneus quam idem magister domus Teutonicorum non potuit nunc haberi.

## 231. *EPISTOLA ALBERTI DUCIS SAXONIAE.*

*Huillard-Bréholles V, 990. Böhmer, Reg. imp. V, 11266. (P. 336.)*

Littere A(lberti) ducis Saxonie ad dominum papam super eodem.

Reverentissimo domino suo et patri in Christo karissimo G. sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici A. Dei gratia dux Saxonie cum obsequio fideli orationes et pedum oscula beatorum.

Cum ex discordia, que inter vos ex una et dominum imperatorem ex parte altera vertitur et habetur, tota sit christianitas perturbata, sanctitati vestre supplicamus humiliter, pater sancte, quatinus consideratis casibus universis qui ex tali possunt discordia provenire, cum ipso domino imperatore, tum pro nomine Iesu Christi tum pro nostri obsequii interventu, accedere dignemini ad concordie unionem, et fratrem Conradum quondam lantgravium mediatorem inter vos existere permittatis; hoc precipue considerato, quod sine regno et sacerdotio prevalere non potest religio christiana.

### 232. *EPISTOLA MARCHIONUM BRANDENBURGENSIUM.*

*Huillard-Bréholles V, 990. Böhmer, Reg. imp. V, 11267. (P. 337.)*

Littere I(ohannis) et O(ttonis) fratrum marchionum de Brandeborch ad dominum papam super eodem.

5 Reverendo domino ac patri suo G. sancte Romane sedis antistiti I. et O. Dei gratia marchiones et fratres de Brandeborch debitam cum devoto servitio reverentiam in domino Iesu Christo.

Cum ex dissensione inter reverentiam vestram ex parte una et dominum nostrum imperatorem ex altera suscitata, diabolo persuadente, tanta iam per totam christiani-10 tatem mala emerserint, quod maior est timor et anxietas de futuris, nisi divina dispositio per angelum pacis et consilii remedium inducat, excellentie vestre devotissime duximus supplicandum, quatinus tum pro Deo tum pro necessitate totius populi christiani, cuius salus in vestra et domini imperatoris concordia et tranquillitate videtur consistere, concedere ac licentiare curetis, ut frater C. honorabilis magister Hospitalis 15 sancte Marie domus Teutonicorum in Ierusalem laborem et sollicitudinem sumat, tanquam internuntius et fidelissimus mediator tractaturus inter vos et predictum dominum imperatorem de compositione amicabiliter facienda. Alius enim princeps tam propter difficultatem et viarum pericula quam propter suspitionem, que sibi posset ex altera partium generari, nondum esset hoc tempore adeo utilis et idoneus, sicut pre-20 dictus magister, in hoc negotio feliciter exequendo. Copiam sigillorum nostrorum non habuimus ista vice et ideo litteram istam sigillo matris nostre fecimus sigillari.

---

# 233. 234. EDICTA CONTRA CONVOCATIONEM CONCILII.

(1240. ex.)

25 ### 233. *ENCYCLICA IMPERATORIS. Sept. 13.*

*In triplici forma nobis servata est, quarum prima* A (Qualiter — accedat, *alias* Qualiter — evitare) *ea est, per quam encyclica principibus imperii innotuit; cui initium, quod alibi legitur* (Infallibilis — virtutem *v. infra*), *defuit. Haec forma legitur in codicibus* 1) *Wilheringensi in parte II, ep. 43, quo pro fundamento editionis usi sumus;* 2) *Vindo-*30 *bonensi 590 (Philol. 305) fol. 111 ep. 138;* 3) *Vindobonensi 409 (Philol. 61) in epistolarum collectione, quae Baumgartenbergensem excipit, fol. 75' ep. 28*[1], *quem codicem Pertz adhibuit. In omnibus his codicibus epistola inscripta est duci Saxoniae. Legitur etiam in fine mutila* (Qualiter — securitatem quamlibet denegamus) *in codice universitatis Vratislaviensis IV. fol. 102 saec. XV. in. ep. 7, ubi inscripta est:* Fr. bero *(leg.* aēpo*)* Magunt. 35 eiusque suffragan.[2]

*Secunda forma* B (Qualiter — tolerare) *est ea, in qua encyclica regi Angliae missa est; et ipsa initio illo caruit ac multis in locis, praesertim in fine discrepat a forma* A. *Servata est* 1) *in Mathei Parisiensis Chronicis maioribus, cuius editionem novissimam*

1) *V. 'Fontes rerum Austriacarum' II, tom. 25, p. 438 nr. 28.* 2) *V. 'Archiv' VII, 924.*

*SS. XXVIII, 197 sq. adhibuimus;* 2) *in Rotulo clauso a. 42. Henrici III. regis, quem Rymer 'Foedera' I, 236 excussit; cuius editionis variam lectionem adnotavimus*[1].

*Tertia forma* C (Infallibilis — tolerare), *quae initio prae aliis abundat, ad regem Franciae data esse videtur. Huic regi enim inscripta est in Petri de Vineis collectione l. I, c. 34. Adhibuimus* 1) *codicem Parisinum lat. 13059 (S. Germain Harlay 455) saec. XIII—XIV. pars I fol. 15, qui textum praebet non ubique bonum;* 2) *editionem Huillardi, qui usus est tribus codicibus Parisinis S. Germain Harlay 455, Notre-Dame 202, ancien fonds latin 8564, cuius tamen textus plus aequo ab editionibus Petri de Vineis pendere mihi videtur. Initium tertiae formae* (Infallibilis — virtutem) *legitur etiam in loco a forma prima discreto in codicibus supra laudatis* 3) *Wilheringensi pars II, ep. 82 et* 4) *Vindobonensi 590 fol. 131 ep. 182, quorum textum utpote optimum editionis exordii istius fundamentum adhibere par erat.*

*Cum forma* B *in editionibus Mathei Parisiensis, forma* C *in editione Huillardi viris doctis ad manus sint, editionem nostram, excepto capitis 1 textu, eo modo instruximus, ut verba formae* A *in contextu daremus, variis formarum* B *et* C *lectionibus in adnotationum columnam reiectis. — Huillard-Bréholles V, 1038. Böhmer, Reg. imp. V, 3139.*

*(P. 337.)*

**(1) Infallibilis[a] veritatis testes et[b] supreme iusticie iudicem attestamur[c], quod cum apud vos et alios reges et principes illum transgressionis arguimus, cuius verenda tegere filialis reverentie debito merito[d] cohercemur[e], rubore[f] multo perfundimur[g] nec ad hoc alicuius[h] dispendii nostri nos cura sollicitat vel timor[i] astringit, nisi quod tocius reipublice christiane et[k] omnium maxime secularium dignitatum[l] veremur[m] ex nostra taciturnitate iacturam et proximam ex dissimulacione ruinam. Nam ut exempli perniciem taceamus, que sepe labitur a mundi primatibus et viris publica dignitate conspicuis ad privatos, ecce quod christianorum omnium[n] debet et potest corda compungere, debet et potest ad lacrimas oculos[o] commovere, quod iste nostri temporis pontifex, ecclesie generalis archipater[p] et catholice fidei predicator[q] Mediolanensium hereticorum nequiciam[r] fovere non desinit, immo sic in ipsorum[s] favore continue per amplius et[t] perfectius obstinatur, ut nec ipsum ab hoc[u] zelus divine caritatis ammoveat nec privata correctio[v] separet nec infamia seculi[w] generalis[x] abducat. Sic enim[y] est in obstinationis huius[z] soliditate firmatus, ut resipiscenciam transgressionis ad vitium[a] et perseverantiam reputet ad virtutem[b].**

**(2) [c]Qualiter[d] ad[e] instanciam Lombardorum Romane sedis antistes[f] contra nos inconsulto calore[g] processerit[h], satis te[i] publica fama perdocuit; qualiter etiam[k], priusquam contra nos, religionis debito et pontificatus gravitate depositis, hostiliter arma capiens, se ducem et principem nostrorum rebellium stabiliret et[l] nos[m] universale**

**233.** a) *lemma in C* 2: Imperator regi salutem etc. b) in *C* 4. c) obtestamur *C* 1. d) *deest C* 1. 2. e) coartemur *C* 1; coarctamur *C* 2. f) sub ore *C* 4. g) profundimur *C* 2. h) aliter *C* 1. 2. i) rumor *C* 2. k) sed *C* 1. 2. l) *deest C* 1. m) verentur *C* 3. n) *deest C* 1. 2. o) oc. ad lacr. *C* 4. p) pont. archipresbiter gen. eccl. *C* 4. q) pastor *C* 4. r) maliciam *C* 2. s) eorum *C* 2. t) *deest C* 4; atque *C* 1. 2. u) hec *C* 3; et *add. C* 1. 2. v) correptio *C* 2. w) scandali *C* 2. x) generaliter *C* 4. y) *deest C* 1. 2. z) huiusmodi *C* 4. a) iudicium *C* 3. b) rep. adiutricem *C* 3; Qualiter n. et cetera *add. hic C* 3; Qualiter etc. *add. hic C* 4. c) *inscriptio in A* 1: Fridericus etc. *et in margine:* duci Saxonie; *in A* 2: Fridericus duci Saxonie etc.; *in A* 3: Imperator Fridericus mandat duci Saxonie, quod faciat publicari per totam terram suam, quod nullus ad concilium . . . comminando euntibus periculum persone. d) etenim *add. C* 1; enim *add. C* 2. e) multam *add. B. C.* f) Rom. sed. ant. *des. C;* sed. Rom. ant. *B* 2. g) labore *A* 1. h) precesserit *B* 2. i) vos *B. C.* k) autem *B* 2. l) *deest B. C.* m) super hoc *add. A* 3.

1) *Eandem formam certe praebet Codex epistolaris Musaei Britannici, Cotton. Cleopatra B. XII. fol. 253'; v. 'Archiv' VII, 959.*

concilium[n] petissemus, discrecionem tuam[o] credimus non latere. Demum[p] noticiam tuam[q] non latuit, qualiter ad quorundam fratrum suorum[r] instanciam, qui pro reparacione tanti discriminis pacis consilia[s] cogitabant, preter omnium[t] requirencium spem nostra magnificencia condescendit, ut Lombardis prorsus exclusis, permitteremus eundem 5 ab insuetis vexacionibus[u] sacerdotum per temporale[v] treuge[w] subsidium respirare, utpote qui libenter[x], pro sedacione scandali generalis et Terre Sancte subsidio procurando, reperiri modos et vias paciebamur ad pacem. (3) Sed ipse[y] Lombardos eosdem, quibus confederatus fuerat, a[z] treugarum nostrarum[a] federe non est passus[b] excludi, tocius orbis[c] dissidio Mediolanensium et[d] ipsorum sequacium[e] suffragia preferendo[f]. 10 Cui cum[g] assentire nollemus, ut lese maiestatis nostre reos sub predictarum treugarum[h] involucro pateremur involvi vel ipsos ullo[i] modo pape presidio[k] communiri, tandem postquam vidit eosdem[l] propria virtute deficere nec eis[m] posse remedia temporalis[n] saltem quietis[o] afferre[p], ad artes alias postmodum se convertit, satagens nos per[q] venerabilem Brixinensem[r] episcopum[1] ad nostram[s] presenciam accedentem in- 15 ducere, ut cum pro reparacione[t] pacis inter nos et ecclesiam, ut[u] dicebat, te[v] ac nonnullos alios[w] de occidentalibus partibus principes et prelatos ad sinodum intenderet evocare[x], Lombardos bannitos[y] excellencie nostre[z] in treugis cum ipso usque ad[a] proximum festum resurrectionis dominice contrahendis comprehendere deberemus, tamen id[b] fingens, ut[c] ex universalioribus[d] treugis vocatis[e] ad synodum securitas largior[f] pre- 20 beretur. (4) Audi[g] mirabilem circumvencionis[h] modum, quem[i] ad depressionem nostre iusticie cogitat[k], dum ideo[l] pacem habere[m] nobiscum velle se simulat[n], ut Lombardos ad tempus treugarum suffragio[o] respirantes contra nos postmodum forcius[p] in rebellione confirmet; utque contra nos ad discordiam se medio tempore per venientium[q] ad vocacionem suam[r] subsidia prelatorum licencius preparet, speciem[s] nobis concordie polli- 25 cetur. Et ut[t] evidenter ad oculum videas[u], quod pro discordia pocius[v] concilium advocet quam pro pace, formam huius[w] convocacionis[x] attende[y], in qua nil[z] omnino de future pacis tractatu describitur, nisi[a] quod[b] pro[c] magnis et arduis ecclesie Romane negociis prelatorum[d] presenciam asserat oportunam. Tempus inspice[e], dum negatum

1241. Mart. 31.

**233.** n) et (presertim et *add.* *B* 2) specialiter nunciorum vestrorum presenciam *add.* *B. C.* 30 o) serenitatem regiam *B* 1. *C;* ser. vestram *B* 2. p) etiam *add.* *A* 3. q) vestram *B. C.* r) ex fratribus eius *B. C.* s) *loco* pacis consilia *B:* remedia. t) omnem *A* 3. *C.* u) infestacionibus *B. C.* v) temporalis *C.* w) treugarum *B.* x) *deest* *C.* y) Romane sedis antistes, utpote pacis emulus et non magis in perfidia fidem quam perfidiam in fide conservans, Lombardos *etc.* *C.* z) a — federe *des.* *A* 3. a) ipsarum *C.* b) passus est *C.* c) terre *add.* *C* 1. d) ac *B. C* 2; 35 hereticorum ac *C* 1. e) *loco* Med. — sequacium *A* 3: eorumdem Lombardorum. f) preponendo *C.* g) aliquatenus *add.* *B;* in participatione tanti facinoris (sceleris 2) *add.* *C.* h) tr. pred. *A* 1. i) nullo *A* 1. 2. k) subveniendo *B* 2. l) a *add.* *A* 3; rebelles nostros *add.* *B. C.* m) ipsis *B. C.* n) remedia temporalia *A* 1; remedium temporalis *C* 2; temporalia remedia *B.* o) quiete *B* 2. p) offerre *C* 2. q) Walem *add.* *C* 1; Walam *add.* *C* 2. r) Brixiensem *B. C.* s) super eo *add.* *A* 3. t) recupera- 40 cione *A* 2. 3; reformacione *B. C.* u) ut dicebat te *des.* *C* 1. v) vestros et quamplurium regum nuncios *add.* *C;* qu. reg. nuncios *add.* *B* 1; qu. nuncios *add.* *B* 2. w) *deest* *B. C.* x) convocare *B.* y) predictos *B. C.* z) inimicos *add.* *B;* bannitos *add.* *C.* a) in *B.* b) *loco* tamen id *A* 3. *B. C:* causam. c) quatenus scilicet *A* 3. d) universalibus *B* 1; particularibus *C* 2. e) vocatis — securitas *des.* *C* 2. f) occasio ad universales *add.* *C.* g) Audite *B. C;* igitur *add.* *A* 3. 45 h) *loco* circumvencionis — cogitat *C:* calliditatis astutiam, considerate signa prorsus a qualibet veritate remota. i) *deest* *B.* k) excogitatum *B.* l) ad *A* 2; *deest* *A* 1. *B. C* 1. m) nobiscum se velle habere *A* 3; nob. hab. velle (*deest* *C* 1) se *B* 1. *C;* nob. velle hab. se *B* 2. n) simularet *B* 2. o) per treugarum suffragia *B. C* 1; pre tr. suffragio *C* 2. p) forcius postm. *B. C* 1; securius postm. *C* 2. q) tempore provenientium *A.* r) sua *A* 1. s) spem *A* 1. 2. *B* 2. *C.* t) Ut et *A* 1; Et ne *A* 2. 50 u) videatis *B. C.* v) *deest* *B* 2. w) huiusmodi *B. C.* x) advocacionis *B.* y) attendite *B. C.* z) nichil *B. C.* a) nisi — oportunam *des.* *C* 1. b) *deest* *B* 1. c) *deest* *B* 2. d) vocatorum *B. C.* e) inspicite *B. C.*

1) *Gualam.*

nobis ante concilium, postquam[f] nos est aggressus hostiliter, nititur convocare[g]. Considera[h] personas, dum[i] spretis multorum[k] regum et principum nunciis, per quos sibi tractatum pacis[l] huiusmodi frequenter[m] obtulerunt[n], nunc Provincie comitem, manifestum[o] excellencie nostre rebellem, ducem Venetorum[p], marchionem Estensem[q], comitem Sancti Bonifacii[r], Albericum[s] de Romano et alios[t, 1], cum quibus in nostrum malum[u] data sibi[v] pecunia, prout est[w] publica voce notorium, coniuravit, vocat expressis nominibus ad synodum supradictam[x]. (5) Verumtamen[y] ob reverenciam summi regis sic nominato episcopo[z] duximus respondendum, quod nos cum sacrosancta Romana ecclesia matre nostra discordiam non habemus[a], sed ab huiusmodi Romani pontificis impetu iusticiam imperii[b] defendimus et iniuriam propulsamus. Nichilominus tamen pacem cum ipso habere semper[c] optavimus et optamus[d], per quam[e] generale mundi scandalum et discidium[f] evitemus. Et ut tractatus pacis a remocioribus partibus non queratur, per eundem episcopum et[g] alios bonos viros, iusticie nostre conscios et communis concordie zelatores, ad presentem tractatum pacis, ut mala de medio cicius auferantur, obtulimus nos paratos; treugas etiam inivimus[h] cum eodem sperantes per eas, velud per quandam salutiferam scalam, posse facilius[i] ad excelsa[k] palacia pacis ascendi. Lombardos autem[l] excellencie nostre rebelles a nexu treugarum huiusmodi sicut semper exclusimus, sic[m] in perpetuum excludemus[n]. Nec inter nos et eum durante presenti discrimine[o], vocari[p] concilium per eundem[q] velud[r] publicum hostem[s] imperii[t] permittemus; sed[u] omnibus ad concilium[v] evocatis[w] per[x] terram nostre dicioni[y] subiectam in[z] personis et rebus securitatem quamlibet denegamus[a]; presertim cum nobis, imperio et omnibus[b] terre principibus[c] indecentissimum iudicemus, causam honoris nostri[d] suspecto[e] foro subicere vel iudicio synodali.

A.

(6) Quare mandamus, quatenus per totam terram tuam facias promulgari, ut nullus sit qui sub

B. C.

(6) Quamobrem[f] serenitatem regiam presentibus exortamur[g], quatinus per prelatos omnes[h] et singulos regni vestri, edicti regii vulgato programate[i],

233. f) *loco* postquam — aggressus *C* 2: post rebelles nostros per nos aggressos. g) evocare *A* 1; nos evocare *A* 2. h) Considerate *B. C.* i) quod *A* 1. k) multorum spretis *A* 1; *loco* multorum — principum *B* 1. *C:* magnificencie vestre; *B* 2: magn. nostre. l) pocius *A* 3. m) frequencius *B* 1. *C; deest B* 2. n) obtulistis *B. C.* o) manifestum *deest A* 2; manifestum — comitem *des. A* 1; *loco* manifestum excellencie *B* 2: magnificencie. p) Veneciarum *B. C* 2; Venet̄ *C* 1. q) Eistensem *A* 2; Ostensem *seu* Ostiensem *B.* r) Bonefacii *B.* s) Albertum *A* 1. 2. t) *loco* et alios *B:* Biackinum, Gugsinum (Gnosterinium *B* 2) de Camino et Paulum Traversanum; *C* 2: Biackinum et Guçulum de Camino et Paulum Traversarium; *C* 1: Cuigullum — Traversarium. u) malum nostrum *B;* necem nostram *C.* v) eis *B.* w) *deest A* 1. x) predictam *A* 3. y) Verum quantumcumque sint clara calliditatis indicia quibus iste Romanus pontifex nostram circumvenire crediderit (credidit 2) puritatem (pravitatem 1) tamen *C.* z) ep. nom. *A* 1. 2. *C* 1. a) non aliquam habemus *B* 1; non habemus aliquam *C.* b) nostri *add. B. C.* c) cum ipso semper pacem habere *B;* c. i. p. semper habere *C.* d) et optamus *des. A* 1. 2. e) per quod *B;* propter quod *C* 1. f) *loco* scan. et discidium *C:* dispendium. g) ac *B.* h) licet nobis tanquam (velut *C* 1) ad guerre (belli *C* 2) presidia (subsidia *B* 2) munitis infestas inire concessimus *B. C.* i) *deest C* 1. k) alta *C.* l) tamen *B. C* 2; etiam *C* 1. m) et *add. C* 2. n) exclusimus *B* 2. o) discordia *C* 2. p) *deest B* 2. q) eum *B* 2. r) per *add. A* 1. *C* 1. s) host. publ. *B. C* 2. t) fieri *add. B* 2. u) sed — denegamus *in B. C. sequuntur infra post* iudicio synodali. v) idem concilium *A* 3; ipsum concilium *C* 1; concilium ipsum *B* 1. *C* 2; conc. istud *B* 2. w) convocatis *B. C.* x) totam *add. C.* y) nostre iurisdictioni *C* 1; dicioni vestre *B* 2. z) in — rebus *des. C* 1. a) deneg. quamlibet *B* 2. b) *deest C* 2. c) primatibus *B* 1. d) hon. nostri causam *B;* causas nostrarum secularium potestatum *C.* e) subiecto *A* 1. 2; ecclesiastico *C;* foro suspecto *B* 2. f) Quapropter *B* 2. *C.* g) *loco* pres. exortamur *C* 2: precibus exoramus. h) universos *B* 2. i) prog. vulgato *B* 2.

1) *Alii hi, qui in B. C. nominatim appellantur, sunt Biaquinus et Guecellus de Camino ac Paulus Traversarius.*

securitatis nostre fiducia ad synodum ipsam accedat[k], sicut[l] rerum et persone voluerit periculum evitare.

divulgetis, ut nullus sub securitatis nostre fiducia ad synodum ipsam accedat. Nos enim quantumcunque regni vestri fidelibus ob amorem precipuum[m], quem erga vos[n] gerimus, libentissime deferamus, presumptuosam tamen audaciam[o] eorum, qui[p] ad inimici nostri vocacionem accederent, nos non deceret ullatenus[q] equanimiter tolerare.

Datum in[r] castris in obsidione Faventie, XIII. Septembris, XIIII. indictione.

## 234. *MANDATUM AD IMPERII FIDELES.*

*Mandatum, quo imperator omnibus imperii fidelibus praecipit, ut praelatos ad curiam euntes capiant, a. 1240 exeunte promulgatum edimus ope* 1) *codicis Parisini 13059 (S. Germain Harlay 455) saec. XIII—XIV. pars I fol. 16;* 2) *editionis Huillardi, qui praeter codicem 1 etiam codicem Phillipsianum 8390 adhibuit;* 3) *codicis Guelferbytani Aug. 4° XIII. 3, fol. 49';* 4) *codicis reginae Sueciae, quem excussit Martene 'Collectio amplissima' II, 1146 nr. 13. — Huillard-Bréholles V, 1089. Böhmer, Reg. imp. V, 3145.*

*(P. deest.)*

[a]Fridericus etc.[b] universis imperii fidelibus etc.[b]

Hoc est fidelitatis debitum quo subiecti tenentur ad dominos, hec est singularis devotio[c] que debetur, ut in hiis que sunt noxia sibi caveant et ad ea que sunt[d] profutura[e] diligenter intendant. Cum igitur nedum proximis et remotis, set sit notorium toti orbi terrarum, quanta dissensio[f] per[g] Romanum pontificem generaliter sit suborta, et[h] generale nedum in ruinam[i] cleri, set[k] totius discrimen populi christiani scandalum augeatur, et signa que[l] ab ipsis prodeunt et[m] precepta in continuam adeant corruptelam, necessarium[n] videmus[o] et utile[p] malignis eorum adinventionibus et conatibus obviandum, qui mentientes[q] speciem[r] honestatis, contendunt universali periculo subicere totum orbem, convocantes prelatos, archiepiscopos, abbates[s] atque priores ad synodum generalem, ut liceat eis[t] ibidem conceptum virus evomere in regum[u] et principum et totius orbis periculum et iacturam. Volentes igitur non minus odio, quo[v] pro commissis[w] offensis de benivolentia nostra diffidunt, quam generali totius christianitatis dispendio et zizanie precavere[x], licet vos tanquam fideles nostros ad dignitatis et honoris nostri cautelam non minus quam scandali universaliter emergentis[y] fore sollicitos presciamus, verbum fidei fidelibus adicimus[z], exhortationis mandata describimus et ex imperiali potestate[a] mandamus[b] sub pena gratie[c] nostre et perpetuo banno imperii firmiter[d] iniungentes, quatinus omnes prelatos, archiepiscopos, episcopos, abbates atque priores et cuiuslibet ordinis prepositos ac[e] ministros per vos ituros ad Romanam curiam transeuntes, sive mari vel[f] terra, privatim vel publice transire voluerint, in personis et[g] rebus impedire, disturbare et detinere modis omnibus procuretis, passagium

**233.** k) vadat *A* 3. l) sicut — evitare *des. A* 1. 2. m) principum *B* 2. n) nos *C* 1; erga vos *des. B* 2. o) temeritatem *C.* p) prohibitionis nostre temerarii contemptores *add. C.* q) ulterius *C.* r) *loco* in — indictione *B* 2: etc.; *des. C* 1.

**234.** a) Fridericus universis fidelibus suis quod impediant transitum ire ad concilium Romanum volentium *rubrica in* 3; *similiter in* 4. b) etc. *des.* 1. 3. 4. c) cura 4. d) *deest* 3. 4. e) futura 3. f) dissenti 1; dissentio 2. g) .. *add.* 1. h) et generale *des.* 1. i) . . . ad 4. k) ad *add.* 4. l) et si qua 4. m) *deest* 3. 4. n) necessariam 1. o) audemus 3. 4. p) eorum *add.* 3. q) nunciantes 1. r) spē 1; spiritum 2. 4. s) episcopos 1. t) *deest* 3. u) regnum 3. v) quod 3. 4. w) *loco* pro com. 2. 4: premissis; 1: compromissis. x) pacavere 1. y) enim gentis 3. z) pr. verum fidelibus adiecimus 4. a) parte 1. 2. 3. b) mandavimus 3. c) guerre 3. d) *deest* 4. e) aut 1. f) sive 3. 4. g) *deest* 3.

tam per mare quam per terram eis penitus denegantes, mandatum nostrum taliter impleturi, ut fidelitatem vestram ad nos et imperium habitam per obedientiam debitam et efficaciam operis ostendatis, et indictam penam[h] vos incurrere non contingat[i], cum offendi in aliquo gravius non possemus, quam si predictis prelatis[k] concederetur aditus publice vel privatim, et nullum gratius obsequium meditemur[l], quam si[k] fideles nostri honori nostro et statui suo provideant ad futura. Verum si tanta foret temeritas prelatorum, quod adversus mandatum nostrum et[k] prohibitionem nostram[m] per mare vel per terram, privatim vel publice iter ad Romanam curiam veniendi temptarent, eorum malignitatibus occurrentes, manifestum impedimentum itineris opponatis. Concedimus enim vobis plenariam potestatem capiendi eos in personis et rebus, et omnia, que capietis de rebus, equis et quibuscumque rebus eorum, vestris usibus et proprietatibus applicamus, videlicet tam universis[n] generaliter quam singulis specialiter, qui ad impedimentum et[o] captionem eorum et rerum suarum iuxta mandatum nostrum[p] processeritis fideliter et devote, preter condignam remunerationem[q] quam vestris meritis reservamus. Super quibus omnibus tam laudabile[r] sollicitudinis vestre perhibeatis[s] coram nobis testimonium et effectum[t], ut[u] vestro[v] bono[k] statui et publicis honoribus maiorum[w] beneficiorum munificentiam debeamus.

# 235. ENCYCLICA CONTRA TARTAROS.

## 1241. Iun. 20.

*Servata est integra in forma* A, *cui edendae adhibuimus* 1) *codicem bibliothecae universitatis Oenopontanae Nr. 187 membr., qui continet Distinctiones Alani a. 1241 in monasterio Ottenburano exaratas; encyclica fol. 4'—5' manu alia coaeva scripta est*[1]*; contulit vir d. Oswaldus Redlich; inscripta est incolis Sueviae; tempus (XII. Kal. Iun.) cum Fickero emendavimus;* 2) *codicem Parisinum lat. 13059 (S. Germain Harlay 455) saec. XIII.—XIV, pars I fol. 11', quem et ipse adhibuit Huillardus; cum* patres conscripti *in fine commemorentur, senatui Romano epistolam missam esse apparet;* 3) *editionem Iselii dictaminum Petri de Vineis l. I, c. 30; textus epistolae ad senatum Romanum datae multoties variatus et ordo sententiarum prorsus inversus est. Richardus etiam de Sancto Germano in Chronico ad a. 1241. mense Iunio (SS. XIX, 381) exordium encyclicae* (Perfecte — vereri) *regi Franciae inscriptae affert.*

*Alterius formae* B *fragmentum praebent* 1) *codex Guelferbytanus Aug. 4° XIII. 3 fol. 92;* 2) *editio Martenei in Collectione amplissima II, 1152 ep. 19 e codice quodam*

**234.** h) in dictam penam 2; vindictam pene 4. i) convenit 3. k) *deest* 1. l) meditetur 1; modicus 3. m) vestram 1; nostrum per habitationem vestram 3. 4. n) universitati 1. 3. o) *deest* 3. p) eorum 3. q) renunciationem 3. r) laudabilem 3. s) prohibeatis 1. 3. t) et eff. *des.* 3. u) aut 3; *deest* 1. v) nostro 3. 4. w) maiorem 1. 2.

1) *Fol. 1'—8' leguntur epistolae et adnotationes complures ad Tartarorum incursum spectantes. Epistolas excepta encyclica nostra ex apographo Böhmeri edidit Hormayr, 'Die goldene Chronik von Hohenschwangau' II, p. 65—70. Sunt per ordinem codicis: f. 1' Hormayr p. 65 nr. 1; f. 2 adnotatio visionis de Tartaris monachi cuiusdam monasterii Snusiaci; f. 2 Hormayr p. 67 nr. 5; f. 4 Hormayr p. 66 nr. 4; f. 4' encyclica Friderici II; f. 5' Hormayr p. 66 nr. 3; f. 6 Hormayr p. 65 nr. 2; f. 6' Hormayr p. 70 nr. 8; f. 7 Hormayr p. 70 nr. 9; f. 7 Hormayr p. 70 nr. 10; f. 7' Hormayr p. 70 nr. 11; f. 8 vaticinium Aristotelis Alexandro Magno datum de bellis futuris, inter quae et Tartaricum.*

*reginae Sueciae. Exordium prorsus aliud est ac formae* A *atque textus ipse aliquantum discrepat. Non possum quin suspicionem moveam, hanc formam a dictatore quodam confectam esse. — Huillard-Bréholles V, 1139. Böhmer, Reg. imp. V, 3210. (P. deest.)*

Fr.[a] Dei gracia Romanorum imperator semper augustus, Iherusalem et Sycilie rex universis comitibus, liberis, ministerialibus ceterisque hominibus in Swevia constitutis, fidelibus suis, graciam suam et bonam voluntatem.

A.

Perfecte sollicitudinis zelus, quo sicut pater imperii statum eiusdem[b] diligere cogimur et tueri, propensius nos inducit non tam manifesta[c] pericula quam suspecta vereri[d] nec provisionem differre cautele, quousque certitudinem rei per oculate fidei[e] testimonium adsequamur. Sed quanto maiora timentur esse dispendia, tanto promptior et perfectior debet esse cautela. Infestam igitur nobis[f] et infaustam omnibus famam de Tartarica tempestate finibus imperii iam[g] vicina per nos[h], quos ex vicinitate loci primos[i] invenit, ad vos[k] certius et ordinatius deducendam, idcirco[l] vobis[m] describimus, ne super tanto discrimine taciti videamur.

B.

Tempus est iam de sompno surgere, tempus est cordis et corporis[n] oculos aperire. Ecce securis ad radicem arborum ponitur[o], ecce quod[p] gladius iam[q] ad ossa pervenit, dum in omnem terram exivit sonus eorum qui generale christianitatis excidium comminantur.

Audiveramus[r] enim[s] ista iamdudum, sed quanquam audita[t] decredere vereremur[u], nec credere delectaret, ipsa tamen longe[v] modernis remota temporibus putabamus, cum[w] propter itineris remoti distantiam tum propter quamplurium[x] fortium principum et populorum occursum, qui[y] venientium[z] Tartarorum armis et[a] furiis[b] primitus[c] occurrebant. Sed ecce[d] deletis in totum terre primatibus[e], quos obices invenerunt, et ad iuga perpetue servitutis paucissimis admodum ex inferioribus[f] reservatis, iam versus[g] Romani fines[h] imperii propinquare dicuntur, et[g] ad religionis et fidei nostre matrem sacrosanctam Romanam ecclesiam prophanandam et urbem regiam imperii nostri caput iure dominii[i] vel iniuria[k] potius[l] possidendam a Tartaris prout firmiter[m] creditur aspiratur. Verum quantumlibet haberemus ut diximus[n] ex[o] resistencia remota fiduciam nec preoccupari tam[p] subito crederemus, sic tamen in totum[q] sollicitudo nostra[r] non exuit[s] providentie future consilium, quin[t] multis retro[u] temporibus diligentissime licet taciti[v] pensaremus, qualiter nos contra[w] tam[x] valide tempestatis occursum, si diebus nostris infausti casus huiusmodi[y] ira[z] contingeret[a], pararemus[b]. Propter[c] hoc[d]

**235.** a) Fr. — voluntatem *A* 1; Illustri regi Francorum tamquam fratri suo Fredericus etc. *Richard.* b) *sic A* 2. 3. *Rich.;* ecclesiae *A* 1. c) *deest A* 1. d) tueri *A* 2; *usque hac Rich.* e) rei *A* 2. f) *deest A* 2. g) iam vicina *des. A* 2. h) vos *A* 1. i) primum *A* 2. k) nos *A* 1. 2. l) id circa *A* 1; vobis idcirco *A* 3. m) tibi *A* 2. n) corporis et cordis *B* 2. o) posita *B* 2. p) quidem *B* 2. q) *deest B* 2. r) Advertimus *A* 3; Audivimus *B.* s) *deest A* 2. *B.* t) *deest A* 1. u) veremur *A* 3; verteremur *A* 2. v) longe tamen ipsa *A* 2. *B.* w) cum per *B;* cum — tum *des. A* 1. x) quam plurimum *B.* y) quo *B* 1. z) frementium *A* 3. a) armis et *des. B* 2. b) fariis *B* 1. c) *deest A* 3. d) quod est auditu terribile *add. B.* e) principibus *A* 3. f) ex inf. *des. B.* g) *loco* versus — dicuntur et *B:* nos preda furentium primaque castra sumus; iam imperii Romani fines et ostia propulsantur. h) fines Romani *A* 3. i) *deest B* 2. k) nostra *add. A* 3. l) *deest B* 2. m) *loco* firmiter *B:* nunc magis (nō mḡ 1) vulgariter vel indubitabiliter. n) dicimus *A* 2. o) de *A* 2. *B.* p) preoccupatam *A* 1. q) in totum tamen *A* 3. r) *deest B.* s) exiit *A* 3. t) *deest A* 2. u) retroactis *A* 3. v) dil. licet taciti *des. A* 3; diligentissime tacite *B* 1; diligenter et tacite *B* 2. w) qualiter in *A* 1. 2; qualiter contra *B.* x) *loco* tam — pararemus *A* 3: huiusmodi infausti casus si diebus nostris ita contingeret pararemur incursum. y) huius *A* 1. *B.* z) rei *A* 1; ma (via?) *B* 1; materia *B* 2. a) contingerent *A* 1. b) pararemur *A* 1. c) *A* 3 *sententias sequentes inverso ordine praebet hoc modo:* Sicque de — presumptivis. Propter hoc etiam — novercarit. Propter hoc etenim — imperaret. Succurrit verumtamen — assumptus. Vellemus enim — festinare. Etenim verisimiliter — desoletur. Audito verumtamen *usque* offerre. Vos denique — augeri. d) quod *A* 3.

etenim[e], in totum fere[f] vite nostre deliciis abdicatis quas regni nostri Sicilie[g] nobis amenitas offerebat, per aspera maris et montium Germaniam repetentes, post[h] domitam et oppressam primogeniti filii[i] nostri dementiam, qui contra nos sibi sedem[k] assumpserat aquilonis[l], ad consolidandas nobis ibidem et congregandas in unum imperii nostri vires[h], circa fertilis Italie partes, per[m] renovationem rebellionis antique Medyolanensium[n] et fautorum suorum iniquitatem dissutas, aciem mentis nostre direximus[o], vires nostras eduximus et nostrorum, ut pacatis undique[p] dominii nostri partibus et rebellibus nostris[q] ad mandata subactis[r], ad[s] confusionem communium hostium tanto securius tantoque felicius[t] imperialis dextera consurgeret, quanto potentius et quietius imperaret. Propter[u] hoc etiam[v] patrem[w] et fidei nostre caput .. Romanum[x] pontificem multis obsequiis multisque[y] blanditiis nobis efficere nitebamur[z] unanimem, nichil[a] ad hoc in testimonio Dei et hominum de contingentibus[b] penitus omittentes. Sed, quod dolentes referimus et reminiscimur lacrymosi, venenosi serpentis antiqui perfidia in tantum cautele[c] nostre prevaluit, quod in totius fere mundi perniciem contra nos[d] subiectorum nostrorum fidem in perfidiam[e] transtulit et nobis materne dulcedinis proh dolor ubera[f] novercat[g]. Sicque de summa necessitate[h] nos quantumvis invitos oportuit futuris[i] periculis Tartarorum preferre presentia[k] et manifesta[l] dispendia presumptivis. Audito[m] verumtamen per venerabilem episcopum Wacziensem[n. 1], legatum ad nos regis Ungarie, tam vicine[o] Tartarice nuntio[p] tempestatis, quod aquarum et nemorum inviis iugis et montium, quarumlibet occurentium gentium viribus superatis[q] a finibus orientis usque ad occidentalem plagam ipsorum iam pestis irruperit[r], versus Urbem, victorie nostre consiliis et presidiis maturatis, continuato[s] processu dirigimus gressus nostros, ubi[o] si apud summum pontificem que sunt patris invenerit filius et apud apostolicam sedem pro tanta fidei[t] necessitate consilium, non dubitabit ullatenus nec tardabit[u] Romanorum[v] augustus et catholicus imperator ac rebellium inclitus dominator pro christiane[w] fidei defensione[x] corpus exponere et totius potentie sue vires offerre. Vellemus enim[y] in similibus[z] tam graciosa[a] causa[b] preteritorum temporum[b] rememoratione[c] foveri, quod illam gereremus[d] in[e] presentis necessitatis articulo de patre fiduciam, illam de subditis conscientiam[f] haberemus, quod in spe paterni consilii et fidei[g] subiectorum cuncta secure possemus post terga relinquere[h] et ad exterminium Tartarice pravitatis[i] cursum[k] expositis[l] omnibus festinare. Succurrit[m] verumtamen dolorosa[n] preterite[o] rei geste[p]

**235.** e) etiam *A* 3; enim *B* 2. f) fere totae *B* 2. g) *deest B.* h) post — vires *A* 3 *inverso ordine sic:* et ad congregandas ibidem dominii nostri vires et consolidandas in unum, post domitam *usque* aquilonis. i) *deest A* 1. 3. k) *deest B* 1. l) *finitur B.* m) per — mentis nostre *des. A* 3. n) .Mediol' *A* 2. o) gressus nostros *add. A* 3. p) *deest A* 1. q) omnibus *A* 2. 3. r) subiectis *A* 2; nostra subactis *A* 3. s) *loco* ad — felicius *A* 3: tanto velocius tantoque securius ad exterminium tempestatis Tartarice. t) velocius *A* 2. u) quod *add. A* 1. v) etenim *A* 3. w) patrem *usque* caput *des. A* 3. x) Romanorum *A* 1. y) multis *A* 1. z) nobis effici niteremur *A* 1. a) nichil — omittentes *des. A* 3. b) de cont. *des. A* 2. c) cause *A* 3. d) contra nos *des. A* 3. e) nostrorum in *(deletum)* perfidiam *A* 1. f) ubere *A* 1. g) novercarit *A* 1; novercavit *A* 3. h) de s. nec *des. A* 3. i) *loco* fut. per. Tartarorum *A* 3: eisdem. k) perferre presentiam *A* 2. l) preponere *add. A* 3. m) Audita *A* 1. n) Vuarmaciensem *A* 2; Varmacensem *A* 3. o) de *add. A* 2; *loco* vicine — gressus nostros ubi *A* 3: magna de Tartarorum venientium tempestate, viis et iugis montium maturatis, versus Romam direximus gressus nostros, ubi devotione nec minus potentia nostra de vicino conspecta. p) nuncia *A* 1. q) supradictis *A* 2. r) ipsorumque pestis irruperat *A* 2. s) continuo *A* 2. t) nostre fidei *A* 1. u) retardabit *A* 3. v) Romanus *A* 2. 3. w) tante *A* 3. x) necessitate *A* 3. y) etenim *A* 2. 3. z) in sim. *des. A* 3. a) generosa *A* 2; gloriosa *A* 3. b) *deest A* 3. c) memoratione *A* 3. d) gerimus *A* 3. e) in — articulo *des. A* 3. f) constantiam *A* 3. g) fide firmissima *A* 3. h) cuncta post t. poss. sec. relinquere *A* 3. i) *loco* Tart. pravitatis *A* 3: Tartarorum. k) *deest A* 2. 3. l) postpositis *A* 3. m) occurrit *A* 3. n) *deest A* 2. o) *deest A* 1; de talibus *A* 2; de preterite *A* 3. p) geste rei *A* 1.

1) *Waitzen.*

memoria, dum[q] transfretantibus nobis dudum in Terre Sancte subsidium et Sarracenorum excidium, qui non minus fidem nostram quam Tartari[r] persequuntur, iste carissimus pater noster, Mediolanensium ac aliorum[s] suorum complicium imperio[t] subiectorum presidiis convocatis, regnum nostrum Sicilie, nobis[u] in partibus ultramarinis agentibus, violenter invasit et, quod horribilius est auditu, per[v] legatos suos omnibus Christi fidelibus, ne nobis in ipso[w] crucifixi negotio ferrent[x] auxilium, interdixit. Non est igitur levitatis hic timor vel qui non caderet[y] in constantem, velut[z] preteriti temporis ad futurum et ex tot[a] similibus offensis assumptus. Quamquam[b] non immerito cogitemus, quod[c] — appropinquantibus nobis ad eum ac[d] devotione nec[e] potentia minus[f] nostra[g] e[h] vicino conspectis, quibus prosequi[i] volumus et persequi[k] possumus causam Dei — quod[l] iusticiam nostram exequimur, dum patria et avita regna repetimus, non aliena per iniuriam usurpamus[m], consulto reperiet[n] tante cladi remedium, que pro dissentione[o] nostra pre foribus dicitur iam haberi[b]. Etenim[p] verisimiliter opinamur, quod fama dissensionis huiusmodi[q] non modicam Tartaris prebet[r] audaciam, quod[s] in se ipsum divisum fidei nostre regnum facilius desoletur. Vos denique, o fideles[t], quibus est pestis istius[u] fama clarior, quia[v] causa vicinior, corda[w] vestra vel corpora torpori[x] nec otio tribuatis, sed interim, prosequentibus nobis[y] imperii nostri causam et[z] ad ea nichilominus aspirantibus, quantum decenter et salubriter possumus, que sunt pacis, sic vos[a] magnifice preparetis, ut — nisi[b] Romanus pontifex universalis salutis prorsus et fidei christiane sit[c] prodigus, sed[d] una nobiscum et ceteris terre principibus, quos ad hoc per speciales litteras nostras et nuncios nostros[e] excitamus, promptus assumat[f] viriliter causam Dei[g] — in auxilium omnium christianorum et nostrum magnifice succurratis[z], vias omnes excogitantes[h] et modos quibus[i] una nobiscum, si[k] dederit Dominus, tantis periculis tam velociter quam efficaciter[k] occurrere valeatis, presertim cum divina potentia non tam tueri velit Romanum imperium quam augere[l]. Ecce enim quod[m] rex Hungarorum[n] per[o] Wacziensem[p] episcopum supradictum Ungarie regnum nostre ditioni subiecit, dummodo per nos in exterminium Tartarorum[q] defensionis cesaree[r] clypeo protegatur.

Datum[s] in castris ante Spoletum, XII. Kl. Iul.[t], XIIII. indic.[u]

**235.** q) quod *A* 3. r) Tartariae *A* 3. s) *deest* *A* 3. t) *loco* imperio — convocatis *A* 3: mentibus iniquitate dissutis. u) nobis — agentibus *des.* *A* 3. v) *loco* per leg. suos *A* 3: nobis ibidem agentibus. w) Christi *A* 3. x) vel preberent *add.* *A* 3. y) timor qui potest cadere *A* 3. z) ex *add.* *A* 1. a) toto *A* 2. b) Quamquam — haberi *des.* *A* 3. c) qui *A* 2. d) hac *A* 2. e) ne *A* 2. f) *deest* *A* 2. g) *deest* *A* 1. h) de *A* 2. i) et pprosequi *A* 2. k) prosequi *A* 2. l) et quod *A* 1. m) *hoc loco forte ponenda est sententia* appropinquantibus — Dei. n) reperit *A* 2. o) defensione *A* 1. p) Ecce *A* 3. q) huius *A* 2. r) prestat *A* 2. 3. s) ut *A* 3. t) *loco* o fideles *A* 2. 3: patres conscripti. u) ipsius *A* 3. v) et *A* 1. w) corda — interim *des.* *A* 3. x) corpori *A* 2. y) nobis proseq. *A* 3. z) *loco* et — succurratis *A* 3: quia dum patria et avita regna recepimus, non aliena per iniuriam usurpamus, *quae iam supra in* 1. 2 *leguntur.* a) *deest* *A* 1. b) ubi *A* 3. c) $\overset{c}{s}$ *A* 2. d) sic *A* 3. e) *deest* *A* 2. f) excit. primitus assumatis *A* 3. g) et *add.* *A* 3. h) inveniatis *A* 3. i) qualiter *A* 3. k) *loco* si — efficaciter *A* 3: et cum aliis terre principibus, quos ad hec per litteras nostras et nuncios excitamus pro tante necessitatis articulo ad destructionem communium hostium, *quae in* 1. 2 *pro parte iam supra leguntur.* l) augeri *A* 3. m) Ecce etenim *A* 2. n) Ungarie *A* 2. 3. o) per — Ungarie *des.* *A* 3. p) Warmaciensem *A* 2. q) in ext. Tart. *des.* *A* 3. r) nostre *A* 3. s) Datum — indictione *des.* *A* 2. 3. t) iun. *A* 1. u) hindic. *A* 1.

# 236–238. EPISTOLAE AD CARDINALES DE ELIGENDO PAPA.

(1242. Mart. – Iul.)

## 236. *EPISTOLA PRIMA. (Mart.)*

*Primam epistolarum, de quarum tempore videas ea quae disseruit vir cl. Ficker in Regestis imperii, proferimus ope* 1) *codicis Parisini lat. 13059 (S. Germain Harlay 455) in parte I fol. 16, quem et ipse Huillardus adhibuit;* 2) *codicis Guelferbytani Aug. 4° XIII. 3, fol. 50*[1]. *Epistola in fine mutila esse videtur. — Huillard-Bréholles VI, 35. Böhmer, Reg. imp. V, 3280.* *(P. 339.)*

Fridericus[a] etc. cardinalibus etc. Cum ad unanimen et salubrem provisionem ecclesie generalis tamquam Romanus cesar et princeps[b] catholicus intendamus, ut omnis[c] omnino defectus et materia scandali in substitutione novi pontificis auferatur, venerabilem Penestrinum[d] episcopum et Ottonem[e] Sancti[f] Nicholai in Carcere Tulliano[g] diaconem cardinalem, qui de mandato nostro Capue commorantur, offerimus nos paratos ad vos mittere liberos, ut intersint electioni predicte in loco tuto et ydoneo; ne[h] ipsis absentibus et intra provinciam commorantibus nec vocatis, defectus possit aliquis in electione notari[i].

## 237. *EPISTOLA ALTERA. (Mai.)*

*Praebuit codex Parisinus lat. 13059 (S. Germain Harlay 455) pars III, nr. 90 fol. 40', quo usus est etiam Huillardus. — Huillard-Bréholles VI, 44. Böhmer, Reg. imp. V, 3292.* *(P. deest.)*

Si super duce prudentia casus proscribitur et ubi viget consilium periculum abdicatur, tanto communis illa mater inter flatus et fluctus deberet navigare securius, quanto nautis solertioribus gubernatur. Providendum tamen est immo cavendum, ne naute remigando dissentiant et, dum alter in eurum, alter in zephirum tendere vela contenderit, vel obruatur fluctibus vel ad cautes non sine gubernatorum periculo navicula collidatur. Quid enim matri profuit genuisse filios mundo spectabiles, speciosos pre filiis hominum et in aliorum invidiam graciosos, si ab eis nuda illuditur, egra contempnitur, nec sibi in suis necessitatibus subvenitur, immo cum subsannantibus eam et caput moventibus irridetur? Ut autem confidenter loquar vobis: in vos huiusmodi non vertatur[a] crimen nec opprobium, dum sicut[b] fama loquitur et quodammodo res indicit[c], inter vestri vota non idem volentium et manus ad diversa trahentium miserabilis mater illa collabitur, collapsa negligitur et sub tali negligentia proteritur?[d] Utinam talis parentis iniuria in posterum filios non accuset, et preter id, quod ex hoc ex hominum linguis incurritur, de manibus committentium[e] in scripto[f] saltem examine minime requiratur! Ecce etc.

**236.** a) Fridericus etc. card. etc. *des.* 1. b) principes 1. c) *deest* 2. d) Prenestinum 2. e) O. 1. f) Sancti — diaconem *des.* 1. g) titul' 2. h) et 1. 2. i) uocari 2.

**237.** a) ueat[m] *c.; vox incerta.* b) $\overset{c}{s}$ *c.* c) incidit *c.* d) preteritur *c.* e) comitentium *c.;* renitentium *coniecit H.* f) *legendum esse videtur* stricto *i. e. Dei.*

1) *V. 'Archiv' V, 398.*

## 238. *EPISTOLA TERTIA.* (*Iul.*)

*Tertiam epistolam, quae exstat etiam inter epistolas Petri de Vineis l. I, c. 14, recognovimus ope* 1) *codicis Panormitani principis Fitaliae, ep. 23;* 2) *codicis Guelferbytani Aug. 4⁰ XIII. 3 in libro I, ep. 14;* 3) *codicis Parisini lat. 13059 (S. Germain Harlay 455) pars I, nr. 14 fol. 4';* 4) *codicis Wilheringensis pars II, ep. 118;* 5) *cod. Vindobonensis 590 (Philol. 305) fol. 163, ep. 286;* 6) *codicis Petri de Vineis Montispessulani 351 lib. I, ep. 14, e quo tamen perpaucae variae lectiones adnotandae erant. Collationem alterius codicis Montispessulani 139 omnino reiici licuit. Exstat praeterea in cod. Vindobonensi 409 (Philol. 61) fol. 77*[1]. — *Huillard-Bréholles VI, 59 (collatis compluribus codicibus Parisinis). Böhmer, Reg. imp. V, 3313.* (*P. 340.*)

Fridericus etc. cardinalibus etc.[a] Ex fervore caritatis intrinsece decapitatis membris imperialis excellentia condolet[b], ex indivisibilis dilectionis adfectu, quem erga matris ubera gerit filius tam[c] adultus, ecclesie viduate compatitur et compatiendo turbatur, ut cui materna suavitas[d] dulcedinis alimenta[e] communicat et[f] dilectionis interulas[g] subministrat, doloris procul dubio non sit expers. Dolor est siquidem, dolor ingens, si Romana ecclesia, que mater esse debet omnium et magistra, in qua secus decursus aquarum plantata sunt ligna scientie, pastoris solatio careat, et que viam prebere tenetur aliis[h], penitus oberrans in invio, cogatur addiscere que facere debuit et docere. Sane contra naturalis ordinis tramites[i] mira res agitur, dum revolutas[k] undique aquas abyssus denegat, quas virtutum ariditas, ut credimus, iam siccavit; dum Petri navicula[l], quam cupiditatis flamma[m] vallavit[n] in girum, nautarum culpa presidentium[o] procellis intumescentibus conquassatur; dum mater ecclesia, que in Petro, immo in petra posuit fundamentum, sensu[p] privata proprio[q] remansit[r] ut[s] indigena viduata. Ecce, siquidem perdente[t] Christo vicarium, princeps apostolorum perdidit successorem[u], et[v] pastorali regimine grex dominicus[w] est privatus. Sed[x] cardinales, ecclesie cardines et columne, quos[y] diminutio capitis eclipsavit, quales eritis[z] aliis impetratores venie[a], qui, si veritas sub modio non celatur, non sufficitis ad vindictam? Quales semitas ostenditis[b] errantibus, qui a directionis gressibus[c] deviatis? Sedentes enim ut colubri, non que sursum sunt sapitis, sed que ante oculos sita[d] sunt mundana[e], non spiritualia, intuentibus providetis. Sitit quilibet presulatum et papalem esurit[f] apicem, prout voluntatis tonat arbitrium[g], et merita non subserviunt rationi[h], quorum vultus invidie maculis sic livor[i] cupiditatis obducit, quod neuter vivere velit alterum[k], nedum pontificatus fastigio cathedratum. Movetur igitur, movetur[l] et merito nostre maiestatis industria et tanto fortius doloris aculeo pungitur, quanto[m] pre cunctis gentibus[n] et mundi principibus Romane ecclesie imperium[o] vicinatur. Cesset itaque, cesset materia scandali, cesset inter vos innata dissensio, non vos seducat angelus

**238.** a) *inscriptio in* 2. 4. 5. b) et *add.* 4. 5. c) iam 5. d) cui materia suavitatis 1—3. e) alimenta — dilectionis *des.* 1. f) augmenta *add.* 2. g) interius 1—3. h) prebet aliis tenetur 4; aliis prebere tenetur 5. i) ordinem tramitis 4. 5. k) revoluta 1. 3; revolutos 4. l) naviculam 4. 5. m) flamina 3. n) *sic* 6; voravit 1—5. o) *sic* 6, *cod. Montisp. 139, editiones;* nautarum et in culpa presidis 1. 2; nautarum in culpa presidentium 3; nautis presidibus 4. 5. p) viro 6. *edd.* q) suo sed 4. 5. r) manserat 4; manserit 5. s) *deest* 3. t) pendente 1. 6. u) succ. perd. 2. 4. 5. v) *deest* 3—6. w) *pro* grex dominicus 4. 5: si ex dominis. x) vos *add.* 4. 5. y) 4. 5 *verso ordine* quales — venie, quos — eclipsavit. z) ceteris 1. 2; cecatis 3. a) existitis *add.* 1—3. b) ostendetis 4. 5. c) tramite 4. 5. d) si 3. e) *pro* mund. non spiritualia 1. 3: ecclesias; *pro* mundana — providetis 4. 5: intuentes ymagine prosperitati (perspicaci 5). f) exurit 3. g) voluntas dictat arbitrii 3. h) *pro* rationi — maculis 4. 5: rationis, quos sic ulcus invidie maculat. i) luet 3. k) vellet alterutrum 4. 5. l) *deest* 1. m) propinquius *add.* 4. 5. n) *pro* gent. et mundi 4. 5: regibus et terre. o) *deest* 1; Romanum imperium 4. 5.

1) *V. Bärwald, 'Das Baumgartenberger Formelbuch' p. 441 nr. 35.*

tenebrarum, qui sepe in lucis angelum se transformat et unitatem[p] gregis disrumpere[q] consuevit. Sed pax et iustitia, que velut due sorores se invicem amplexantur, in cardinalium collegio vendicent sibi locum et[r] illius invocata clementia, cuius est a summo celo egressio[s], ad electionem novi[t] pontificis unanimiter procedentes, nobis et mundo presulem eligatis. Ubi divinus intuitus[u] vos visitet[v], et pondera subeant equitatis, ut a vobis, quos in opere previos et in merito[w] precursores habere debet populus christianus, — cum adsumatur a subditis audacius[x] in exemplum quod committit irreverentius inprovisio prelatorum — non transgressionis notam accipiant subditi quos regitis, sed provisionis[y] unanimis et firmioris fidei vestigia prosequantur[z].

---

# 239–259. TRACTATUS PACIS CUM INNOCENTIO IV.

## 1243. Iun. 26 – 1245. Mai. 6.

### 239. *EPISTOLA IMPERATORIS GRATULATORIA. 1243. Iun. 26.*

*Dedit vir cl. Kehr ex autographo tabularii Vaticani, Arm. I c. IV nr. 4; litteris patentibus iam appendet lora serica persici coloris bulla aurea Friderici II. regis Siciliae, cuius imago aversi lateris regem in throno sedentem repraesentat cum inscriptione* † FRIDERICUS DEI GRA REX TRINACRIE, *reversi lateris imago autem equitem cum inscriptione* † XPUS VINCIT XPUS REGNAT XPUS IMPERAT. *Ex autographo edita est a Marinio 'Diplomatica pontificia' (ed. II. Roma 1852) p. 98. Transsumta est a. 1245 Lugduni et invenitur in apographis Rotulorum Cluniacensium, Rot. VII.*[1] *Legitur etiam in collectione Petri de Vineis l. I, c. 33. — Huillard-Bréholles VI, 104. Böhmer, Reg. imp. V, 3369. (P. 341.)*

Sanctissimo in Christo patri domino Innocentio Dei gratia sancte Romane ecclesie summo pontifici Fr. eadem gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex salutem et reverentiam filialem.

Audita summis expetita consiliis et ardentibus desideriis expectata summi substitutione pontificis, in quam venerabilium fratrum voluntate concordi et unica generalis voti postulatione fuistis Deo actore promoti, tanto maior nobis accessit ex vestra promotione iocunditas, quanto subtractum dulce filii nomen, quod viduitas matris abstulerat, in data nobis novi surrogatione parentis non immerito gaudere confidimus restitutum, ut paterno nomini pie provisionis omen adveniat, per quod expectanti filio et novercalem quodammodo dudum iniuriam iam perpesso recte dicat ecclesia: 'fili, ecce pater tuus, in cuius affectione filius respirabit', et ad patrem conversa respondeat: 'pater, ecce filius, quem materna ubera lactaverunt, in cuius obsequiis pia paternitas requiescet'. Datum est enim vobis é celo Innocentii predestinata sorte vocabulum; quod per vos nocentia subtrahi consultius innuat et pie suadeat innocentiam conservari. Advenistis quoque nobis é nobilibus imperii filiis vetus amicus, novum creatus in

**238.** p) unitate 3. q) diripere 4. 5. r) *deest* 1. 2. s) eius *add.* 4; eius et *add.* 5. t) *deest* 4. 5. u) instinctus 4. 5. v) incitet 3–5. w) meritos 1; meritis 3–6. x) *deest* 3. y) prosecucionis 4. 5. z) subsequantur 4. 5.

1) *Cf. 'Notices et extraits' XXI, 2, 291 nr. 43 et 'Neues Archiv' XIV, 372.*

patrem, per quem confidat imperium vota pacis et sue iustitie inviolata servari. Quapropter ad reverendum patrem dominum Innocentium apostolice sedis antistitem per fratrem Girardum de Marprurc[a] venerabilem magistrum domus sancte Marie Theutonicorum in Ierusalem, Ansaldum de Mari sacri imperii et regni Sicilie ammiratum, magi-
5 strum Petrum de Vinea et magistrum Taddeum de Suessa [magne] cu[rie nostre][b] iudices et magistrum Roggerium Porcastrellam[c] Messanensem decanum cappellanum et fideles nostros, quos de latere nostro ad vestram presentiam destinamus, nostre serenitatis nuntios et legatos, concepte spiritu devotionis accedimus et in eorum affatibus tam devote quam hilariter nos vestro conspectui presentamus. Iidem vero nuntii
10 nostri, tamquam intime conscii voluntatis nostre, devotionis ad patrem veraces erunt interpretes, tam nos quam potentiam nostram, imperium et regna, quicquid etiam in bonis nostris existit, vestris beneplacitis ad honorem ecclesie ac favorem omnimodum ecclesiastice libertatis, quantum cum Deo salvis iure et honore sacri Romani imperii possumus, obnixius offerentes, illam ad nos utinam reverendi pastoris benivolentiam
15 relaturi, per quam erga debitam patris reverentiam ad omnem honorificentiam filialem totis affectibus ac expertis effectibus plusquam aliquis devotus filius effundamur.

Dat. apud Beneuentum, vicesimo sexto Iunii, prime indictionis.

## 240. *PROPOSITIONES INNOCENTII IV. (1243. Aug.)*

*Leguntur in Registri Innocentii IV. tomo I, 13 lib. I, 84, quo denuo collato a viro*
20 *cl. Mau, castigatas eas proposuit Rodenberg in Epistolarum e regestis selectarum tomo II, 7 nr. 7. — Huillard-Bréholles VI, 112. Potthast, Reg. pont. Rom. 11118. Berger 'Le registre d'Innocent IV.' 84.* *(P. 342.)*

Isti sunt articuli quos portaverunt nuntii sedis apostolice ad imperatorem.

25 1. Proponant nuntii, quod dominus papa et fratres sui desiderant, quantum in eis est, per omnia pacem habere cum principe et cum omnibus hominibus, et parati sunt, quantum in eis est, pacem dare et tranquillitatem sibi et universo mundo. Et utinam hoc principi placeat, vel eam non impediat! Quia magnum preambulum est et utile ad tractatum pacis, si restituantur prelati et clerici omnes captivi, quos detinet,
30 et omnes tam clerici quam laici, quos cepit in galeis, rogant et petunt[1], quod eos debeat restituere, cum hoc ipsum ipse et nuntii sui promiserint ante promotionem nostram.

2. Item proponant, quod ipsi pro nobis parati sunt audire et tractare de pace et audire satisfactionem, quam vult facere princeps de omnibus pro quibus excommuni-
35 catus est.

3. Item offerant, quod ecclesia, si in aliquo contra debitum lesit eum, quod non credit, parata est corrigere et in statum debitum reformare; et si princeps dicat, quod in nullo lesit ecclesiam contra iustitiam, vel si dicat, quod nos lesimus eum contra iustitiam, parati sumus vocare reges, prelatos et principes tam seculares quam eccle-
40 siasticos ad aliquem tutum locum, ut per se vel solempnes nuntios illuc veniant, et de consilio concilii parata est satisfacere principi, si in aliquo eum lesit, et revocare sententiam, si quam iniuste contra eum tulit, et cum omni mansuetudine et misericordia, quantum cum Deo et honore ecclesie fieri potest, recipere ab eo satisfactionem de iniuriis et offensis sibi et suis irrogatis.

45 **239.** a) *sic or.* b) *litterae detersae or.* c) porcastrell *or.*

1) *Scilicet pontifex et cardinales.*

4. Item hoc autem sciat princeps, quod omnes amicos et adherentes ecclesie vult ecclesia in pace ponere ac plena securitate gaudere, quod nunquam hac occasione possit subire aliquod discrimen.

## 241. *INNOCENTII IV. EPISTOLA AD NUNTIOS SUOS. 1243. Aug. 26.*

*Registri tomo I, 14 lib. I, 89 collato a viro cl. Mau, proposuit eam Rodenberg II, 9 nr. 9, cuius etiam adnotationes repetimus. — Huillard-Bréholles VI, 113. Potthast 11117. Berger 89. Böhmer, Reg. imp. V, 7393. (P. 342.)*

.. archiepiscopo Rothomagensi et .. episcopo quondam Mutinensi et .. abbati Sancti Facundi[1], nuntiis apostolice sedis.

(1) Litteras vestras benigne recepimus et earum tenorem pleno collegimus intellectu. Sane inter cetera, que ipse littere continebant, accepimus, quod princeps super quibusdam de nobis conqueritur et aliqua nichilominus a nobis instanter exposcit. Porro si rei veritas et temporis qualitas diligentius attendantur, nec sue in hac parte querele nec petitioni locus ad presens esse videtur. Nam cum Romana ecclesia cunctorum fidelium gerens curam frequenter ad diversas mundi partes legatos dirigat, ne postponat absentes, quorum tenetur procurare salutem, et in Lombardiam olim pro illius terre utilitate communi legatum[2] duxerit destinandum, idemque princeps, postquam fuimus ad apicem summi apostolatus assumpti, reliquias patrimonii eiusdem ecclesie, quod tempore felicis recordationis G(regorii) pape predecessoris nostri fere occupavit in totum, non cessaverit multipliciter impugnare, quinpotius illas afflictionis manu attriverit gravioris: nec digne ab eo petitur predictum revocari legatum, nec esset ei super hoc a nobis, rebus sic existentibus, exauditionis tribuendus auditus; maxime quia Lombardis diu guerrarum commotione turbatis optate spes consolationis ex legati eiusdem tolleretur absentia et aditus ad maiora eorum discrimina preberetur, et non absque nota proditionis ecclesia sic ipsos desereret, ni prius remissionem ab eodem principe obtinerent vel cum ipso treugas inirent super iniuriis, quas eos sibi occasione dicit eiusdem ecclesie irrogasse. Nec ab ipsius ecclesie Romane cardinalibus, ea vacante, fuit ei prefati revocatio promissa legati, sed cum de venerabili fratre nostro .. Penestrino episcopo[3] aliisque liberandis captivis haberetur tractatus et ab eisdem cardinalibus, ut legatum revocarent eundem, ex parte principis peteretur ipsius, a quibusdam eorum responsum extitit, quod petitiones eius, quantum cum Deo possent, cum adesset oportunitas temporis, adimplerent.

(2) Multum autem gaudendum est principi, quod dictum Penestrinum et quosdam alios restituit libertati[4], et dolendum satis, quod reliquos adhuc detinet captivatos, cum ex illorum restitutione salus ac honor, et istorum detentione contrarium ei provenisse noscatur. Provide quoque deberet attendere, an ecclesiam, quam sepius vocat matrem, revereatur ut convenit et eius ut decet fideles honoret. Quomodo enim verbis matrem illam asserit, si se ipsius filium operibus diffitetur? Aut quomodo erga eam devotionem dicto pretendit, si se sibi facto exhibet indevotum? Salinguerre[5] vero liberatio, super qua nunc primo ipsius principis intelleximus voluntatem, incongrue postulatur a nobis, cum nec detineamus illum nec detineri aliquatenus faciamus; qui si per nos etiam teneretur, cum civitatem Ferrariam sedis apostolice specialem, sicut ex eiusdem principis et predecessorum suorum privilegiis potest liquido apparere, pro qua idem S(alinguerra) vasallus erat sedis ipsius, contra Romanam ecclesiam concitarit et in

1) *i. e. monasterii Sahagun regni Legionensis; nomen ei erat W.; v. Rodenberg I, nr. 760—763.* 2) *Gregorium de Montelongo.* 3) *Iacobo.* 4) *Mense Maio a. 1243.* 5) *Hic post deditionem Ferrariae a. 1240, Iun. 2 captus Venetias ductus erat.*

rebellione captus extiterit civitatis eiusdem, non ex hoc princeps ipse iusta posset ammiratione moveri. Verumtamen si ostendi poterit coram nobis, quod ratione pacti vel promissionis alicuius debeat liberari, super hoc quod debebimus faciemus.

(3) Ceterum nos venerabilis fratris nostri archiepiscopi Maguntini nuntios ilariter 5 recepisse ac ei commisisse legationis officium [1] nullosque audire in iustitia contra eum, in querimoniam princeps ipse deducit. Sed cum idem archiepiscopus magnus ecclesie Dei prelatus tantusque princeps existat et ipsi ecclesie tam devotus, gaudemus utique, si quem ei honorem impendimus, quem etiam proponimus auctore Domino amplius honorare. Super iustitia tamen contra ipsum a nobis aliquibus denegata nos con- 10 scientia non remordet, cum illam intendamus petentibus plenarie contra quoslibet exhibere. Ad devotionem autem principis memorati dictum archiepiscopum et alios amicos ecclesie libenter reducere curaremus, si ad reddendum ipsi ecclesie suisque devotis pacem debitam et servandum eandem animum inclinaret.

(4) Habet insuper eiusdem conquestio principis, quod in odium sui et favorem 15 dilecti filii nobilis viri . . comitis Provincie [2] . . Avinionensi electo [3] legationis officium in illis partibus duximus committendum. Sed Deo teste nullam tunc de principe ipso fecisse meminimus mentionem, cum specialiter contra hereticos et fautores ipsorum legationem eandem ad fratrum Predicatorum instantiam, qui propter hoc ad apostolicam sedem de partibus eisdem accesserant, electo iniunxerimus antedicto. Parati nichilo- 20 minus sumus pro eodem comite sue devotionis exigentibus meritis etiam ad maiora.

(5) Nec iuste quidem argui possumus, quod contra remotos hereticos, omissis proximis, Lombardie videlicet et Tuscie, procedamus. Nam sicut omnium fere tenet notitia, Romana ecclesia ubique terrarum ante ortam inter ipsam et principem eundem discordiam constanter persequebatur hereticam pravitatem, et eo fortius in vicino, quo inibi 25 ratione propinquitatis facilius et plenius vim sue auctoritatis poterat exercere. At postquam princeps idem ecclesiam ipsam cepit opprimere, sic undique vires eius artavit viasque preclusit, quod impugnare pravitatem ipsam et catholice fidei et ecclesiastice libertatis augmentum ac salutem fidelium, prout oportuit, procurare nequivit.

(6) Ad hoc princeps ipse mirari non debet, si suos non admisimus nuntios ad 30 nostram presentiam destinatos [4], cum nunquam Romanus pontifex excommunicatos scienter recipiat, antequam absolutionis beneficium iuxta formam ecclesie consequantur. Insistite igitur studiosis exhortationibus apud eum, ut de sua salute sollicite cogitans, universo populo christiano de pacis tranquillitate provideat et arma, que adversus ecclesiam irreverenter assumpsit, contra hereticos, schismaticos aliosque inimicos ortho- 35 doxe fidei ex reverentia filiali convertat. Sic enim a se iudicis indignationem superioris averteret, qui nonnunquam in presenti delinquentium culpas punire ideo pretermittit, ut illas in futuro gravius ulciscatur, et sedem apostolicam adeo sibi constitueret favorabilem et benignam, ut in hiis, que principis ipsius honorem respiciunt, studeret eius desideria prevenire. Quodsi forte se monitionibus vestris tam salubribus humiliter 40 non inclinet, volumus et presentium vobis auctoritate mandamus, quatinus ad nos protinus redeatis.

Dat. Anagnie, VII. Kalendas Septembris, anno primo.

## 242. *INNOCENTII IV. EPISTOLA ALTERA AD NUNTIOS SUOS. 1243. Sept. 2.*

*E Registri tomo I, 15 lib. I, 93 dedit Pertz. — Rodenberg II, nr. 20. Huillard-* 45 *Bréholles VI, 118. Potthast 11121. Berger 93. Böhmer, Reg. imp. V, 7397.*

*(P. 344.)*

1) *De officio legationis, quo Sifridus III. non ante a. 1249 functus sit, v. Rodenberg p. 10 not. 2.* 2) *Raimundi Berengarii IV.* 3) *Zoën.* 4) *Cf. Ficker, Böhmer, Reg. imp. V, 3372b.*

. . archiepiscopo Rothomagensi, . . episcopo quondam Mutinensi et . . abbati sancti Facundi.

Litterarum vestrarum serie diligenter audita, devotioni vestre duximus respondendum, quatinus est beneplaciti nostri, ut nuntiis principis ad nostram accessuris presentiam iuxta formam ecclesie et sicut vobis viva voce diximus absolutionis beneficium impendatis; quod licet . . Panormitano archiepiscopo eo difficilius et tardius concedi deberet, quo Romanam ecclesiam, cui debitor in multis esse dinoscitur, gravius offendisse videtur, tamen pro desiderio pacis, in qua honorem Dei querimus et populi christiani salutem, volumus, ut illud, sicut aliis, conferatur eidem. Qui recipietur a nobis ad omnem tractatum pacis et concordie, sicut ceteri nuntii admittentur. Nec tamen intelligat, quod propter huiusmodi absolutionis gratiam apud sedem apostolicam tamquam archiepiscopus ad presens honoris aut favoris gratiam consequatur vel percipiendi sue proventus ecclesie habeat facultatem, cum dignum sit, ut ubi gravis culpa precessisse perspicitur, ne delinquendi detur audacia, condigna compensatio subsequatur.

Dat. Anagnie, IIII. Nonas Septembris, anno primo.

## 243. *INNOCENTII IV. EPISTOLA AD LEGATUM LOMBARDIAE.*

*1243. Sept. 23.*

*E Registri tomo I, 21 lib. I, 127 dederunt Pertz et Savioli 'Annali Bolognesi' III, 2, 201. — Rodenberg II, nr. 22. Huillard-Bréholles VI, 123. Potthast 11135. Berger 127. Böhmer, Reg. imp. V, 7400.* *(P. 344.)*

G(regorio) de Montelongo subdiacono et notario nostro, apostolice sedis legato.

Presentium tenore scire te volumus, quod cum nuper . . princeps nos super reformatione pacis inter ecclesiam et ipsum per sollempnes nuntios et litteras requisisset, quia vere pacem diligimus et sincere concordie inter christianos appetimus unitatem, ne videremur pacis eiusdem repudiare tractatum et ex hoc princeps ipse occasionem sumeret ecclesiam more solito infamandi, ad eum nuntios direximus speciales, illam per ipsos pacis formam offerentes eidem, que ipsi ecclesie suisque devotis et etiam dicto principi videri poterat expedire. Set idem formam huiusmodi non acceptans ad apostolicam sedem nuntios iterum destinavit, qui, cum eorum petitionibus, in quibus nec eiusdem honor ecclesie videbatur nec suorum fidelium procurari, non duxerimus annuendum, a presentia nostra infecto penitus ipsius pacis negotio recesserunt. Quapropter mandamus, quatinus fideles et devotos ecclesie in Lombardie partibus constitutos, ut in ipsius devotione solita stabiliter perseverent suisque obsequiis perseveranter insistant, studeas, prout expedire videris, affectuosis inductionibus animare, ipsis ex parte nostra significans, quod cum eis et aliis ecclesie devotis, prout eidem ecclesie ac illis expedire viderimus, et non aliter, pacem inter ecclesiam ipsam et memoratum principem intendimus reformare.

Dat. Anagnie, VIIII. Kal. Octob., anno primo.

## 244. *MANDATUM IMPERATORIS DE CURIA VERONENSI VISITANDA.*

*(1244. Ian.)*

*Encyclicam, quam Pertz perperam ad mensem Septembrem posuit, servaverunt* 1) *codex Wilheringensis pars II, ep. 102;* 2) *codex Vindobonensis 590 (Philol. 305) fol. 155 ep. 271;* 3) *codex Parisinus lat. 13059 (S. Germain Harlay 455) fol. 16', quem excussit Huillardus;*

*duae partes tamen pariter atque in codice 4 desiderantur;* 4) *codex Guelferbytanus Aug. 4° XIII. 3, fol. 51 ep. 20. Legitur etiam in codice Vindobonensi 409 (Philol. 61) fol. 77* [1]. — *Huillard-Bréholles VI, 168. Böhmer, Reg. imp. V, 3412. (P. 340.)*

Fredericus[a] etc. Wormatiensi[b] episcopo etc.[c]

5 Accedentes[d] ad presentiam nostram[e] venerabilis[f] Bambergensis[g] electus[h] dilectus princeps noster et C(onradus)[i] de[k] Hoenloch dilectus fidelis[l] noster nostro culmini intimarunt tua[m] ceterorumque principum ad hoc[n] desideria potissimum[o] aspirare[m], ut ad sedanda dissidia, que statum imperii non[p] modicum multo tempore turbaverunt, inter nos et ecclesiam concordia reformetur. Sane cum ad reprimendum violencias ecclesie nos 10 non[q] moverit, quod[r] quondam papa Gregorius[s] ad preces et instancias Mediolanensium et[t] complicum suorum, nostrorum infidelium[u], excommunicationis sententiam contra nos[v] ex motu inprovido fulminavit, sed potius causam nobis dederit terras imperii, quas iniuriose tenebat ecclesia[w], ad ius et dominium imperii revocandi[x], quod idem papa, G(regorio) de Montelongo legato suo contra nos in Lombardiam ad Medio- 15 lanenses predictos ceterosque rebelles nostros misso, cum armis depopulando terras nostras et eorum incendiis hostiliter est aggressus[y]: cum itaque liceret[z] nobis pro defensione[a] bonorum[b] et iurium[c] imperii tam recentes iniurias nostras, quas inferebat ecclesia[d], iniuriis propulsare, nos sublato de medio dicto papa G., qui publici dissidii scandala ministrabat, pacem[e] semper affectavimus et affectamus[f] cum matre nostra 20 ecclesia obtinere, sicut per liberacionem[g] cardinalium et prelatorum, quos ad manus nostras iusti belli causa deduxerat, et alia multa que fecimus, liquido innotescit. Cum in loco prescripti pape G. pastor ydoneus successerit, quem pacis et iusticie credimus zelatorem, secum ad salutaris concordie redire proponimus unitatem et ex presenti tractatu, qui inter nos et ecclesiam per comitem Tholosanum[h] vertitur, speramus 25 optatam pacem in proximo successuram. Porro cum imperii principes nobilia membra sint corporis nostri, in quibus imperialis sedis[i] iungitur potestas[k], et[l] ea, que nobis incumbunt, contingant[m] imperium et specialiter singulos ac generaliter universos, presenciam omnium tenemur[n] instantius evocare, ut quod tangit omnes, ab omnibus approbetur. Industriam tuam hortamur attente, quatenus, cum[o] ad tractatum de comuni 30 honore et utilitate nostra et principum generalem curiam apud Veronam indicere proponamus, ut in tam sollempni et arduo negocio, quod est proprie proprium singulorum, presencia, consilio et assensu principum perfruamur[p], ad eandem curiam sollempniter, sicut tantum decet principem, prepares te venturum, ut in termino, quem in subsequentibus litteris tibi duximus prefigendum, presenciam tuam ad eandem[q] tam utilem quam 35 necessariam habere possimus[r] et instantis dissidii[s] tractati[t] composicio feliciter[u] compleatur.

**244.** a) *inscriptio deest* 3. 4; *in* 4 *legitur rubrica:* Recitat supplicationem principum Alamannie. b) vom' 1. 2. c) *deest* 1. 2. d) accedens 3. 4. e) *deest* 2; nost. pres. 1. f) *deest* 2; *lacuna in* 1. g) sambergeñ 4; brabenl' 1. 2. h) electus — noster *des.* 1. 2. i) G. 1. 2. 4. k) *loco* de 40 *usque* noster 1. 2: talis. l) vel frater *add.* 4. m) tuam 3; quod tua — aspirarent 4. n) hec 3. 4. o) potissime 1. 2. p) vero 3. q) *deest* 1. r) que 1. s) G. 1. 2, *similia semper.* t) ac 1. u) in fidem 1; in sidere nostr. 2. v) contra nos *des.* 1. 2. w) ecclesie 1; *loco* ecclesia ad ius 2: contra nos. x) *hic desinunt* 3. 4. y) ingressus 1. z) licet 2. a) professione 2. b) honorum 1. 2. c) virium 1. d) ecclesie 2. e) petere 1. 2. f) affectemus 2. g) deliberacionem 1. h) The- 45 losus 1. 2. i) sedes 1. k) potestatis 1. 2. l) ad 1. 2. m) contingunt 1. 2. n) tenetur 1; conetur 2; conveniat *coniecit Huillard.* o) cum *deest* 1. 2. p) perfruatur 2. q) in eodem 1. r) possumus 1. 2. s) desidii 1; desiderii 2. t) tractata 2. u) fideliter 2.

1) *V. Bärwald 'Das Baumgartenberger Formelbuch' 441 nr. 34.*

## 245. *FACULTAS NUNTIORUM IMPERATORIS. 1244. Mart. 12.*

*Servata est in* 1) *codice Parisino 8990 saec. XVIII, apographa Rotulorum Cluniacensium continente (Rot. VII.)*[1], *e quo eam edidit Huillardus;* 2) *apographo eorundem Rotulorum a. 1413 confecto, tabularii Vaticani, Instr. misc. C. Fasc. 37 nr. 2 D. I, quod exemplavit Kehr. Summarium codicis Ottoboniani 2546 saec. XIII. ex. v. in Martenei Collectione amplissima II, 1244. — Huillard-Bréholles VI, 169. Böhmer, Reg. imp. V, 3419. (P. deest.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem[b] et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis, quod nos de fide et circumspectione[c] magistrorum P. de Vinea[d] et T. de Suessa magne curie nostre iudicum, dilectorum fidelium nostrorum, plenam fiduciam obtinentes[e], velut[f] qui in magnis et arduis excellentie nostre negotiis indubitatam ex se nobis[g] fidem et expertam industriam prebuerunt, tractatum pacis et consummationem[h] eiusdem inter venerabilem patrem dominum Innocentium summum pontificem, Romanam ecclesiam matrem nostram ex parte una, nos et sacrum imperium ex altera super omnibus et singulis articulis atque capitulis, super quibus et propter[i] que discordia inter nos et ecclesiam fuit hactenus[k] et adhuc esse[l] dignoscitur[m] et per que pax et concordia poterunt provenire, eisdem tanquam plene nostre consciis voluntatis tenore presentium duximus committendum; firmiter promittentes, quod quicquid per eos super omnibus et singulis supradictis tractatum extiterit vel etiam[l] promissum, ratum et firmum habebimus et inviolabiliter nos promittimus servaturos, ac si quolibet articulo seu capitulo designato speciale mandatum in singulis nostre celsitudinis habuissent. Unde ad futuram memoriam et robur perpetuo valiturum presens scriptum proinde fieri mandavimus sigillo nostre celsitudinis communitum.

Datum apud Aquampendentem, duodecimo Martii[n], secunde indictionis.

## 246. *FORMA SATISFACTIONIS IMPERATORIS. (1244. Mart.)*

*Servaverunt* 1) *transsumtum Iohannis de Amelio a. 1339 factum iam in tabulario Vaticano asservatum, Arm. I C. X nr. 22, quod contulit vir cl. Sickel*[2]; *in transsumti exordio Iohannes haec verba facit:* inter alia vero elegimus . . . quendam rotulum in pargameno scriptum . . quandam concordiam seu concordie tractatum . . . continentem . . . tenor vero dicti rotuli talis est; *elucet igitur, scriptum nostrum sigillis munitum non fuisse;* 2) *Matheus Parisiensis in Chronicis Maioribus (SS. XXVIII, 239), qui textum aliquantum variatum praebet et capite 15 omnino caret; inscriptio autem praecedit haec:* Articuli quibus dominus imperator se spopondit satisfacturum.

*Capita 1—12 formae nostrae inserta sunt praeterea encyclicae imperatoris, infra nr. 252 c. 4, persona tamen ut dicunt prima et paucis variationibus adhibitis, quarum plurimae attingunt textum Mathei Parisiensis. Transsumto Ameliano detecto, non est cur accedamus opinioni viri cl. Ficker, qui (Reg. imp. V, ad nr. 3422) contendit, illam formam, quae persona prima utatur, primariam esse et in forma a Matheo servata persona prima incuria librarii aliquoties remansisse*[3]. *Forma transsumti Ameliani ea potius censenda est, de qua convenerunt internuntii partium inter dies mensis Martii 12—28; in ea*

**245.** a) Fr. 2. b) Ihiłm 2. c) circonspectione 2. d) Viñ 2. e) obtinem̃ 2. f) velud 2. g) *sequitur in* 2 *vox incerta, forte* fidē *bis.* h) consumationem 2. i) p 2. k) acthenus 2. l) *deest* 2. m) dinoscitur 1. n) marcii 2.

1) *Cf. 'Notices et extraits' XXI, 2, 291 nr. 44 et 'Neues Archiv' XIV, 372.* 2) *Corrigenda sunt ergo ea quae 'Neues Archiv' XIV, 375 nr. 8 adnotantur.* 3) *Cap. 5. 6. 7; praeterea c. 15.*

*persona prima loquuntur internuntii sive utriusque partis sive solius imperatoris*[1]. *Forma altera, quae in encyclica continetur, ea est, quam nuntii imperatoris Mart. 31 in anima eius adiuraverunt*[2]*; quae quod personas primas prioris formae, ubi rei aptum erat, transsumpsit haud miraberis. Utrum autem omissiones (inprimis capitum 13—15) et variationes* 5 *paucae, quibus discrepat haec forma a transsumto Ameliano, per iteratum tractatum ab internuntiis partium factae sint, an ab imperatore consilio introductae, in medium relinquamus oportet. Textus demum Mathei Parisiensis is mihi esse videtur, quem pontifex, antequam forma perfecta et sigillis munita erat, aliquantum variatum divulgari fecit*[3]. — *Huillard-Bréholles VI, 172.* *(P. 345.)*

10 1. Super facto terre inventa est forma, que placet utrique parti, scilicet quod tota terra, quam possidebat ecclesia tempore excommunicationis, sibi reddatur; et idem de adherentibus ecclesie.

2. Super contemptu clavium scribet dominus[a] imperator generaliter per totum orbem, quod in contemptu ecclesie et potestatis ecclesiastice[b] sententiam latam[a] per 15 dominum G.[a] predecessorem suum non contempsit. Sed cum predicta sententia sibi denunciata non fuerit, de consilio prelatorum et aliorum nobilium Alamannie et Italie processit, quod priusquam sibi denunciaretur, eam non tenebatur servare. Profitetur tamen et[c] recognoscit bene, quod deliquit in hoc, non servando, et male fecit, cum bene sciat et credat fideliter, quod tam super eum quam super omnes christianos, 20 reges et principes, clericos et laicos, habet summus pontifex, etiamsi quod absit[d] peccator existat, quod Deus avertat, in spiritualibus plenitudinem potestatis. Nichilominus subsidium pro isto excessu faciet in militibus vel pecunia, ubicumque[e] dominus papa utilitati[a] christianitatis quantumcunque et quale viderit expedire, alias ieiunia et[f] helemosinas facturus iuxta ordinacionem domini pape; et sententiam ipsam usque ad 25 diem absolucionis humiliter et devote servabit.

3. Super capcione prelatorum: inprimis omnia ea, que ad eum pervenerunt de hiis que capta sunt in galeiis vel apud suos[a] poterunt inveniri, integre restituet et restitui faciet. De reliquis[g] volentibus dampna passis iuxta mandatum domini pape, de cuius benignitate confidit, satisfaciet. Faciet etiam in satisfaccione huiusmodi[h] 30 offense et ob honorem Dei hospitalia et ecclesias ad disposicionem domini pape, quot et ubi et sicut viderit expedire; et predicta loca dotabit, sicut mandabit dominus papa[i].

4. Super predictis et super aliis omnibus articulis, iniuriis, dampnis et offensis ante et post discordiam et latam sententiam ecclesiis et personis ecclesiasticis illatis, pro quibus excommunicatus est, iurabit precise stare mandatis domini pape et ecclesie[k]; 35 salva tamen sint ei honores et iura sua quoad conservacionem integram sine aliqua diminucione imperii et regnorum suorum.

5. Et licet pro predictis offensis satis oblatum esse credamus, nichilominus tamen ad pleniorem[a] satisfaccionem et securitatem tam precedentium quam sequencium capitulorum et ad maiora devocionis indicia demonstranda dominus imperator stabit con- 40 silio et ordinacioni tractatorum, scilicet dominorum Hostiensis[l] episcopi[4], Stephani[5], Egidii[6] et Ottonis[7] cardinalium. Qui, excepta persona domini nostri[8], supplebunt in

**246.** a) *deest* 2. b) ecclesie 2. c) quod 2. d) *pro* quod absit 2: quidem. e) cuicunque 2. f) *deest* 1. g) reliquo 2. h) huius 2. i) dom. p. mandabit 2. k) et ecclesie *des.* 2. l) Ostiensis 2.

45 1) *Cap. 5 certe soli nuntii imperatoris loqui ex enuntiato* excepta persona domini nostri *elucet; et c. 15 etiam aeque se res habet. Ceterum non miraberis, quod c. 14 nuntii imperatoris persona tertia obvii sunt, et c. 6 et 7 nuntii utriusque partis persona prima loquuntur, cum indolem talis scripti, ad quod perficiendum duae partes laboraverint, caute inspexeris.* 2) *V. infra nr. 250.* 3) *V. encyclicam imperatoris infra nr. 252 c. 16.* 4) *Rainaldi.* 5) *Presbyteri cardinalis S. Mariae trans Tiberim.* 6) *Dia-* 50 *coni card. SS. Cosmae et Damiani.* 7) *Diaconi card. S. Nicolai in Carcere.* 8) *scil. imperatoris.*

satisfaccione et securitate quod viderint esse supplendum, ita tamen quod nihil facient sine consilio et mandato domini pape; et predictis salvis de[m] satisfaccione et securitate, predicti tractatores facient quod de consilio fratrum dominus papa faciendum decreverit.

6. Super adherentibus autem ecclesie ita dicimus: quod omnibus hiis qui post ortam discordiam ecclesie adheserunt, undecunque sint, ex nunc plene omnis remittetur[n] offensa tam ante discordiam quam post sive occasione ecclesie sive alia commissa. Et omnia banna et sentencias contra eos latas revocabit. Et si quas donaciones vel contractus vel obligaciones ei fecissent post latam sententiam vel postquam adheserunt ecclesie, relaxabit, possessionibus eorum, iuribus et honoribus suis eis integre restitutis, etsi[o] aliis sint concessa.

7. Super aliis autem, qui ante ortam discordiam rebelles domino imperatori fuerunt et erant tunc in guerra cum eo, ita dicimus: quod remittetur eis omnis offensa, quam postea commiserunt contra eum et imperium. De offensis vero commissis ante ortam discordiam, stabit dominus imperator provisioni et ordinacioni domini pape et fratrum, faciendis[p] infra tempus a domino papa prefigendum. Ipsis et omnibus dabit plenam pacem ex nunc.

8. Super securitate vero illorum de Romanniola, qui post ortam discordiam ecclesie adheserunt, et nobilium de marchia Teruisina[q] et marchionis[r] Montis Ferrati[1] et aliorum nobilium ubique, ita faciet dominus imperator, videlicet quod predicti nobiles in propriis personis, nisi ad provisionem domini pape, sed per substitutos, servire domino imperatori minime teneantur; in iudicium vocati[s] per nobiles et pares suos reliquos regionis eiusdem, aliis adherentibus ecclesie non exclusis, debeant iudicari de personalibus et realibus accionibus[t] et eciam de criminalibus accusari[u]. Specialiter autem in Romaniola[v] ad maiorem securitatem eorum qui ecclesie adheserunt statuet dominus imperator capitaneum aliquem de prelatis Italie extra Regnum[w], sub cuius solius examine litigabunt usque ad beneplacitum domini pape tam in civilibus quam in criminalibus causis. Prelatos ipse eliget de consilio[x] domini pape, quamdiu dominus papa voluerit. Municiones autem proprias dominus imperator per quos sibi placuerit faciet custodiri; municiones vero predictorum non ledet vel tanget sine consensu eius qui deputatus fuerit super eis[y]. Illis etiam de marchia Triuisina[z] providebit dominus imperator capitaneum, cui soli teneantur[a] respondere illi de marchia Triuisina[z] qui ecclesie adheserunt, de consensu unius fratrum, quem dominus imperator duxerit eligendum.

9. Captivos in galeiis captos necnon omnes Romanos, Tuscos et alios omnes captivos occasione ea[b] post latam sententiam excommunicationis, cuius ad presens solucio[c] petitur, libere liberabit. Et[d] omnibus iuramentis et obligacionibus, quibus obligassent se sibi[e] post capcionem, absolvet tam eos qui liberati sunt quam qui postea liberabuntur; et super hoc literas suas dabit; fidelibus suis, qui capti sunt ubique, per detentores invicem liberatis[f].

10. Eiectos occasione discordie prime vel secunde tam clericos quam laicos libere[e] redire permittet ad propria et ibidem secure manere, possessionibus eorum et bonis integre restitutis.

**246.** m) salvis De 1 *male*. n) remittatur 2. o) etiamsi 2. p) faciendus 1. q) Teruisiñ 1; Tervicencum *etc.* 2. r) marchioni 2. s) autem vocari 2. t) impediti *i. e.* impetiti *add.* 2. u) accusati 2. v) Romaniorum 2. w) *deest* 2. x) Et prelatus ipsi eligatur de consensu 2. y) hiis 2. z) Tervigentum *etc.* 2. a) debeant 2. b) occ. ea *des.* 2. c) absolucio 2. d) ab *add.* 2. e) *deest* 2. f) liberatos 2.

1) *Bonifacii.*

11. De discordia autem Romanorum dominus imperator stabit ordinacioni domini pape et fratrum tam de restitucione dampnorum videlicet[g] datorum in guerra[h] quam de aliis, ita tamen quod[i] statuatur de secura[k] indempnitate suorum; excepto castro Anticuli[1], de quo non compromittit.

12. De dampnis[l] datis per dominum imperatorem, officiales et ballivos suos prelatis, ecclesiis tam religiosorum quam secularium vel alias de mandato suo post sententiam latam in eum satisfaciet dominus imperator secundum provisionem[m] et benignitatem sedis apostolice; ubi non intelligit dominus imperator dampna hostiliter data per suos exercitus et suorum[n].

13. Gregorio de Montelongo et omnibus consanguineis suis plenam pacem dabit[o] et securitatem.

14. Terra comitis Willelmi[2], que tenetur ab ecclesia, restituetur; de alia terra compromittitur[p] in imperatorem Constantinopolitanum[q, 3], dominos Ottonem cardinalem et .. archiepiscopum Rothomagensem, ita quod ipsi de iure cognoscent, sicut fuerit cognoscendum. Nuncii imperatoris dicunt[r]: quod compromittent, quod de possessione et proprietate[s] simul cognoscent[t] et diffinient[u]; quod bona fide et sine fraude studebunt inducere dominum imperatorem, quod ipse paciatur, quod prefati domini procedant[v], sicut eis placuerit[w], sive simul sive separatim de possessione et proprietate; et dicti tres requirent super hoc[x] dominum imperatorem; et recipiunt super se, quod super eo apud dominum imperatorem facient bona fide, quod imperator consenciet, quod isti tres procedant[v], sicut eis videbitur expedire, audiendo scilicet et terminando causam illam[y], sive simul de possessione et proprietate sive separatim. Quodsi non omnes possent[z] interesse et aliquis eorum fuerit iusto impedimento detentus, duo eorum procedant[v].

15. Circa[a, 4] securitates designandas ita dicimus: quod dominus imperator offert caucionem iuratoriam, litteratoriam, fideiussoriam per reges, principes, magnates, communitates[b] locorum. Et[c] preterea circa predictas cauciones committit se, ut[d] dictum est, ordinacioni domini pape et tractatorum.

## 247. *FACULTAS ALTERA NUNTIORUM IMPERATORIS. 1244. Mart. 28.*

*Legitur in* 1) *codice Parisino 8990 saec. XVIII. (Rot. VII.)*[5], *e quo maximam partem edidit Huillardus;* 2) *apographo a. 1413 tabularii Vaticani. Summarium codicis Ottoboniani 2546 v. in Martenei Collectione amplissima II, 1244. Verba prioris facultatis nr. 245 transsumta sunt. — Huillard-Bréholles VI, 170. Böhmer, Reg. imp. V, 3422.*
*(P. deest.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem[b] et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis, quod nos, auditis hiis que per magistrum Petrum de Vinea magne curie nostre iudicem, dilectum fidelem nostrum, de Romana curia nuper ad nostram presentiam accedentem, super forma pacis inter nos et ecclesiam fuerunt[c] tractata, confidentes de fide et circumspectione[d] ipsius magistri

**246.** g) hinc inde 2. h) ipsa *add.* 2. i) ita *add.* 2. k) discordia et 2. l) *deest* 1. m) providentiam 2. n) per se aut suos exercitus 2. o) dat 2. p) compromittatur 2. q) Constant' 2. r) dicent 2. s) et *add.* 2. t) recognoscent 2. u) definient et iurabunt 2. v) procedent 2. w) sicut eis placuerit *des.* 2. x) super hoc *des.* 2. y) ipsam 2. z) possunt 2. a) Circa — tractatorum *des.* 2. b) et comites 2. c) *deest* 2. d) u. d. e. *des.* 2.

**247.** a) Fr. 2. b) Ihiłm 2. c) *vox detersa,* sunt *vel* fuerunt *in* 2. d) circonspectione 2.

1) *Anticoli in Campania.* 2) *Ildebrandeschi.* 3) *Balduinum II.* 4) *C. 15 legitur etiam in 2, sed aberravit a reliquis capitibus p. 239, l. 17; quod serius detexi. Corrigenda igitur sunt p. 334, l. 33 verba* et capite 15 omnino caret. 5) *Cf. 'Notices et extraits' XXI, 2, 291 nr. 45.*

Petri de Vinea[e] et magistri Thadei[f] de Suessa magne curie nostre iudicis, dilecti fidelis nostri, consummationem[g] pacis eiusdem inter venerabilem patrem Innocentium summum pontificem, Romanam ecclesiam matrem nostram ex parte una, nos et sacrum imperium ex altera super omnibus et singulis articulis atque capitulis, super quibus et propter que discordia inter nos et ecclesiam, inimico pacis superseminante zizaniam[h], fuit hactenus et adhuc esse dignoscitur et per que pax et[i] concordia poterunt[k] provenire, eisdem tanquam plene nostre consciis voluntatis tenore presentium duximus committendum; firmiter promittentes, quod quicquid per eos super omnibus et singulis supradictis factum extiterit, ratum et firmum habemus et inviolabiliter nos promittimus servaturos, ac si quolibet articulo seu capitulo designato speciale mandatum in singulis nostre celsitudinis habuissent. Unde ad futuram memoriam et robur in posterum valiturum presens scriptum proinde fieri mandavimus sigillo nostre celsitudini roboratum.

Datum apud Aquampendentem, vicesimo octavo[l] Martii, secunde indictionis[m].

## 248. *FACULTAS NUNTIORUM IMPERATORIS DE IUREIURANDO.* *1244. Mart. 28.*

*Adhibuimus* 1) *codicem Parisinum 8990 saec. XVIII. fol. 141 (Rot. VII.)*[1], *quem contulit Molinier;* 2) *apographon a. 1413 tabularii Vaticani;* 3) *editionem Annalium Placentinorum SS. XVIII, 487;* 4) *editionem Mathei Parisiensis SS. XXVIII, 239. Summarium codicis Ottoboniani saec. XIII. ex. v. in Martenei Collectione amplissima II, 1245. — Huillard-Bréholles VI, 171. Böhmer, Reg. imp. V, 3423. (P. 344.)*

Fridericus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem[b] et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis, quod nos R. illustri comiti Tholosano[c], dilecto affini[d], et magistris[e] Petro de Vinea et Taddeo de Suessa magne[f] curie nostre iudicibus, dilectis[g] fidelibus nostris, specialem et plenam concedimus potestatem iurandi in anima et[h] pro parte nostra, stare mandatis domini pape et ecclesie super omnibus articulis, iniuriis, dampnis et offensis ante et post excommunicationis sententiam ecclesiis et personis[i] ecclesiasticis illatis, pro quibus per olim G.[k] summum pontificem contra nos ipsa excommunicationis sententia dinoscitur[l] fuisse prolata; ratum habentes et firmum[m] quicquid super hoc predicti fideles nostri duxerint faciendum. Ad cuius rei memoriam et debitam firmitatem[n] presens scriptum aurea bulla typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri.

Datum[o] apud Aquampendentem, vicesimo octavo Martii[p], secunde indictionis.

## 249. *ENCYCLICA IMPERATORIS DE PACE INITA ET DE CURIA VERONAE HABENDA.* *(1244. Apr.)*

*Adhibuimus* 1) *codicem bibliothecae Athenaei Taurinensis H. III. 38, fol. 50, quem praeter codices 2 et 4 ac Phillipsianum 8390 etiam adhibuit Huillardus*[2]*;* 2) *codicem Parisinum lat. 13059 (S. Germain Harlay 455) pars III, nr. 70 fol. 38';* 3) *codicem Guelferbytanum Aug. 4° XIII. 3 ep. 109;* 4) *codicem Vallicellianum J 29 fol. 29 ep. 36;*

**247.** e) Viñ 2. f) Taddei 2. g) consumationem 2. h) gganiam 2. i) *deest* 2. k) potet̃ 2. l) XXVIII. 2. m) indicionis 2.

**248.** a) Fr. 2; Fretherieus 4. b) Ihiłm 2. c) Tholosani 1; Tholosaneñ 2. d) ac fideli nostro *add.* 4. e) magistro 3. f) *deest* 3. g) et 4; et *add.* 2. h) *deest* 4; nostra et 3. i) et personis *bis* 2; eccl. pers. 3. k) per G. olim 3; olim per G. 4. l) noscitur 3. 4. m) et firm. habentes 3. n) firmitudinem 4. o) Datum — indictionis *des.* 4. p) XXVIII. marcii 2.

1) *Cf. ibidem nr. 46.* 2) *Qui eum perperam 'D. 38' signavit.*

5) *codicem Parisinum Ancien fonds latin 4042 fol. 126. Epistolam, cuius textum integrum solus codex 1 praebet, ubi Conrado regi inscripta est, encyclicam esse, aliorum codicum inscriptionibus probatur: in codice Vratislaviensi bibliothecae universitatis Cl. IV, Phil. 102 in indice inscribitur:* Fr. Dei gratia R. i. etc. dilecto principi Misnensi episcopo, *in codice Montispessulano 139:* Fr. universis fidelibus per Ytaliam significat pacem reformatam inter ipsum et ecclesiam mandans quod veniant ad curiam Veron. — *Huillard-Bréholles VI, 176. Böhmer, Reg. imp. V, 3424. (P. deest.)*

Fridericus etc. dilecto filio suo Corrado in regem Romanorum electo gratiam suam et omne bonum[a].

Dum vellet divina potentia imminentem casum Christiane fidei removere, dum vellet fere totius orbis sedare discordias et tam periculis hominum quam rerum exitiis[b] providere[c], summi pontificis et Romani cesaris animos inclinavit ad pacem, que tractata[d] diutius per illustrem virum[e] comitem Tolosanum[f] dilectum[g] affinem et fidelem nostrum, qui ad hoc[h] efficaciter et fideliter laboravit, tandem per ipsum[i] et alios viros[k] industrios[l], viros concordie zelatores, extitit laudabiliter consumata, adeo quod[m] die sancto[n] Iovis in cena Domini, compositis et sedatis omnibus ex quibus discordia movebatur[o], tam prefatus comes quam magister Petrus de Vinea et magister Thaddeus[p] de Suessa magne nostre curie iudices et fideles nostri, mandati nostri auctoritate[o] suffulti, parituros nos mandatis ecclesie secundum disciplinam ecclesiasticam iuraverunt[q]. Demum summus pontifex, multis hominibus[r] immo multis milibus hominum coadunatis in Urbe[s], in predicatione sua nos tamquam devotum ecclesie filium et[t] tamquam catholicum principem admisit ad omnimodam ecclesie unitatem, per quam divina favente clementia, que corda principum pro sua voluntate disponit[u], vigor fidei vigebit imposterum, cuius[v] inter tanta bellorum discrimina, inter tantas discordie tempestates vicinum[w] naufragium verebamur; per quam procurabuntur[x] honor et comodum matris ecclesie, cuius augmenta tamquam[y] primus et unicus ecclesie filius et patronus dum[t] filiali devotione tractamus, offitii nostri partes implemus et nostrum prosequimur interesse; per quam etiam[z] status imperii pacificus et sublimis habebitur. Ad cuius reformationem viribus totis insistimus[t] et[a] sinceris affectibus aspiramus; per quam quies nobis, amicis et fidelibus nostris omnibus dabitur in futurum. Hec[b] igitur que ad bonum pacis facta sunt noviter per sacros[c] apices in publicam deferimus notionem, sed specialiter nuntiamus[d] vobis ad gaudium, ut illud[e] per fideles nostros totius Germanie[f] studeatis tam ilari quam studioso programate publicare[g], quos[h] scimus incrementa imperii toto corde diligere et honorem nostri diadematis summo desiderio prestolari. Denique cum pro recipienda benedictione matris ecclesie necnon pro quiete publica communicatis[i] consiliis procuranda summum adire pontificem in[k] proximo disponamus et abinde in Lombardiam[l] potenti brachio nos conferre, mandamus devotioni vestre[m], quatenus iuxta quod per alias litteras nostras vobis scripsisse recolimus, taliter vos

Mart. 31.

**249.** a) *sic* 1; *rubrica in* 2. 3: Fr. significat . . (*des.* 3) pacem inter ipsum et ecclesiam reformatam et mandat eis quod parent se ad veniendum ad indictam (vindictam 3) cur' (curie 3) vereñ (celebrandam 3). b) exercitus 1; existens 5. c) providere — Romani *des.* 3. d) retracta 3. e) ill. vir. *des.* 3—5; . . *habet* 2. f) Toelos. 1; Tholos. 3; *deest* 2. 4. 5. g) dilectum — nostrum *des.* 2—5. h) satis *add.* 1. i) eum 3—5; . . 2. k) viros — zelatores *des.* 2—5. l) industioes 1; inlustres *H.* m) ut 2—5. n) *loco* sancto — domini 2—5: sancti Petri. o) *loco* movebatur — auctoritate 2—5: nascebatur, predicti omnes auctoritate nostra. p) *sic H;* Thar. 1. q) iuravert 2; iuraverint 4. r) hom. immo multis *des.* 2—5. s) in Urbe *des.* 2—5. t) *deest* 1. u) disposuit 3—5. v) cum 3; cui 2. 4. 5. w) vicii 2—5. x) procurabantur 4. 5. y) augmentationem sicut 2—5. z) *deest* 2; et 3; per *usque* etiam *des.* 5. a) *deest* 3. b) Hiis 1. c) sacras 3; sacrosanctos 4. 5. d) vob. n. 2. 3; vob. intimamus 4. 5. e) illum 1. f) Ytalie 2—5. g) nuntiare 2—5. h) quod 3—5. i) communitatibus et 2—5. k) adire sum. ponunt in 2. 4. 5; adire sum. ponunt 3. l) in Lomb. abinde 1; potenti brachio *des.* m) dev. vestre *des.* 2—5.

paretis, quod ad sequentes nostre celsitudinis apices ad sollennem curiam, quam vobis[n] et aliis[o] principibus nostris Verone tenendam indiximus[p], nostro vos conspectui alacriter[q] presentetis.

## 250. *INNOCENTII IV. EPISTOLA AD LANDGRAVIUM THURINGIAE.*
*1244. Apr. 30.*

*Exstat in Registri tomo I, 100 lib. I, 645, e quo edidit Raynaldus in Annalibus ecclesiasticis a. 1244 § 21*[1]. — *Rodenberg II, nr. 63. Huillard-Bréholles VI, 189. Potthast 11359. Berger 646. Böhmer, Reg. imp. V, 7464.* *(P. 346.)*

Nobili viro . . lantgravio Thuringie. Ut que noviter nobiscum acta sunt, in tuam et omnium principum veniant notionem, dignum duximus intimare, quomodo post tractatus multiplices pacis nobis et amicis ecclesie honorabilis et secure ac promissiones factas a principe divisas per articulos et conscriptas per nuntios suos, nobilem virum comitem Tolosanum, magistros Petrum de Vinea et Thadeum de Suessa, curie sue iudices, in die cene Domini proxime preterita, [Mart. 31.] presentibus carissimo in Christo filio nostro Constantinopolitano imperatore illustri[2] ac fratribus nostris, adstante quoque turba non modica prelatorum, coram senatoribus et Romano populo universo et multis aliis, qui de diversis mundi partibus ad diem festum convenerant iuxta morem, de stando mandatis nostris et ecclesie super omnibus articulis, pro quibus per pie memorie Gregorium papam predecessorem nostrum fuit vinculo excommunicationis astrictus, ac dampnis, iniuriis et offensis ecclesiis et personis ecclesiasticis ante et post excommunicationem illatis prestitit publice iuramentum, a quo non post multos dies elegit resilire potius quam parere, adimplere quod sibi mandavimus renuendo. Sane ut devotionis affectum, quem erga Romanam ecclesiam habere diceris, exhibeas laudabiliter in effectu, expedit, ut negotium fidei per te laudabiliter inchoatum promptius exequaris, ut exinde uberior tibi crescat cumulus meritorum et apostolicam sedem ad incrementum tui nominis et honoris fortius habeas obligatam; nos enim in proposito gerimus, quod te in dicto negotio minime deseramus.

Dat. Lateran., II. Kal. Maii, anno primo.

## 251. *MANDATUM IMPERATORIS DE CURIA PISIS HABENDA. 1244. Iul. 7.*

*Dedit Huillardus ex exemplo, quod Böhmer fecit e Chartulario vetere civitatis Mantuae. — Huillard-Bréholles VI, 200. Böhmer, Reg. imp. V, 3433.* *(P. deest.)*

Fridericus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex potestati, consilio et communi Mantue, fidelibus suis, graciam suam et bonam voluntatem.

Cum super hiis, que pro inopinato quin potius pro inopinabili pape discessu, qui ad rebelles imperii se de novo dicitur transtulisse, noviter emerserunt, et super aliis,

**249.** n) vobiscum 2. o) etiam (*deest* 4. 5) cum Germanis 2—5. p) duximus 1. q) ylariter 2—5.

1) *Cum mense Iunio tractatus de pace ineunda denuo assumeretur, multum de cognitione eius faceret epistola papae Iun. 9 data, cuius tenor integer nusquam adhuc apparuit, cuius summarium modo dedit Huillard-Bréholles VI, 199 ex 'indice litter. Innoc. IV, apud collect. dict. Laporte du Theil, sub num. epistol. 735, fol. 115' his verbis:* Innocentius papa Othoni cardinali episcopo Portuensi auctoritatem confert de negotio pacis cum principe tractandae. Datum apud Civitatem Castellanam, V. Idus Iunii, anno pontificatus primo. *Nec Pertz nec Rodenberg nec Berger in Registro Innocentii IV. tale scriptum invenerunt; cf. Berger p. 125 nr. 736, qui numerus quadrat cum nr. 735 et folio 115 Registri. Cf. autem Böhmer, Reg. imp. V, 7475b.* 2) *Balduino II.*

que ad honorem imperii et statum nostrum pacificum pertinent, cum nostris fidelibus conferre plenarie ac fideliter deliberare velimus, ecce quod continuatis diebus versus Pisas feliciter dirigimus gressus nostros, fidelitati vestre mandantes, quatinus ambaxatores vestros omni auctoritate suffultos, viros ydoneos ac eciam circumspectos, omni mora postposita, ad nostram personam destinetis, ita quod in Kalendis Augusti primo (Aug. 1.) venturi apud Pisas nostro se conspectui representent.

Datum apud Interamnem, VII. Iulii, II. indictione.

## 252. *ENCYCLICA IMPERATORIS DE TRACTATIBUS PACIS. (1244. Aug.)*

*Encyclicam hanc celeberrimam post Huillardum proponimus integram ope* 1) *exemplaris autographi asservati in tabulario Vaticano, Arm. I C. IV nr. 11, quod contulit seu exemplavit vir cl. Sickel; sigillum cum filis deperiit*[1], *relictis in plica membranae duobus foraminibus; cum alia etiam exemplaria autographa emitterentur, quae forte textum diversum praeberent, adhibuimus etiam codices manuscriptos, et quidem* 2) *codicem bibliothecae Vaticanae 4957 saec. XV. fol. 19, quo solo Pertz usus est*[2]; *longa lacuna (a capite 1 usque ad c. 4, art. IX) deturpatus est; et* 3) *codicem civitatis Vratislaviensis, Rhediger 47, saec. XIII, e quo editionem integram primus paravit Huillardus, quam secuti sumus. Lectiones modo praecipuas codicum 2 et 3 adnotavimus. Animadvertendum certe est, codicem 3 in textu formae satisfactionis imperatoris capiti 4 insertae propius accedere ad formam priorem supra nr. 246 datam. Cuius rei rationem explicare non valeo. — Huillard-Bréholles VI, 205. Böhmer, Reg. imp. V, 3434. (P. 346.)*

FRIDERICVS Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex omnibus presentes litteras inspecturis, dilectis fidelibus et amicis suis, gratiam suam et omne bonum.

(1) Assumpto ad regimen universalis ecclesie isto summo pontifice, in applausum[a] honoris sui misimus ad eum sollempnes[b] nuncios et legatos[c] A(nsaldum) de Mari[d] sacri imperii et regni Sicilie amiratum et[e] de consiliariis nostris magistros P(etrum) de Vinea et T(addeum) de Suessa magne curie nostre iudices, dilectos fideles nostros; quos predictus summus pontifex occasione sentencie dudum late contra nos, cui ipsi communicabant et communicaverant, non admisit. Demum ne occasione predicta pacis tractatus et inicium differretur, licet sentenciam contra nos latam per olim Gregorium summum pontificem multis et evidentibus racionibus crederemus indubitabiliter esse nullam, nichilominus tamen promisimus per dictos nuncios et Panormitanum archiepiscopum una[f] cum predictis postmodum destinatum, iurare de parendo mandatis ecclesie ad cautelam. Qui sacramento prestito tandem admissi, summo pontifici et fratribus devocionem nostram omnimodam, personam, filios, imperium et regna nostra[g] ad omne mandatum ecclesie et tocius christianitatis obsequium optulerunt, pacem de discordia, quam preter omnem culpam nostram ortam esse dicebant, inter ecclesiam et imperium expetentes. Quibus cum per summum pontificem non communicato fratrum consilio, sicut ipse dicebat, responsum fuisset, quod aliter pacem cum ecclesia habere non poteramus, nisi terra ecclesie, quam nos occupasse dicebat, primitus restituta, et

**252.** a) promotionis et *add.* 2. 3. b) sollepnes 1. c) nostros *add.* 2. 3. d) Mar̄ 1; de Mari *des.* 2. 3. e) et — nostris *des.* 2. 3. f) *hic incipit longa lacuna in 2 usque ad c. 4 art. IX verba* fuerit deputatus. (IX) Captivos. g) *deest* 3.

1) *Sigillum cereum adhuc nostro saeculo in., dum tabularium Vaticanum Parisiis morabatur, appendisse, summaria tunc ibi facta adnotaverunt; v. 'Archiv' VII, 30. Ceterum mensem, qui hic adnotatur Augusti, non ex autographo, sed ex eruditione potius auctoris summarii additum esse patet.* 2) *Et etiam Würdtwein 'Nova subsidia diplomatica' XII, 41.*

nisi Lombardis et aliis adherentibus ecclesie pacem daremus, tandem nos, licet iustas detencionis causas habere diceremus de terra predicta, ut pote quam iure belli per quondam G(regorium) predecessorem suum hostiliter acceperamus primitus propulsati[h] et quam in ecclesiam de imperii liberalitate translatam propter manifestas ingratitudines secundum iusticiam coacti sumus ad imperium revocare, tamen ut in hoc satisfaceremus ecclesie voluntati, optulimus per nuncios supradictos[i], quod ad hoc ut in detencione ipsius terre integer honor ecclesie servaretur, parati eramus terram ipsam renunciare in manibus domini pape et fratrum et demum eam ab ecclesia sub annuo censu recipere detinendam; cuius census quantitas utilitatem excederet quam umquam de terra ipsa ecclesia percepisset. Optulimus etiam quingentos milites quociens ipsis ecclesia indigeret; optulimus etiam pro debitis ecclesie persolvendis triginta milia marcarum argenti; optulimus etiam, quod maius est et quod indubitabiliter credidimus acceptari, recuperacionem integram Terre Sancte cum expensis nostris, ita quod ecclesia et christianitas tota pro recuperatione Terre Sancte exhonerata esset perpetuo laboribus et expensis. Que omnia predictus summus pontifex parvipendit[k] et noluit acceptare. (2) Misit tamen ad nos nuncios suos[l], scilicet Rothomagensem archiepiscopum nunc in cardinalem episcopum Albanensem, Mutinensem nunc in cardinalem episcopum Sabinensem, abbatem Sancti Facundi nunc in presbiterum cardinalem promotos, per quos pacem nobis optulit vel, vocatis nunciis regum et principum et prelatis ad concilium generale, emendacionem offense nobis per predictum papam G. irrogate nec non recepcionem satisfactionis cum misericordia et ecclesie debita lenitate. Nobis autem viam pacis tamquam breviorem eligentibus, ut mundi dissidio posset facillius provideri, et cum predictis prelatis continuo precedentibus[m] in eadem, subito nuncius insperatus advenit, quod magister R(ainerius) cardinalis, ille inquam specialis amicus et totus[n] noster, civitatem Viterbii sub colore oppressionum comitis Simonis Theatini, in partibus ipsis vicarii nostri, turbatam de fidelitate nostra servanda multiplicibus prestitis sacramentis, civitatem ipsam ingressus a nostro dominio revocavit. (3) Ad cuius recuperacionem cum nos perdicionis modus pocius quam ipsa perdicio provocaret, ad expugnacionem eiusdem potenter accessimus. In qua nobis attente morantibus, supervenit magister O(tto) tituli Sancti Nicolai de Carcere Tulliano diaconus cardinalis, nunc episcopus Portuensis, attentissime pro parte domini pape et fratrum omnium rogitans et requirens, ut ab expugnacione prefata ob honorem Dei et ecclesie cum exercitu nostro discedere deberemus, certissimam nobis et multiplicem spem gracie nobis et[o] pacis negocio depromittens nec non pro parte ecclesie sollempni stipulacione se obligans in publico conspectu multorum, quod comiti supradicto[p] et militibus nostris usque ad trecentos qui cum eo erant liber exitus, in personis et rebus omnis indempnitas prestaretur, fidelibus etiam nostris de civitate Viterbii tam intus tunc quam extra manentibus similiter in personis et rebus quibuslibet indempnitate, inpunitate et securitate promissis, prout hec omnia publicis multorum testimoniis et legitimis documentis manifeste probantur. Sed istorum omnium nichil est nobis[q] omnino servatum; immo comes et milites supradicti in exitu civitatis bonis suis omnibus spoliati in oculis cardinalis eiusdem vix vivi de spoliancium manibus evaserunt. Cives autem, incensis, dirutis et diremptis domibus, turribus et rebus ipsorum, ex tunc usque in hodiernum diem dirissimo carcere sunt affecti et cives exteri nobiscum manentes exules remanserunt. De quibus omnibus cum frequenter ad dominum papam et fratres nostra conquestio nec non iusta peticio mitterentur, quod fidem exolverent repromissam, de responso domini pape istud ad ultimum potuit optineri, quod libenter hec omnia faceret emendari, nisi quod civitatem timebat amittere supradictam. Videte, si erat hec efficax et iusta responsio,

**252.** h) propulsati primitus ceperamus 3. i) istos 3. k) parupendit 1. l) nuncios suos *des.* 3. m) procedentibus 3. n) notus 3. o) in 3. p) isto 3. q) *deest* 3.

quod pro timore dispendii temporalis solucio tante promissionis et fidei tardaretur. Hec ante tractatam et firmatam inter nos et ecclesiam concordiam contigerunt. (4) Nos autem nichilominus considerantes, discordiam supradictam non tam nobis[r] quam toti christianitati dampnosam et pacem generaliter profuturam, ad intercessionem nobilis viri R(aimundi) comitis Tholesani, qui pro pace predicta satis instanter et fideliter laboravit, predictis magistris[s] Petrum de Vinea et T(addeum) de Suessa cum eodem comite ad summum pontificem destinatis, in infrascripta forma in cena Domini apud Urbem in anno secunde indictionis iuravimus stare mandatis ecclesie: (Mart. 31.)

(I) Super facto terre inventa est forma que placet utrique parti[1]. (II) Super contemptu clavium scribemus generaliter per totum orbem, quod in contemptu ecclesie et potestatis ecclesiastice sententiam latam per dominum G(regorium) predecessorem suum non contempsimus. Sed cum nobis predicta sententia denunciata non fuerit, de consilio prelatorum et aliorum nobilium Alemanie et Italie processit quod, priusquam nobis denunciaretur, eam non tenebamur servare. Profitemur tamen et recognoscimus bene, quod deliquimus in hoc, non servando, et male fecimus, cum bene sciamus et credamus fideliter, quod tam super nos quam super omnes christianos reges et principes, clericos et laicos habet summus pontifex, quantuscumque[t] peccator et prevaricator existat, quod Deus avertat, in spiritualibus plenitudinem potestatis. Nichilominus et pro[u] isto excessu subsidium faciemus in militibus vel in pecunia, ubicumque dominus papa utilitati christianitatis quantumcumque et quale viderit expedire, alias ieiunia et[v] helemosinas facturi iuxta ordinationem domini pape; et sentenciam ipsam usque ad diem absolucionis humiliter et devote servabimus. (III) Super capcione prelatorum: inprimis omnia ea, que ad nos pervenerunt de hiis que capta sunt in galeis vel apud nostros[w] poterunt inveniri, integre restituemus et restitui faciemus. De reliquo volentibus dampna passis iuxta mandatum domini pape, de cuius benignitate confidimus, satisfaciemus. Faciemus autem[x] in satisfactionem huius offense et ob honorem Dei hospitalia et ecclesias ad disposicionem domini pape, quot et ubi et sicut viderit expedire; et predicta loca dotabimus sicut mandabit dominus papa. (IV) Super predictis et super aliis omnibus articulis, iniuriis, dampnis et offensis ante et post[2] ecclesiis et personis ecclesiasticis illatis, pro quibus excommunicati sumus, iurabimus precise stare mandatis domini pape et ecclesie; salva tamen sint nobis honores et iura nostra quoad conservacionem integram[3] imperii et regnorum nostrorum. (V) Et licet pro predictis offensis satis oblatum esse credamus[y], nichilominus tamen ad pleniorem satisfactionem et securitatem tam precedencium quam sequencium capitulorum et ad maiora devocionis indicia demonstranda stare volumus[z] consilio et ordinacioni tractatorum, scilicet dominorum Hostiensis episcopi, Stephani, Egidii et Ottonis cardinalium. Qui, excepta persona nostra, supplebunt in satisfactione et securitate quod viderint esse supplendum, ita tamen quod nichil faciant sine consilio et mandato domini pape; et predictis salvis de satisfactione et securitate, predicti tractatores facient[a] quod de consilio fratrum dominus papa decreverit faciendum. (VI) Super adherentibus autem ecclesie ita dicimus: quod omnibus hiis qui post ortam discordiam ecclesie adheserunt, undecunque sint, ex nunc plene omnis remittetur offensa tam ante discordiam quam post discordiam[b] sive occasione ecclesie sive alia commissa. Et omnia banna et

**252.** r) *in rasura manu eadem* 1; sibi 3. s) *corr. ex* predictos magistros 1. t) c̄q' *suprascr.* 1; quantumcumque 3. u) *pro* et pro 3: super. v) *deest* 1. w) nos 3. x) aut⁹ 1; etiam 3. y) credebamus 3. z) voluimus 1. a) faciant 3. b) *deest* 3.

1) *Addit Forma I supra nr. 246:* scilicet — ecclesie. 2) discordiam et latam sententiam *add. F. I.* 3) sine aliqua diminucione *add. F. I.*

sentencias contra eos latas revocabimus. Et si quas donaciones vel obligaciones eis fecissemus[c] post latam sentenciam vel postquam ecclesie adheserunt, relaxabimus[c], et[d.1] in plenam graciam reducentur, possessionibus eorum, iuribus et honoribus eis integre restitutis, etsi aliis sint concessa. (VII) Super aliis autem, qui ante ortam discordiam rebelles nobis fuerunt et erant tunc in guerra nobiscum, ita dicimus: quod remittetur eis omnis offensa, quam postea contra nos et imperium commiserunt. De offensis vero commissis ante ortam discordiam stabimus provisioni et ordinacioni domini pape et fratrum faciende infra tempus a domino pape prefigendum. Ipsis[e] omnibus dabimus plenam pacem[2]. (VIII) Super securitate vero illorum de Romaniola, qui post ortam discordiam ecclesie adheserunt, et nobilium de marchia Trevisana et marchionis Montisferrati et aliorum nobilium ubique[f], ita se credere[g] nos facturos dixerunt[h] nuncii supradicti[i], scilicet quod predicti nobiles in propriis personis, nisi ad provisionem domini pape, sed per substitutos, servire nobis minime teneantur; in iudicium autem vocati per nobiles et pares suos reliquos regionis eiusdem, aliis adherentibus ecclesie non exclusis, debeant iudicari de personalibus et realibus actionibus impetiti[k] et eciam de criminalibus accusati. Specialiter autem in Romaniola ad maiorem securitatem eorum, qui ecclesie adheserunt, statuemus capitaneum aliquem de prelatis Italie extra Regnum; sub cuius solius examine litigabunt usque ad beneplacitum domini pape tam in civilibus quam in criminalibus causis[3]. Municiones autem proprias faciemus per quos nobis placuerit custodiri; municiones[l] predictorum non ledemus vel tangemus sine consensu eius qui super eis fuerit deputatus[4]. (IX) Captivos[m] Romanos[n], Lombardos[5], Tuscos in galeis captos et alios omnes occasione discordie libere liberabimus et ab omnibus iuramentis et obligacionibus, quibus obligassent se nobis post capcionem, absolvemus omnes[o], tam eos[p] qui liberati sunt quam qui postea liberabuntur; et super hoc et[q] litteras nostras dabimus; fidelibus nostris, qui[r] capti sunt ubique, per detentores invicem liberatis[s]. Alios[t.6] omnes captivos captos occasione discordie inter[u] ecclesiam et imperium liberabimus. (X) Et eiectos[v] occasione prime discordie[w] vel secunde tam clericos quam laicos libere permittemus et secure redire ad propria et permanere secure, possessionibus[x] et bonis[y] eorum[z] integre restitutis. (XI) De discordia autem Romanorum volebamus stare ordinacioni domini pape et fratrum tam de restitucione dampnorum datorum in guerra quam de aliis, ita tamen quod statuatur de secura indempnitate nostrorum, et excepto castro Anticuli, de quo nullatenus compromittere volebamus. (XII) De dampnis datis per nos, officiales et baiulos nostros prelatis, ecclesiis tam religiosorum quam secularium vel aliis de mandato nostro post sentenciam latam in nos satisfacere volebamus secundum provisionem et benignitatem sedis apostolice[7].

**252.** c) relaxabimus *hic ponitur* 1. d) *deest* 1. e) etiam *add.* 3; et *add. F. I.* f) *abhinc usque* predicti *rasura in* 1, *quae partem membranae perforavit; correcturas fecit manus coaeva multis compendiis adhibitis, ita ut lectio incerta sit.* g) c̃dre 1; ita credant 3. h) sicut dixerint 3. i) isti 3. k) impediti 3. l) vero *add.* 3. m) 3 *ita:* Captivos in galeis captos nec non omnes Romanos, Lombardos, Thuscos et alios omnes captivos post latam sententiam excommunicationis, cuius ad presens absolutio petitur, liberabimus *etc.* n) *abhinc rursus* 2. o) omnino 3. p) omnes 3. q) *deest* 3. r) ut qui 3. s) liberandis 2; liberentur 3. t) Alios — liberabimus *des.* 3. u) inter *usque* discordie *des.* 2. v) Eiectos insuper 3. w) disc. prime 3; prime *legitur etiam in* 2. x) in poss. 3. y) rebus 2. 3. z) bonis *add.* 2. 3.

1) et in plenam gratiam reducentur *desunt F. I.* 2) ex nunc *addit F. I.* 3) Prelatos *usque* voluerit *addit F. I.* 4) Illis — eligendum, *de capitaneo marchiae Trivisanae, add. F. I.* 5) Lombardos *deest F. I.* 6) Alios — liberabimus *desunt F. I.* 7) ubi — et suorum *addit F. I, quae praeterea abundat capitibus 13—15.*

(5) Que cum parati essemus per[a] omnia observare, dominus papa motus propterea, quia nolebamus in eum super negocio Lombardorum, de iuribus et regalibus nostris scilicet compromittere, negat et differt absolucionem nostram, volentis[b] de manifestis, pro quibus excommunicati fueramus ab homine vel canone, satisfacere et emendam prestare et de dubiis satisdare, dummodo nobis exprimantur ea, que manifesta et in causa manifesti esse dominus papa dicat. Ad ostendenda preterea maioris[c] devocionis signa misimus predictos magistros Petrum et Taddeum munitos plenissima auctoritate generalium et singularium mandatorum et litterarum. Quas predicti nuncii, postquam iverunt[d], de mandato summi pontificis tribus cardinalibus ostenderunt, per que[e] manifeste constabat, quod super omnibus et singulis capitulis que manifesta erant satisfacere poterant et volebant, ostendentes eciam[f] sollempnes nuncios paratos, quos secum ad curiam Romanam duxerant, mittendos pro exequendis omnibus predictis per singulas partes imperii et regni nostri Sicilie[g], mora qualibet et ambiguitate remotis. Et cum predicti nuncii instanter instarent, ut si qua alia dominus papa manifesta haberet[h], exprimeret et eciam responderet, si sibi placeret in singulis modus satisfactionis oblatus, neutrum istorum optinere potuerunt; nisi quod dominus papa terram sibi simpliciter restitui[i] postulabat et alia suo consilio reservabat, adiciens quod omnia que manifesta erant nesciebat ad presens, et[k] quod multa manifesta sciebat que tunc dicere non volebat[l]. Quod cum predicti nuncii nimis nobis periculosum assererent, terram scilicet restituere et nos quodammodo demunire[m], priusquam per ecclesiam pacem haberemus, et particulariter satisfacere et sic diu postea, dum aliquis articulus excogitandus superesset qui manifestus diceretur, in excommunicacione manere[n], supplicabant[o] instanter, ut de oblatis et secundum oblatum modum, si sufficiens videretur, satisfactione recepta et satisdatione[p] de dubiis, super modo et tempore absolucionis nostre certitudinem[q] responderet, aut quod saltem alicui ex fratribus absolucionem[q] committeret, qui non prius[r] nos absolveret quam de presentibus manifestis aut aliis, que ad presens designarentur, satisfactio[s] sequeretur. Quod ab eo occasione Lombardorum, ut dictum est — licet de ea non palam sed clam et per alios faceret mencionem — nullatenus potuit optineri[t], imperatore Constantinopolitano, qui presens erat et casum imperii Romanie[u] et fere tocius Orientalis Terre miserabiliter causabatur, nec non comite Tholesano et quam pluribus aliis nobilibus et religiosis viris suppliciter et instanter[v] instantibus et nequeuntibus optinere. (6) Medio tamen tempore dum de[w] consummacione pacis prout[x] dictum est cum instancia tractaretur et nos[y] tam civitati Viterbii, que cordis nostri nervum tam amaro dolore pertigerat, ut est dictum, quam aliis terris ecclesie pacem mandaverimus exhiberi, subito sub securitate pacis ipsius civitates et loca de terris ecclesie et specialiter Viterbienses contra fideles nostros ipsarum[z] parcium hostilem facientes insultum, prout dabatur cuilibet oportunitas, successive multos ex nostris spoliaverunt[a] bonis, mancipavere carceribus et nonnullos[b] miserabiliter occiderunt, quasi quadam temporis oportunitate captata, quo[c] sub umbra pacis fideles nostros offenderent in personis et rebus. Propter quod ad defensionem nostrorum fidelium[d] ex imperialis offitii debito quamquam racionabiliter provocati, non tamen abiecimus[e] super firmitate pacis consummare[f] tractatum, instantissime repetentes ut, liquidis designatis de quibus ante absolucionem petebatur, omnimoda quantitate et

**252.** a) *deest* 2. 3. b) Volentes 2. 3. c) maiora 2. 3. d) advenerant 3. e) quas 3. f) preterea alios 3. g) *deest* 2. 3. h) et *add.* 2; ea *add.* 3. i) *deest* 2. 3. k) sed 3. l) valebat 2. 3. m) et insuper partic. satisfacere priusquam — haberemus, sic enim diu *etc.* 3. n) maneremus 3. o) itaque *add.* 3. p) satisdactione 1; satisfactione 2. q) *deest* 3. r) plus 2. 3. s) satisfactio 2; et satisfactio 3. t) quanquam *add.* 3. u) Romani 2. 3. v) et instanter *des.* 2. 3. w) tempore dum de *supra lin. add.* 1. x) *sequitur* paci *deletum* 1. y) ut 2. 3. z) istarum 3. a) exspoliaverunt 2. 3. b) etiam *add.* 3. c) *corr. in* 1; qua 3. d) infidelium 2. e) *corr. ex* adiecimus 1; adiciemus 2. f) consumacione 1. 2.

qualitate satisfactionum expressis[g], absolucionis nostre modus nobis et terminus diceretur. (7) Denique si queratur, cur[h] ante sacramentum non fuerunt hec omnia terminata et specialiter negocium Lombardorum, respondetur[i], quod Lombardorum questio ante sacramentum tractata exstitit et decisa, quamquam dominus papa, si dicere liceat, aliud in corde gereret quam voce proferret. Cum enim in tractatu[k] fuisset contencio de Lombardis et papa constanter instaret, ut precise compromitteretur in eum, sicut in quondam dominum Gregorium fuerat aliquando compromissum, et responderetur ei, quod tunc, quando compromissum fuerat in papam Gregorium, erat amicus noster nec nos excommunicatos habebat sicut vos habetis, et quia iam experti sumus periculum huiusmodi manifeste[l] de compromissione in ecclesia facienda, per quam, nedum quod nichil comoditatis fere per XV annos haberemus, immo incomodum reportavimus, dum quadringentos milites, ad quos pro multis offensis dominus Honorius[m] quondam papa Lombardos ex compromisso in eum facto condempnaverat, Gregorius contra nos, existentes[n] pro servicio Iesu Christi partibus transmarinis, transmisit in Regnum: tandem petiit ut, quia ecclesia se ad hoc obligaverat Lombardis, quod non aliter nobiscum pacem faceret nisi poneret ipsos in pace, ut Lombardis[o], quos ecclesie adherentes vocabat, rebelles imperii[p], pacem daremus et liberaremus captivos ipsorum[q]. Quod cum nuncii supradicti de dacione pacis concederent, captivos tamen non aliter dicerent liberandos, nisi prius sacramentis fidelitatis et caucione prestitis per eosdem, quod in curia nostra et coram principibus[r], prout est omnium regnorum iuris et moris, super detencione regalium et ipsorum obvencionibus starent et iuri parerent, dominus papa primo de Lombardis conveniendis in curia imperii retulit questionem, quam Lombardi ipsi nullo tempore ante retulerant, cum ipsos de imperio et vassallos imperii fore constaret. Perniciosissimum exemplo preterea sepedicti nuncii fore dicebant, si de iurisdictione vassallorum imperii seu quorumlibet regum per dominum papam questio seu dubietas aliqua referetur. Nichil exinde in manifestam imperii et omnium fere principum iniuriam potuit optineri; immo in evidencius nostrum preiudicium et manifestiorem nostram iniuriam, nullis eciam sacramentis fidelitatis prestitis per Lombardos, ipsos captivos restitui postulabat. Quod cum per nuncios nostros foret manifeste negatum, dominus papa suam quandam subtilitatem excogitans[s] dixit, quod verba ista de sacramentis fidelitatis et restitucio[t] captivorum de tractatu et articulis tollerentur et haberentur pro non scriptis aut dictis; credens quod sub articulo vel involucro pocius plene pacis, quam ex nunc promittebamus Lombardis dare, comprehenderetur restitutio captivorum. Quam subtilitatem vel pocius capcionem dum nuncii[u] perciperent, protestati sunt et manifeste dixerunt, quod nolebant nec intelligebant, quod sub verbis et articulo plene pacis captivorum restitucio comprehendi deberet. Ad expressiorem cautelam preterea, ubi de liberacione[v] captivorum agitur, expressum est in illo capitulo[1], quod captivi capti in galeis et occasione presentis discordie liberentur, cum captivi, quos tenemus, dudum ante discordiam inter ecclesiam et imperium in victoria de Mediolanensibus habita capti fuissent. (8) Ultimo cum nichilominus ad sacramentum et pacem ut dictum est in cena Domini processum fuisset, domino papa forsitan vel in concepta subtilitate sua post sacramentum prestitum credente procedere, quasi nobis strictius obligatis, vel dum aliud a nunciis optinere forte non poterat, formam acceptante[w] predictam, subsequenter ad[x] Mediolanensium et aliorum Lombar-

Mart. 31.

**252.** g) expressus 2. h) *deest* 2. i) respondent 2; respondemus 3. k) enim tractata 2. 3. l) materie 2. 3. m) III. *add.* 2. 3. n) exeuntes 2. 3. o) rebellibus imperii *add.* 2. 3. p) reb. imperii *des. hic* 2. 3. q) eorum 2. 3. r) *in rasura et manu alia coaeva* 1; paribus 2. 3. s) quandam utilitatem esse 2. 3. t) restitucione 2. 3. u) *deest* 2. 3. v) restitucione 2. 3. w) attentantem 2. 3. x) a 2.

1) *Cf. supra c. 4, art. IX.*

dorum qui presentes erant in curia lacrimas et querelas peticionem suam de compromissione super[y] negocio precise in ipsum et ecclesiam facienda[z] denuo refricavit[a]. Quod cum nullatenus nuncii facere vellent, presertim cum tantam affectionem ad Lombardos et eorum negocium dominum papam habere viderent, tandem ad viam aliam 5 se convertit, ad[b] peticionem restitucionis terre scilicet, nulla de absolucione nostra facta certitudine seu[c] promissa. Quod quam periculosum nobis foret, aliis articulis in contencione manentibus et domino papa in huiusmodi voluntate quam pro Lombardis contra nos conceperat persistente, cuiuslibet sane mentis industria manifestissime comprehendit. (9) Demum ne tam desideratum mundo negocium rumperetur, vias 10 omnes invenire studuimus et modos, qualiter ad consummacionem omnimodam boni principii procedi valeret. Et sicut ex vicinitate corporum posset concurrere[d] vicinitas voluntatum, optulimus sibi eciam sub hoc dubio non modicam terre partem restituere, si vellet in Campaniam se conferre, ubi nos circa regni nostri confinia vicinantes per frequentes internuncios et per[e] nos ipsos, si rerum utilitas postularet, personaliter 15 insimul conferre possemus; ut tamen nobis interea caveretur de terre reliquo, que in nostris manibus remanebat, contra voluntatem nostram a nobis nullatenus avertendo. Quod cum admittere primitus noluisset, tandem post varios tractatus annuit, non in Campaniam sed Narniam se velle conferre. Unde nos Interamne manentes per quinque tantummodo[f] miliaria distabamus. Nobis demum iuxta condictum expectantibus ad- 20 ventum ipsius, ipse variato proposito Urbem exiens ad civitatem Castellanam se contulit et ultra procedere recusavit. (10) Veniens autem Narniam magister Oddo venerabilis Portuensis episcopus cardinalis, qui velut variati propositi nescius papam ibidem crediderat invenire, reiterato tractatu cum nunciis nostris, dum per collocuciones mutuas[g] ad hoc perventum esset[h], quod si latenti morbo videlicet de negocio Lom- 25 bardorum medicina non esset apposita, pax omnino procedere non valeret, nos pro bono pacis infrascriptas formas in scriptis dedimus cardinali predicto:

> Super negocio rebellium Lombardorum, qui videlicet ante ortam discordiam inter ecclesiam et imperium rebelles nobis fuerunt, ita dicimus: quod parati sumus compromittere in dominum papam; ita videlicet quod pro honore domini pape et 30 ecclesie compromissum ipsum publice fiat sine condictione[i] et sine adiectione temporis, set precise. Cavebitur tamen nobis per litteras domini pape, quod id, quod Lombardi prefati, Mediolanenses scilicet et sequaces eorum, optulerunt nobis in tractatu pacis post optentam de eis victoriam, iubebit[k] nobis eos facere, et non *1237. Dec.* minus. Forma autem predicti tractatus inferius declarabitur seriatim. Vel si ad 35 illud non poterunt forsitan induci Lombardi, iubebit facere eos quod optulerunt ante optentam victoriam de eisdem; hoc adiecto quod de obsidibus dandis, quos *Nov.* in ipso tractatu Lombardi dare voluerunt, pronunciabit dominus papa, videlicet de tot et talibus obsidibus, per quot et quales dominus papa nobis et imperio cautum esse videbit[l]. Et hec determinabuntur infra certum tempus trium mensium, scilicet 40 computandorum a die quo ambe partes cum plena auctoritate coram domino papa comparuerint vel earum altera in prefixo termino dato, qui tamen duorum mensium spacium[e] non excedat, comparere voluerit[m]. Illud autem, quod in tractatibus predictis, primo vel secundo scilicet, in contencione erat et super quo cum Lombardis prefatis concordare non potuimus, excepto de obsidibus sicut dictum est, 45 erit in arbitrio domini pape.

**252.** y) sub 2. 3. z) faciendam 1. 2. a) repetivit 2. 3. b) *deest* 3. c) vel 2. 3. d) occurrere 2. 3. e) *deest* 2. 3. f) tantum 2. 3. g) nunciis super collocucione mutuis 2. 3. h) est 2. 3. i) conditione 2. 3. k) *corr. ex* iubet 1. l) viderit esse cautum 2. 3. m) voluerint 1; vol. comp. 2. 3.

1237. Nov. (11) Forma autem oblacionis in primo tractatu talis fuit: Videlicet optulerunt nobis pro honore nostro et imperii publice se ponere in mercede nostra et proicere vexilla eorum ad pedes nostros. Optulerunt eciam Societates[n] disolvere et renunciare paci Constancie. Super offensis autem usque ad tempus illud perpetratis optulerunt emendam iuxta tractatum cum cardinalibus habitum, scilicet domino Hostiensi et magistro Thoma de Capua, de quadringentis[o] usque ad quingentos milites citra mare scilicet et non ultra mare mittendos et per biennium moraturos vel danda pecunia pro militibus illis[p], prout ipsi Lombardi eligerent. Specialiter autem Mediolanenses offerebant censum pro Seprio[q] et Martesana[r] non solutum solvere a die coronacionis nostre usque in diem habiti tractatus; ita tamen ut nos remitteremus eis omne ius quod acquisitum erat nobis et imperio ex cessacione census pro preterito tempore non soluti, et novam concessionem faceremus et confirmacionem iuxta tenorem privilegiorum suorum comuni Mediolanensi de comitatibus supradictis[s]. Cremam autem offerebant se reddituros nobis, quam in recommendacione et defensione ab imperatore Henrico patre nostro recepisse dicebant, ut tamen eis et Cremensibus cautum esset per litteras nostras, quod nos Cremam Cremonensibus tradere seu reddere non deberemus, sed ipsam[t] in nostro et imperii dominio retinere. De Insula autem Fulcherii nullam questionem referebant, sed ipsam se dimissuros in manibus nostris simpliciter offerebant. Petebant autem predicti Lombardi remissionem omnium offensarum per eos contra nos et principes quomodolibet[u] contra imperium commissarum. Petebant eciam, quod nos permitteremus eis[v] conservare civitates tunc rebelles salvas et integras muris, portis et fossatis, et in omni eo statu in quo tunc erant. Super iurisdictionibus autem petebant, quod nos eas civitatibus conservaremus, que de eis specialia privilegia post pacem Constancie a predecessoribus nostris habuerunt. Idem[w] petebant de omnibus aliis castris, villis, iuribus[x] et honoribus, de quibus specialia privilegia ut dictum est civitates habebant. De hiis autem iurisdictionibus, terris et iuribus, de quibus specialia privilegia non habebant, offerebant se stare iuri in curia nostra et coram principibus[y] imperii. Simpliciter autem offerebant restituere nobis quicquid imperator Henricus tenuerat usque ad obitum suum. Civitatibus etiam[z], que nobiscum tunc erant et modo[a] sunt, offerebant se restituturos[b] quicquid de iure et pertinenciis ipsarum habebant. Super obsidibus autem altercacio fuit; et nos eos ad cautelam nostram et imperii petebamus nec sacramentis tantum volebamus esse contenti; quos ipsi nullatenus se velle dare dicebant, sed alias securitates offerebant. Petebant autem securitatem pro parte sua a nobis sibi per ecclesiam faciendam; sed nos per nos[c], filios nostros et principes imperii securitatem faciendam offerebamus. Petebant Mediolanenses prefati, quod nos promitteremus eis, recipere ad graciam nostram alias civitates, que tunc Mediolanensibus adherebant, non simul sed semotim et singillatim, prout quelibet ad graciam nostram per[d] se venire volebat; contra eam autem vel eas civitates seu personas, que vellent in rebellione persistere, promittebant Mediolanenses assistere nobis et esse nobiscum, sicut fideles vassalli dominis suis assistere tenentur et debent. Super iurisdictionibus autem contencio erat, quia nos eas ab omnibus civitatibus simpliciter et precise habere petebamus, que de eis[e] nostra et progenitorum nostrorum privilegia non haberent[f].

1237. Dec. (12) In secundo tractatu post optentam victoriam oblata fuerunt omnia et singula supradicta[g] et eis amplius, quia comitatus Seprii et Marchesani[h] et[i] privilegia ex eis

**252.** n) civitates 3. o) vel *add.* 2. 3. p) ipsis 3. q) se primo 2. 3. r) Martesañ 1. s) suis 2. 3. t) *deest* 2. 3. u) quoslibet 2; quoslibet seu 3. v) eas 2. 3. w) Item 2. 3. x) ruribus 2. 3. y) rincipibus *in rasura manu coaeva* 1. z) autem 2. 3. a) nunc 2. 3. b) restit^m^os 1. c) naturales 2. 3. d) pro 2. 3. e) *pro* que de eis 2. 3: de quibus. f) habebant 2. 3. g) scripta 2. 3. h) Marchesañ 1. i) *deest* 2. 3.

optenta, non devastanda sed conservanda, nostris manibus resignare volebant: obsides eciam offerebant, licet de numero, quem nos non posse tunc temporis designare dicebamus, et de tempore retinendorum obsidum fuisset altercatio inter partes. De iurisdictione autem, quam nos simpliciter sicut quilibet rex in terra sua habere volebamus, similiter contencio fuit, quamquam Mediolanenses se contentos[k] haberent recipere capitaneum a nobis, quem eis dare vellemus et ibidem ad voluntatem nostram dimittere, qui iurisdictionem et merum imperium in civitate Mediolanensium et eius districtu pro parte nostra et imperii exerceret.

(13) Preter priores formas de negocio Lombardorum optulimus compromittere in dominum papam et fratres, ita tamen quod prius omnino rumpatur promissio, protectio et quelibet obligacio habita inter eum et ecclesiam ex una parte et Lombardos ex altera, quia non deceret nec expediret nobis compromittere de negociis imperii, de quibus est questio inter nos et Lombardos, in protectorem rebellium Lombardorum et eis super hiis specialiter obligatum; et hoc salvo iure et honore[l] imperii, deducta expressim de compromisso pace Constancie, ita quod de ea servanda dominus papa et fratres nichil valeant arbitrari, cum sit provisum[m] et firmatum per principes imperii, quod predictam pacem tamquam factam in evidens preiudicium iuris et honoris imperii non debeamus observare; ita tamen quod ex compromisso predicto ad nullas cauciones alias teneremur vel obligaremur, nisi per promissionem[n] et obligacionem nostram[l] et principum et comunium civitatum et aliorum fidelium nostrorum Lombardis proinde faciendas pro compromisso et pace servandis, apposito termino finiendi arbitrii prout in superiori forma continetur. (14) Predictis autem modis in dominum papam compromittere voluimus[o]. Quod si acceptare nollet, optulimus nos passuros, quod nuncii rebellium Lombardorum venirent ad curiam Romanam et quod dominus papa tractaret inter nos et eos, et ex tractatu predicto procul dubio credebamus concordiam proventuram: ut tamen, sive compromissum fiat sive simplex tractatus ut dictum est, prius absolvamur[p] quam aliquid de predicto negocio inchoetur nec[q] propter tractatum vel diffinicionem absolutio differatur. Petivimus etiam ut, priusquam[r] ista fiant, declarentur omnia que dubia et obscura sunt in forma pacis tractate inter nos et ecclesiam, et quod mandata facienda per dominum papam declarentur et fiant, specialiter de hospitalibus faciendis, similiter etiam de subsidio militum et pecunie pro contemptu clavium faciendo. Volumus eciam declarari et specificari iura nostra, que habemus et habere debemus in Marchia et Ducatu et alia terra quam ecclesia tenet, videlicet de exercitu et[s] cabalcata et parlamento, mercato et procuracione, que nos tamquam advocati, patroni et defensores ecclesie habere debemus de terra predicta et de quibus in possessione fuimus usque ad tempus discordie, quamquam de modo habendi exercitum et cabalcatam predictam[t] aliquando contencio fuerit[u] inter nos et summos pontifices Honorium et Gregorium[v], qui ea non iure nostro vel[w] ad mandatum nostrum, sed ad mandatum ecclesie requisite de hiis nos debere percipere[x] et habere dicebant. (15) Hec autem[l] ideo dicimus, non propterea ut occasionem pacis impediende vel differende queramus, sed ut omnibus declaratis et firmiter compositis, que discessionem[y] et discordiam inter nos et ecclesiam excitabant, nos serviciis Dei et ecclesie ac imperii negociis possemus in posterum secure vacare. Nec miretur aliquis super eo, quod hec omnia exprimi et declarari prius non petivimus[z]. Nos enim de iusticia et innocencia nostra, quam quondam dominus papa Gregorius predecessor istius ob favorem rebellium[l] Lom-

**252.** k) continentes 2. 3. l) *deest* 2. 3. m) promissum 2. 3. n) ad prom. 3; ad permissionem 2. o) volumus 2. p) absolveremur 2. 3. q) nisi 2. 3. r) postquam 1—3. s) de ex. et *des.* 2. 3. t) predictis 1. u) fuit 2. 3. v) Honor̄ et Gregorio 1. w) vel *usque* nostrum *des.* 2. 3. x) recipere 2. 3. y) dissensionem 2. 3. z) exprimere et declarare pr. non potuimus 2. 3.

bardorum ruinose dampnaverat, nec non de promissa nobis per fide dignissimos istius[a] summi pontificis benignitate et circa nos affectione confisi, hec ante firmatam pacem et sacramentum prestitum non[b] discussimus. Nunc autem cum verbis et factis ipsius voluntatem experti sumus, nos committere metuimus manifesto potius[c] periculo quam fortune; presertim cum proprio tantum motu nec consilio cardinalium, prout est approbati iuris et moris ecclesie Romane, regatur, immo[d] nonnullis cardinalibus, maxime auctoritatis viris, in facie dixerit, quod nec ipsos vellet consulere nec sequi consultos. (16) Ostendit autem, ut dictum est, motum suum contra nos post firmatam pacem in multis. In primis quia, cum promiserit non propalare tractata, priusquam a partibus absoluta et in mundum recepta essent, bulla domini pape ad cautelam nostram et sigillis magistrorum Petri de Vinea et Thaddei de Suessa tractatorum ad cautelam ecclesie sigillata, ipsam formam tractatus predicti, multis evidenter ultra et aliter quam dicta et tractata[e] fuissent adiectis[f] in ea, omnibus[g] exposuit in comuni, adeo quod apud Lateranum quibuslibet pro sex denariis volentibus emere vendebatur. Et de hoc publicum testimonium invocamus et specialiter cardinalium, qui de hoc admodum doluerunt. Palam eciam coram cardinalibus, imperatore Constantinopolitano et comite Tholosano dixit, quod de[h] uno solo articulo satisfactionum, scilicet de iniuria prelatorum captorum[h], satisfacere non poteramus pro quadringentis milibus marcarum argenti. Dixit eciam nimis iratus, dum de[i] negocio Lombardorum in ipsum precise compromittere nollemus, quod adhuc rogaturi eramus de hoc, et ipse nollet recipere[k] compromissum. Alias eciam in favorem rebellium Lombardorum voluntatem suam valde detexit, causam ipsorum manifeste defendens et[h] de fidelitatibus a Lombardis nobis et imperio faciendis referens questionem. Procuravit preterea, qualiter terra, quam tenemus et de qua forma inventa erat que utrique parti placebat, ante pacis eventum[l] averteretur a nobis et contra[m] voluntatem nostram adhereret eidem, recipiens prefectum et quosdam sequaces suos cum terris eorum, qui omni tempore imperii fuit et dignitatem ab imperio recepit et de quo numquam questio fuit per ecclesiam nobis relata. Nuper eciam nunciis regis Francie et deinde coram omnibus cardinalibus dixit, quod si eciam nos absolveret et Lombardi pacem plenam non haberent, ipse post absolucionem adiuvaret Lombardos contra nos. (17) Hec et multa alia sunt que nos deterrent, quare nos voluntati domini pape committere metuimus vel in totum aut partem satisfacere, priusquam simus de absolucione et pace securi. Nichilominus tamen, ut evidenter mundus agnoscat, quod nos pacem desideramus nec occasionem querimus qualiter a pace discedamus, parati sumus nos committere duobus cardinalibus scilicet infrascriptis, quibus dominus papa negocium totum[h] absolucionis committat; qui eciam satisfactiones recipiant de manifestis et de dubiis caucionem, qui que liquida sunt et de quibus emenda precedere[n] debet exprimant, et designent quibus factis absolvant nos, papa inrequisito, sed plenam super hoc de consilio fratrum auctoritatem[o] habentes. Super facto eciam Lombardorum, quia sine consilio principum, pace Constancie non excepta, nos alicuius arbitrio committere non debemus aut possumus, stabimus libenter uni de formis datis domino Oddoni venerabili Portuensi episcopo cardinali, quam ex eis dominus papa eligere voluerit. Vocabimus eciam libenter principes et, si de consilio eorum processerit, quod plus facere debeamus, plus libentissime faciemus in negocio supradicto[p], ad hoc ut pax valeat provenire. (18) Predictis vero compositis et declaratis, parati fuimus iuxta condictum terram totam[h] restituere quam tenemus et ecclesia tempore[q] orte discordie possidebat, postquam[r] de ea[s] discederemus

**252.** a) istius — benignitate *des.* 2. 3. b) non *superscr.* 1. c) oti *in rasura* 1; manifestum peius 2. 3. d) regat et 2. 3. e) munita 2. 3. f) *superscr.* 1; adiectis in *des.* 2. 3. g) omnia 3. h) *deest* 2. 3. i) *deest* 1. 2. k) ipse non reciperet 2. 3. l) adventum 2. 3. m) citra 2. 3. n) procedere 2. 3. o) actoritatem 1. p) scripto 2. 3. q) temp. orte disc. *des.* 2. 3. r) priusquam de Almania postquam 2; priusquam de Alemannia 3. s) de ea *des.* 3.

et Regnum intraremus. Optulimus tamen[t], si dominus papa in Campaniam ire voluerit et ibi morari, dum predicta omnia declarentur et absolucio subsequatur, partem terre restituere de qua actum est; ut tamen nobis caveretur, quod dominus papa per se vel per alium non procuret vel procurari permitteret aut eciam sine procuracione reciperet
5 terram aliquam seu personam a fidelitate nostra divertere et ad ecclesiam redire volentem usque ad Kalendas Marcii primo futuras. Optulimus eciam, quod si dominus papa voluerit in Campaniam ire, non recepta parte terre de qua agitur, nos cessari faceremus a guerra, que fit alicubi[u] contra terram quam ecclesia tenet. Propter tantum bonum eciam consummandum ad plura descendimus, ad que nullomodo descendere
10 credebamus, videlicet quod[v] super facto Lombardorum, retentis prioribus formis super declaracione facienda in aliis capitulis que in forma pacis devenerunt, si dominus papa committere voluerit[w] totum negocium absolucionis Portuensi et Albanensi episcopis, nos stabimus dicto et declaracioni ipsorum. Super declaracione facienda super iure, quod habemus in terra ecclesie, petivimus expresse apponi: de exercitu, parlamento,
15 cavalcata, fodoro[x] et procuracione; aut si predicta expressim designare noluerint, contenti sumus, quod serventur nobis ea omnia que principes imperii habent in terris ecclesiarum quarum ipsi sunt advocati; et super hoc stabimus testimonio principum predictorum. (19) Deinde cum ad procedendum super formis predictis nobiles viri imperator Constantinopolitanus[y], comes Tholosanus et magistri Petrus de Vinea et
20 Thaddeus de Suessa post collacionem super eis cum domino papa et fratribus habitam, vocati per magistros Oddonem Portuensem et Petrum Albanensem episcopos cardinales, ad curiam processissent, cum post diversos tractatus super restitucione partis terre ut predictum est et[z] processu pape in Campaniam convenissent, data predictis nunciis firma fiducia de[v] summi pontificis, cum quo cardinales predicti de forma ipsa tracta-
25 verant, voluntate[v], tandem papam variasse consilium responderunt et in Campaniam ipsum procedere nolle dixerunt. Redeuntibus vero predictis nunciis ad nos cum varietate predicta, subsequenter predicti nobiles imperator et comes, qui post ipsos remanserant, redierunt et a cardinalibus supradictis de expressa voluntate summi pontificis habuerunt, quod si nostro beneplacito residebat[a] dominus papa Reate, libentissime
30 procedebat sub modo et condicionibus[b] quibus processurus in Campaniam petebatur. Quod ipsum eciam tandem acceptantibus nobis, dum ad complementum indubitatum predictos viros egregios imperatorem et comitem ac prenominatos iudices nostros remitteremus ad papam et fratres, XXIX. Iunii[c] secunde indictionis occurrit eis procedentibus obiter[d] rumor ultra quam dici valeat insperatus: videlicet quod prefatus
35 papa et pater noster precedenti nocte accinctus gladio in habito militari nocte[v] Sutrium exiverat, relictis et omnino celatis cardinalibus aliis et[v] nepote suo cardinali tantummodo comitatus, et se contulerat ad galeas, quas occulte Ianue fecerat preparari et occulte, simulata prorsus alia occasione, venire; et cum Ianuensibus nobis et imperii nostri rebellibus subito navigavit ad Ligures vel ad transalpinas partes, ut creditur,
40 processurus in nostrum et imperii, si posse quod absit voluntati consenserit, nocumentum. Animadvertat igitur industria vestra, utrum pax in puritate nobiscum vel aliter tractabatur, cuius tractatu pendente per[v] galearum vocacionem, nobis et cardinalibus eciam sicut credimus prorsus ignaris, de ruptura negocii agebatur etiamsi[v] occulte; animadvertat, si nobis esset expediens ac securum, causam nostram[e] et tantam
45 arbitrio tali[f] vel iudici committere terminandam.

1245. Mart. 1.

Iun. 29.

**252.** t) eciam 2. 3. u) alibi 2. 3. v) *deest* 2. 3. w) committeret 2. 3. x) foro 2. 3; mercato *supra p. 349, l. 34.* y) et *add.* 2. 3. z) cum 2. 3. a) resideret 2. 3. b) contictionibus 1. c) *corr. eadem manu ex* Iulii 1; Iulii 2. d) rumor ob iter 2. 3. e) talem *add.* 2. 3. f) *pro* tal. v. iud. 2. 3: talis iudicis.

## 253. *ENCYCLICA IMPERATORIS MINOR MAIOREM INSINUANS.*
*(1244. Aug.)*

*Epistolam, qua imperator regibus et principibus libellum praecedentem (nr. 252) insinuavit, quae exstat inter dictamina Petri de Vineis l. I, c. 32, edimus ope* 1) *codicis Parisini lat. 13059 (S. Germain Harlay 455) pars I fol. 16';* 2) *codicis Vaticani Palat. 955 membr. saec. XIV*[1], *lib. I, nr. 28 (rectius 32), quem iam olim exemplavit Pertz. Epistola, quae in codice Vaticano fidelibus imperatoris inscripta est, in codice Montispessulano 139, pariter atque in 1, ad regem Ungariae data legitur*[2]. — *Huillard-Bréholles VI, 203 (adhibitis codicibus 1, Parisino Notre-Dame 202, Phillipsiano 8390). Böhmer, Reg. imp. V, 3435.* *(P. deest.)*

Fridericus etc. regi Ungarie illustri[a].

Quod[b] ad publice notitie fores, que post firmatam — utinam melioribus auspiciis — pacem inter nos et ecclesiam contingerunt[c], insinuatio nostra sero perduxerit[d], causa fuit tractatus de pacis[e] consumatione continuus et firma[f] fiducia de summi constantia sacerdotis. Sed nec minus hoc calami nostri retardavit[g] officium, dum satius[h] credebamus sub ylaritatis[i] spe vota vestra[k] suspendere quam quod[l] conceptam[m] de pace letitiam amaritudinis nuncius occuparet. Quia tamen pro taciturnitate[n] ulterius obumbrare non possumus quod, tacentibus omnibus, rerum ipsarum[o] evidentia loquitur[p] et dissimulari diutius fama preambula[q] non permittit[r], ecce[s] quod veritatis stilo describimus quod, teste testium omnium primo, si tempus et causa permitterent, valde libentius taceremus. Parcat[t] igitur nobis communis auditus et vester[u], si cause nostre iustitiam prescribi temporis spatio[v] non sinamus[w], presertim cum eo se non porrigat nostre voluntatis intentio vel scripture, quod derogare[x] cuiusquam fame vel[y] iuri per detractionis obloquium[z] intendimus[a]. Et sic[b] presentibus litteris innocentiam nostram purgare sufficiat, ut in nullo prorsus inficiant alienam. Quantum autem[c] et qualiter ad presentis guerre discrimen tanquam ad occisionem ovis[d] et agnus ad victimam tracti sumus inviti, regalem industriam[e] nostre mansuetudinis littere[f] sepius docuerunt. Sed et preteritum animi[g] nostri propositum subsequens voluntatis indicium declaravit[h], dum sublato de medio quondam G(regorio) summo pontifice, qui velut paterne dilectionis ignarus in[i] filium victricans tanti discriminis origo fuit et causa, quasi preteritorum ipsorum[k] obliti nedum filiali compassione sumus[l] viduitatem ecclesie prosecuti, verum etiam ad restituendum sibi novi[m] sponsi solacium opem et operam dedimus efficacem, stuporem[n] sensibus hominum inducentes, qui[o] desiderium nostrum in erectione[p] novi pugilis admodum mirabantur. Angebat tamen nos[q] universalis mali compassio et promissa nobis indubitata[r] fiducia de substituendo pastore pacifico delectabat. Propter quod, sicut magnificentiam regiam credimus non latere[s], nostros reseravimus carceres,

**253.** a) Fer, . . regis vngarie illustri 1; *inscriptio deest* 2, *ubi rubrica similis edd.:* Fridericus fidelibus suis de servitiis collatis ecclesie per eum et de creatione novi pontificis. b) *deest* 2. c) contingerant 2. d) *sic* 1. 2. e) *deest* 1. f) summa 1. g) tardavit 2. h) sanctius 2. i) ylari satis 2. k) vota nostra 1; tua vota 2. l) *deest* 2. m) ceptam 1. n) pro tac. *des.* 2. o) ipsorum rerum 2. p) loquimur 2. q) preamula 2. r) permittat 2. s) ecclesie 2. t) Pateat 2. u) tuus 2. v) sp. temp. 2. w) signamus 2. x) derogat 2. y) vel iuri per *des.* 1. z) alioquin 1. a) intendamus 1. b) Sed 2. c) enim 2. d) ovis ad occ. 2. e) *loco* reg. ind. 2: devotionem tuam. f) sepe *add.* 2. g) p̄cl̄ctū āī 1; preteritam cum 2. h) declinavit 1; iudicium declarabit 2. i) *deest* 2. k) preteritarum irarum 2. l) sumus fil. comp. 2. m) novi sibi 2. n) stupetem 1. o) sensibus omnium inducentis ita quod 2. p) creatione 2. q) nos tamen 2. r) *loco* prom. nob. indub. 2: firma. s) Quapropter sicut et latere non credimus 2.

1) *V. 'Archiv' V, 420. 422.* 2) Fr. regi Ungarie significat promocionem novi pontificis de cuius persona confidit. *Adnotavit Waitz.*

quos in exterminium nostrum[t] temere navigantium repleverat copia[u] prelatorum, exercitus solvimus[v], quibus Urbem[w] urbium caput pre foribus cinxeramus[x], fratres per diversa loca dispersos in[y] unum reduci parata viarum securitate curavimus, ut ecclesie de pastore liberius et[z] nobis ac[a] mundo de patre salubrius et[b] facilius providerent. 5 Quorum votis[c] in istum summum pontificem inspiratione divina, sicut nostra[d] tenere debet opinio, concordatis[e], gavisi fuimus[f] gaudio magno, valde probabiliter estimantes orthodoxam et universalem ecclesiam radio novi luminis illustratam, Romanum imperium nova iustitie generatione letatum[g], quod de[h] se filium genuit, quem patrem orbis et fidei fore[i] merito gloriatur. Igitur offerentibus nobis cum[k] persone[h] meritis, cum[k] 10 innocentie nostre iustitia[l] prorsus[h] indubitabilem spem de pace, cursim ad ipsam processimus, offerentes eamdem ad[m] honorem Dei et ecclesie primitus[n] quam prestolaremur oblatam. Demum qualiter non solum nostra sed omnium sit expectatio, proh dolor, personarum aut[o] temporum iniquitate frustrata, ne narrationis unius longe contextu tam aures vestre[p] quam oculi fastidirent[q], totius eiusdem cause processum et[r] seriem 15 alteri[s] pagine duximus committendum, ut velut mutato ferculo, perfecta lectura presentium, nova novorum perceptio vestrum[t] delectet[u] auditum.

## 254. *EPISTOLA IMPERATORIS AD CARDINALES PORTUENSEM ET ALBANENSEM.* *(1244. ex.)*

*Epistola, qua imperator cardinalibus quibusdam committit potestatem resumendi* 20 *pacis tractatus, damus ex* 1) *codice Parisino 13059 (S. Germain Harlay 455), pars I fol. 16', quo etiam nisus est Huillardus;* 2) *editione Martenei in Collectione amplissima II, 1137 nr. 3 e codice quodam reginae Sueciae proflua;* 3) *codice Guelferbytano Aug. 4° XIII. 3 fol. 52 ep. 22. Pertz textum ex 2 et 3 non bene confecerat. Cardinales fuisse episcopos Albanensem et Portuensem, quorum arbitrio iam antea se commiserat imperator,* 25 *nuncium vero, quem eis imperator misit, Raimundum comitem Tolosanum, Huillardus opinatus est. — Huillard-Bréholles VI, 222. Böhmer, Reg. imp. V, 3451.*

*(P. 353.)*

Licet[a] pater apostolicus, ut salva[b] sui gratia loquamur, spreto moderamine pacis quam offerebamus ex animo, imperceptibiliter ad partes profectus sit[c] ultramontanas — 30 utinam non in scandalum generale — nos tamen ob reverentiam, quam ad matrem habemus ecclesiam, quam aliquando[d] provocati offendimus nostram iniuriam prosequentes, in eodem proposito persistentes ad reformandam pacem, que iam posita erat in termino, et ad satisfaciendum sicut decet totis viribus aspiramus[e]. Et quia de quolibet vestrum tanquam[f] de patre confidimus[g], compositionis modum studio arbitrii vestri super 35 omnibus articulis duximus committendum, ratum habituri quicquid pro parte[h] nostra, ratione previa, statueritis. Istud[i] autem adicimus, ut in compositione imperii non minuatur dignitas nec in satisfactione excellencia iniuriis[k] propulsetur. Et ecce de

**253.** t) nostr. ext. 2. u) cop. repl. 2. v) solvi 2. w) urbe 2. x) capud presentibus cinseramus 2. y) ut 2. z) *deest* 2. a) et 2. b) salubrius et *des.* 1. c) notis 2. d) sic 40 vestra 2. e) concordati 1; concordantis 2. f) sumus 1. g) locatum 2. h) *deest* 2. i) *deest* 1; forte 2. k) tum 2. l) *deest* 1. m) ad — ecclesie *des.* 2. n) primitiis 2. o) et 2. p) nostre 1; tue 2. q) fastiderunt 2; totius *deest.* r) et seriem *des.* 1. s) alterius 2. t) *deest* 1; nostrum 2. u) vel demulcet *add.* 2.

**254.** a) *praecedit in* 2: Fridericus quibusdam cardinalibus; *rubrica in* 2: Quibusdam cardinalibus. 45 Compositionem pacis inter se et papam eorum committit arbitrio; *rubrica in* 3: Quibusdam cardinalibus committit potestatem reformande pacis inter ipsum et papam. b) ut s. *des.* 3. c) *deest* 1. 3. d) alī 1; aliunde 2. 3. e) peroptamus 2; peroptando 3. f) sicut 3. g) et *add.* 2. 3. h) pace 2. i) Illud 2. 3. k) *deest* 2.

latere nostro mittimus ad vos . . . .[1] per quem[m] quicquid inveneritis de modo compositionis in mente apostolica et venerabilium fratrum[n] vestrorum, expectationi nostre vestris litteris remittatis.

## 255. *EPISTOLA PATRIARCHAE ANTIOCHENI AD RAINERIUM CARDINALEM. (1245. Mart.)*

*Exscripsit Pertz e codice Vaticano Palat. 953 saec. XIII. med. ep. 31, edidit ex eius exemplo Winkelmann 'Acta imperii inedita' I, nr. 718. (P. deest.)*

Venerabili[a] in Christo patri et amico karissimo R(aynerio) Dei gratia Sancte Marie in Cosmedin diacono cardinali Al(bertus) miseratione divina sancte et apostolice sedis Antiochene patriarcha.

Recepimus vestras litteras et tenorem intelleximus earumdem. Verum quia princeps iam precesserat, non sibi loqui tunc potuimus super hiis que in ipsis litteris habebantur. Locuti fuimus cum quibusdam de suis illico super hiis; que sic esse penitus non concedunt; et si qua sunt, preter conscientiam principis agi dicunt, sicut multa sepe fiunt per ipsius baiulos et vicarios, de quibus dolet adeo, cum ad notitiam eius veniunt, quod plerumque multos ex ipsis punit graviter non solum in rebus set etiam in personis. Loquemur[b] autem ipsi cesari diffusius super hiis, cum ad ipsum accesserimus Interampnis, et vobis tunc poterimus plenius intimare quod de ipsius cognoverimus voluntate, quam, quantum humana fragilitas noscere potest, ad pacem et concordiam credimus esse promptam, quicquid accidat et ab aliis opinetur. Que[c] tamen in reversione magistri Alamannorum manifestius cognoscere nos speramus, quem non ad ipsius petitionem vel instantiam, ut tempus preterfluat et interim nichil fiat, secundum quod in vestris litteris habebatur, ad curiam destinatum esse sciatis, set propter dubitationem solummodo quam super quodam facto Lombardorum emergentem noviter habebamus. De quo tamen nec a summo pontifice nec aliquid[d] a principe nobis in prioribus tractatibus tactum erat, nec ipsum summum pontificem nec Lombardos propter hoc processum pacis velle credimus impediri. Propter quod nec illudi nobis credimus nec decipi formidamus, set ad bonum finem speramus cepta concedente Domino firmiter pervenire.

## 256. *EPISTOLA IMPERATORIS AD PONTIFICEM DE PACIS TRACTATU RENOVANDO. (1245. Apr.)*

*Adhibuimus* 1) *codicem Parisinum 13059 (S. Germain Harlay 455) saec. XIII—XIV, pars I fol. 16', quo etiam se niti praetendit Huillardus;* 2) *codicem Vaticanum Palat. 953 saec. XIII. med. ep. 15, e quo edidit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, nr. 41;* 3) *editionem Martenei in Collectione amplissima II, 1136 nr. 2 e codice reginae Sueciae factam;* 4) *codicem Guelferbytanum Aug. 4° XIII. 3 ep. 21. — Huillard-Bréholles VI, 266. Böhmer, Reg. imp. V, 3467. (P. 353.)*

[a]Fridericus etc.[b] Illuxit nobis, reverentissime pater, velut ex quadam nube serenitas, et obductam ex noviter contingentibus processibus[c] desiderate pacis eclipsim

**254.** l) *lacuna deest* 2. 3. m) quos 2. n) *deest* 3.

**255.** a) *rubrica* De tractatu pacis. b) loquimur *cod.* c) Qui *cod.* d) a[s]d *cod.*

**256.** a) *rubrica in* 2: Istud est transcriptum litterarum quas imperator mittit ad dominum papam per magistrum Alamannorum. b) Fridericus etc. pape 3. 4; *inscriptio nulla in* 1. c) processui 1; proposui 2.

firma fiducia per venerabilem patrem A. patriarcham Antiochenum nobis oblata[d] reduxit[e] in lucem. Cum enim patriarcham eumdem ab experta sinceritate fidissimum[f] et[g] a longis retro temporibus nobis precipuum reputemus amicum, ab ipso decipi[h] nullatenus formidamus, qui nobis indubitabilem offert[i] de vestra paternitate fiduciam, quod[k] nos[l], filios vestros[m], sinceris affectibus diligere debeatis. Eoque magis ad id[n] inducimur et promptius[o] animamur, quo de filiatione nostra velitis affectione paterna confidere, dum a[p] nobis amicabiliter petitur per eundem, quod[q] nos versa vice de vobis in hiis, que decus imperii nostri[r] respiciunt, secure confidere debeamus. Propter quod in verbo suo fiducie nostre[s] rete laxare disponimus, vos, quem orbi patrem divina provisio[t] contulit, nobis ex toto precipuum assumere cupientes. Vos etiam, sanctissime pater, nostre devotionis obsequium tanto recipiatis ylarius quanto Crucifixi servitiis, exigente potissime[u] necessitate presentium rerum et temporis[v], fore dinoscitis oportunum, ad que[w. 1], vicissim utrinque[x] contracta fiducia Domino[y] previo semper in melius procedente, iuxta paternitatis vestre consilium prompta devotione consurgere preoptamus[z]. Ceterum[a] super benivolentia et affectu, quem ad bonum pacis gerimus et negotium Terre Sancte, ea que ..[b] magister domus Theotonicorum vobis[c] suggeret, indubie credatis.

## 257. *EPISTOLA ALTERA PATRIARCHAE ANTIOCHENI AD RAINERIUM CARDINALEM. (1245. Apr.)*

*Epistolam, qua patriarcha Rainerio transmisit imperatoris litteras ad pontificem datas (nr. 256) damus e codice Vaticano Palat. 953 saec. XIII. med. ep. 14 a Pertzio excusso; e cuius exemplo eam edidit Winkelmann 'Acta imperii inedita' I, nr. 719.*

*(P. deest.)*

Venerabili[a] in Christo patri et domino Raynerio Dei gratia Sancte Marie in Cosmedin diacono cardinali Alb(ertus) miseratione divina sancte et apostolice sedis Antiochene[b] patriarcha salutem et sinceram in Domino caritatem.

Meminimus paternitati vestre super facto pacis alias per vestrum nuntium nostras litteras direxisse: Nuper autem intellectis que per vestrum nuntium transmisistis, vobis per eundem nuntium respondemus et scribimus iterato, significantes quod ad bonum pacis principem invenimus voluntarium, propitium et benignum. Verum quia super quodam minimo capitulo dissonamus et quia super[c] negotio absque pontificali licentia procedere timebamus, rei seriem litteris nostris domino pape[d] et fratribus intimamus per venerabilem virum magistrum Alamannorum, cui revertenti a curia in Lombardia credimus obviare. Illuc enim principem properantem per duas vel tres dietas precedemus aut sequemur, ibidem mandatum apostolicum prestolantes et, sicut iusserit, in negotio procedemus. Igitur paternitatem vestram humiliter deprecamur, quatenus per vos vel per vestros homines nichil iniurie aut molestie innovetur, quod valeat bonum

**256.** d) Ant. nobla 1. e) reducit 3. 4. f) sibi firmiter 1. g) etiam 3. 4. h) recipi *male* 3. 4; nullatenus dec. form. 2. i) affert 2. k) ut imperium et 2; et 1. 3. l) ac *add.* 2; et *add.* 1. 3. 4. m) nostros 1. 3. 4. n) credendum 2. o) propitius 2. p) *deest* 1—4. q) per quod 3. 4. r) *deest* 3. 4. s) nostre *deest* 1; fid. nostre *des.* 3. 4. t) promissio 1; providentia 2. u) potissima 3. 4. v) prae .. rerum .. tempore 3. w) atque 2; utque 3. x) utraque 3; utriusque 4. y) Dom. fiducia 4. z) poptamus 1. a) Ceterum — credatis *des.* 2. b) .. *in* 1. c) *loco* vobis *usque* credatis 1: etc.

**257.** a) *rubrica:* De reformatione pacis. b) Antiochenus *cod.* c) *forte supplendum* hoc. d) papa *cod.*

1) *i. e. ad Crucifixi servitia.*

propositum impedire. Dixit enim princeps, quod nisi factum de Viterbio extitisset, iam foret concordia reformata. Porro rescriptum litterarum, quas imperator mittit domino pape[1], vobis hiis litteris mittimus interclusum.

## 258. *INNOCENTII IV. EPISTOLA AD PATRIARCHAM ANTIOCHENUM.*

*1245. Apr. 30.* 5

*Legitur in Registri tomo I, 205, lib. II, cur. 6, e quo eam edidit Raynaldus in Annalibus ecclesiasticis 1245 § 3, quem Pertz secutus esse videtur. Inspecto Registro a viro cl. Mau, recognovit eam Rodenberg II, nr. 110. — Huillard-Bréholles VI, 271. Potthast 11644. Böhmer, Reg. imp. V, 7530.* *(P. 352.)*

[a]Litteras tuas solita benignitate recepimus et earum tenorem pleno concepimus 10 intellectu. Sane nobis et fratribus nostris olim in nostra et ipsorum constitutus presentia retulisti, quod cum ad sedem apostolicam veniendo transitum per principem habuisses, ipsum inveneras pacis avidum, et sicut dixerat idem tibi, paratus erat observare pacem secundum formam ab ecclesia et eodem anno proximo preterito acceptatam, et alia etiam, que cum quorumdam fratrum nostrorum adderemus con- 15 silio, adimplere. Nos autem nullum specialiter, qui super hiis inter ecclesiam et principem ipsum tractaret, duximus deputandum. Diximus tibi tamen, cum a sede recessisti predicta, quod acceptaret ecclesia, si prefatus princeps vellet premissa effectui demandare, quodque ipsius principis in hac parte nobis rescriberes voluntatem; et certis personis litteris nostris iniunximus, quas per dilectum filium fratrem I. de Boian.[b] 20 familiarem nostrum duximus destinandas, alias tibi super hoc litteras dirigendo, ut si dictus princeps terram ecclesie restitueret, ipsam nostro nomine recipere procurarent. Tu vero nichil certum super hiis penitus rescripsisti, sed quod ad compromittendum super negotio Lombardorum in nos et quosdam alios arbitros idem princeps obtulit se paratum, excepitque pacem Constantie, quam semper se asserit excepisse, ac ut prin- 25 cipibus imperii et aliis clericis et laicis plenarie nostram restituamus gratiam, in omnem eventum exposcit; de quibus in predicta forma pacis mentio aliqua non habetur nec tecum meminimus nos tractasse. Et quamquam olim in tractatu pacis pro huius restitutione gratie predictus princeps apud nos instari fecerit, nequaquam tamen a nobis potuit obtineri, cum nec clericis neque laicis penas spirituales remittere aliqua- 30 tenus intendamus; unde plurimum possumus admirari. Verum quia pacem diligimus et discordiam cupimus evitare, acceptaremus adhuc, si memoratus princeps pacem iuxta prefatam formam observare studeret et tam viros ecclesiasticos quam alios, qui ecclesie adheserunt et detinentur ab ipso captivi, redderet libertati, cum alias pax eis reddi minime videretur, ac terram ecclesie restituere non differret, ita quod huiusmodi tam 35 captivorum quam terre restitutio posset ad nostram pervenire notitiam ante concilium a nobis annuente Domino celebrandum, in quo postponere non poterimus, quin super hiis et aliis, prout de iure fuerit, procedamus[c]. Ceterum sive restitutionem eandem[d] fieri contigerit sive non, ad nos accedere non omittas.

Dat. Lugduni, II. Kal. Maii, anno II. 40

258. a) *inscriptio in Registro:* eidem, *ubi sequens epistola* patriarchae Antioceno *data praecedit.* b) Boiañ *cod.* c) *sic Rayn.;* procedemus *P.* d) tandem *Rayn.*

1) *videlicet nr. 256.*

## 259. *INNOCENTII EPISTOLA ALTERA AD PATRIARCHAM ANTIOCHENUM. 1245. Mai. 6.*

*Legitur in Registri tomo I, 205, lib. II, cur. 5, e quo edidit eam Raynaldus a. 1245 § 4, quem Pertz secutus esse videtur. — Rodenberg II, nr. 116. Huillard-Bréholles VI, 272.* 5 *Potthast 11656. Böhmer, Reg. imp. V, 7535. (P. 353.)*

.. patriarche Antioceno.

Presentium tibi auctoritate mandamus, quatinus principi ex parte nostra denunties, quod, quam cito de manifestis offensis, pro quibus excommunicatus esse dinoscitur, satisfecerit et de dubiis sufficientem prestiterit cautionem, sibi faciemus munus abso- 10 lutionis impendi.

Dat. Lugduni, II. Nonas Maii, anno secundo.

---

# 260. INNOVATIO CONSTITUTIONIS DUCATUS AUSTRIAE.

1245. Iun.

15 *Usi sumus codicibus, quos iam in edendo privilegio Friderici I. 'minus' dicto (supra tom. I, nr. 159), quod nostro insertum est, adhibuimus; qui sunt:* 1) *codex Vindobonensis 543 (Hist. prof. 678) saec. XIII. ex. fol. 214; contulit Kehr pariter atque codicem 3;* 2) *copiarius Pataviensis Lonsdorfiensis in tabulario regni Bawarici asservatus saec. XIII, secundum editionem Monumentorum Boicorum XXVIII, 2, 354;* 3) *codex Vindobonensis 2733* 20 *(Hist. prof. 915) saec. XIII. fol. 10. Innovationem privilegii, quod dicunt 'maius', in Appendicem spuriorum reiecimus. Lectionem duobus locis ope privilegii maioris spurii* (M) *emendavimus. — Huillard-Bréholles VI, 291. Böhmer, Reg. imp. VI, 3482.*

*(P. deest.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis[a]. Fridericus[b] secundus divina favente 25 clementia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sycilie rex[c]. Iustis principum nostrorum peticionibus condescendere[d] cogimur, quas[e] nisi favorabiliter audiremus, obaudire quod iuste petitur per iniuriam videremur. Eapropter per[f] presens privilegium noverit tam presens etas quam successura[g] posteritas, quod Fridericus[b] dux Austrie et[h] Styrie ac dominus Karniole dilectus princeps ac consanguineus noster 30 quoddam privilegium divi augusti imperatoris quondam Friderici[b] avi[i] nostri memorie excolende[k] Heinrico[l] quondam duci Austrie proavo suo liberaliter dudum[m] indultum nostro culmini presentavit, supplicans attentius, ut ei illud innovare[n] et omnia que continentur in eo confirmare de nostra[o] gratia dignaremur. Cuius tenor per omnia talis est:

35 'In nomine sancte — quinto, imperii secundo'. *supra tom. I, nr. 159.*

Nos itaque, qui fidem et obsequia nostrorum principum non patimur irremunerata transire, attendentes fidem puram et devotionem sinceram, quam predictus dux ad

**260.** a) amen *add.* 3. b) Fridricus 1. 3, *similia semper.* c) rex et Sycilie 2. d) conscendere 2. e) quesumus 3. f) per *deest* 3. g) successiva 1. 3. h) ac 3. i) domni 1. 3. 40 k) recolende *M.* l) Hainrico 1; Hainrici 3. m) ductum 2. n) *sic M;* renovare 1—3. o) mea 3.

maiestatis nostre personam et sacrum imperium habet, pro gratis quoque serviciis, que nobis et imperio exhibuit actenus fideliter et devote et que exhibere poterit inantea gratiora[p], ipsius supplicationibus favorabiliter inclinati[q] suprascriptum privilegium divi augusti avi nostri predicti huic nostro privilegio de verbo ad verbum inseri iussimus[r], omnia que continentur in eo de imperialis preminentie nostre gratia confirmantes. Statuimus igitur et imperiali sanctimus[s] edicto, quatenus nullus dux, nullus marchio, nullus princeps, nullus comes, nullus prelatus, nullus denique persona alta vel humilis, ecclesiastica vel mundana contra presentis innovationis et confirmationis nostre tenorem venire presumat. Quod qui[t] presumpserit, indignationem nostri culminis et penam mille librarum auri se noverit incurrisse, quarum medietas camere nostre, reliqua vero parti passe iniuriam applicetur. Ad huius igitur[u] innovationis et confirmationis nostre futuram memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et bulla aurea typario[v] nostre maiestatis inpressa iussimus communiri.

Huius rei testes sunt: Chvnradus Frisingensis[w] episcopus, Heinricus Babenbergensis electus, Fridericus[x] illustris filius regis Castelle, Rvdolfus comes de Habspvrch[y], Lvdwicus comes de Helfenstein[z], Albertus de Nyffe[a], et alii quam plures.

Signum (M.)[b] domini[c] Friderici[x] Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris[d] semper augusti, Ierusalem et Sycilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXLV, mense Iunio[e], III. indictionis, imperante domino[f] nostro Friderico[x] gloriosissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sycilie rege, Romani imperii eius anno vicesimo V, regni[g] Ierusalem[h] vicesimo primo, regni vero Sycilie XLVII.

Dat.[i] Verone, anno, mense, indictione[k] prescriptis.

---

# 261. CONSTITUTIO REGNI AUSTRIAE.

## 1245. (Iun.)

*Praeceptum hoc, quamvis ad perfectionem diffinitam certe nunquam pervenerit, tamen in cancellaria imperiali conceptum ita attentionem movet, ut ipsum excludere minime voluerimus. Edimus id adiuti* 1) *apographo a viro docto saec. XIX, ut reor viro cl. Ebert, iam olim facto nescio quo e codice, quod eo excellit quod protocollon integrum praebet;* 2) *codice Parisino lat. 13059 (S. Germain Harlay 455) pars VI, nr. 26 fol. 53, qui partem lineae chronologicae servavit; quem praeter codicem Notre-Dame 202 adhibuit etiam Huillardus;* 3) *editione Würdtweinii in Novis subsidiis diplomaticis XII, 23 e codice Vaticano 3999 proflua, qui dictamina Petri de Vineis continet*[1]. *Praeterea non omisimus adnotare variam lectionem nominum principum, quae in codice Vallicelliano J. 29 saec. XIII—XIV. ep. 25 obvia excusa est 'Archiv' V, 410 et fragmentum eschatocolli e codice Guelferbytano Aug. in 4° XIII. 3 saec. XIV. Legitur praeceptum in collectione Petri de Vineis l. VI, c. 26 et in libro dictaminum Henrici Italici*[2]. *Editores novissimi*

**260.** p) gratiosa 3. q) inclinat 3. r) et *add.* 1—3; *deest M.* s) *sic* 1—3. t) qua 2. u) itaque 3. v) tympano 3. w) Frisigensis 1; Frisiensis 3. x) Fridric. 1. 3. y) Habspercli 3. z) Helfenstaein 2. a) Neyffe 1; Neifen 3. b) *hic locus monogrammatis in* 2; *in* 1 *et* 3 *locus monogrammatis genuinus iam cognosci non potest.* c) nostri *add.* 1. 2. d) imperatore 3. e) Iunii 3. f) domno 1. g) regnante 2. h) *deest* 3. i) Datum 2. 3. k) indictionis 3.

1) *V. 'Archiv' V, 426.* 2) *V. 'Archiv für Kunde österreich. Geschichtsquellen' XXIX, 23 (cod. Regimont. p. 24).*

*Zahn 'Steiermärkisches Urkundenbuch' II, 568 et Schumi 'Archiv für Heimathskunde von Krain' I, 202 nr. 60 nil nisi Huillardi editionem repetiverunt. — Huillard-Bréholles VI, 300. Böhmer, Reg. imp. V, 3484. (P. deest.)*

In[a] nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Fridericus[b] secundus[c] divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem[d] et Sicilie rex Friderico II. duci Austrie et Styrie[e], suo dilecto principi et comiti Carniole, gratiam suam et omne bonum.

De fulgore throni cesarei, velut ex sole[f] radii, sic cetere[g] prodeunt dignitates, ut prime lucis integritas minorati luminis non sentiat detrimenta tantoque magis imperiale sceptrum extollitur et[h] tanto cura regiminis solicitudinibus revelatur, quanto tribunal[i] ipsius digniores in circuitu circumspicit consimiles[k] regiones[h]. Hac igitur consideratione commoniti[l] qui celesti providentia Romani imperii moderamur habenas, solii nostri decus tam veterum dignitatum ornatibus confovemus[m] quam novis honoribus ampliamus[m]. Tuis igitur, devotissime princeps noster, supplicationibus favorabiliter inclinati nec minus ad exaltationem honoris sacri imperii nostri[n] respectum habentes, de infrascriptorum principum nostrorum consilio, videlicet S.[o] Ratisbonensis[p] episcopi imperialis[q] aule cancellarii, Rudigeri Pataviensis episcopi, Conradi[r] Frisingensis[s] episcopi, Aldrigecti[t] Tridentini episcopi, Landulfi[u] Wormatiensis[v] episcopi, Henrici[w] Bambergensis electi[x], Egenonis[y] Brixiensis electi[z], Friderici[a] abbatis Campidonensis, Conradi[b] abbatis Elwacensis[c], Oddonis[d] ducis Meranie[e] et Bernardi[f] ducis Karinthie[g], ducatus Austrie et Styrie[h] cum pertinentiis suis et terminis, quos hactenus habuerunt, ad nomen et honorem[i] regium transferentes, te[k] hactenus predictorum ducatuum ducem de potestatis nostre plenitudine et magnificentia[l] promovemus in regem, eisdem libertatibus[m], immunitatibus[n] et iuribus predictum regnum tuum presentis epigrammatis[o] auctoritate dotantes que deceant regiam[p] dignitatem, ut tamen ex honore[q], quem tibi libenter addicimus[r], nichil honori et[s] iuri[t] nostri diadematis aut imperii subtrahatur, quin immo[u] sicut hactenus tanquam dux, princeps et fidelis noster extiteras, sic in posterum regio decoratus honore, tu et successores tui legitimi principes fideles et devoti nobis et successoribus nostris in[u] imperio[v] perpetuo persistatis, nichilque preterea iuri et honori imperii in predictis regno et terris tuis[w] omnino depereat vel decrescat, que[x] hactenus habuit in eisdem[y]. Eo specialiter et nominatim expresso, quod successores tui non per electionem prelatorum, ducum, comitum aut quorumlibet[z] nobilium eligantur in regem[a], sed semper maior natu seu[b] senior ex generatione tua[c], ex te et ex successoribus tuis legitime descendentes, in[d] regno succedant, nullusque ex[e] eis coronam aut consecrationem in predicto tuo regno[f] de manu cuiusquam accipiat, sed a nobis et successoribus nostris tantum in curia nostra, vel ab his[g] qui speciale[h] mandatum a nobis super hoc habeant, coronationis et conse-

**261.** a) In — amen *des.* 2. 3. b) Fer, 2. c) *pro* secundus — Friderico II. 2 . .; 3: Dei gratia Romanorum imperator etc. d) Hierusalem 1. e) stirpe 2. f) coelo 3. g) certe 2. 3. h) *deest* 2. i) t^5bul 2. k) contribules 2; contribuis 3. l) commoti 3; coīti 2. m) confovemur . . . ampliamur 2. n) *deest* 3. o) C. 1; *pro* S. — Karinthie 3 *signum lacunae . . . praebet.* p) Ratisponensis 2. q) imperialis — Tridentini episcopi *des.* 1. r) cond^ς 2; O. *Vall.* s) Frisigensis 2. t) A. *Vall.* u) Landuli 2; L. 1; *deest Vall.* v) Warmaciensis 2; Warmēn *Vall.* w) H. 1. *Vall.* x) et 1. y) O. 1; E. *Vall.* z) *deest* 1. a) Fer,ci 2; F. *Vall.; deest* 1. b) C. 1; E. *Vall.* c) Elvacensis *Vall.;* Cluniacensis 1. d) O. 1. *Vall.* e) Morauie 1. f) B. *Vall.;* L. 1. g) Ka^2tie *Vall.;* Bauarie 1; Bearcie 2. h) Stirye 2. i) omen 2. k) et 3. l) mag. principali 3; munificencia principali 2. m) eis libertate 2; et *add.* 3. n) *deest* 2. o) epistolmacis 2. p) reg. dec. 3. q) per *add.* 1. r) adicimus 2; adiicimus 3. s) vel 2. t) honoris vel iuris 3. u) et 2. v) *deest* 3. w) suis 1; eius 3. x) atque 1. y) N. *add.* 1. z) quorundam 3. a) reges 2. b) et 3; *deest* 2. c) sua 1. d) ipso *add.* 3. e) in 1. f) regno tuo 2. g) *deest* 2. h) specialiter 3.

crationis[i] munus et decus pro tempore consequentur. Alii vero heredes minores natu non habeant aliud, nisi quod ex regis gratia poterunt obtinere. Illud etiam iuri[k] regio et honori coniungimus, ut si quis[l] comes, nobilis aut ministerialis vel miles de regno tuo contra te et[m] successores tuos et terram tuam[n] forsitan[o] excesserit et pro suo excessu castrum vel munitiones suas ab excedente[p] per te[q] vel per[r] nuncios tuos peti contigerit, ipseque[s] negaverit assignare, ipsum ex iure regie dignitatis per sententiam curie tue bannire et forbannire[t] valeas ipsumque exlegem[u] facere, omnis iuris suffragio, prout est[v] moris imperii, cariturum[w]. Ceterum ut[x] pacem et iustitiam, que sunt regnorum omnium fundamenta, possis in predicto regno tuo constantius[y] confovere, presentium[z] tibi[a] auctoritate concedimus, ut si quis in predicto regno tuo[b] manifestus extiterit malefactor, tuo videlicet[c] aut curie tue iusto iudicio condempnetur[d], cumque[e] aliquis de predicto regno[f] tenuerit, foverit vel defenderit eundem[g] et requisitus[h] tuo iudicio noluerit assignare, eadem pena puniri debeat receptator[i] idemque defensor, quo malefactor ipse puniri[k] deberet. Ad decus preterea regni tui presentis privilegii auctoritate permittimus, ut de provincia Carniole ducatum facias, immediate tibi[l] et[m] per te nobis et successoribus nostris et imperio responsurum, et ut in ducatu ipso Anselinum[n] cognatum tuum, fidelem nostrum, in ducem valeas promovere plenam tibi concedimus potestatem. Ad cuius rei memoriam et robur perpetuo[o] valiturum presens privilegium fieri et bulla[p] aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri.

Acta[q] sunt hec anno dominice incarnationis MCCXLV, IIIe. ind. etc.

---

# 262. ENCYCLICA CONTRA DEPOSITIONIS SENTENTIAM.

## 1245. Iul. – Sept.

*Triplex est forma, in qua haec encyclica servata est:* A, *quae ad magnates Angliae die 31. mensis Iulii data est* (Etsi cause — specialis, *alias* — subministrat); *cuius sunt textus* 1) *Matheus Parisiensis, SS. XXVIII, 276;* 2) *Chronica de Mailros ed. Stevenson*[1] *(Bannatyne Club 1835) p. 171, quae pariter atque 3 sententia ultima caret;* 3) *codex lat. Monacensis 2574b, collectionem Alberti Bohemi continens, fol. 3', quo in editione viri cl. Höfler 'Bibliothek des literarischen Vereins' XVI, 2, 81 usi sumus;* 4) *codex Parisinus Ancien fonds latin 2954, qui textum praebet in initio et fine mancum (c. 1* Considerandum — *c. 11* firmaverunt); 5) *codex Vaticanus Palat. 953 ep. 50 eiusdem indolis*[2]. *Formam* A *edidit Huillardus secundum editionem Mathei Watsianam; qui praeterea in usus suos se vertisse dicit codicem nostrum* B *3 et Parisinum Notre Dame 202, qui et ipse formam* B *comprehendere videtur, ac codicem Musaei Britannici Hargrave 313 fol. 105'.*

**261.** i) et consecrationis *des.* 1. k) iure 1. l) aliquis 2. 3. m) aut 2. 3. n) suam 1. o) forsan 2. 3. p) ea *add.* 3. q) excedente parte 1. r) *pro* vel per 2: eos aut. s) ipsaque 2; ipsumque 3. t) perbannire 1; foriudicare 2. 3. u) extra legem 1; ex lege 2. v) *deest* 3. w) carcerari 1; carcer, 2. x) et 1. y) constanter 3. z) presentis 2; predicta 3. a) privilegii *add.* 2. b) *deest* 2. c) iudicio 3. d) condempnatus 2. e) eumque si 3. f) tuo *add.* 2. 3. g) *deest* 2. 3. h) eundem *add.* 3. i) expectator 2; receptator — deberet *des.* 3. k) punire 1. l) tibi imm. 3. m) *deest* 1. n) *deest* 1. 3. o) tuo 2. p) nostra *add.* 3. q) *reliqua des.* 1. 3; Acta — etc. *etiam in cod. Guelf.*

1) *Editio SS. XXVII, 441 excerptum tantum praebet.* 2) *Cf. 'Archiv' V, 359.*

*Secunda forma* B, *quae in libro dictaminum Petri de Vineis l. I, c. 3 et in codicibus 1 et 3 regi Franciae inscripta est, praesto fuit in* 1) *codice Stuttgartensi hist. 247 (Peutinger) fol. 97, quem in editione viri cl. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, nr. 43 adhibuimus;* 2) *codice Montispessulano 351, quem iam olim contulit Waitz;* 3) *codice Parisino lat. 13059 (S. Germain Harlay 455) pars I, nr. 3 fol. 2;* 4) *codice Wilheringensi pars II, ep. 57, qui textum praebet cum aliquoties librarii arbitrio variatum, tum vero aliquoties propius ad formas* A *et* C *accedentem. Forma* B *legitur etiam in codice Vindobonensi 409 (Philol. 61) fol. 71*[1]. *Praeterea encyclica legitur in Chronico Francisci Pipini l. II, c. 34 apud Muratorium 'Scriptores rerum Italicarum' IX, 653, et auctor dicit, eam Ludovico IX. regi Franciae ab imperatore missam esse. Revera Pipinus ipsam fere formam* B *praebet*[2], *multoties deformatam seu arbitrio variatam, aliquoties tamen vel in minutiis ad formam* A *propius accedentem quam codex 4; in capite 8 non solum ea leguntur quae singularia praebet forma* B, *sed etiam ea quae formae* A. C *tradunt. Quae cum ita sint, textum Pipini e duabus formis* B *et* A *a Pipino confectum seu mixtum esse persuasum habeo, ideoque eius lectiones omnino reieci. Signum chronologicum mensis Septembris, quod ille solus continet, in adnotatione dedi. Huillardus VI, 348 discrepantias formae* B *secundum editiones Petri de Vineis adnotavit, quae textum variatum et depravatum praebent.*

*Tertiae formae* C *codex unicus est universitatis Pragensis III G 3 in 4⁰ membr. saec. XIV. in. summam dictaminum magistri Dominici Hispani continens, fol. 82, e quo encyclicam nostram iam olim exemplavit vir cl. Wattenbach*[3]. *Cum* C *ea forma putanda sit, quae principibus imperii missa est, textumque praebeat admodum bonum, tenorem eius in contextu dedimus. — Huillard-Bréholles VI, 331. Böhmer, Reg. imp. V, 3495. 3510. 3499.*

*(P. deest.)*

*C.*

F. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sycilie rex V. illustri regi Boemie dilecto principi et affini suo graciam suam et omne bonum.

(1) Cause nostre iusticiam et processum, quem contra nos summus pontifex diebus istis dicitur habuisse, vulgaris fame preloquium et multorum veridica testimonia nunciorum ad tuam noticiam credimus perduxisse. Quo diligenter attento, prudencia tua recte consideret, si fuerit in archipontifice nostro

*A. B.*

Fredericus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Iherusalem et Scicilie rex[a] prelatis[b] ecclesiarum, comitibus et[b*] baronibus, nobilibus et universis per regnum Anglie constitutis, quibus presentes litere ostense fuerint, devotis[c] et amicis suis, salutem et omne bonum.

(1) Etsi cause nostre iusticiam[c*] vulgaris[d] fame preloquium et regiorum[e] veridica testimonia nunciorum ad universitatis[f] vestre noticiam perduxisse credamus, quia tamen

segnius irritant animum demissa[g] per aurem[g*]
quam que sunt oculis subiecta[h] fidelibus[4],

ipsam puram et nudam veritatem processus, quem contra nos summi pontifices hactenus habuerunt, vestro conspectui presentamus. Ad cuius[i] inspeccionem plenariam et atten-

**262.** a) *ita A 2*; Fretherieus etc. *A* 1; Fridericus etc. *A* 3; Frid. regi Francie *B* 1; Fr. regi Francie super sententia depositionis late in eum per papam et cardinales in concilio Lugdunensi *B* 3. b) prelatis *usque* omne bonum *des. B.* b*) *deest A* 2. 3. c) devotis — suis *des. A* 2. c*) et processum *add. B* 4 *cum forma C.* d) vulgantis *A* 3. e) regionum *A* 1; multorum *A* 3. *B.* f) serenitatis *B.* g) animos dimissa *A* 2. g*) aures *A* 2. 3. h) demissa *A* 1. i) *deest A* 2.

1) *Cf. 'Fontes rerum Austriacarum' II, tom. 25, 435 nr. 19.* 2) *Lectiones propius accedunt ad codicem* B *3.* 3) *Cf. 'Archiv' X, 662.* 4) *Horatii Epist. II, 3, 180.*

tam de[k] tot temporibus et diebus, vestris negotiis deputatis, unum sufficiens tempus et diem nobis affeccio vestra concedat, quod[l], si licuerit diligenter attendere[m], consilia vestra[n] recte considerent, si fuerit[n*] in pontificibus[o] nostris pontificalis[p] rectitudinis zelus, si nobis tot et tantis iniuriis lacessitis iusta[q] debeat deffensio denegari, si denique[r] Christi vicarius[s] Christi vices[t] impleverit[u] et[u*] si[v] predecessoris[w] Petri successor eiusdem imitetur[x] exemplum. Consideret[y] etiam quo iure censeri debeat[z] processus huiusmodi contra nos habitus vel quo nomine nuncupari, si dici sentencia debeat[a], quam iudex incompetens promulgavit. (2) Nam etsi nos nostre catholice fidei debito suggerente manifestissime fateamur, collatam a Domino sacrosancte[b] Romane sedis antistiti plenariam in spiritualibus[c] potestatem[d], quantumcunque quod absit sit ipse[e] peccator, ut[f] quod in terra ligaverit sit[g] ligatum in celis[h], et quod solverit sit[h*] solutum, nusquam tamen[i] legitur divina sibi vel humana[k] lege concessum, quod transferre pro libito possit imperia[l] aut de puniendis temporaliter in privacione regnorum regibus aut terre[m] principibus iudicare. Nam[n] licet ad eum de iure et more maiorum consecracio nostra pertineat, non[o] magis ad ipsum privacio[p] seu remocio[q] pertinet[q*] quam ad quoslibet regnorum prelatos, qui reges suos, prout assolet[r], consecrant et inungunt. (3) Vel[s] esto sine preiudicio nostro, quod habeat huiusmodi potestatem, estne istud[t] de plenitudine potestatis ipsius, quod nullo prorsus[u] ordine iuris aut ordinis iure servato[u] animadvertere possit in quoslibet, quos asserit sue iurisdictioni[v] subiectos? Processit[1] enim contra nos nuper, ut dicitur, non per accusacionis ordinem, cum nec[w] accusator[x] aparuisset[y] idoneus nec inscriptio precessisset[z], nec per denunciationem, legitimo denunciatore cessante, nec per inquisitionis modum, quam[a] clamosa insinuatio non precessit, cum etiam nullorum inquisitorum facta nobis extiterit copia[b], si qui forsan occulte[c], cum nulli publice[d] fuerint per huiusmodi iudicem ad inquisicionem addicti[e]. Asserit[f], omnia fore[g] notoria, que nos esse notoria manifeste negamus, et esse notoria per legittimorum testium nomina[h] non probantur. Sic enim quilibet iudex posset per se solum[i] crimen[k] asserendo notorium spreto iuris ordine quemlibet condempnare. (4) Insurrexerunt contra[l] nos in concilio, sicut

**262.** k) a *A* 1, *saepius loco vocis* de. l) quo *A* 1. 2. *B* 4. m) lic. attente *A* 1; lic. dil. attento *A* 2. *B* 4. n) regia *B*. n*) sit *A* 2. o) archipontificibus *B* 4; predecessoribus *B* 1—3. p) *deest* *B* 1—3. q) debuerit aut *add.* *A* 3. *B*; debuerit an *add.* *A* 2. r) demum *A* 1—3. *B*. s) vicarii *A* 1—3. *B* 2. 4. t) vicem *A* 3. u) impleverint *A* 1. 2. *B* 2. 4; adimpleverint *A* 3. u*) *deest* *A* 2. v) *deest* *A* 3. w) *deest* *B* 1. 2. x) imittetur *C;* successores eiusdem (eius *A* 2. *B* 3) imitentur *A* 1—3. *B*. y) *hoc loco incipiunt* *A* 4. 5: Considerandum est quo iure *etc.;* Considerent *A* 1—3. *B* 1. 2. 4. z) validus *add.* *A* 2. 4. 5. *B* 1. 2. 4. a) si dici valeat sententia *A* 1. 3—5. *B* 2—4; si dici liceat sententia *B* 1. b) sacrosancto *C*. c) omnibus *A* 3—5. d) ut *add. hic* *A* 3. *B* 1. 2. 4. e) ille *B* 1—3; tempore *B* 4. f) *deest hic* *A* 3. *B*. g) et *add.* *A* 3. h) in celis *des.* *B* 1. h*) in terra sit celo *add.* *A* 2. i) nus. verumtamen *A* 3—5. *B* 2; nunquam tamen *A* 2; numquam verumptamen *B* 3; nus. tamen verum *A* 1. k) vel humana sibi *A* 1. 4. 5. *B* 3. l) imperium *B*. m) *loco* aut terre *B* 1—3: et. n) Cum *A*. *C*. o) tamen *add.* *A* 2. p) depositio *B*. q) inmocio *C;* amocio *B* 1. q*) pertinebit *A* 2. r) assolent *A* 3. *B*. s) *deest* *A*. t) isdem *C*. u) processus ordine aut iuris servato *A* 3; prorsus ordine iuris serv. *A* 2. *B* 1. 2. 4; prorsus iuris ordine observato *B* 3. v) iurisditioni *C;* dicioni *A* 1. w) non *A* 3—5. *B* 1. 2. 4. x) procurator *A* 5. y) comparuisset *B* 2—4. z) et *add.* *A* 1. *B*. a) quem *A* 2. 3. 5. *B*. b) facta fuerit copia nobis *B*. c) ecclesiastice *A* 2; *loco* forsan occulte *B* 1: cum nonnulli fuerint qui forte fuerunt publice; *B* 3: forte. d) *deest* *A* 1; fuerint publice *A* 2. *B*. e) adducti *A* 2. 3. *B;* additi *A* 4. 5. f) enim *add.* *B* 1—3. g) forte *A* 3. h) per legitimum testium numerum *A*. *B* *rectius.* i) ipsum *A* 2; solummodo *B* 1—3. k) *deest* *B*. l) in *A*. *B*.

1) *Canonicae actionis forma ponitur; cf. Decr. Greg. IX. de accus. V, 1.* **LIEBERMANN.**

dicitur, aliqui[m] testes iniqui, set[n] valde perpauci, quorum unum[o] veluti Calinensem[p. 1] episcopum, suis, fratre videlicet et nepote, per nos ex causa proditionis[q] ad suspendium legittime condempnatis, offensa rationabilis nobis reddidit odiosum et[r] iuste[s] propterea repellendum, aliquos[t] tanquam ex ultimis[u] partibus Hispanie prodeuntes, Tarra-
5 gonensem[2] scilicet[v] et Compostelanum[3] antistites, negociorum[w] Ytalie natalis[x] zone[y] longinquitas inscios[z] et eosdem[a] venenose subornationis inductio nostre iusticie fecit[a*] infestos. (5) Esto[b] preterea[c], quod legittimi fuerint subsistentibus testibus actor et iudex: defuit tertius[c*], qui vel presens vel contumaciter absens secundum iusticiam debuit condempnari. Citati namque[d] in predicatione sua Lugdunum[e], sicut audivimus,
10 licet prorsus informiter — videlicet[f] quod ipsi citanti[g] et[h] aliis, nullis aliorum omnino[h] personis aut causis[i] expressis, facturi iusticiam deberemus[k] per nos vel per[l] responsales ydoneos comparere — presentes pro certo non fuimus sed ex iustis[m] causis absentes, ad[n] quarum allegationem admissi nostri responsales legittimi non fuerunt[n]; nec absentes contumaciter fuimus, cum preter id, quod nulla[o] fuerit citacio, ut est
15 dictum, terminum peremptorium[p], prout ordo iuris expostulat[q], citacio non haberet, prout[r] citacionis forma principibus et prelatis missa per litteras evidenter ostendit[r]. Contumaciam nostram preterea magistri Tadei de Suessa[s] magne curie nostre iudicis, dilecti[t] fidelis nostri, procuratoris[u] plenum mandatum excusat, cuius auctoritas ex[v] eo, quod contra[w] nos non ex civilibus sed ex criminalibus sit processum atque[w] frustra[x]
20 procurator[y] intervenerit[z], nullatenus enervatur, cum ipsius citationis tenor, qua[a] nos aut procuratores nostros exigit[b], manifeste contrarium dedisset intelligi, videlicet quod contra nos non criminaliter set civiliter[c] fuisset agendum. (6) Predictis etiam omnibus absque nostre iusticie preiudicio[d] circumscriptis[e], dato[f], quod manifestissime[g] fuerimus contumaces, non est ista[h] legittima contumacie pena, quod delatus aut
25 accusatus et contumax, privato[i] vel publico iudicio nullo[k] de sua causa discusso, ante[l] ceptum rite iudicium per[m] diffinitivam sententiam debet[i] condempnari. Sunt[n] enim[o] alie in talibus[p] contumacium pene civilibus[q] legibus et canonicis[r] introducte. (7) Denique posito, quod omnia predicta iuris presidia[s], licet irrefragabilia, cause nostre

**262.** m) *deest* A 2. 3. n) vel A 1. o) unus *C;* aliquos *B.* p) Galinensem *C;* Galiensem A 2.
30 q) perdicionis *C.* r) et — repellendum *des.* A 4. *B.* s) iure A 3. t) alios A 2. 3. B 1—3; aliquos vere B 4. u) *deest* A 3. v) videlicet B 1—3; scil. et *des.* B 4. w) quos negociorum B 3; negociatorum *C.* x) *loco* Yt. natalis A 4: predictorum. y) rōne A 1. z) in suos A 1. a) eiusdem A 3; eos B 1. 3. a*) esse *add.* A 2. b) Sed esto B 1. c) sine preiudicio nostro B 1—3. c*) reus *add.* A 2. d) pro *add.* A 1. e) *deest B;* Lugduni A 1. 2. f) asserebant videlicet A 4.
35 g) citati A 2. 3; citant *C.* h) et aliis causis nonnullis omnino B 1; et aliis nullis B 2; et aliis nullis omnino B 3; et aliis causis nullis omnino B 4. i) rebus B 4; *loco* aut causis A 4: in predicatione. k) debeamus A 3; per nos deb. B 1. 2. 3. l) *deest* A 1. 5. B 4. m) certis B 1. n) *sic A;* quarum allegaciones admisse per nostros responsales legittimos non fuerunt *C;* a quarum allegationibus nostri legittimi responsales fuerunt repulsi B 2—4; a — contumaciter fuimus *des.* B 1.
40 o) nulli A 1. p) per. term. *A.* B 4; *des.* B 1—3. q) vim citationis *add.* B 1. r) prout — ostendit *des.* B 2—4. s) Suesa *C.* t) *deest B.* u) *loco* proc. plenum mandatum B 1: et plene procurationis mandatum; B 2—4: plene procurationis mandatum. v) pro B 1—3; *deest* B 4. w) *loco* contra — atque *B:* fuerat criminale iudicium ad quod; *loco* atque A 1—3: ad que; A 4. 5: adque. x) iuste B 1; sinistre A 5. y) procuratio *C.* B 4. z) intervento *C;* intervenit A 1—4. B 3.
45 a) que *A. B.* b) exegit A 2—5; B 4. c) tantum civiliter A 1. 2; civiliter tantum A 4. B 1; sed. civ. *des.* B 2—4. d) absque nostro (nostre 2. 3) preiudicio B 1—3; absque nostre iudicio preiudicio B 4. e) circumscriptos A 1; circumspectionis B 2. 3; *forte legendum est* circumspectis. f) et dato B 1. 2. g) manifeste A 1. 2. *B.* h) ita *C.* A 4. 5; illa A 2. i) *A.* B 4 *sic:* per diffinitivam sententiam, ante ceptum rite iudicium, privato vel publico iudicio (iudice A 3) nullo de (a A 1) sua causa
50 discusso (discussa A 2; nulla de se causa discussa A 2. *B.* 4) debeat. k) in nullo B 1. 2. l) ante *usque* iudicium *des.* B 1—3. m) per diffinitivam debeat sententiam B 1—3. n) Sunt — introducte *des.* B 4. o) etiam B 1. 2; etiam et B 3. p) in talibus (in talibus *des.* B 3) alie *A. B.* q) quorumlibet B 1. r) canonibus B 1—3. s) presidio *C;* presidio fulciantur *male* B 1—3; licet *deest* A 2.

1) *Episcopatus Carinola prope Capuam.* 2) *Petrum.* 3) *Iohannem.*

deficiant[t], ipsius[t*] pronunciationis tenor[u] sententiam nullam[v] ostendit, per quam non procurator noster presens, sed nos absentes extitimus condempnati, quam ipso iure nullam esse sententiam[w] leges et iura quelibet manifeste declarant. Evidentem[x] quoque processus et procedentis[y] iniquitatem cause[z] denotant[a], quas in[b] sententia comprehendit [multiplex[c] periurium, videlicet de sacramento[d] pacis prestito per nos, sicut asserit, non servato[d], preterea demania[e] per privilegia divorum augustorum[f] et nostra Romane ecclesie concessa violenter a nobis postmodum, ut asserit[g], occupata, de cardinalibus et prelatis captis ad concilium convocatis, de quibusdam ecclesiis et ecclesiarum prelatis[h], rebus et clericis regni nostri per officiales nostros, nobis de regno absentibus, violatis]. A quibus nos[i] incorruptibilis veritas et publica munimenta[k] defendunt, prout seriatim hoc[l] [fida[m] relacio latoris[n] presentium et[o]] ipsorum munimentorum tenor manifestissime profitetur[p], quamquam ad tam dire pene sententiam[q] — si tamen sententia dici potest que contra nos precipitata dinoscitur[r] — contra[s] Romanum principem omnia predicta vel publica[t] minime suffecissent. (8) Manifestum namque precipitium et[s*] ex preconcepto iam dudum animi[u] furore[v] fuisse dinoscitur in predictis[w], dum venerabilem Frisingensem episcopum[1], dilectum principem[x], fratrem[y] H.[2] magistrum domus Hospitalis[z] sancte Marie[a] Teotonicorum et magistrum Petrum[b] de Vinea magne[c] curie nostre iudicem, dilectos[d] fideles nostros, quos ultimo[e] pro omnimoda consummacione[e] tractate pacis[f] ad concilium[g] miseramus[h], saltem per triduum[i] summus pontifex noluit prestolari[k].

*A. C.*

Non expectato etiam magistro Gualterio[l] de Ocra [capellano[m], notario et fideli nostro] qui de conveniencia[n] summi pontificis et quorundam ex[o] fratribus ad nos missus per duodecim[p] dies expectari debuit, nec fuit solummodo per biduum, quo tempore predicti processus[q] iniqui[r] Lugduno[s] distabat, ad multam[t] nobilium et quam plurium[t*] prelatorum instanciam expectatus.

*B.*

Nec quod de cessatione[u] census adicitur[v] pro regno Sicilie, nos ab ipsius regni dominio vel iure secludit, cum censum ante discordiam inter nos et ecclesiam exortam[w] absentes a Regno per officiales nostros solvi mandaverimus, prout littere nostre inter rationes rationalium nostrorum invente manifeste declarant, et quem, Domino teste, pro tempore supradicto usque in[x] presentem[y] diem credimus exsolutum,

**262.** t) sufficiant *B* 1. t*) tantum *add. A* 2. u) ipsam *add. A. B.* v) fore *add. B* 1. w) iure sententiam ipsam nullam esse *B* 1; iure nullam sententiam esse *B* 2—4. x) Evidenter *A* 3. *B* 1. 2; Evidentes *B* 3. 4. y) precedentis *A* 3; precedentes *B* 2. 3. z) nostre *add. B* 1. 4 *male.* a) denoiāt *C;* notant *B;* cause denotant *des. A* 4. b) *loco* quas in *A* 3: que; *B* 4: quos in; *B* 2. 3: quos cum; *B* 1: quod cum. c) *uncis inclusa add. B;* multiplex periurium comprehendat *verso ordine B* 1. d) sacramentis pacis prestitis . . servatis *B* 4. e) de mania *B* 2; demonia *B* 4. f) imperatorum *add. B* 4. g) ut asserit *des. B* 3. 4. h) *deest B* 4. i) omnibus *B.* k) nos *add. hic B* 1. 2. 4. l) hec *A* 1. 2. 3. 5; hec omnia *B.* m) *uncis inclusa add. A. B.* n) latorum *A* 3; lator *A* 5. o) *deest A* 1. *B.* p) profitentur *A* 2—5. *B* 1. 2. 4. q) penam sententie *B* 1. r) in predictis *hic ponunt B* 3. 4. s) contra *usque* fuisse dinoscitur *des. B* 1—3; contra — suffecissent *des. B* 4. s*) *deest A* 2. 5. t) *loco* vel publica *A melius:* et singula. u) sui *add. A* 3. *B* 4. v) fervore *A. B* 4. w) in predictis *hic des. B* 3. 4. x) nostrum *add. B* 1. 2; dil. principem *des. B* 4. y) *deest A* 2. z) *deest B.* a) sancte Marie *des. A* 1. b) P. *A* 1; A. *A* 2. c) magne — iudicem *des. B* 1—3; magne *deest B* 4. d) dil. fid. nostros *des. B* 4. e) *loco* ultimo *usque* consummatione *B* 1: pro ultima et omnimoda confirmatione. f) pacis tractate *B.* g) consilium *C.* h) misimus *A* 5; mittebamus *B.* i) saltem per triduum *des. B* 1; ad multorum nobilium et quamplurimorum (quamplurium 3) instantiam prelatorum *add. B.* k) expectare *B* 4. l) *sic A* 5; C. *leg. C;* Walterio *A* 1; Waltero *A* 2; Gwaltherio *A* 3; Galtero *A* 4. m) *uncis inclusa add. A;* cap. vicario nostro *A* 2. n) conniventia *A.* o) de *A* 1. 2. p) viginti *A* 3. 4; XX *A* 1. 2. 5. q) processio *A* 1. r) *deest A* 4. s) Lugdun. *C;* Lugduni *al.* Lugd' *A* 1; Lugdunum *A* 2. 4. t) multa *C. A* 1. t*) aliorum *add. A* 2. u) çession● *B* 2. 3; solutione *male B* 1. v) adiecit *B* 1. w) ortam *B* 4; *deest B* 2. 3. x) ad *B* 1. y) hodiernum *B* 4.

1) *Conradum.* 2) *Heinricum.*

presertim cum a nobis nunquam[z] extiterit[a] requisitus. Post discordiam vero censum eumdem consignatum prelatorum et autenticarum[b] personarum sigillis apud edes[c] sacras mandavimus deponi, et depositus hodie conservatur[d].

(9) Apparet nichilominus[e] animosa nimis et ampullosa non minus ex ipsius inflicte pene severitate[f] sententia, per quam imperator Romanus, imperialis rector[g] et dominus maiestatis[h], lese maiestatis dicitur crimine condempnatus, per quam ridiculose subicitur legi[i] qui legibus omnibus imperialiter est solutus [1], de quo temporales pene sumende, cum[k] temporalem hominem[l] superiorem non habeat[m], non sunt in homine, sed in Deo[k]. Spirituales autem penas per sacerdotales[n] nobis penitentias indicendas[o], tam pro contemptu clavium quam pro aliis transgressionis humane peccatis[p], nedum a summo pontifice, quem in spiritalibus patrem nostrum et dominum[q] profitemur, si tamen ipse nos[r] filium debita relatione cognoscat, sed per quemlibet sacerdotem reverenter accipimus et devote servamus. (10) Ex quibus omnibus manifeste[s] liquet quod[t] potius ignominiose quam iuste habendos nos duxerit[u] de katholica fide suspectos, quam nos, teste summo[v] iudice, in omnibus et singulis eiusdem[w] articulis secundum universalis[x] ecclesie disciplinam et approbatum[y] per Romanam ecclesiam[z] simbolum firmiter credimus et simpliciter confitemur[a]. (11) Advertat igitur prudentia tua[b], si[c] predicta sententia nulla[d] ipso iure, nullus ipso iure processus — non magis in nostram[e] quam in omnium regum et principum ac quarumlibet dignitatum temporalium[f] perniciem — debeat observari[c], quam[g] nulla[h] nostrorum Germanie principum, a quibus assumptio status et depressio nostra dependet[i], presentia vel consilia[k] firmaverunt[l]. Advertat et aliud: qualis ex istis initiis exitus expectetur!

*C.*

A nobis incipitur, set tua et aliorum principum dignitas procul dubio conculcatur. Tuam ergo iusticiam in causa nostra defendis, tibi et tuis heredibus a longe providendo.

*A.*

A nobis incipitur, sed pro certo noveritis, quod in aliis regibus et principibus finietur, a quibus publice gloriantur resistentiam aliquam minime formidare, si, quod absit, posset[m] nostra po-

*B.*

A nobis incipitur, sed noveritis, quod[n] finietur in vobis, quia, nostra potentia primitus[o] conculcata, resistentiam aliquam non exspectant[p]. Vestram ergo[q] iustitiam[r] in nostra causa

**262.** z) nusquam *B* 2—4. a) est *B* 1; fuerit *B* 4. b) publicarum *B* 2—4. c) sedes *B* 1. d) et hodie depositum conservari *B* 1; et hodie depositum conservatur *B* 3. e) ergo *B* 1. 3; igitur *B* 2. f) severitatis *A* 2; temeritate *B* 4. g) imperii auctor *B* 1—3; imperialis auctor *B* 4. h) manifestis *A* 1. 4; manifestus *A* 5; *deest B.* i) *deest A* 2; legi subicitur *B* 1—4. k) *A* 2 *verso ordine:* non sunt *usque* Deo, cum temp. non hab. superiorem. l) *deest A* 2; ordinem *B* 2. 3. m) modo *add. B* 4. n) sacerdotes *C.* o) iniungendas *B* 1. p) transgressionibus et humane nature peccatis *B* 1; transgressionibus humane pietatis *B* 2; transgressionibus humane peccatis *B* 3; transgressionis humane potestatis *B* 4. q) patrem et dominum nostrum *B* 1. 2. 4. r) nos ipse ut *B* 1. 4; nos ipse *B* 2. 3; ipse *deest A* 1. s) manifestissime *A* 3—5. t) quam ign. *A* 2; hi *add. B* 2. 3. u) dixerit *A* 1. 5. *B* 1; duxerint *B* 2. 3; *deest A* 2. v) supremo *A* 1—4. w) eidem *C; fidei add. A* 2. x) universalem *A* 1. y) approbatam *C. B* 3. z) *loco* per Rom. eccl. *A* 3. *B* 1—3: Romane ecclesie. a) profitemur *B* 4; profitemur simpliciter *A* 1. b) industria vestra *A;* industria regia *B.* c) *B sic:* si predictam sententiam ipso iure nullam nullumque (nullum ipsum iure 4) processum servare non minus in .... perniciem debeamus. d) nulla sententia *C. A* 1. 2. e) nostra *C.* f) temp. dign. *A* 1. 2. 3. 5. *B;* potestatum *A* 4. g) quam — firmaverunt *des. B* 1—3. h) nulli *A* 3; nostrorum *deest A* 2. i) dependent *A* 1—3. k) consilio *A* 3. l) *hic desinunt A* 4. 5. m) per ipsos *add. A* 2; possit per eos *A* 3. n) noveritis quod *des. B* 4. o) *deest B* 2. 3. p) formidant *B* 4. q) igitur *B* 2. 4. r) iustitiam non tam nostra tuentes nobis *B* 2; in casu isto iusticiam defendentes vobis *B* 4.

1) *L. 31. Dig. 1, 3. LIEB.*

tencia primitus conculcari. Regis[s] igitur vestri iusticiam in causa nostra defendite, suis et eorum[s*] heredibus providete!

tuentes et vobis[r] vestrisque heredibus a longe providentes[t] nobis[u], sicut convenit, in hiis assistatis.

(12) Nec[v] illud obmittimus[w], quin fidei tue[x] constantiam[y] ad presens fiducialiter requiramus, ut nedum quod adversario nostro, nunciis aut legatis[z] ipsius occulte aut publice faveas[a], quin potius nobis[b] toto posse potenter assistas[c], nullum omnimode[d] nuncium aut legatum populum[e] tue dicioni subiectum[f] in nostra dispendia[g] convertere molientem aliquatenus[g*] admittendo[h]; pro certo sciturus[i], quod per[k] nos, in quibus inchoata est tante temeritatis audacia, qua[l] ad privationem nostri[m], velud cuiuslibet sacerdotis, pontificalis[n] auctoritas officium sue iurisdicionis[n] extendit taliter, assistente[o] nostris auxiliis dextera regis regum[p], qui semper iusticiam comitatur, istis principiis occurretur[q] — dummodo se nobis illorum[r] potentia non opponat, regum et principum scilicet[s], quos communiter causa nostra contingit et quorum non minus vertitur interesse quam nostrum, — quod[t] tibi[u] et aliis[v] terre nobilibus causam iusti timoris in talibus nostra defensio non relinquet[w]. Inviti tamen hoc facimus, teste Deo, sed necessario provocati, velut qui peste multiplici christianitatem nostris temporibus videmus attritam, ad cuius auxilium una tecum[x] prout etiam nuperrime tibi[y] scripsimus[1] totis[z] intendere[a] viribus sperabamus[b]. Requirat autem de manu[c] eius hoc[d] Dominus[e], qui tanto discrimini, quod[f] toti fere[g] reipublice christiane minatur excidium, et[h] destructioni[i] tocius imperii Romani materiam subministrat. [Ad[k] hec quicquid Hugo Kabuche, miles dilectus, nuncius et fidelis noster, vobis super premissis ex parte nostra dixerit, tanquam persone nostre indubitanter credat dileccio vestra specialis.]

Datum[l] apud Taurinum, Non. Augusti, tercie indictionis[m].

**262.** s) Reges *A* 1; Regni *A* 2. s*) suorum *A* 2. 3. t) providete *B* 4; providere *B* 2. u) nobis *usque* assistatis *des. B* 2—4. v) nos *add. A* 1. 2. *B* 1. w) omittemus *A* 1. x) regalis *A;* vestre *B.* y) ex affinitatis federe *add. A;* ex confederatione contractata (contracta 2—4) nobiscum *add. B.* z) aut nunciis seu (aut 4) legatis *B.* a) *correxi;* favens *C;* faveat *A;* faveatis *B* 1. 2. 4; foveatis *B* 3. b) nobis potius *B.* c) posse assistat viriliter et potenter *A;* posse viriliter assistatis (assistentes 4) *B.* d) omnino *A. B.* e) populo *A* 1; popellum *A* 2; populos *A* 3; vel legatum papalem *male B* 4. f) sue iurisdictioni subiecto (subiectum 2; subiectos 3) *A;* vestre iurisdictioni (dicior 3) subiectum *B.* g) in nostrum dispendium *A* 2; in disp. nostra *B* 1—3; *des. B* 4. g*) nullatenus *A* 2. h) admittere debeat *A*; admittentes *B* 1—3; admittatis *B* 4. i) scituri *A. B.* k) *deest C. B* 1. 3. l) quod *C. A* 1. 2. *B* 4; que *B* 1—3. m) ad depositionem nostram *B.* n) auctoritatem sue iurisdictionis (vim dictionis 2) *B* 1—3. o) assistentem *C;* astante nobis et *A* 2. p) *deest C.* q) occurremus *B* 1. 3. r) illorum — quod tibi *des. B* 4. s) scilicet *deest B* 1; scil. reg. et princ. *A* 1. t) pro *A* 3; quia *male B* 1; quam nostrum quod *des. B* 3. u) vobis *A. B.* v) orbis *add. A* 1. *B.* w) relinquunt *C;* derelinquet *A* 1; relinquat *B* 2. x) vobiscum *A. B.* y) regie manificentie *A;* vobis *B* 4; *deest B* 1—3. z) nos *add. B.* 1. 3; vos *add. B* 2. a) incumbere *B* 4. b) expectamus *B* 3. c) manibus *B* 2. 3. d) *deest C.* e) Deus *A* 2. *B* 1. f) qui *C;* quod — Romani *des. B.* g) foret *A* 1. h) et — Romani *des. A.* i) destructionis *C.* k) *uncis inclusa add. A* 1. l) Datum Taurini pridie Augusti III. indictione *A* 1; Datum Taurini II. Kalendas Augusti tercie indictionis *A* 2; Datum anno incarnationis dominice MCCXLV. mensis Septembris III. indictione, imperii nostri anno .. regni Hierosolymitani anno .. Sicilie vero .. *Pipinus; linea chronologica omnino deest A* 3. *B.* m) tercio ydus *male C.*

1) *Hae litterae exstare non videntur. LIEB.*

# 263. ENCYCLICA DE TERTIA, DE NOVIS SANCTIONIBUS, DE IURAMENTIS FIDELITATIS RENOVANDIS.

(1245. Sept.)

*Superstes est in duplici forma. Alteram* A, *quae ad civitates regni Italici data est, servaverunt* 1) *codex Stuttgartensis (Peutinger) hist. 247 fol. 176; lectiones eius et codicis 2 editioni viri cl. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, nr. 44 debemus;* 2) *codex bibliothecae universitatis Vratislaviensis saec. XV, Cl. IV 102, p. 20 nr. 17*[1], *cuius librarius textum aliquantum variavit et partem magnam negligentia seu pigritia ductus omisit; nequaquam tamen textus codicis 2, ut opinati sunt Winkelmann et Ficker, tertiam et propriam formam repraesentat, ad eas civitates datam, quae ad curiam Parmensem nuntios suos non miserint;* 3) *codex Wilheringensis pars II, ep. 79, quem solum adhibuit Pertz;* 4) *codex Vindobonensis 590 (Philol. 305), fol. 129' ep. 179;* 5) *codex Vindobonensis 526 (Philol. 187), fol. 73', cuius lectionem debemus viro cl. Höfler 'Kaiser Friedrich II.' p. 424. Codices 3—5 intime inter se cohaerentes exemplari usi sunt, quod ad civitatem Pisanam datum est. Eidem inscribitur encyclica in codice Trecensi saec. XV, ep. 129, qui in inscriptione solus genuinam lectionem* comuni *loco* comiti *servavit*[2].

*Altera forma* B *est ea, qua encyclica incolis regni Siciliae missa est; quae continetur in libro dictaminum Baumgartenbergensi codicis Vindobonensis 409 (Philol. 61), fol. 38'; eam iam olim exemplavit vir cl. Wattenbach, edidit Bärwald in editione libri istius p. 222. Vir cl. Ficker recte cancellariam imperialem negligentiae arguit, quod in hac forma* B *sententiam, quae agit de potestatibus civitatum, non deleverit.*

*De tertia cf. mandatum imperatoris in collectione Petri de Vineis l. I, c. 10 contentum; Reg. imp. V, 3509. — Huillard-Bréholles VI, 357 (collatis codicibus 1 et 2 atque editionibus Pertziana et Höfleriana). Böhmer, Reg. imp. V, 3506. 3507. 3508.*

*(P. 354.)*

Fridericus etc. potestati, consulibus et comuni Pisarum etc.[a]

(1) Multifarie multisque modis, prout fama celerior[b] litteris[c] publice divulgasse[d] iam potuit, ad pacis universaliter expectate[e] dulcedinem imperialis humanitas animum inclinavit. Sed quantumlibet ipsam instanter[f] inquireret[g] et per humilitatis[h] semitas sequeretur, et[i] quantumlibet ipsam devote vocaverit, immo forte postulaverit imprudenter[k], Romani pontificis impetus, quem pacis ducem[l] esse credidimus[m], ipsam preter spem nostram et votum[n] commune[o] credencium erroris duxit in devium, et quam ardenter amplecti debuerat[p], turpiter proh pudor[q] profugavit, ita[r] quod nec[s] totiens corde contrito quesita comparuit, licet superficietenus, cum morbus lateret[t] intrinsecus,

**263.** a) Fridericus etc. potest. con. et comiti Pisarum etc. *A* 5; Fridericus etc. pont' con. et comiti Pisarum etc. *A* 4; Fridericus etc. tali et tali comiti etc. *A* 3; comuni *recte loco* comiti *cod. Trec.; inscriptio deest A* 1. 2. *B.* b) celebrior *B.* c) *deest A* 4. 5. d) promulgasse *A* 3—5; prouulgasse *B.* e) *loco* un. expectate *A* 2: et utilitatis. f) *deest A* 1. g) acquireret *A* 4. 5. h) humanitatis *A* 3—5. *B;* utilitatis *A* 2. i) et — imprudenter *des. A* 3—5. *B.* k) *correxi;* imprudentes *A* 1. 2. l) *loco* pacis ducem *A* 2: patrem lucis; *B:* ducem pacis. m) credimus *A* 3—5; credebamus *B.* n) vocem *A* 1. o) communem *A* 1; ecclesie *A* 4. 5. p) deb. amplecti *A* 3. q) proh pudor *des. A* 1. 2; proch dolor *B.* r) ita — exaudivit *des. A* 2. *B.* s) *deest A* 3. t) latenter *A* 4. 5.

1) *Cf. 'Archiv' VII, 925.* 2) *V. 'Archiv' VII, 921.*

spem[u] boni communiter gentibus figurasset, nec amicabiliter, ductore[v] procurante guerrifero[w], voces pacificas exaudivit. Sequitur[x] igitur, ut qui pondus incudis hactenus pacienter et[y] devote subivimus, mallei consequenter officium[z] resumamus, ac[a] ubi paciencie nostre theriaca[b.1] non valuit, per victorie gladium, quem pontificalis cotis asperitas acuit et, occasionis cuiuslibet expulsa rubigine, ad precipicium fabrica noviter elimavit[c], tamquam supremum[d] et[e] grande remedium, nos ad potentialis[f] medele suffragium convertamus. (2) Cuius alti propositi nostri[g] consilium ambaxatoribus civitatum[h], quos ad[i] maiestatis nostre presenciam libenter earum devocio destinavit, tanto salubrius communicare[k] previdimus, quanto potencie nostre sublimitas, que[l] consummare quelibet amodo[m] proponit in[n] gladio, voluntates vestras[o] ad id concordes expostulat et affectus[p] voluntatum[q] reputat[r] oportunos. Cum[s] quibus Parme, prout audisse[t] vos credimus, colloquio celebrato sollempniter et nostre voluntatis indiciis, quam[u] in actum[v] de cetero transferre disponimus, verbalis clavis misterio reseratis[w], ipsos gratanter et[x] hilariter ad propria[y] duximus remittendos[z]. Ex quorum relatibus quamquam ad noticiam devocionis vestre[a] pervenerit, litterali verumtamen expressione[b] describimus, quod, ut[c] maiestatis nostre sublime propositum salubrius et commodius[d] consummetur[e], preter[f] voluntates et opera[g] ceterorum fidelium, que ad id[h] prompta[i] requirimus et efficacia[k] postulamus, in fortune cesaree fulcimentum terciam partem[l] proventuum et obvencionum omnium[m], prout hoc per nuncios super[n] hiis[o] a celsitudine nostra mittendos liquebit apercius, ab omnibus ecclesiis nostre serenitatis edicto[p] iussimus[q] exigendam. (3) Novas etiam nostre magnificencie sanctiones, quas nuper imperialis culminis titulus[q*] edidit, tamquam[r] victorie nostre preambulas[s] ad vos[t] sub maiestatis nostre sigillo transmittimus, quas per quoslibet[u] fideles nostros inviolabiliter decrevimus observari[v]. Devocioni vestre firmiter iniungentes, quatenus ipsas per vos speciales[w] fideles nostros[x] execucioni debite demandandas[y] statutorum vestrorum[z] numero[a] libenter[b] et hilariter aggregetis, eas[c] cum statutis eisdem, ut nulla sit in execucione diversitas, in[d] unum corpus redigi facientes; quas potestates presentes et qui civitatibus temporis processu prefuerint[e], inter alia statuta vestra iurent se firmiter servaturos[f].

**263.** u) specie *A* 3. v) doctore *A* 4. 5. w) gratifico *A* 1. x) *loco* Sequitur igitur ut *B:* Quapropter oportet nos licet invitos ut scilicet. y) *loco* et dev. subivimus *A* 2: sustinuimus et devote. z) tamquam medele suffragium *add. A* 2 *male e sententia sequenti petita.* a) ac *usque* expressione describimus quod *des. A* 2. b) cyriaca *A* 3; tiriaca *A* 4. 5; tyriaca *B.* c) elinquit *A* 4. 5; eliminavit *B.* d) supernum *A* 3. e) *deest B.* f) pontificalis *A* 4. 5. g) nostri prop. *B.* h) *loco* ambax. civitatum *A* 3—5: talibus; *B:* nunciis vestris. i) *loco* ad — earum *A* 3—5. *B:* ad nostram presenciam vestra (*deest A* 4. 5). k) communicandum *B.* l) que — gladio *des. B.* m) animo *A* 5. n) *deest A* 3. o) nostras *A* 4. 5. p) effectus *A* 3—5. *B;* voluntatis aff. *A* 1. q) earundem ad presens *add. B.* r) reputamus *A* 1; reprobat *A* 4. 5. s) Cum *usque* expressione describimus quod *des. B.* t) scire vos *A* 4. 5; vos scire *A* 3. u) quam — misterio *des. A* 3—5. v) atrum *A* 1. w) reservatis *A* 1. x) gratanter et *des. A* 1. y) ad propria *des. A* 1. z) retitendos *A* 4. 5. a) vestre dev. *A* 3—5. b) descripcione *A* 3—5. c) *hic rursus incipiunt* Ut igitur *A* 2; Igitur ut *B.* d) facundius *A* 1. 2. e) conservetur *A* 1; consumatur *A* 2. f) preter — efficacia postulamus *des. B.* g) opem *A* 5. h) *deest A* 3. i) propera *A* 1. k) efficaciter *A* 1; servitia *add. A* 2. l) *deest A* 4. 5. m) obvencionem omnem *A* 1; omnium *deest A* 4. 5. n) sunt *A* 4. 5; *loco* super — mittendos *B:* ad celsitudinem nostram missos. o) hoc *A* 3—5. p) eccl. nostre dicionis seren. nostre edicto *B.* q) duximus *A* 1. q*) titulis *A* 1. r) tamquam *usque* preambulas *des. A* 1. s) *emendavi;* preambulus *A* 3—5; quidam preambulus *B;* titulus tamquam v. n. preambulis edidit *A* 2. t) vobis *A* 3—5. *B.* u) quosque *A* 2. v) decernimus observandas *B.* w) specialiter *A* 1. 3—5. *B.* x) fid. nostros *des. A* 3—5. *B.* y) *correxi;* demandantes *A;* mancipantes *B.* z) nostrorum *A* 4. 5. a) nervo *A* 3. b) liberaliter *B.* c) ipsas *B.* d) et in *A* 3—5. e) quas potestas futura quelibet (futurus quilibet 4. 5) qui pro tempore civitati prefuerit *A* 3—5; quas etiam potestas civitatis vestre futurus pro tempore *B.* f) statuta vestra se firmiter iuraturos iubemus *A* 1; stat. vestra iuret se firmiter servaturum *A* 3—5; vestra statuta se iuret firmiter servaturum *B.*

1) *i. e. antidoton contra serpentium morsus.*

A.

(4) Volumus etiam et mandamus, ut fidei firme[g] constanciam circa nostra servicia, prout qualitas temporis exigit et imperantis[h] exposcit auctoritas, excitantes, circa renovanda fidelitatis[i] debite sacramenta nobis et dilecto[k] filio nostro Conrado[l] in[m] Romanorum regem electo semper augusto et regni Ierosolimitani heredi — cui iuris rigor[n] imperii Romani fastigium per legittimos tramites paterne successionis[o] attribuit et universorum Germanie[p] principum, ad quos de iure imperii[q] spectat[r] electio, singulorum concorditer munita signaculis, prout in concione publice ambaxatoribus predictis[s] presentibus legi mandavimus[t], publica munimenta[u, 1] roborant[v] dignitatem[w] — sic vos[x] mater ipsa[y] fidelitas promptos et paratos[z] ostendat[a], ut in celsitudinis nostre presencia, que fidelium gratificatur aspectibus[b], ipsius[c] operis efficacia vos[w] commendabiles representet[d]. [Super[e] quibus quicquid Iohannes[f] de Materio[2] capitaneus vester, dilectus[g] fidelis noster, vobis dixerit et mandaverit, credatis[h] firmiter et efficaciter impleatis.]

B.

ut benigna nostre gratie provisio, quam sub humane quodam dileccionis applausu et amplexu cesaree fortune fastigium clementer amplectitur et subditorum comodis libencius condescendit, tanto libencius et liberalius ad fideles nostros Regnicolas, laborum nostrorum participes indefessos, se naturali quadam necessitate cogatur extendere, quanto et in regnancium proteccione precipuos et in exhibicione obsequiorum divis predecessoribus nostris et nobis exhibuit et probavit varietas temporum firmiores.

---

# 264. 265. EPISTOLAE DE ARBITRIO REGIS FRANCIAE.

1245. Sept.

## 264. *EPISTOLA AD INCOLAS FRANCIAE. 1245. Sept. 22.*

*Ex autographo tabularii Parisini, Trésor des chartes J. 419 nr. 1, dederunt Huillardus et Teulet 'Layettes du trésor des chartes' II, 584, quorum textus, qui plane inter se concordant, repetimus. Membranae appendet, teste Huillardo, filis sericis violacei coloris bulla aurea imperatoris. — Huillard-Bréholles VI, 349. Böhmer, Reg. imp. V, 3511.*

*(P. 355.)*

**263.** g) vestre *A* 3—5. h) imperialis *A* 3—5. i) nostre *add. A* 4. 5. k) karissimo *A* 3—5. l) C. *A* 1. 2; n. C. *A* 4. 5. m) in — heredi *des. A* 3—5. n) viget *A* 1. o) *loco* pat. successionis *A* 2: et linee successionem. p) imperii *A* 3—5. q) imp. de iure *A* 3—5. r) stabat *A* 2. s) vestris *A* 3—5. t) mandamus *A* 4. 5. u) mun. publica *A* 3—5. v) *deest A* 1. 2. 4. 5. w) *deest A* 1. 2. x) igitur *add. A* 3—5. y) *loco* mater ipsa *A* 2: in ipso. z) paratos et aptos *A* 1. a) commendet *A* 2. b) affectibus *A* 2. 4. c) presentis *A* 1. d) representat *A* 3. e) Super — impleatis *des. A* 3—5. f) Ioh. de Materio *des. A* 2. g) vester dilectus *des. A* 2. h) *deest A* 1.

1) *Munimenta publica, quae Parmae legebantur, decretum electionis Conradi regis fuisse videntur.* 2) *De quo cf. Winkelmann, 'Acta imperii inedita' II, nr. 36.*

Fr. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex universis presentes litteras inspecturis per regnum Francie constitutis, dilectis sibi, salutem et omne bonum.

(1) Cum per aliquos retroactos Romane sedis antistites et presentem nos et alios reges, principes orbis et nobiles regna, principatus, honores quoslibet et iurisdictiones habentes gravatos merito censeamus, ex eo quod ipsi contra Deum et iustitiam posse[a] sibi iurisdictionem et auctoritatem usurpant instituendi et destituendi seu removendi ab imperio, regnis, principatibus et honoribus suis imperatores, reges et principes seu quoscumque magnates, temporalem auctoritatem in eos temporaliter exercendo, absolvendo etiam a sacramentis quibus dominis suis vassalli tenentur, contra dominos excommunicationis tantummodo sentencia promulgata, quodque questione sive discensione inter dominos et vassallos seu inter duos nobiles et vicinos invicem contendentes, prout assolet, emergente, predicti summi pontifices ad petitionem unius partis tantummodo partes suas temporaliter interponunt, volendo ipsos invitos in se compromittere vel aliter ad concordiam cohercere, et alligando se fidelibus contra dominos aut uni de partibus supradictis, quod non prius pacem cum aliis faciant quam alligatos sibi ponant in pace, recipiendo similiter promissionem de non faciendo pacem cum dominis a vassallis; item ex eo quod predicti summi pontifices in preiudicium iurisdictionis et honoris regum et principum predictorum, ad petitionem clericorum seu laycorum, cognitiones causarum de rebus temporalibus, possessionibus pheodalibus seu burgesaticis in ecclesiastico foro tractandas recipiunt et committunt: ecce quod nos ad predictam iniuriam documentis evidentibus ostendendam et ipsam a nobis et eis rationabiliter removendam magistrum Petrum de Vinea, magne curie nostre iudicem, et G. de Ocra clericum, dilectos fideles nostros, ad L. illustrem regem Francorum, karissimum amicum nostrum, providimus destinandos, affectuose rogantes et ob tuitionem et conservationem iurium nostrorum et imperii, regum aliorum et principum seu quorumcumque nobilium efficaciter requirentes eumdem, ut congregatis coram se laycis paribus regni sui aliisque nobilibus tanto negotio opportunis, per se cum eis super omnibus predictis et singulis audiat iura nostra.

(2) Ceterum si ipse predicta non duxerit assummenda[b], cum nos, qui auctore Domino Romani imperii, regnorum Ierusalem et Sicilie moderamur habenas, tam enormem iniuriam et tam informem usurpationem diebus nostris tolerare nolimus, regem eumdem iusta precum intercessione rogamus, quatenus nobis causam nostram, suam et aliorum principum viriliter prosequentibus se contrarium non opponat nec de regno suo aliquos laycos seu clericos temporaliter nobis opponi permittat nullumque presenti summo pontifici seu successoribus suis contra nos, discrimine presenti durante, in regno vel de regno suo presidium seu receptaculum tribuat aut tribui paciatur.

(3) Porro si forsitan rex predictus una cum paribus et nobilibus regni sui, prout tantum regem et regnum condecet, partes suas interponendas viderit in predictis summumque pontificem sive per iustitie debitum vel modo quolibet ad istud induxerit, ut velit predicta gravamina nobis et aliis christianis primatibus inrogata, et id specialiter, quod contra nos nuper in Lugdunensi concilio statuit, quatenus de facto processit, cum prorsus de iure non valeat, revocare, nos ob honorem et reverentiam Dei et Redemptoris nostri nec non ob amorem, quem ad regem et regnum Francie pre ceteris singularem habemus, causam que inter nos et summum pontificem vertitur supradictum, quatenus contingit eumdem, in manibus ponimus regis eiusdem, parati omnia quecumque per nos idem rex de consilio parium nobiliumque suorum, visis et diligenter auditis nostris et imperii iuribus, ecclesie viderit emendanda, corrigere et in statum debitum

**264.** a) *sic or.; quae vox certe delenda est.* b) *sic or.*

integre reformare, ac deinde pace per hoc inter nos et ecclesiam procedente et reliquiis Lombardorum, prout tenentur et debent, vel ad mandatum nostrum et imperii redeuntibus vel prorsus ab ecclesie defensione seclusis, promptos nos offerimus et paratos, vel predicto rege ad defensionem christianitatis et statum pacificum conservandum in cismarinis partibus remanente, vel una cum eo, si hoc melius viderit eligendum, ad transmarinas partes per nos aut Conradum karissimum filium nostrum, Romanorum in regem electum et regni Ierosolimitani heredem, omine prospero transfretare[b], ad hoc nos obligantes specialiter et expressim, quod vel cum rege Francie sive sine eo terram totam Ierosolimitanam et quidquid umquam a diebus antiquis regno Ierosolimitano pertinuit ad proprietatem et dicionem regni ipsius et christianitatis cultum nostris, imperii et regnorum nostrorum viribus, laboribus et sumptibus curabimus revocare. Nichilominus tamen, si forte quod absit discrimen presentis discordie inter nos, ecclesiam et Lombardos durare contigerit, predicto regi ac omnibus crucesignatis cum eo, quatenus presentium negotiorum et temporum qualitas patitur et tempestas, presidia nostra terra marique, tam in navibus quam victualibus, promptis affectibus offerimus per presentes. Superque omnibus et singulis supradictis, que presentium series continet litterarum, auctoritatem et mandatum plenum predictis magistro Petro de Vinea et G. de Ocra duximus conferendum, ratum habentes et firmum quicquid per eosdem in hiis pro parte nostri culminis extiterit ordinatum.

Datum Cremone, vicesimo secundo Septembris, quarte indictionis.

## 265. *ENCYCLICA AD UNIVERSOS REGES.*

*Epistolam hanc, quam mutilam tantum ad nos venisse dolemus, priori additam esse, vir cl. Ficker recte iudicavisse videtur. In rubris codicum iam regi et baronibus Franciae inscripta legitur, at aliis quoque regibus encyclicae instar missa esse videtur. Editionem paravimus ope* 1) *codicis Panormitani principis Fitaliae saec. XIV. in. ep. 5;* 2) *codicis Montispessulani dictaminum Petri de Vineis l. I, c. 20;* 3) *codicis Parisini lat. 13059 (S. Germain Harlay 455) pars I, nr. 20 fol. 5', quem pariter atque codicem Notre Dame 202 se adhibuisse praetendit Huillardus, qui tamen lectiones editionum Petri de Vineis nimium secutus esse videtur atque epistolam ad a. 1246. m. Febr. posuit. — Huillard-Bréholles VI, 389. Böhmer, Reg. imp. V, 3512.* *(P. deest.)*

Ut[a] iustitiam et innocentiam nostram tam vos quam alii reges orbis et principes agnoscatis, ecce processum totum super discordia inter nos et istum[b] summum pontificem et predecessores suos habita presentibus denotamus. Nec tamen in hoc stari[c] tantummodo nostre fidei volumus, sed quicquid tenori scripture presentis inserimus, parati sumus per sufficientia documenta monstrare. Primum scire vos credimus, qualiter Innocentius alius predecessor istius, sub cuius balio et tutela nos nedum impuberem sed infantem[d] mater nostra dimiserat, contra nos in imperio, cuius principes nos[e] in regem elegerant et nobis[f] in vita patris nostri iuraverant[g], Othonem[h] de Saxonia, veterem adversarium nostrum et domus nostre, imperatorem in nostrum preiudicium consecravit; qualiter comitem Gualterium[i] de Brenna[k], qui velut gener Tancredi regis intrusi mortem nostram et sanguinem sitiebat, sub defensionis nostre specie

**264.** b) transfetare *or.*

**265.** a) *rubrica in* 1: Fridericus imperator scribit regi Francie aliisque regibus et principibus mundi et universis baronibus regni de discordia et processu habito inter eum et Romanam ecclesiam conquerendo de domno papa et cardinalibus; *in* 2: Fridericus regi et universis baronibus regni Francie narrans eis processum habitum inter ecclesiam Romanam et ipsum; *in* 3: Regi et u. b. r. F. n. e. p. h. i. ipsum et dominum papam. b) ipsum 1. c) tamen instari 3. d) insontem 1. 3. e) *deest* 1. f) nos 2. 3. g) servaverant 2; iuuaverant 3. h) O. 3. i) G. 2. 3. k) Brenda 1. 2. 3.

misit in Regnum; qualiter etiam Gregorius nonus[l], predecessor istius, sub ea occasione quod nos in termino nobis dato infirmitate gravati transire nequivimus ultra mare, contra iustitiam primitus excommunicationi subiecit, deinde[m] pro servicio Iesu Christi peregrinantibus nobis, regnum nostrum hostiliter usurpando; qualiter de ultramarinis partibus redeuntes, recuperata terra nostra[n] quam ceperat, pacem cum ipso firmavimus, quam nullo credidimus tempore violandam. Quam ipse licet[o] nobis in[p] parte servare negaverit requisitus, cum civitatem Castelle per ipsum turbationis tempore occupatam reddere nobis nollet[q] ex pacto, dum in multis aliis nostram offenderet maiestatem, nos tamen nedum illatas dissimulabamus iniurias, verum etiam servire sibi sub infinitis laboribus nostris et sumptibus nitebamur, nos opponendo Romanis pro recuperatione[r] iurium ecclesie, que Romani predicti nequiter occuparant[s]. Cum quibus postmodum papa prefatus pacem composuit, nobis insciis et contemptis[t]. Nec illud ignorare vos patimur, qualiter contra[u] nos, de predicto servitio suo diebus ante[v] proximis recedentes[w] in Theotoniam[x] ad corrigendum Heinrici primogeniti filii nostri errores[y], favoris sui litteris precedentibus[z], occulte nuntium ad principes destinavit, per quem ordinavit eosdem, ut nullum de filiis nostris vel de genere nostro in regem sibi assumerent, prout iidem principes nobis postmodum retulerunt; et sic quem impenso servitio publice credebamus habere propitium, latenter invenimus inimicum; qualiter etiam paratis nobis in Italiam descendere[a] pro recuperandis non minus ecclesie quam imperii iuribus, pro ultramarino negotio procurando et ordinando statu pacifico regionis ipsius, misit nobis obviam episcopum Penestrinum[b], nunciorum nostrorum contradictione contempta, qui non ipsum velut inimicum nostrum, sed Anthiocie patriarcham velut amicum in transmarino negotio requisiverant[c] pro legato. Qui prenominatus episcopus a devotione nostra Mantuam[d.1] temptavit avertere et Placentiam, in qua velut originarius eius nimium[e] poterat[f], evidenter avertit, contra nos, ne transire possemus, quanquam hoc frustra temptaverit, Lonbardorum exercitum congregando. Optenta deinde cum auxilio regis regum de Mediolanensium[g] pravitate victoria, dum Lonbardi contra nos et imperium de ipsorum resistentia[h] desperarent, ad eundem summum pontificem, qui eos favore palliato protexerat, puplice defugerunt[i], asserentes quod nisi ipsos a nobis papa prefatus et fratres publica defensione defenderent, ad nostrum et imperii redire dominium cogebantur ......

---

# 266. PROMULGATIO VICARII GENERALIS PER TUSCIAM ET AB AMELIA USQUE CORNETUM.

## 1246. Febr.

*Praebent* 1) *codex Vaticanus 4957 saec. XV, fol. 37', ep. 28*[2], *quem exemplavit vir d. Donabaum, contulit olim Pertz;* 2) *codex Guelferbytanus 331 (Helmst. 298) saec. XV,*

**265.** l) verus 1. m) demum 1; dictum 3. n) *deest* 1. o) licet ipse 2. 3. p) *deest* 3. q) vellet 3. r) procuratione 3. s) occuparunt 1. t) conceptis 3. u) *deest* 2. 3. v) autem 3. w) et *add.* 1. 2. 3. x) Theutonia 2; Theotonia 3. y) errorem 3; corrigendum errorem H. pr. nostri filii 1. z) precedentes 2. 3. a) in Italia defendere 1. 2. 3. b) Penistrinum 1. c) requisierant 2. d) Mutinam 2. 3. e) : : mium 1; munitiones quas *Huill.* f) peterat *corr. e* poterat 1. g) Mediolana 1. h) instancia 3. i) defugerant 1.

1) *Cf. p. 309 c. 6.* 2) *Cf. 'Archiv' V, 379.*

*fol. 126', quem ipse contuli. Mandatum nostrum ad instar mandati supra nr. 216 editi confectum est; cuius quia pars posterior deperiit, in auxilium huic parti vocavimus mandatum nr. 217. Mandatum nostro consentaneum ad ipsum Fridericum de Antiochia datum, iam deperditum Petro de Vineis ad conficiendum dictamen l. V, c. 1 ad manus fuisse,* 5 *supra p. 299 animadvertimus. — Huillard-Bréholles VI, 387 (e cod. 1). Böhmer, Reg. imp. V, 3538. (P. deest.)*

Fr. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex prelatis ecclesiarum, marchionibus, comitibus, capitaneis, vavassoribus, potestatibus, consiliis[a], rectoribus[b], comunitatibus et universis per Tusciam et ab Amelia usque 10 Cornetum ac per Maritimam constitutis, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem.

Ad extollenda iustorum preconia et reprimendas insolencias transgressorum prospiciens a[c] celo iustitia erexit in populis regnancium solia et diversorum principum potestates. Caruisset namque condicio humana libenter[d] iugo dominii nec libertatem a se, quam eis natura presti- 15 terat[e], homines abdicassent[f], nisi quod impunita licencia scelerum in evidentem perniciem humani generis redundabat, et ex necessitate quadam oportuit naturam subesse iusticie et servire iudicio libertatem. Sed nec exquiri extrinsecus decuit speciem aliam creature, cui[g] se representata[h] per hominem celestis ymago subiceret, sed[i] homo prelatus est homini, ut gratiorem prelaturam efficeret ydemptitas speciei. Potissime tamen ad regimen[k] populorum divina sententia prefecit imperium, 20 dum ostensa sibi figura numismatis[l] in reddicione census pre ceteris regibus[m] cesaree fortune fastigium presignivit. Cui diversimodas subdidit nationes, non ob hoc solum ut eis imperando preesset, sed ut[n] ipsis pacis et iusticie copiam ministrando prodesset. Inter illas igitur multarum[o] occupacionum curas, quibus fluctuantis pelagi more pro salubri reipublice statu spiritus noster continue fatigatur, meditacione solicita revolventes, quod regio[p] supradicta, provincia utique nobilis 25 et pars Romani imperii preciosa, continua provisione iusticie multum indigeat, ut tam filii et indigene regionis ipsius quam advene in provinciam venientes in personis iniurias et in rebus damna pati non possint et ibidem iura imperii nequeant minorari, ne[q] talentum nobis in eis creditum[r] negligenter abscondere videamur, utpote qui rationem villicationis nostre sumus in examine stricti iudicii reddituri: ad hoc direximus aciem mentis nostre, ut ad statum paci- 30 ficum regionis ipsius solicite provisionis instancia intendamus. Quia tamen emergentibus aliis curis imperii, que per diversas partes presenciam nostram expostulant, presencialiter[s] ibi esse non possumus: ecce de fide et constancia Friderici de Antiochia dilecti filii nostri plenissime confidentes, ipsum in provincia ipsa generalem vicarium duximus statuendum, ut vices nostras generaliter gerat ibidem[t]. Nec tamen ipsum sola vicarii[u] pote- 35 state volumus esse contentum, licet solo vicarii nomine[v] censeatur, sed sibi[w] usque ad aliud mandatum nostrum adicimus officium presidatus, concedentes eidem merum et mixtum[x] imperium et gladii potestatem. Et ut in facinorosos animadvertere valeat[y] vice nostra, purgando provinciam, malefactores inquirat et puniat inquisitos et[1] specialiter eos qui stratas et itinera publica ausu temerario violare presumunt. Criminales etiam[z] questiones audiat et civiles, quarum[a] 40 cognicio, si nos presentes essemus ad nostrum iudicium pertineret. Liberales quoque audiat et determinet questiones. Imponendi etiam banna et mulctas, ubi expedierit, auctoritatem sibi plenariam impertimur. Decreta utique interponat, que super transactione[b] alimentorum[c], alienacione ecclesiasticarum rerum et* minorum secundum iusticiam interponi[d] petuntur. Tutores eciam

**266.** a) consulibus 2. b) consiliis et *add.* 2. c) e 2. d) lib. cond. hum. 2. e) con- 45 cesserat 2. f) addicassent 1. g) cui — subiceret *des.* 1. h) representacionem 2. i) et sic 2. k) regnum 1. l) numinismatis 1. m) rebus 1. n) ipsas in statu pacifico debite provisionis instantia reformaret vel *add.* 2. o) mult. igitur 2. p) regi 1. q) ut 1. r) credidum 1. s) ibi semper esse 2. t) ibi 2. u) vicaria 2. v) nečče 1. w) ibi 1. x) mustum 1. y) et *add.* 2. z) *deest* 1. a) que 2. b) translacione 1. c) et *add.* 2. d) imponi 2.

50 1) *Abhinc contulimus mandatum nr. 217.*

et curatores dandi quibuslibet sibi concedimus potestatem, et ut maioribus et minoribus, quibus universalia iura succurrunt, causa cognita restitucionis in integrum beneficium[e] valeat impertiri. Ad audienciam suam tam in criminalibus quam in civilibus causis appellationes[f] deferri volumus, quas[g] a sentenciis capitaneorum et[h] ordinariorum iudicum ac eorum omnium, qui iurisdicionem ab imperio nacti sunt,* contingeret interponi,* nisi persone vel cause qualitas vel appellacionum[i] numerus appellacionis subsidium adimant appellanti. Expressius[k] quoque eidem filio nostro commisimus et dedimus firmiter in mandatis, ut ad statum pacificum regionis ipsius, depressionem rebellium, recuperacionem nostrorum iurium et imperii in eadem et ad predicta omnia conservanda et efficaciter adimplenda[l] diligenter intendat. Quocirca fidelitati vestre precipiendo mandamus firmiter et districte, quatenus predicto filio nostro de omnibus et singulis suprascriptis[m] tamquam generali vicario nostro a maiestate nostra statuto devote intendere ac respondere curetis, ut devocionem vestram merito[n] commendare possimus.

Dat. Groseti, MCCXLV, mense Febr., IIII. indict.[o]

---

# 267. ENCYCLICA DE CURIA CREMONAE HABENDA.

(1247. in.)

*Epistolam in codice 2 civitati Viterbiensi inscriptam, quam prius anno 1226 viri docti delegabant, vir cl. Winkelmann 'Jahrbücher Friedrichs II.' I, 542 argumentis gravissimis anno potius 1247 vindicandam esse contendit. Quo anno cum curia Cremonae die 1. Maii demum haberetur, quae prius dominica paschali (Mart. 31) celebranda erat, ad illum diem eam prorogatam esse oportet. Codicibus usi sumus* 1) *Vaticano 4957 saec. XV, ep. 26*[1], *quem contulit Pertz et* 2) *Parisino lat. 2954 saec. XIV*[2], *quem a. 1821 exemplavit Chardier. Uterque minoris pretii est. Legitur in collectione Petri de Vineis l. III, c. 76. — Huillard-Bréholles II, 548 (praeter editiones et codicem 2 adhibito codice Parisino Notre Dame 202). Böhmer, Reg. imp. V, 1593. (P. deest.)*

Fredericus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Iherusalem et Sicilie rex potestati Viterbiensi[b], consilio et toti populo, suis fidelibus, gratiam suam et bonam voluntatem.

Qualiter iura imperii[c] pre varietate temporis precedentis conculcata iaceant et depressa et qualiter eius[d] tranquillitas fuerit olim et sit usque ad hec nostra felicia tempora, quod anxie dicimus[e], perturbata[f], universi de imperio cuiusque officii vel conditionis in oppressionibus[g] propriis personarum et rerum dispendiis iam senserunt et sentiunt incessanter. Nec immerito membra in capite patiuntur, sine cuius integritate, sicut[h] ab experto cognoscitis[h], nequit membrorum compago inlesa servari, et vix sperant reformationem[i] statum sui, nisi redintegratio[k] preparetur capiti,

**266.** e) *deest* 1. f) appellaī 1. g) quos 1. h) *deest* 2. i) appelacio nostri 1. k) appellari. Expressum 2. l) efficaciter et *add.* 1. m) prefatis 2. n) exinde 2. o) Datum croseti etc. 2.

**267.** a) Fredericus — voluntatem *des.* 1. b) pōt vitebꝰ 2. c) *loco* iura imperii 1: imperium. d) *deest* 2. e) *sic edd. Petri de Vin.;* ducimus 1. 2. f) conturbata 1. g) apprehensionibus 1. h) sicut exemplo cognoscimus 1. i) admittere *add.* 2. k) integratio 2.

1) *Cf. 'Archiv' V, 376 sq.* 2) *Cf. 'Archiv' VII, 931.*

a quo subsistencia[l] recipiunt virium[m] firmitatem. Sic enim[m] est hactenus per fas et nefas deductum imperium, sic acta est nequiter conditio subditorum[n], ut expediret[o] aliquando[p] nobis videntibus[q] conniventibus oculis pertransire, et[r] quod omnino[s] est gravius[t], ab imminentis ruine periculo aliquando[u] velle quod nolumus et[v] nolle quod volumus cogeremur[w]. Volentes igitur iura imperii statum in optimum reformare subiectorumque oppressionibus condolentes, apud Cremonam in proxima die dominica resurrectionis de consilio principum palatinorum sollempnem curiam indiximus[x] celebrandam. Quapropter vobis sub debito fidelitatis, quo nobis astricti tenemini, precipiendo mandamus, quatenus vestros nuntios[y] armis et equis qua convenit diligentia preparetis, ut quando ad finitimas[z] partes imperii noveritis nos dirigere feliciter[a] iter nostrum, eosdem ante nostram presentiam transmittatis[b], de condigna retributione securi, qua vobis[c] et[d] vestris bonis meritis Deo dante[e] curabimus[f] respondere.

Mart. 31.

# 268. ENCYCLICA DE HOSTE FACIENDA.

(1247. Mai.)

*Imperatorem* fautoribus suis *mandavisse,* quod infra quindecim dies post octavas pentecostes *(usque ad diem 9. m. Iunii)* presentiam eius apud Camberiacum *(Chambéry)* cum armis *adirent, novimus ex epistola Innocentii IV. papae Mai. 30 data*[1], *quacum conveniunt ea quae narrat Continuatio V. Chronicae regiae Coloniensis ad a. 1247 (ed. Waitz p. 290) his verbis:* Circa penthecosten *(Mai. 19)* imperator depositus disponit venire in Galliam, locuturus cum quibusdam fidelibus suis in Burgundia, et vocans ad diem placitum ducem Brabantie et multos nobiles de Teuthonia, ut coram eis expurgationem faceret, ut dicebatur, de obiectis sibi a papa criminibus. Sed cum Taurinum venisset, pervenit ad eum fama, quod Parma civitas olim sibi fidelis ab eo descivit; unde ipse coactus est redire. *Encyclica, qua imperator fideles suos cum armatis evocavit, si mutanda mutaveris, certe eiusdem tenoris fuit atque ea quam proponimus epistola. Haec tamen non ad fidelem, sed potius ad fautorem imperatoris data est, nempe ad Hugonem de Castillione comitem Sancti Pauli in pago Atrebatensi, non imperatoris sed regis Franciae vasallum, unum e quatuor baronibus Franciae, qui foederis contra clericos observandi munus in se susceperant*[2]. *Similiter autem scriptum fuisse fidelibus imperatoris, et ipsa rubra codicum indicare videntur, quae comitis Delfini, qui hoc tempore partes imperatoris tenebat*[3], *mentionem faciunt. Ad edendum mandatum adhibuimus* 1) *codicem Parisinum 13059 (S. Germain Harlay 455) pars I fol. 11;* 2) *editionem Martenei in Collectione amplissima II, 1136 nr. 1 e codice quodam reginae Sueciae profluam;* 3) *codicem Guel-*

**267.** l) subsisterium 2. m) *deest* 1. n) condictio subiectorum 2. o) penitus illicitos excessus *add. edd.* p) aliquam de 2. q) perpetratos *add. edd.;* videntibus — ab *des.* 1. r) ac 2. s) omni 2. t) *sequitur lacuna* 2, *et certe aliquod deest.* u) *loco* aliquando *edd.:* nonnunquam abstinere licitum. v) et — volumus *in solo* 2. w) cogemur 2; congregemur 1. x) *sic edd.;* induximus 2; duximus 1. y) milites *edd.* z) *loco* finitimas *lacuna in* 2. a) *deest* 1. b) dimittatis 1. c) nobis 2. d) *deest* 1. 2. e) Deo dante *des.* 1. f) optime *add.* 1.

1) *Huillard-Bréholles VI, 536.* 2) *Haec ex Huillard-Bréholles VI, 528 not. 1; ligam baronum, in qua mentio fit comitis Sancti Pauli v. ibid. p. 468.* 3) *V. Huillard-Bréholles VI, 555 (Böhmer, Reg. V, 3634).*

*ferbytanum Aug. in 4° XIII. 3 fol. 35, quem contulit Waitz. — Huillard-Bréholles VI, 528 (e codicibus 1 et Phillipsiano 8390). Böhmer, Reg. imp. V, 3627. (P. deest.)*

Fridericus[a] etc. H. comiti Sancti Pauli dilecto sibi[b] salutem[c] et omne bonum. Quoniam ad offerendam purgationem personalem super nota[d] infamie, qua in[e] congregatione prelatorum apud Lugdunum contra[f] Deum et omnem[g] iustitiam iste summus pontifex nos notavit[h], regni nostri ac totius Ytalie negotiis iuxta desiderium ordinatis, infallibiliter[i] Lugdunum disponimus nos transferre et abinde[k] postmodum, cum consanguineis nostris[l] et[m] fidelibus nostris illarum[n] partium sollempni colloquio celebrato, in Germaniam dirigere gressus nostros, dilectionem tuam attente requirimus et hortamur, quatenus[o] sicut honorem imperii et nostrum diligis, ad diem et locum, quem tibi latores presentium fideles nostri ex parte nostri culminis duxerint prefigendum, occurras nobis quam decentius et honorabilius poteris et cum armis et cum decenti[p] armatorum ac[q] militum comitiva, credendo infallibiliter sicut nobis quicquid super premissis et aliis serviciis nostris ex parte celsitudinis[r] nostre predicti nuncii tibi[s] retulerint viva voce, ut instantibus negotiis dilectionis tue sinceritas imprimatur perpetuo visceribus cordis nostri.

Datum[t] etc.

---

# 269. EDICTUM CONTRA CLERICOS NON CELEBRANTES.

(1247. ex.)

*Edictum, quod in rubris codicum iustitiariis regni Siciliae inscribitur, primitus regni Italici magistratibus, nimirum vicariis generalibus, missum esse, cum viro cl. Ficker persuasum habemus. Tempus quo emanaverit dubium est; verba eius allegantur in epistola Innocentii IV. a. 1248. Apr. 18 data (Rodenberg II, nr. 541)*[1]*. Editionem paravimus ope* 1) *codicis Wilheringensis pars II, ep. 58, qui aliquoties abhorret a reliquis codicibus, cuius tamen lectiones maximam partem confirmantur epistola modo laudata;* 2) *codicis Montispessulani 351;* 3) *codicis Panormitani principis Fitaliae saec. XIV. ep. 14;* 4) *codicis Parisini lat. 13059 (S. Germain Harlay 455) pars I, nr. 4 fol. 2', quem praeter alios Parisinos adhibuit etiam Huillardus, qui tamen suo more multoties lectiones editionum Petri de Vineis l. I, c. 4 recepit. Legitur etiam in codicibus Vindobonensibus 590 (Philol. 305) fol. 121' ep. 159 et variato initio*[2] *in cod. 409 (Philol. 61) fol. 73'. — Huillard-Bréholles VI, 581. Böhmer, Reg. imp. V, 3657. (P. deest.)*

**268.** a) *rubrica in* 2: Comiti Delphino ut sibi occurrat in Germaniam decenti militum turma stipatus, se interim Lugdunum contendere purgaturum in concilio inustum sibi nomen infamie; *in* 3: Comiti Delphino quod veniat in occursum sui apud Lugdunum; *similiter in cod. Phillips. et Montispessul. 139.* b) s[w] 1. c) *deest* 3. d) nomen 2. e) tu 3; *pro* qua in 1: quam. f) citra 2; circa 3. g) *deest* 2. h) vocavit 2. 3. i) infallibilem 1. k) aliunde 2. 3. l) *deest* 2. 3. m) et *deest* 1; et fidelibus *des.* 3. n) aliarum 3. o) quod 2. p) et *add.* 3. q) et 2. 3. r) maiestatis 3. s) *deest* 3. t) Datum etc. *des.* 3.

1) *Autographum Gregorio de Montelongo inscriptum in tabulario Vaticano asservatum contulit Kehr. Epistolam aliam in libro dictaminum Baumgartenbergensi contentam, quam ad edictum nostrum referunt Ficker et Bärwald 'Das Baumg. Formelbuch' p. 198 merum dictamen mihi esse videtur.* 2) *V. Bärwald l. c. p. 436 nr. 22:* De precogitate malignitatis astucia iste Romane sedis antistes dum factas nobis insidias — integre reducantur.

Ne[a] per excogitate malignitatis astutiam iste Romane sedis antistes, dum factus[b] nobis insidians, hiis que Dei sunt longe sepositis, de pravitatis heretice[c] puteo conatur semper haurire[d] suffragia, quibus evidentem nostre cause iustitiam decoloret, effundens[e] bibulis[1] auribus[f] sue[g] fellite[h] conscientie canones, quieti nostrorum fidelium vitam 5 pariat inquietam, habita nuper diligenti provisione, sancimus: ut quicumque clericus[i] vel religiosus ad papale seu[k] papalis legati mandatum publice forsan omiserit[l] missarum seu[m] alia celebrare solempnia et alia ecclesiastica sacramenta[n] fidelibus propinare[o], de civitate vel loco, cuius incola reperietur[p], eiectus[q] suis bonis omnibus patrimonialibus et ecclesiasticis, ut penam de tanta temeritate tulisse se doleat, spolietur, clericis[r] 10 mandato predicto parere nolentibus[s] et[t] in fide nostra ferventibus ecclesiasticis applicandis, patrimonialibus autem[u] proximis ab intestato venientibus scilicet[v] assignandis. Statuimus etiam, ut nulli religiosi de civitate in civitatem audeant se transferre, nisi potestatis loci, de quo iter arripiunt[w], testimoniales litteras deferant et alias sint moribus et vita laudabiles et[x] nostris fidelibus non ignoti[y]. Volentes igitur has novas 15 nostre magnificencie[z] sanctiones a nostris fidelibus inviolabiliter observari, tue devotioni[a] mandamus atque[b] precipimus, quatenus eas per terras quaslibet tuo regimini deputatas[c] per te imperiali programmate publicatas inter statuta civitatis cuiuslibet, ut nulla sit in executione diversitas, inextricabiliter iubeas inserendas[d], et promittas[e] nos eas[f] infallibiliter[g] servaturos; quas[h] etiam potestates presentes et qui civitatibus[i] 20 ipsis temporis processu prefuerint[k], se cum statutis aliis iurent inviolabiliter servaturos[l]. Harum[m] etiam publicationi adicias, quod clericis omnibus nobis adherere volentibus et mandata presentia devote[n] servantibus inviolata servari volumus[o] privilegia quelibet[p] et ecclesiasticas libertates, nec ad pacem et[q] concordiam cum papa predicto se nostra serenitas inclinabit, nisi prius iidem clerici in plenariam[r] posses- 25 sionem omnium bonorum et restitutionem ordinis vel[s] honoris, quibus forsan per eundem privati extiterint, integre reducantur.

---

# 270. PROMULGATIO CAPITANEI GENERALIS DUCATUS STIRIAE.

(1248. Iun.)

30 *Edidit Winkelmann 'Acta imperii inedita' I, 347 nr. 400 ex excerptis Massiliensibus Registri Friderici II. fol. 6 nr. 42, exemplatis ab Arndtio. Animadvertit vir cl. Winkel-*

**269.** a) *rubrica in* 2—4: Fridericus (*deest* 2. 4) magistro iustitiario contra clericos non celebrantes missarum solempnia tempore interdicti et quod religiosi non transferant se de civitate in civitatem. b) stans 3. c) *deest* 1. d) exhaurire 2—4. e) offundens 3; offendens 2. f) arenis 2. 3. g) *deest* 2—4. 35 h) felicite 4. i) electus 3. 4. k) vel 2—4. l) renuisset 3. m) *loco* seu alia — alia 2—4: solempnia seu alia officia celebrare et; *lectio cod.* 1 *confirmatur epistola papae.* n) celestia sacramenta ecclesiastica 4. o) exhibere 1. p) reperitur 1. q) *deest* 4. r) vero *add.* 2—4. s) *sic* 2. 4 *cum epistola;* volentibus 1. 3. t) *deest* 1. u) vero 1. v) *deest* 2—4. w) arripient 2—4. x) ac 2—4. y) ignari 2—4. z) munificentie 2. 3. a) tue devotioni *des.* 1. b) mand. atque 40 *des.* 2—4. c) tue iurisdictioni traditas 2—4. d) exserendas 1. e) permittas 1. f) *deest* 2—4. g) inviolabiliter 1; ineffabiliter 2. h) quas — servaturos *des.* 2—4. i) civibus 1. k) prefuerunt 1. l) servatores 1. m) Huic 4. n) *deest* 1. o) omnia *add.* 2. 3; omnia eorum *add.* 4. p) *deest* 2—4. q) vel 4. r) plenam 2—4. s) et 2. 3.

1) *Cf. Persii Sat. IV, 50.*

*mann eandem formam adhibitam esse, quae usui erat constituendis officialibus imperii Italicis durante decennio annorum 1240—1250 (cf. infra nr. 272 et 273), addita tamen sententia* Preterea — facultatem. *Haec forma antiquiorem, qua nituntur mandata supra nr. 216. 217. 266 edita, aliquantum variavit. Litteris minoribus ea insignienda curavimus quae conveniunt cum mandato nr. 266. — Böhmer, Reg. imp. V, 3707. (P. deest.)* 5

Fr. etc. comitibus, baronibus, ministerialibus et universis per ducatum Stirie constitutis etc.

Ad extollenda iustorum preconia et reprimendas insolencias transgressorum prospiciens e celo iustitia erexit in populis regnancium solia et diversorum principum potestates. Caruisset namque libenter humana condicio iugo dominii nec libertatem a se, quam ipsis natura contu- 10 lerat, homines abdicassent, nisi quod inpunita licencia scelerum in evidentem perniciem humani generis redundabat, et sic ex necessitate quadam oportuit naturam subesse iusticie et servire iudicio libertatem. Sed nec exquiri decuit extrinsecus aliam speciem creature, cui se representata per hominem celestis ymago subiceret, *dum in reddicione[a] census nummismatis imperium pre ceteris figure fastigium[b] presignivit.* Set homo prelatus est homini, ut preciosiorem efficeret pre- 15 laturam idemptitas[c] speciei.* Attendentes[d] igitur, quod ex imperialis officii nostri debito, quod ex celesti dispensacione suscepimus, villicacionis nostre rationem sumus in die districti iudicii reddituri, cum, qualitate diversorum negociorum [nostrorum] et imperii per nonnullas et diversas partes maiestatis nostre presenciam necessario requirente, in ducatu Stirie morari continue presencialiter nequeamus, ne magnificencie nostre presidio ac iusticia 20 careat regio memorata: ecce quod pro recuperacione ac defensione nostrorum et imperii iurium et honorum, conservacione boni ac pacifici status ipsius provincie, instanti et viva guerra nostris rebellibus inferenda, de industria et legalitate Meynardi[e] comitis Goricie[f], dilecti fidelis nostri, ab experto confisi, ipsum generalem capitaneum in predicto ducatu Stirie duximus statuendum, *concedentes ei merum et mistum imperium et 25 gladii potestatem. Et ut in facinorosos animadvertere valeat, *purgando provinciam sibi decretam, *in eos specialiter, qui stratas et itinera publica* violare presumunt. Criminales*, civiles et liberales quoque audiat et determinet questiones, quarum cognicio, si nos presentes essemus, ad nostrum iudicium pertineret. [Decreta utique interponat][g], que in alienacione rerum ecclesiasticarum [et] minorum ac transactione alimentorum secundum iusticiam interponi petuntur. *Et ut 30 minoribus et maioribus, quibus universalia iura succurrunt, causa cognita restitucionis in integrum beneficium largiatur, plenam sibi concedimus potestatem. Ad audienciam quoque suam* appellaciones deferri volumus, quas a sentenciis* ordinariorum iudicum et eorum omnium, qui iurisdictionem ab imperio nacti sunt, infra regionem ipsam et eius terminos contigerit [interponi][g], nisi forte *vel cause qualitas vel appellacionum numerus hoc adimant appellanti, 35 ut tamen a sentenciis suis ad audienciam nostram libere valeat provocari[1]. Preterea inponendi[h] banna et multas, instituendi et destituendi officiales nostros ac locandi monetas et mutas nostras, sicut expedire viderit, sibi liberam concedimus facultatem. Mandamus igitur et precipimus[i] vestre fidelitati, quatenus prefato comiti super exercendo ipso officio tamquam generali capitaneo vestro a nostra maiestate statuto [super 40 omnibus et singulis][g], que ad reintegracionem et conservacionem honoris et iurium nostrorum et quietum ac salubrem statum decrete sibi provincie fuerint, devote obedire et intendere debeatis, ut vos debeamus continue prosequi favoris et gracie nostre multiplicis incrementis.

**270.** a) reddicionem *c.* b) fastigio *c.* c) indempcitas *c.* d) Actendentes *c.* e) Meyardi *c.* 45 f) Guiric. *c.* g) *supplevit W.* h) inponendo *c.* i) precipiendo *c.*

1) *Haec sapiunt mandatum nr. 217.*

# 271. FACULTAS TRACTANDI DE PACE CUM ECCLESIA.

(1248.) Nov. 8.

*Dedit Winkelmann 'Acta imperii inedita' I, 352 nr. 405 ex autographo tabularii regii Taurinensis, exemplato a viro cl. Vayra. — Böhmer, Reg. imp. V, 3729.*
*(P. deest.)*

Fr. Dei gracia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Tenore presentium notum fieri volumus universis fidelibus nostris, quod nos confisi de fidelitate et industria A. comitis Sabaudie et in Italia marchionis et T. de Sabaudia comitis, dilectorum consanguineorum nostrorum, commisimus eis, ut ambo vel alter eorum de reformanda pace inter I. summum pontificem pro parte sacrosancte Romane ecclesie, matris nostre, et nos pro parte nostra et imperii tractare debeant, prout ad honorem predicte sancte Romane ecclesie, nostrum et imperii viderint expedire et secundum formam a nostra celsitudine ipsis datam.

Datum Vercellis, VIII. Novembris, septime indictionis.

# 272. CONSTITUTIO VICARII GENERALIS IN LOMBARDIA A PAPIA SUPERIUS.

1248. Nov.

*Sistimus ex* 1) *editione principe viri cl. Winkelmann 'Acta imperii inedita' I, 355 nr. 411, qui substravit transsumtum a. 1310 tabularii Taurinensis signatum Dipl. imp. I nr. 20. Textus mutatis mutandis plane convenit cum textu mandatorum nr. 270 et 273. Huic formae propius accedit formula, qua imperator simili modo quendam vicarium generalem in Lombardia a Papia superius ordinavit, quam exemplavit iam olim Pertz e* 2) *codice Vaticano Palat. 955 saec. XIV. in. fol. 133*[1]. *Coniici igitur licebit, hanc esse formam mandati, quo vicarius aliquis generalis in illa regione ante a. 1248 constitutus sit*[2]. *— Böhmer, Reg. imp. V, 3732.* *(P. deest.)*

Fridericus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex T. de Sabaudia comiti, dilecto consanguineo et fideli suo, graciam suam et bonam voluntatem.

Ad extollenda iustorum preconia et reprimendas insolentias transgressorum prospiciens e celo iusticia erexit in populis regnantium solia et diversorum principum potestates. Caruisset namque libenter humana condicio iugo dominii nec libertatem a se, quam ipsis[a] natura contulerat, homines abdicassent, nisi quod impunita licencia scelerum in evidentem perniciem humani generis redundabat, et sic ex necessitate quadam oportuit naturam subesse iusticie, et servire iudicio

**272.** a) eis 2.

1) *Cf. 'Archiv' V, 422.* 2) *De his vicariis v. Ficker, 'Ital. Forschungen' II, p. 500.*

libertatem. Set nec exquiri debuit extrinsecus speciem aliam[b] creature, cui se representata per hominem celestis ymago subiceret, dum[c] in redditione census numismatis imperium pre ceteris figure fastigium presignivit. Set[d] homo prelatus est homini, ut gratiorem[1] efficeret prelaturam[e] idemtitas speciei[f]. Attendentes[g] igitur, quod ex[h] imperialis officii nostri[i] debito, quod ex celesti dispensacione suscepimus, villicacionis nostre racionem sumus in die districti iudicis[k] reddituri, cum, qualitate diversorum negociorum nostrorum et[l] imperii per nonnullas et diversas partes maiestatis nostre presenciam necessario requirente, in partibus Pedemontis morari continuo presencialiter nequeamus, ne magnificencie nostre presidio ac iusticia[m] careat regio memorata: ecce* pro recuperacione et[n] defensione nostrorum et[o] imperii iurium et honorum, conservacione[p] boni ac pacifici status ipsius provincie, nec non[q] instanti et viva guerra nostris rebellibus inferenda, de industria et legalitate tua[r] ab experto confisi, te generalem vicarium a Papia superius duximus statuendum, concedentes tibi[r] merum et mixtum imperium et[s] gladii potestatem. Et[r] ut in facinorosos[t] animadvertere valeas, purgando provinciam tibi decretam, in[u] eos specialiter qui stratas et itinera publica ausu temerario[2] violare presumunt[v]. Criminales, civiles et liberales quoque audias et determines questiones, quarum cognicio, si nos presentes essemus, ad nostrum iudicium pertineret, puniendos[w] inquirens et puniens inquisitos[2]. Decreta utique[x] interponas, que in alienatione rerum ecclesiasticarum et[y] minorum ac transactione alimentorum secundum iusticiam interponi petuntur. Et[y] ut minoribus et maioribus, quibus universalia iura succurrunt, causa cognita restitucionis in integrum beneficium largiaris, plenam[z] tibi concedimus potestatem. Ad audienciam quoque tuam appellationes deferri volumus, quas a sentenciis ordinariorum iudicum et eorum omnium, qui iurisdicionem ab[r] imperio nacti sunt, infra[a] regionem ipsam et eius terminos contigerit[b] interponi, nisi forte vel[r] cause qualitas vel appellacionum numerus hoc adimant appellanti[c], ut[d] tamen a[r] sentenciis tuis[e] ad audienciam nostram[f] libere valeat provocari. Quocirca tue devocioni precipimus, quatinus presens tibi nunc per excellenciam nostram[g] commissum officium in tam preciosa imperii nostra parte ad[h] maiestatem nostram, sicut de te specialiter confidimus, precipuum habendo respectum laudabiliter exequaris, ut electionem nostram in te[h] merito comprobare possimus et te[i] de bono in melius prosequi dignis[k] augmentis. Ecce quidem per[l] patentes[m] litteras nostras[i] damus universis decrete[n] tibi provincie firmiter[i] in mandatis, ut tibi[l] super exercendo ipso officio tanquam persone nostre obediant et intendant et[o] ut generali eorum vicario a nostra maiestate statuto ad honorem et fidelitatem nostram.

Dat. Vercellis, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo octavo, mense Novembris, septime indictionis.

**272.** b) speties alia 2. c) dum — presignivit *des. hic* 2. d) unde 2. e) prel. effic. 2. f) Potissime tamen ad regimen populorum divina sententia prefecit imperium, dum ostensa sibi figura numismatis in reditione cesaree census (*leg.* census cesaree) fortune pre ceteris regibus fastigium presignivit. Cui diversimodas subdidit nationes non ob hoc solum, ut eis imperando preesset, set ut ipsis iusticie copiam ministrando prodesset *add.* 2 *cum nr. 266.* g) Actendite 2. h) *deest* 2. i) nostri officii 2. k) iudici 2. l) nostrorum et *des.* 2. m) iusticie 2. n) rec. et *des.* 2. o) conservacione *add.* 2. p) *deest hic* 2. q) nec non *des.* 1. r) *deest* 2. s) *deest* 1. t) homines *add.* 2. u) *loco* in eos specialiter 2: et specialiter ut eos. v) puniendo inquiras et punias inquisitos *add. hic* 2. w) puniendos — inquisitos *des. hic* 2. x) etiam 2. y) insuper *add.* 2. z) plenariam 1. a) iusta 2. b) contingerit 1. c) hoc adimat app. 1; hoc ordinat appellari 2. d) verum 2. e) eius 1. f) nichilominus *add.* 2. g) *deest* 1. h) *loco* ad — in te 2: adeo fideliter et sollicite prosequaris, ut qualem ad maiestatem nostram adfectum habeas. i) *deest* 2. k) dignis pros. 2. l) *deest* 1. m) partes nostras 2. n) discrete 2. o) *reliqua des.* 2.

1) *Vox* gratiorem *sapit mandata nr. 216. 217. 266. 270.* 2) *Haec sapiunt mandata nr. 217. 266.*

# 273. PROMULGATIO LEGATI GENERALIS IN LOMBARDIA A LAMBRO SUPERIUS.

1249. Iun.

*Repetimus editionem viri cl. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 58, nr. 57, qui nititur autographo tabularii Taurinensis signato Dipl. imp. I nr. 23, cui sigillum filis sericis rubris et flavis appendet*[1]. *Forma accedit propius ad mandatum supra nr. 272 editum. — Huillard-Bréholles VI, 742. Böhmer, Reg. imp. V, 3782. (P. deest.)*

Fr. Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex prelatis ecclesiarum, marchionibus, comitibus, cattaniis, vavassoribus, nobilibus, potestatibus, consiliis et comunibus et universis per Lombardiam a flumine Lambri superius constitutis, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem.

Ad extollenda iustorum preconia et reprimendas insolentias transgressorum prospiciens e celo iustitia erexit in populis regnantium solia et diversorum principum potestates. Caruisset namque libenter humana condictio iugo dominii nec libertatem a se, quam ipsis natura contulerat, homines abdicassent, nisi quod impunita licentia scelerum in evidentem perniciem humani generis redundabat, et sic ex necessitate quadam oportuit naturam subesse iustitie et servire iudicio libertatem. Sed nec exquiri decuit[2] extrinsecus aliam speciem creature, cui se representata per hominem celestis ymago subiceret, dum in reddictione census numismatis imperium pre ceteris figure fastigium presignivit. Sed homo prelatus est homini, ut gratiorem efficeret prelaturam idemptitas speciei. Attendentes igitur, quod ex imperialis officii nostri debito, quod ex celesti dispensatione suscepimus, villicationis nostre rationem sumus in die districti iudicis reddituri, cum, qualitate diversorum negotiorum nostrorum et imperii per nonnullas et diversas partes maiestatis nostre presentiam necessario requirente, in partibus ipsis morari continuo presentialiter nequeamus, ne maiestatis nostre presidio et iustitia careatis: ecce pro recuperatione et defensione nostrorum et imperii iurium et honorum, conservatione boni ac pacifici status vestri* et viva guerra nostris rebellibus inferenda, de fidelitate, industria et strenuitate Thomasii de Sabaudia comitis, dilecti consanguinei et fidelis nostri, ab experto plenarie confidentes, ipsum nostrum et sacri imperii nostri generalem legatum in partibus ipsis duximus statuendum. Nec eum sola legati potestate volumus esse contentum, sed ei addicimus officium presidatus[3], concedentes ei merum et mixtum imperium et gladii potestatem. Et ut in facinorosos animadvertere valeat, purgando comissam sibi provinciam, in eos specialiter, qui stratas et itinera publica ausu temerario violare presumunt. Criminales, civiles et liberales* audiat et determinet questiones, quarum cognitio, si nos presentes essemus, ad nostrum iudicium pertineret, puniendos inquirens et puniens inquisitos. Decreta utique interponat, que in alienationibus rerum ecclesiasticarum et minorum ac transactione alimentorum secundum iustitiam interponi petuntur. Et ut minoribus et maioribus, quibus universalia iura succurrunt, causa cognita, restitutionis in integrum beneficium largiatur, plenam sibi concedimus potestatem. Ad audientiam quoque ipsius appellationes deferri volumus, quas a sententiis ordinariorum iudicum et eorum omnium, qui iurisdictionem ab imperio nacti sunt, infra regionem ipsam et eius terminos contigerit interponi, nisi forte vel cause qualitas vel numerus appellationum hoc adimant appellanti, ut tamen a sententiis suis ad audientiam nostram libere valeat provocari. Creandi quoque iudices et notarios plenam eidem legato conferimus potestatem[4]. Quocirca fidelitati vestre precipiendo

1) *Cf. Reg. imp. V, p. 2181.* 2) *Hoc sapit mandata nr. 216. 217. 266. 270.* 3) *Haec sapiunt mandata nr. 216. 217. 266.* 4) *Haec in mandato nr. 217.*

mandamus, quatinus dictum comitem legatum et presidem nostrum et imperii, ut diximus, in regione prefata a nostra maiestate statutum, tamquam presentie nostre speculum, sincere devotionis affectibus admittentes, eidem super omnibus et singulis, que ad comissum sibi legationis et presidatus officium, ut superius est expressum, pertinere noscuntur, tamquam maiestatis nostre persone, ad honorem et fidelitatem nostram intendere, obedire et parere efficaciter debeatis, ut devotionem vestram proinde de bono in melius dignis laudium preconiis extollamus.

Datum Beneventi, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo nono, mense Iunii, VII. indictionis.

---

# 274. TESTAMENTUM.

## 1250. Dec.

*Testamentum, de quo nuper acute disseruerunt viri cl. Hartwig 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XII, 631 sq. et Ficker in Regestorum imperii nova editione, nobis praebuerunt* 1) *apographon coaevum in tabulario municipali Cremonensi asservatum, quod exscripsit Hippolytus Cereda b. m. eidem tabulario praefectus; cuius exemplar benevolentiae viri cl. Hartwig debemus;* 2) *editiones duae transsumti, quod a. 1251 mense Ianuario Salerni fieri fecerunt Bertholdus marchio de Hohenburg et Caesar archiepiscopus Salernitanus*[1], *et quidem* 2a) *editio libri a Petro Giannone scripti 'Dell' istoria civile del regno di Napoli libri XL' (Napoli 1723) tom. II, p. 473 et* 2b) *editio libri a Francisco Capecelatro scripti 'Istoria della città e regno di Napoli' (Napoli 1724) tom. II, p. 324, quam*

1) *Instrumentum notarii talis tenoris est:* In nomine Dei eterni et Salvatoris nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius[a] millesimo ducentesimo quinquagesimo primo et primo[b] anno regni domini nostri Corradi[c] gloriosissimi Romanorum, Ierusalem[d], Sicilie et Italie regis, mense Ianuarii, 9. indictione. Dum in archiepiscopali Salernitano palatio in presentia domini Cesaris Dei gratia venerabilis Salernitani archiepiscopi essemus nos Philippus, Mattheus, Romoaldus[e] et Philippus iudices, presentibus Mattheo de Vallone straticoto Salerni, Philippo Greco et Wilielmo[f] Curiali testibus[g] subscribendis et ad hoc specialiter rogatis, illustris vir dominus Bertoldus marchio de Hohenburch[h], Dei et domini nostri regis Corradi[c] gratia dominus Montisfortis et Argentii, Castri sancti Severini et honoris eius, ostendit et presentavit predicto domino archiepiscopo testamentum sive ultimam voluntatem quondam domini nostri serenissimi imperatoris Friderici secundi[i], cerea[k] et pendente[l] bulla eiusdem domini imperatoris insignitum; quod vidimus et legimus, et omni vitio et suspitione carebat, et erat continentie[m] talis: 'In nomine *etc. usque* et meo signo signavi'. Cum autem testamentum predictum a nobis lectum fuisset, idem dominus archiepiscopus tunc nos rogavit, ut quia quedam in dicto testamento continentur[n], que ad utilitatem Salernitane ecclesie matris nostre pertinere noscuntur, ipsum insinuare seu publicare deberemus, ut ex insinuatione seu publicatione ipsius possit inde fideliter[o] assumi. Nos autem preces iuri consentaneas admittentes, ipsum testamentum totum per ordinem de verbo ad verbum, nihil[p] in eo addito vel subtracto, in hanc scripturam publicam per manum Thomasii publici Salerni[q] notarii transumi fecimus et transcribi. Quod scripsi ego predictus Thomasius publicus Salerni notarius, qui rogatus interfui, vidi et legi et illud in hanc scripturam redigens[r] publicam, meo signo signavi. Quod[s] autem superius nititur virgulas scriptum et legitur nostra, et quod disturbatum est, legitur recognoscat ..... Adest signum † Ego qui supra Philippus iudex † Ego qui supra Mattheus iudex † Ego qui supra Romoaldus iudex † Ego qui supra Philippus iudex.

a) eiusdem 2*b*. b) proprie 2*b*. c) Curradi 2*b*. d) Hierusalem 2. e) Romualdus 2*b*. f) Gulielmo 2*a*; Wllielmo 2*b*. g) *loco* testibus subscr. et 2*a*: notariis. h) Bertoltus m. de Hohemburgh 2*b*. i) II. 2*a*. k) aurea 2*b*. l) pendenti 2*b*. m) *loco* cont. talis 2*b*: talis tenoris videlicet. n) contineatur 2*a*. o) fidelis 2*a*. p) nihilo 2*b*. q) Salernitani 2*b*. r) reducens 2*b*. s) Quod — recognoscat ..... *des.* 2*b*; *sequentia emendatione indigent.*

repetivit Iohannes Gravier Neapoli a. 1769 in collectione 'Raccolta di tutti i più rinomati scrittori dell' istoria del regno di Napoli' tom. II, p. 401. Capecelatrus, qui vixit saeculo XVII. ineunte[1], deprompsit transsumtum istud 'da una original Cronaca, scritta da antichissimi tempi, degli avvenimenti dell' imperador Federico e di alcuni altri dei seguenti re, che pervenuto dai nostri antecessori si conserva in nostro potere'. Giannone quamvis ista Capecelatri verba alleget ideoque manuscriptum huius auctoris opus inspexisse videatur, minime tamen ab ipso pendet, lectionem potius praebet maximam partem meliorem et codici 1, vel in lacunis ac mendis, magis affinem. Congruentia est ea, ut codicem, quem excussit Giannone, et codicem 1 ex eodem fonte hausisse dixeris. Econtra Capecelatrus duobus locis textum pessime deturpavit; nam bis (cap. 19 et quarto testium loco) imperialem marescallum 'Iordanum' appellat, qui non solum in 1. 2a sed etiam in 3. 4. 6. 7 'Petrus' audit. Suo arbitrio egisse Capecelatrum, persuasum habeo. Nam p. 322 (400) describit librum manuscriptum, cui titulus Liber marescalchiae maristallae domini Friderici imperatoris compositum a domino Iordano Ruffo de Calabria milite. Minime tamen in iis, quae Capecelatrus ex isto codice affert, Iordanus magister imperialis marestallae audit. Quo munere Petrum de Calabria potius functum esse, cartae annorum 1244—1250[2] testantur. — Editio transsumti cum testamento, quam paravit Paesano 'Memorie per servire alla storia della chiesa Salernitana' (Salerno 1852) II, 361, ut ipse dixit, e libro Capecelatri emanavit; at multoties editor lectionem Giannonis induxit textumque igitur pessime mixtum confecit.

3) Editio Annalium Placentinorum Gibellinorum, quam e codice Musaei Britannici Harleiano 3678 saec. XIII. ex. paravit Pertz SS. XVIII, p. 502; 4) editio Chronici Francisci Pipini a Muratorio parata 'Scriptores rerum Italicarum' IX, p. 661 (Pertz nr. 6); 5) codex bibliothecae Vaticanae 6206 saec. XV. ex. fol. 268', ubi insertum est testamentum Chronico Siciliae anonymi, qui dicitur, Vaticani, quod incipit Post inclitum Menelaum regem; ex hoc codice testamentum edidit Würdtwein 'Nova subsidia diplomatica' XI, 25; codicem contulit vir cl. Holder-Egger; chronicon cum testamento praeterea edidit Martene 'Thesaurus anecdotorum' III, 13 = Muratori X, 818 (Pertz nr. 3 = Würdtwein, et nr. 5 = Martene); 6) codex Panormitanus principis Fitaliae epistolaris saec. XIV. in. fol. 63 ep. 65, quem pariter ac sequentem iam olim excussit Pertz (Pertz nr. 1); 7) codex alter principis Fitaliae diplomatarium recentius continens fol. 148 (Pertz nr. 2); 8) editio Octavii Caietani 'Isagoge ad historiam sacram Siculam' in Graevii Thesauro antiquitatum Siciliae II, 146 (Pertz nr. 8).

Praeter nr. 4—8 Pertz (sub nr. 4) adhibuit etiam codicem tertium principis Fitaliae saec. XVI, in quo testamentum fol. 89 Chronico Nicolai Spezialis adscriptum fuit; at cum ex eo editor paucas modo lectiones minoris pretii adnotaverit, eum omnino reiecimus[3].

Editio nostra potissimum nititur nr. 1 et 2, qui admodum inter se conveniunt et testium ordinem genuinum servaverunt. Comparatis numeris 1 et 2, testium ordinem in nr. 3 decurtatum et depravatum esse apparet. Numeri 4—7 testibus omnino carent. Nr. 8 vero non solum testes omnes ordine paullulum mutato et addito uno (Iohanne de Ogrea)[4] affert, verum etiam ante et post testium enumerationem sententias intercalavit. Ut paucis dicam: sententiae istae a falsario quodam additae esse mihi videntur, testium autem ordo e genuino ordine confectus[5]. Accedit quod textus nr. 8 mendis, variationibus insulsis, omissionibus scatet, quas adnotari superfluum esse duximus.

1) Prior pars operis (usque ad a. 1198) iam a. 1640 Neapoli impressa est. Editionem a. 1724, a qua Gravieriana in minutiis discrepat, contulit Schwalm Romae. 2) Cf. Winkelmann 'Acta imperii inedita' I, nr. 379. 406—408. 413. 424. 3) Adnotandum tamen est, in codice isto nullos legi testes, in capite autem 3 sententiam de Manfredo a nobis uncis inclusam adesse. 4) Qui etiam in capite 19 in nr. 5. 7. 8 obvius est. 5) Quod locutione et verborum usu accuratius inspectis libenter concedes. Observes, velim, e. g. numerum singularem, quo loquitur imperator, 'solitum imperiale et regium sigillum', quo imperator

*Cum et ipsi textus nr. 4—7 multoties scripturas depravatas praeberent, omissis in adnotanda varia lectione minutiis, quibus Pertzii editio abundabat, presertim numeris 1—3 fundamento editionis usi sumus et textum satis certum nos constituisse confidimus. Sententiam ultimam capitis 3 de Manfredo agentem, quae in solis nr. 5 et 8 legitur, cum viro cl. Hartwig (l. c. p. 638 not. 3) interpolatam esse iudicamus. In capite 17 textus 1 et 2, nescio quo casu, mutilatos esse, e congruentia nr. 3 et 4 cum reliquis comprobari videtur.*

*Excerpto testamenti a Matheo Parisiensi in Chronicis Maioribus (SS. XXVIII, 322) recepto, quod sententiam notabilem et a nostro textu prorsus diversam de Manfredi balia continet*[1]*, vigorem nullum attribuendum esse elucet.*

*Qui textum nostrum et discrepantias codicum diligenter inspexerit, eum minime ad sententiam viri cl. Hartwig compelli arbitror, plura testamenti fuisse autographa. Unum modo autographon fuit, bulla cerea*[2] *pendente munitum, quod Bertholdus marchio asservabat et a. 1251 Salernitanis praesentavit. Quin hoc autographon signo chronologico diei 17. Decembris, diei quarti post imperatoris mortem (Dec. 13), insignitum fuerit, non est cur dubitemus, cum insimul optimi codices hunc diem praebeant. Ad id mirum explicandum sufficere mihi videntur ea quae vir cl. Ficker animadvertit: instrumentum die 17. Decembris demum ab ingrossato exemplatum et sigillatum fuisse et notarium e negligentia diem praesentem intulisse*[3].

*Autographon in tabulario Neapolitano adhuc saec. XVI. in. (ante annum 1513) vidisse videtur Matthaeus de Afflictis iurisconsultus Neapolitanus*[4].

*Editum est testamentum, praeter editiones quas iam memoravimus, apud Carusium 'Bibliotheca Sicula' II, 669 ex nr. 6 et 8, quem secutus est Lünig 'Codex diplomaticus Italiae' II, 909*[5]*. — Huillard-Bréholles VI, 805 (ope editionum Pertzii et Paesani). Böhmer, Reg. imp. V, 3835.* *(P. 357.)*

*signasse dicitur, cum testamentum bulla pendente munitum fuisse noverimus; denique illud absurdum, quo quivis testium subscriptionem suam claudit: 'ac sigillo imperiali et regio signavi'.*

1) Item Manfredum filium meum relinquo ballivum Conradi in imperium a Papia et citra et regno Sicilie usque ad XII (*al.* 70) annos, excepto quando Conradus erit presens. 2) *V. supra in transsumto p. 382 n. 1. Capecelatrus sane* aurea et pendente bulla *legit. Sed apparet, librarium levius vocem* ceream *in vocem* auream *variare posse quam vice versa, nisi ipse Capecelatrus, quem iam falsarium deteximus, hoc quoque loco falsum induxit. Cf. etiam Hartwig l. c. p. 635 not. 3.* 3) *Silentio praeterire nequeo id quod viri cl. Hartwig opinionem adminiculare videtur, in bibliothecae Escorialensis codice sign. d III 3 saec. XIV. exstare apographon testamenti, quod incipit titulis 'Corrado etc., Frederico etc., Henrrico etc., Manffredo etc.' et finitur subscriptionibus 'Nichola de Calvis etc.' V. 'Neues Archiv' VI, 242. Adnotavi praeterea codices: Neapolitanum bibliothecae nationalis IX. C. 24 saec. XV. (cf. 'Archiv' XII, 519; 'Neues Archiv' III, 647), Panormitanum bibl. communalis G. 2 (cf. 'N. Archiv' III, 637). Exstat etiam in fine Chronici de rebus Siculis, quod Huillard-Bréholles I, p. 2 e codice Ottoboniano 2940 saec. XIV. publici iuris fecit, v. ibid. p. 908.* 4) *Qui in tomo II. Commentariorum in Constit. Neapol. lib. III, rubr. V, P. 98 Nr. 60 (v. Di Gregorio, 'Bibliotheca Aragon.' II, 432) haec verba fecit: 'In registro Federici, quod conservatur in archivo regni Siciliae ultra farum (i. e. Panormitano), quia in archivo Neapolis nihil reperitur de eius gestis, nisi solum eius testamentum'. Haec debemus viro cl. Hartwig l. c. p. 638 not. 2.* 5) *Hoc loco subiungi liceat epitaphium imperatoris, quod Pertz ad calcem p. 360 edidit e codicibus Panormitanis (suo nr. 1, nostro nr. 6 et suo nr. 4) et Marteneo; itemque fragmentum testamenti spurii, quod exscripsit e codice Vaticano 5985.*

Epitaphium domini Friderici imperatoris.
Qui mare, qui[a] terras, populos et[b] regna subegit
Cesareum nomen subito mors improba fregit.
Iusticie lumen, lux veri[c], normaque legum,
Virtutum lumen iacet hic, dyademaque regum.
Sic[d] iacet, ut cernis, Fridericus in orbe secundus,
Quem lapis hic arcet, cui paruit undique mundus.

*Fragmentum testamenti spurii in codice Vaticano 5985 saec. XV. fol. 1:* Ultimum testamentum, iubentes et decernentes ex autoritate nobis avite concessa, quod illud testamentum inter filios et heredes

a) per 1. b) qui 4. c) uera 1. d) Et 4.

In nomine Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi[a]. Anno ab incarnacione eius[b] millesimo ducentesimo quinquagesimo, die sabati[c], decimo septimo[d] mensis[e] Decembris, none[f] indictionis[g].

1. Primi parentis incauta[h] transgressio sic posteris legem[i] conditionis indixit, ut eam nec[k] diluvii proclivis ad penam effusio[l] effrenis abduceret[m] nec[n] baptismatis tam celebris[o] tam salubris[p] unda liniret[q], quin fatalitatis[r] eventus[s] mortalibus, senescentis[t] evi[u] precinctis[v] lascivia, transgressionis[w] in penam culpa[x] transfusa[y], tanquam cicatrix ex vulnere remaneret. Nos igitur Fridericus[z] secundus divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex, memores[a] conditionis humane quam semper comitatur innata[b] fragilitas, dum vite nobis instaret terminus, loquele et memorie in nobis integritate vigentibus[c], egri corpore, sani mente, sic anime nostre consulendum providimus[d], sic de imperio et regnis nostris duximus disponendum, ut rebus humanis absumpti[e] vivere[f] videamur, et filiis nostris, quibus nos divina clementia fecundavit[g], quos presenti dispositione[h] sub pena benedictionis[i] nostre volumus esse contentos, ambitione[k] sublata omnis materia scandali sopiatur.

2. Statuimus itaque Conradum Romanorum in regem electum et regni Hierosolomitani heredem[l] dilectum filium nostrum nobis heredem in imperio et in[m] omnibus aliis empticiis[n] et quoquomodo[o] acquisitis, et specialiter in regno nostro Sicilie. Quem si decedere contingerit[p] sine liberis, succedat ei Henricus filius noster. Quo defuncto sine liberis, succedat ei Manfredus filius noster. Conrado vero[q] morante[r] in Alemannia vel alibi extra Regnum, statuimus predictum[s] Manfredum balium dicti Conradi in Italia et specialiter in regno[t] Sicilie, dantes ei[u] plenariam[v] potestatem omnia faciendi que persona nostra facere posset, si viveremus; videlicet in concedendis terris, castris[w], villis, parentelis et[x] dignitatibus, beneficiis et omnibus aliis, iuxta dispositionem suam, preter antiqua demania regni[y] Sicilie; et[z] quod Conradus et Henricus predicti filii nostri et eorum heredes omnia que ipse[a] fecerit[b] firma et rata teneant et observent.

3. Item concedimus et confirmamus dicto Manfredo filio nostro[c] principatum Tarenti, videlicet a Porta Roseti[d] usque ad ortum fluminis Brandani[e], cum comitatibus Montis Caveosi[f], Tricarici et Gravine, prout comitatus ipse[g] protenditur a maritima[h] terre Bari usque[i] Polinianum[k], et ipsum Polinianum[l], cum terris omnibus a Poliniano[m]

**274.** a) amen *add.* 3. b) eiusdem 4; *deest* 6—8. c) *deest* 4. d) *sic* 1. 2*a*; septimo decimo 2*b*. 5; XVII. 3. 4; VII. 6. 8; XIII. 7; die *add.* 5—8. e) *deest* 2; kalendas 3. f) VIIII. 2*b*. 3. 8; octava 4. g) indictione etc. 4; Prologus *add.* 6; apud Florentinum de Apulia *add.* 7. h) in causa 2*b*; *deest* 8. i) fatalis *add.* 4. k) ne 2. l) effugio 1. 2*a*. m) adduceret 1. 3. 5; adducere 2. n) vastitatis *add.* 4. o) tam celebris *des.* 5. p) tam salubris *des.* 4. q) *deest* 1. r) quem felicitatis 3. s) *lacuna in* 1; cu . . . . 2*a*; eventu 2*b*. t) senescentibus 2*b*. u) primi 2. v) *lacuna in* 1. 2*a*; parentis 2*b*; pre cunctis 3. w) *deest* 2*b*. x) culpe 1. 2. y) transfuga 1. 2*a*. z) Federicus 2*b*. a) memor 2*a*. b) humana 1. 2*a*. c) vigente 4—8. d) putavimus 2*b*; previdimus 3. e) assumpti 2*a*. f) *deest* 1. g) fecundavit 2*b*. h) nostra *add.* 5—8. i) maledictionis 2*b*. k) indignacione 5—8. l) *deest* 2*b*. m) *deest* 3—8. n) *lacuna* 1. 2*a*; empturiis 2*b*; pertinentiis 4; compertinentiis 5. o) quocunque modo 2*b*. 3. 4. p) contingeret 1. 2*b*. q) autem 4—8. r) manente 5—8. s) dictum 3. t) nostro *add.* 3. 4. u) eis 1. v) plenam 1. 5. 8. w) et *add.* 2—4. x) *deest* 3—8. y) nostri *add.* 3. z) *deest* 1. a) *deest* 3; ipsi 1. 6. b) fecerent 1; fecerint 3. 6. c) *deest* 1. 2*a*. d) portu Rositi 1. 2*a*; portu Roseti 2*b*. e) Braudani 2*b*; Berondani 3. f) Laveosis 2*b*; Cinensi 3; Cauersi 5. 6; Coverti 8. g) prout — ipse *des.* 4; ipsi comitatus pretenduntur 8. h) ad maritimam 2*b*. 3. 4. i) ad *add.* 5. 7. 8. k) *sic* 2*b*. 3; Palinurum 1. 2*a*; Polymanum 4; *al. al.* l) et ipsum Polinianum *des.* 1. 2*a*. 6; et ipsum — a Poliniano *des.* 4. m) *sic* 2*b*. 3; Palinuro 1. 2*a*.

nostros sit lex a nostra maiestate autenticata, et quod iuris robur omni tempore testamenti teneat mandantes, et ut contradictores huius rei ultimo suplicio tamquam nobis rebelles et proditores omnimodo vindicentur, quare nos Fridericus Romanorum imperator et semper augustus, Yerusalem et Sicilie rex ad maiorem firmitatem et cautelam hec signo sancte crucis † propriis manibus imposuimus, quia plus vivere non valemus.

per totam maritimam usque ad dictam Portam[n] Roseti[o], scilicet[p] civitatibus[q], castris et villis infra[r] contentis, cum omnibus iusticiis, pertinenciis[s] et rationibus omnibus, tam ipsius principatus quam comitatuum predictorum. Concedimus etiam eidem civitatem[t] Montis[u] sancti Angeli cum toto[v] honore suo et[w] omnibus civitatibus[x], castris, villis, terris[y], pertinentiis, iustitiis et rationibus[z] eidem[a] honori[b] pertinentibus, videlicet[c] que[d] de demanio in demanium et que de servicio in servicium. Concedimus etiam[e] et confirmamus[f] eidem quicquid sibi in imperio fuit etiam[g] a nostra maiestate concessum, ita tamen quod predicta omnia a prefato[h] Conrado teneat et[i] recognoscat[k]. [Cui Manfredo iudicamus[l] pro expensis suis decem milia unciarum auri.][m]

4. Item[n] statuimus, quod Fredericus[n*] nepos noster habeat ducatus[o] Austrie et Stirie[p], quos a prefato[q] Conrado teneat et recognoscat; cui Frederico[n*] iudicamus dari[r] pro expensis suis decem millia unciarum auri.

5. Item statuimus, ut Henricus filius noster habeat regnum Arelatense[s] vel[t] regnum[u] Hierosolimitanum, quorum alterum dictus Conradus prefatum Henricum habere voluerit; cui Henrico iudicamus dari[v] centum millia unciarum auri pro expensis[w].

6. Item[x] statuimus[y], ut centum millia unciarum auri expendantur[z] pro salute anime nostre in subsidium Terre Sancte, secundum ordinationem[a] dicti Conradi et aliorum nobilium crucesignatorum[b].

7. Item statuimus, quod[c] omnia bona militie domus Templi, que curia nostra tenet, restituantur eidem; ea videlicet[d] que de iure debent habere.

8. Item[e] statuimus, ut omnibus[f] ecclesiis[g] et domibus[h] religiosis[i] restituantur iura earum[k], et gaudeant solita libertate.

9. Item statuimus, quod[c] homines Regni nostri[l] sint liberi et exempti ab omnibus generalibus[m] collectis, sicut[n] consueverunt esse tempore regis Wilielmi secundi[o], consobrini nostri[p].

10. Item statuimus, quod comites, barones[q] et milites et alii feudatarii Regni[r] gaudeant iuribus[s] et rationibus[t], que consueverunt habere tempore[u] predicti[v] regis Wilielmi in collectis[w] et aliis.

11. Item statuimus, ut[x] ecclesie[y] Lucerie et[z] Sore, et si que alie ecclesie[a] lese sunt per officiales nostros, reficiantur et[b] restituantur.

12. Item statuimus, ut[c] tota massaria nostra, quam habemus apud Sanctum Nicolaum de Aufido[d], et omnes proventus[e] ipsius deputentur ad reparationem[f] et conservationem pontis ibi[g] constructi vel construendi.

**274.** n) dictum portum 1. 2. o) Rositi 1. 2*a*. p) cum 1. 2*a*; videlicet 2*b*. q) comitatibus 1. 2*a*. 5. r) infra — villis terris *des.* 4. s) pertinentibus 3; *deest* 6. t) comitatus 1; comitatum 2*a*. u) *deest* 1. v) titulo et 1. 2*a*. w) *deest* 3. 5—8. x) civitatibus — rationibus *des.* 6. y) *deest* 1. z) omnibus *add.* 3. 4. a) eodem 2. b) comitatui 1. 2*a*; tenore 2*b*. c) scilicet 3—7. d) usque 1. 2. e) *deest* 1. 2*a*. f) firmamus 3. g) *sic* 2*b*; fuit *deest* 1. 2*a*; est, *ommisso* etiam 3—8. h) predicto 4. 5. i) ac etiam 4—7. k) 3 *sic:* quod predicta omnia teneat et recognoscat pro Conrado filio nostro. l) sibi *add.* 5. m) *uncis inclusa des.* 1—4. 6. 7. n) Item — recognoscat *des.* 6. n*) Fred. 1. o) ducatum 2*b*. 7. 8. p) Carinthie 7. q) predicto 4. 5. 7. 8. r) *deest* 4—6. 8. s) Alcarensem 2*a*; Auletorum 2*b*. t) aut 2*b*. u) *deest* 3. v) *deest* 4—8. w) pro expensis *des.* 3; *leguntur superius loco* dari *in* 4. 5. x) Item — auri *des.* 3. y) et mandamus *add.* 5. z) 4 *sic:* statuimus mille uncias auri expendendas. a) ordinatum 2*b*. b) curiae signatorum 2*b*. c) ut 5—7. d) scilicet 3—7. e) Item — libertate *des.* 4. f) *deest* 1. 2*a*; in omnibus 3. g) ecclesie 1. 2*a*; *loco* omnibus ecclesiis 2*b*: eidem curiae. h) omnibus 3. i) religionique 2*b*. k) eorum 3—8. l) Sicilie *add.* 5. 7. 8. m) subventionibus et *add.* 7. n) sicuti 2*b*. o) Gulielmi II. 2*a*, *et infra;* Wllielmi II. 2*b*. p) exceptis proditoribus *add.* 3; asserentes dictas generales collectas et subventiones imposuisse regno predicto necessitate coacti et contra solitam libertatem hominum dicti regni *add.* 7. q) *deest* 3. r) nostri *add.* 5. 8; predicti *add.* 7. s) suis *add.* 5—8. t) suis *add.* 3. 4; omnibus *add.* 5. 6. u) *deest* 1. 2*b*. v) *deest* 4—8; reg. Guillelmi predicti 3. w) ecclesiis 3. x) quod 3. y) curiae 2*b*; ut eccl. *des.* 5. z) *deest* 1. 2*a*. a) curie 2*b*; *deest* 3—8. b) ref. et *des.* 3; et rest. *des.* 8. c) quod 3—5. d) *sic* 2; Nicholam de Aufidio 1; Anfideo 3; Offido 4. e) et onus proventusque 2*b*. f) recuperacionem 3. g) ibidem 3.

13. Item statuimus, ut[h] omnes captivi in carcere nostro detenti liberentur, preter illos de[i] imperio et preter illos de Regno qui capti sunt ex proditionis[k] nota.

14. Item statuimus, quod prefatus Manfredus filius noster omnibus benemeritis de familia nostra provideat vice nostra in terris, castris et villis, salvo demanio regni nostri Sicilie, et quod[l] Conradus et Henricus predicti filii nostri et heredes eorum ratum et firmum habeant quicquid idem Manfredus[m] super hoc duxerit faciendum.

15. Item volumus et mandamus[n], quod[o] nullus de proditoribus Regni[p] aliquo tempore[q] reverti debeat[r] in Regnum[s], nec[t] alicui[u] de eorum genere succurrere[v] possint; immo heredes nostri teneantur de eis vindictam sumere.

16. Item statuimus, quod mercatoribus creditoribus[w] nostris debita solvantur[x].

17. Item statuimus, ut[y] sancte[z] Romane ecclesie matri nostre restituantur[a] omnia iura sua[b], salvis in omnibus et per omnia iure et honore imperii et[c] heredum nostrorum et aliorum nostrorum[d] fidelium[e], si[f] ipsa ecclesia[g] restituat iura imperii.

18. Item statuimus, ut[h] si de presenti infirmitate nos[i] mori contigerit, in maiori ecclesia Panormitana, in qua divi imperatoris Henrici et dive imperatricis Constantie, parentum nostrorum memorie recolende, tumulata sunt corpora, corpus nostrum[k] debeat sepeliri. Cui ecclesie dimittimus uncias auri quingentas pro salute animarum dictorum[l] parentum nostrorum et nostre per manus Berardi[m] venerabilis[n] Panormitani archiepiscopi[o], familiaris et fidelis nostri, in reparatione[p] ipsius ecclesie erogandas[q].

19. Predicta[r] autem omnia, que acta sunt in presentia predicti[s] archiepiscopi, Bertoldi[t] marchionis de Hoenburch[u] dilecti consanguinei et familiaris nostri, Riccardi[v] comitis Casertani dilecti generi[w] nostri, Petri[x] Ruffi[y] de Calabria marestalle[z] nostre magistri, Riccardi[a] de Montenigro magne[b] curie nostre magistri[c] iustitiarii, magistri Ioannis de Idrunto[d] notarii nostri[e], Fulconis[f] Ruffi[y], [Iohannis de Ocrea,][g] magistri Ioannis de Procida[h], magistri Roberti[i] de Panormo[k] imperii et regni[l] Sicilie et[m] magne curie nostre iudicis[n] et[o] magistri Nicolai de Brundusio[p] publici tabellionis imperii et regni Sicilie et curie nostre notarii, nostrorum[q] fidelium, quos presenti dispositioni nostre mandavimus interesse, per predictum Conradum[r] filium et heredem nostrum et alios[s] successive[t] sub pena benedictionis[u] nostre tenaciter[v] disponimus[w] observari; alioquin hereditate nostra non gaudeant. Ita[x] autem universis[y] fidelibus nostris presentibus et futuris sub sacramento fidelitatis qua[z] nobis et heredibus nostris tenentur iniungimus, ut[a] predicta omnia[b] illibata teneant et observent.

**274.** h) quod 3. i) de — illos *des.* 4. k) proditione 3. l) *deest* 4. m) Manfredum 1. n) Item vol. et concedimus 5; Item statuimus 8. o) ut 4. p) in *add.* 6. 7. q) modo 3. r) audeat 4. 6. 8; audeant 3. 5. s) meum *add.* 3. t) nec — sumere *des.* 8. u) aliqui 3—7. v) succedere 3—7. w) debitoribus 3. x) persolvantur 3; exsolvantur 4. y) quod 5. z) sacrosancte 3—8. a) restituantur — heredum nostrorum *des.* 1. 2*a*; restituantur — heredum *des.* 2*b*. b) sua iura 3; iura *deest* 6; sua *deest* 8. c) *deest* 4. 6. 7. d) *deest* 6. 7; fid. nostr. 5. 8. e) iura restituantur *add.* 1. 2*a*; restituantur omnia iura sua *add.* 2*b*. f) et 4. 8. g) *deest* 4. h) quod 4. 5. i) nostra 1. 2. k) noster 1. l) *deest* 3. m) Beraldi 3. n) *deest* 3. 4. o) episcopi 3. p) reparationem 2. q) erogandas in rep. ipsius 4. r) Predicta autem omnia *des.* 4; *testes omnes deesse in* 7, *hoc loco adnotavit Pertz.* s) dicti 3. 5. 6; ipsius 4. t) Bertolti 2*b*; Bertaldi; marchionis *deest* 3. u) *sic* 1; Hohenburch 2*a*; Hohemburgh 2*b*; Hohemburc 3. v) *sic* 2*a*. 3. 5. 6. 8; Ricardi 1; Rinaldi 2*b*; Richardi 4. w) generis 1. 2*b*. x) Iordani 2*b*; *deest* 5. 8. y) Rufi 2*b*. z) *sic* 3; marescalle 1. 2*a*; marescalliae 2*b*. a) *sic* 2. 5. 6. 8; Ricardi 1; Rizardi 3; Richardi 4; *hoc nomen loco penultimo ponitur in* 8. b) *deest* 3. c) *deest* 4. d) Idruno 1; Idronto 2*a*; Irontio 2*b*; Itrengo 3; Ydrunte 4; *al. al.* e) not. nostri *des.* 4—6. 8; nostri notarii 3. f) Falconis 2*b*. g) *uncis inclusa des.* 1—4. 6. h) Procita 2*b*. i) R. 4. k) Palarmo 3. l) nostri *add.* 4. m) *deest* 4. n) iudicis — curie nostre *des.* 1. 2*a*. o) *deest* 3. p) Nicholai de Brondutio 3. q) meorum 1. 2. r) quam per Conradum 4. s) aliorum 3. t) successores 2*b*. 8; fideles nostros *add.* 5. u) maledictionis 2*b*. v) *deest* 3. w) volumus 4—8. x) iam 2*b*; idem 3. 5; id 4. 6—8. y) omnibus 4. 8; *deest* 6. 7. z) quo 3—8. a) et 1; quod 5. b) *deest* 4.

20. Presens autem testamentum nostrum[b] et ultimam voluntatem nostram[c], quam robur firmitatis[d] volumus obtinere, per predictum[e] magistrum[f] Nicolaum de Brundusio[g] scribi et signo sancte crucis[h] proprie manus nostre[i], sigillo nostro et predictorum subscriptionibus[k] iussimus communiri.

Actum[l] apud Florentinum in[m] Capitinata, anno, mense, die et indictione predicta[n], anno imperii nostri trigesimo secundo[o], regni Hierusalem vigesimo octavo[p] et regni Sicilie quinquagesimo primo[q]. 5

*Signum[r] † sancte crucis proprie manus predicti domini imperatoris Frederici[s].

Ego[t] qui supra Berardus Panormitanus archiepiscopus domini imperatoris familiaris.

Ego[u] Bertoldus[v] marchio de Hohenburch[w] hiis interfui et subscripsi. 10

Ego Riccardus[x] comes Caserte[y] hiis interfui et me subscribi feci[z].

Ego[a] Petrus Ruffus de Calabria imperialis maresciallus[b] interfui hiis et subscribi feci[c].

Ego Riccardus[d] de Montenigro magne[e] imperialis curie magister iustitiarius.

Ego[f] magister Rubertus[g] de Panormo qui supra iudex. 15

Ego Iohannes de Idrunto[h] qui supra interfui[i].

Ego Fulcus Ruffus[k] de Calabria hiis interfui et subscripsi.

Ego Iohannes de Procida domini imperatoris medicus testis sum[l].

Ego[m] qui supra notarius Nicolaus de Brundusio, quia[n] omnibus predictis interfui, presens testamentum propria manu subscripsi[o] et meo signo signavi. 20

*) *loco* Signum — signavi 8 *ita:*

† Ego Fridericus II. divina favente clementia Romanorum imperator semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex dico et declaro, hoc fuisse et esse meum solemne testamentum meamque ultimam voluntatem; actum est scriptum de mei ordine, voluntate et mandato per manus magistri Nicolai de Brundisio publici tabellionis curie nostre ac in presentia supradictorum et infrascriptorum testium nostrorum fidelium, quos omnibus predictis mandavimus interesse, ac in fidem omnium premissorum manu propria subscribimus nostroque solito imperiali et regio sigillo signavimus. † Ego Berardus archiepiscopus Panormitanus rogatus premissis omnibus interfui, manu propria me subscripsi ac sigillo imperiali et regio signavi. † Ego marchio de Bemburgio rogatus presens fui, manu propria subscripsi sigilloque imperiali me signavi. † Ego Ricardus comes Casertinus rogatus supradicto imperiali testamento interfui, manu propria me subscripsi supradictoque imperiali ac regio sigillo signavi. † Ego Ruffus de Calabria rogatus supradictis omnibus interfui manuque propria subscripsi ac imperiali et regio sigillo me signavi. † Ego magister Ioannes de Hitronco rogatus interfui, manu mea subscripsi et imperiali ac regio sigillo me signavi. † Ego Fulcunon Ruffus rogatus interfui, manu propria subscripsi et imperiali regioque sigillo signavi. † Ego Ioannes de Ogrea rogatus ut supra presens fui, me subscripsi manu propria ac supradicto imperiali sigillo signavi. † Ego magister Ioannes de Procida supradictis omnibus interfui, subscripsi, sigillavi et testor. † Ego magister Robertus de Panormo rogatus me subscripsi 25 30 35

**274.** c) *deest* 3; veram 2*b*. d) et firmitatem 4. e) *deest* 3. f) magnificum 1. 2. g) brand' 3; de Brundusio *des.* 4—8. h) Christi *add.* 4. i) et *add.* 3. k) et pred. subscr. *des.* 4; subscriptionum 3. l) *reliqua des.* 4. m) de 2*b*. n) predictis 2*b*; premissis 5—8. o) XXXII. 8; XXXIII. 2. p) XXVIII. 2; *deest* 8. q) LI. 2. 8; *reliqua des.* 4—7. r) Signum — familiaris *des.* 3; *signum crucis deest* 2. s) Federici 2*b*. t) *deest* 2. u) *ante Bertoldum* 3 *ponit:* Ego Robertus de Panēm̄ iudex. v) bernardus 3. w) Hohemburgh 2*b*; Hohenburg 3. x) Ricardus 1. y) Caserti 3. z) et subscripsi 3. a) 2*b sic:* Ego Iordanus magnus iustitiarius Rufus de Calabria imperialis marescallus maior interfui *etc.* b) magister *add.* 2*a*. c) imperialis magister subscripsi 3. d) Ricardus 1; Riczardus 3. e) *loco* magne — iustitiarius 3: imperialis curie iusticiarius subscripsi; *des. omnino* 2*b*. f) 2*b sic:* Ego magnificus (*leg.* magister) Robertus de Panormo iudex imperii et Cicilie interfui et subscripsi qui supra; 3, *qui anteponit Iohannem de Procida, sic:* Ego Robertus de Russo subscripsi. g) Robertus 2*a*. h) Ioannes de Irontio 2*b*; Iohannes de Tiranone 3. i) *loco* qui — interfui 3: subscripsi. k) Falcus Rufus 2*b*. l) de Prondea subscripsi 3, *qui istum ponit sexto loco.* m) 3 *sic:* Ego Nicholaus ist's notarius scripsi et presenti testamento manu subscripsi. n) qui 2*b*. o) scripsi 2*b*. 40 45 50

et sigillavi ac omnibus interfui et testis sum. † Ego Ricardus de Montenegro imperialis regieque curie magister iustitiarius supradictis omnibus rogatus interfui, manu propria me subscripsi ac supradicto imperiali et regio sigillo me signavi et testis sum. † Ego magister Nicolaus de Brundisio, publicus tabellio imperii et regni Sicilie ac imperialis curie notarius, rogatus a domino imperatore, ut supradictum eius testamentum suamque ultimam voluntatem conficerem, quia premissis omnibus et singulis una cum supradictis testibus interfui et publicavi ac in presentem publicam formam redegi, ideo subscriptione et signo meis solitis et consuetis subscripsi et signavi. Magister Nicolaus de Brundisio notarius.

# HEINRICI REGIS CONSTITUTIONES.

## 275. SENTENTIA DE FEODIS AD OFFICIUM PRINCIPUM SPECTANTIBUS.

(1221) Oct. 28.

*Dedit b. m. Böhmer in Actis imperii selectis p. 277 nr. 315 e cartulario quodam nobis iam incognito. — Böhmer, Reg. imp. V, 3864. (P. deest.)* 5

Heinricus Dei gracia Romanorum rex et semper augustus. Notum esse volumus universis presentem paginam inspicientibus, quod nos hanc sentenciam per principum nostrorum providenciam et aliorum quam plurium astancium dictatam promulgamus: ut nullus videlicet possit petere feodum spectans ad officium alicuius principis qui 10 consors alicuius beneficii non dinoscatur.

Datum apud Nurenberch, quinto Kalend. Novembris, indictione X.

## 276. SENTENTIA DE FEODIS E CAMERAE PROVENTIBUS CONSTITUTIS.

1222. Mart. 12. 15

*Damus post Monumenta Boica XXX, 1, p. 108 ex autographo tabularii regni Bawarici Kaiser-Select 656; sunt litterae patentes, quibus adhuc appensa est sigilli fragmentum lora membranacea. — Huillard-Bréholles II, 728. Böhmer, Reg. imp. V, 3866. (P. 248.)*

H. Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis fidelibus suis presentem 20 paginam inspecturis gratiam suam et omne bonum. Ad universitatis vestre noticiam presentis certitudine scripti volumus pervenire, quomodo ex petitione dilecti et familiaris principis nostri G. electi Patauiensis in regie maiestatis nostre conspectu sententiam queri fecimus: si videlicet aliquis teneatur ex iure ad talium concessionem sive solutionem feodorum, que nec loco nec alia aliqua certitudine, nisi tantum ex camere pro- 25 ventibus, sunt distincta. Et super hoc utique talis sententia data fuit: quod ad huius-

modi feoda conferenda sive solvenda nemo ex iure vel ex debito tenetur aliquatenus, nisi quantum gratia atque voluntas propria cuilibet persuaserit in hoc facto.

Act. apud Wormatiam, IIII. Idus Martii, anno Domini MCCXXII, indictione X. Presentibus Sifrido Maguntino archiepiscopo, Ottone Herbipolensi et Heinrico Wormacensi episcopis, Lvdewico comite de Wirtenberch, Wernhero de Bonlande et aliis pluribus.

---

# 277. SENTENTIA DE NON DISTRAHENDIS HOFMARCHIIS EPISCOPATUUM.

1222. Mart. 13.

*Damus post Monumenta Boica XXXI, 1, 512 e codice Passaviensi III, cod. nr. 203, fol. 72, manu saec. XIV, qui asservatur in tabulario regni Bawarici. — Huillard-Bréholles II, 729. Böhmer, Reg. imp. V, 3867.* *(P. 248.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis fidelibus suis presentem paginam inspecturis gratiam suam et omne bonum. Ad universitatis vestre noticiam presentis certitudine scripti cupimus pervenire, quomodo ex petitione dilecti et familiaris principis nostri G. electi Pataviensis queri per sententiam fecissemus: si quis episcopus possit vel debeat distrahere seu aliquo modo per infeodationes alienare preter consilium et assensum chori sui atque ministerialium suorum quicquam de redditibus hofmarchiarum que ad[a] dominicalia pertinere noscuntur, talis in regie maiestatis nostre conspectu sententia data fuit: quod nulli episcoporum liceat aliquatenus redditus huiusmodi distrahere sive alienare per infeodationes taliter[b] quoquam modo; sed si forsitan per aliquem hoc factum fuerit, talis distractio sive infeodatio firmitatem aliquam non habebit.

Actum Wormacie, III. Idus Martii, indictione X, presentibus Sifrido Maguntino archiepiscopo, Chunrado cancellario Metensi et Spirensi, Ottone Herbipolensi, Heinrico Wormaciensi episcopis, Lodewico comite de Wirtenberch, et aliis pluribus.

---

# 278. SENTENTIA CONTRA INVASORES ECCLESIAE EPISCOPALIS.

1222. Mart. 13.

*Proponimus post Monumenta Boica XXXI, 1, 510 (= 'Urkundenbuch des Landes ob der Enns' II, 631) e codice Passaviensi III, cod. 203, manu saec. XV, fol. 142'. — Huillard-Bréholles II, 730. Böhmer, Reg. imp. V, 3868.* *(P. deest.)*

Hainricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus omnibus fidelibus suis presentem paginam inspecturis gratiam suam et omne bonum. Ad universitatis

**277.** a) que ad *des. cod.* b) per infeodationis titulum *legendum censuit Pertz.*

vestre notitiam presentis certitudine scripti cupimus pervenire, quod cum ex instancia dilecti et familiaris principis nostri G. electi Pataviensis taliter in conspectu nostro fuisset data sententia, ut singulas causas cum[a] aliis omnibus ecclesie sue factis in hoc ipse debeat inchoare articulo in quo predecessorem suum illa constiterat dimisisse, idem coram nobis querimoniam[b] deposuit de castris et malefactoribus quibusdam, quorum nomina subnotari fecimus, quod per eos circiter VI M marcarum dampnificata sua esset ecclesia, et petivit, quatenus secundum indulgentiam crucesignatis[c] a Romana sede concessam ipsi iustitiam exhibere curaremus. Et hec omnia cum probasset legitimis testibus coram nobis, malefactores eosdem pariter et castra, non obstante eo quod in Babaria terra non exstitimus, presertim cum[a] crucesignatorum privilegium[d] hanc legem excludat, proscriptionis regie sententia iure coacti condempnavimus, universitatem vestram monentes atque firmiter mandando precipientes, quatenus illos simul et castra ut nostros ac imperii proscriptos persecucione vestra non cessetis omnimodis inpugnare. Hec sunt nomina eorum: Alramus et frater eius Albertus de Hals, Albertus de Ode, Fridricus de Grůb, Otto de Asenhaim, Engelboldus de Tragenrevte, Engelschalcus de Saechsingen, Hainricus[e] de Prunste, Rapoto et filius eius de Heyzingen, Irnfridus de Gortsne, Duringus sagittarius, Nythardus, Marchardus de Tagenpach, Marchardus Schell, Eberhardus de Aesenhaim, Fridricus frater eius, Heinricus de Aesnhaim, Ortwinus de Yltzstade, Hainricus Murator, Růdegerus Pademe, Chunradus[f] de Aentznchirichen et Tymo frater eius, Leo de Rogolfing, Marthelo de Sweiber[g], Albero de Phaffsteten, Egelbertus de Hirzpach, Engelbertus de Sweitzenpach, Albero de Fronsteten, Hainricus[e] de Hohenwart et frater eius Chunradus[f], Hainricus de Chirichperg et item Hainricus et Růgerus frater eius, Hainricus de Fraunreyt, Albo de Muterna, Hainricus de Schonstain, Fridricus Lucho, Chunradus de Ebergozesperig, Engelbertus de Raechenwinzperg, item Albertus de Ewergaesenzperg, Ortolfus de Tandorf et frater eius Hainricus, Wanungus sagittarius, Chunradus de Tufstat, Hainricus Fůzab, Hainricus de Tobel, Lienhardus, Hainricus, Alramus, Hainricus, Walchunus sagittarii de Uttendorf, Heinricus de Cherfenstain et frater suus Chalhohus, Lienungus et Walchunus de Ruzdorf, Pilgrimus de Ostenholtz, Wolframus de Ochsenpach, Hartmannus, Dietherus de Viechtenstain, Ortolfus de Růtingen et frater eius Ulricus, Albero de Grantperg, Růgerus de Nyndlingen, Hermannus Ponsider. Hec sunt castra: Hals, Schonstain, Rotenwerch, Newnhawsen, Fiechtenstain, Marspach, Iohenstain.

Acta sunt hec apud Wůrmatiam, III. Ydus Martii, indictione X, presentibus Syfrido Maguntino[h] archiepiscopo, Ottone Herbipolensi episcopo, Chunrado cancellario Metensi[i] et Spirensi episcopo, Hainrico[e] Wurmacensi episcopo, Ludwico comite de Wirtenwerch, Wernhero de Pondlande, et aliis pluribus.

---

# 279. SENTENTIA DE VARIIS CASIBUS IURIS FEODALIS.

## 1222. Mai.

*Dedit Wattenbach ex autographo, quod exstat in tabulario Vindobonensi, cuius sigillum deperiit, filis sericis rubris relictis. Cartam non in cancellaria regia, sed potius in can-*

**278.** a) tum *cod.* b) querimonia *cod.* c) cruce signatā *cod.* d) privigilegium *cod.* e) Hn̄r *cod.* f) Chn̄r *cod.* g) sweib^s *cod.* h) magun̄t *cod.* i) motinēn *cod.*

*cellaria ducis Brabantiae exaratam esse, nominum formae et vox* bota *comprobant. Cf. etiam Ficker 'Beiträge zur Urkundenlehre' I, 353. Apographa leguntur in Chartulario Brabantino codicis Parisini Colb. 10197. 2. 2 saec. XIV*[1], *in Copiario civitatis Bruxellensis saec. XVI. tabularii Gandensis*[2], *in codice bibliothecae Bruxellensis 16940*[3]; *versio Germanica in codice viri cl. Gérard b. m. Bruxellensis nr. 164*[4]. — *Huillard-Bréholles II, 745. Böhmer, Reg. imp. V, 3875.* *(P. 249.)*

Noverint universi, quod cum apud Aquisgranum Henricus rex Romanorum in sollempni curia sederet pro tribunali, sub frequentia principum, precepit Henrico illustri duci Lotharingie et Brabancie et in fidelitate imperio prestita iniunxit eidem, quod iura imperii firmiter observaret et in terra sua faceret observari, et hoc fecit tam per sentenciam principum quam per obtentum gratie imperii.

1. Inventum igitur et sentenciatum est ibi: quod in iure feodali omnis ministerialis feodotarius eque iudicare possit super feodis nobilium et ministerialium, exceptis tamen feodis principum.

2. Ad hec sentenciatum est ibi: quod quilibet nobilis sive ministerialis feodotarius a domino suo in iure feodali prima citatione ad quindenam potest citari.

3. Iterum si aliquis, sive nobilis sive ministerialis, allodium ducis de duce tenet in feodum, ipse dux ipsum citare potest super illo allodio ad alium locum ubi habet allodium, ubicunque voluerit. Si autem illud feodum sit feodum ab alio principe obtentum, tunc dux suum feodotarium citare potest super quamcunque partem illius feodi, quod ab illo principe descendit.

4. Ceterum quemcunque dux de iure sicut tenetur citaverit, ille si citatus non comparet ad primam citationem, emendam solvere tenetur que bota vocatur.

5. Insuper si dux sentenciam ab aliquo requisierit, ille requisitus tenebitur dicere sentenciam intra terminum quo dux sedet pro tribunali illo die, nisi ipse dux de gratia sibi remittat.

6. Ad hec in iure feodali nullus potest esse advocatus, nisi sit ipsius ducis feodotarius; advocatum appellamus patronum cause.

7. Additum quoque ibi est per sentenciam, quod servi per stipitem et parentelam ex parte matris provenientem sunt retinendi, homines advocaciarum autem per curiam, cui sunt censuales, sunt retinendi.

8. Insuper quicunque exactus est pro patrono cause, ille exactus tenetur proponere verbum illius, qui ipsum exegit, et negare non potest, dummodo sciat loqui usualiter.

9. Ad hec ibidem per sentenciam fuit duci adiudicata tutela parvulorum usque ad duodecimum annum de feodis que ab ipso tenentur.

Prolationi istarum sentenciarum interfuerunt hii principes et testes: Sifridus Moguntinus, Engelbertus Coloniensis, Theodricus Treverensis archiepiscopi; Conradus Metensis et Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius, Herbipolensis, Augustensis episcopi; comes de Dyseh, comes palatinus Reni, comes Loduwicus de Wertenberge, Adulfus comes de Marka, Fredericus comes de Althena, domnus de Hemesber[a], comes Lutscel de Hostade, comes de Cascele, Henricus dapifer de Waltborh, pyncerna de Cyp, Wernerus de Bollandia, Gerardus de Senceka, et alii quam plures.

Actum Aquisgranum, in sollempni curia in nostra coronatione, anno Domini MCCXXII, mense Maio.

**279.** a) hemesb[s] *or.; legendum esse videtur* Heinesberc.

1) *V. 'Archiv' XI, 430.* 2) *Istos duos codices adhibuit Pertz.* 3) *Hoc codice usus est Huillard.* 4) *V. 'Archiv' IX, 511.*

# 280. RENOVATIO PACIS ANTIQUAE SAXONICAE.

(1223. Mai.)

*Publicatam primum a viro d. Krühne in periodico 'Neue Mittheilungen des thüringisch-sächsischen Vereins' XVII, 220, collato codice a viro cl. Kindscher tabularii ducalis Anhaltini praefecto, denuo proposuimus in periodico 'Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, Germanistische Abtheilung' VIII, 113. Codex, qui hanc pacem solus servavit, est copiarius capituli maioris Magdeburgensis nunc in tabulario Anhaltino Zerbstii constituto asservatus*[1], *cui illata est pax fol. 174 manu saec. XV. in.; inscribitur:* De antiqua pace quam imperator precepit renovari. *Tempus pacis renovatae, quod primus editor annum 1234 esse censuit, ego l. c. p. 96 ad mensem Maium a. 1223 diffinire conatus sum, quo mense Heinricus rex Francofurti commorabatur*[2]. *Winkelmann autem in libro 'Jahrbücher Friedrichs II.' I, 371 not. 1 censuit, pacem renovatam esse a. 1221. Sept. 1, quo die colloquium principum Francofurti celebrandum erat*[3], *de cuius celebratione nil tamen compertum habemus. Quamquam argumenta, quibus Winkelmann opinionem meam refutare conatus est, nequaquam magni pretii mihi esse videntur, concedo, pacem nostram fortasse a. 1221. Sept. 1 renovatam esse; attamen etiam nunc veri similius mihi videtur, hanc renovationem a. demum 1223 factam esse*[4]. *Pacem nostram cognationem habere et cum libro iuris dicto 'Sächsisches Landrecht' et cum pace ab Heinrico rege (a. 1224?) condita infra nr. 284 edenda, iam primus editor animadvertit*[5]. *Locos Speculi Saxonici in margine editionis adnotavimus; capita pacis Saxonicae, quae conveniunt cum pace Heinrici regis, quaere in margine editionis, huius pacis. — Böhmer, Reg. imp. V, 10883.*
*(P. deest.)*

Hec est forma pacis antique quam dominus imperator precepit renovari.

S. II, 66, 1. 1. Clerici[a], monachi, mulieres, moniales, agricole, iusti venatores, piscatores, Iudei omni die et tempore firmam pacem habebunt in personis et in rebus.

S. II, 66, 1. 2. Ecclesie, cimiteria, aratra, molendina et ville infra sepes suas eandem pacem habebunt.

S. II, 66, 1. 3. Strate omnes cum[b] in terra tum in aqua eandem pacem et ius habebunt, quod ab antiquo habuerunt.

4. Quicunque habet manifestum inimicum, in feria secunda, feria III, feria IIII, extra predictas res et loca, in persona sua et non in rebus ledere potest, ita quod eum non capiat. S. II, 66, 2. Feria V, feria VI, sabbato[c] omnis homo firmam pacem habebit preter eos, qui proscripti sunt [et][d] abiudicati falsarii, et illos qui sunt strikere et druhere; qui nullam pacem aliquo tempore habebunt vel in personis vel in rebus.

S. II, 13, 5. 5. Quicunque vero contra pacem ordinatam aliquem occiderit, capite plectetur. Si aliquem volneraverit, manum perdet. Si aliquem percusserit sine sangwinis effusione, LX solidos iudici componet et percusso satisfaciet.

**280.** a) cleri *cod.* b) tum *cod.* c) die dominica *omisit cod.* d) *supplevi.*

1) *Cf. Codicem diplom. Anhaltinum I, p. XI et quae disserui l. c. p. 89 sq.* 2) *V. cartam Mai. 13 datam, Böhmer V, 3894.* 3) *V. epistolam principum, quam edidit Schannat 'Vindemiae literariae' I, 191; Böhmer V, 3858.* 4) *Cum enim pax secundum c. 24 iuranda esset usque ad pascha et a pascha usque ad duos annos, tempus pacis, si renovatio a. 1221. Sept. 1 facta esset, in pascha a. 1224 demum terminatum esset. Quocum minime convenit, Conradum episcopum Hildesheimensem a. 1223 de mandato imperatoris et pontificis denuo pacem in Saxonia constituisse, v. dissertationem meam p. 95 sq.* 5) *Cf. Frensdorff 'Nachrichten der Ges. der Wissenschaften zu Göttingen' 1894, p. 1 sq.*

6. Si vero aliquis in diebus illis, quibus hostem suum ledere potest quispiam, hostem suum insequitur et dextrarius contra voluntatem suam infra sepem ville eum pertulerit, et si timore persone statim in eadem villa iurare non audet, postmodum coram iudice, quod non voluntarie intraverit, iurabit.

7. Raptus sive oppressio virginis vel mulieris per capitis decollacionem punietur. S. II, 13, 5.

8. Viator, in via unum pedem tenens, equo suo segetes gladio, cultello vel falce potest incidere et equum suum fessum reficere, ita quod nichil inde deferat. Si autem segetes aliter inciderit vel aliquid inde detulerit, pacem violavit, fur suspendetur. S. II, 68.

9. Qui alium clam occiderit, quod mord dicitur, in rota punietur. S. II, 13, 4.

10. Quicunque de eo quod schah dicitur ab aliquo impetitur, in persona sua se defendet vel sententiam iudicis sustinebit.

11. Nullus a possessione rerum quas possidet eicietur, nisi possessio ab eo evincatur. S. II, 70.

12. Quicunque pacem in se ledi proclamabit, nisi in proclamatione ante iudicem permanserit, pacem violavit.

13. Si quis predam fecerit, predam cum iuramento reddet et iudici secundum iusticiam componet, vel iuramento se expurgabit, quod predam non fecerit.

14. Si quis pro alicuius querimonia vocatur a iudice, plures secum ante iudicem ducere non debet quam XXX, qui nulla arma preter gladios habebunt; similiter faciet actor. Iudex autem quot volt cum armis debet habere. S. II, 67.

15. Servientes, qui loricas et arma ducent, proscripti sunt et sicut proscripti iudicabuntur, et si[e] coram iudice, antequam deprehendantur, iurent, quod nullis armis deinceps utantur preterquam gladiis sicut alii servientes[1]. S. II, 71, 2.

16. Incendiarius cum se septimo, qui ius suum habeant, coram comite, in cuius comecia bona incendit, quod incendium non fecerit, iurabit. Quod si non fecerit, comes denunctiabit eum et sequaces suos in proscripcione[f] domini imperatoris, et se[g] a proscripcione[h] non absolvet nisi per dominum imperatorem.

17. Nulla reysa fiet. Si autem reysa facta fuerit, is, qui dampnum passus est, veniet ad imperatorem vel ad iudicem illius regionis et afferet nomina eorum, qui reysam fecerunt, scripta vel viva voce ea denunctiabit et illi citabuntur per XIIII dies. Qui vero non venerint, denunctiabuntur proscripti ab imperatore vel a iudice. Qui vero veniunt et reysam se fecisse fatentur, satisfaciant dampnum passo et iudici componant. Qui vero non fatentur, expurgabunt se manu septima ydoneorum virorum.

18. Si quis autem extra terminos illius pacis reysam fecerit, infra terminos huius pacis iudicabitur ut proscriptus secundum formam huius pacis, si deprehensus fuerit.

19. Si quis autem eorum aliquem, qui in reysa fuerint, deprehenderit flagrante maleficio et coram iudice duxerit, si probare poterit per ydoneos testes septem, quod in reysa fuerit, ut proscriptus iudicabitur.

20. Qui vero aliquem eorum, qui in reysa fuerint, occiderit vel volneraverit et in causam propter hoc tractus fuerit, si manu septima probare potuerit, illum in reysa fuisse, super hoc non teneatur respondere. S. II, 69.

21. Cum pax violata fuerit et clamor sequencium ortus fuerit, tenentur omnes, ad quos clamor pervenerit[i], sequi cum armis, si opus fuerit per triduum propriis expensis, preter agricolas et cultores vinearum. Quod qui non fecerit, componet penam iudici. S. II, 71, 3. S. I, 53, 1.

**280.** e) *legendum esse videtur* nisi. f) prosecucione *cod.* g) et se et *cod.*; *forte legendum est* et semet. h) prosecucione *cod.*; *vox* domini, *quae in editione principe sequitur, deest cod.* i) prouen'it *cod.*

1) *Conferendum esse c. 31 Pacis Bawaricae a. 1244 monuit vir cl. Richardus Loening; v. infra.*

22. Qui autem hanc pacem infra sex septimanas non iuraverit, in eo non potest pax violari et, ut constet eum iurasse, per duos testes hoc ostendet, si oportuerit.

23. Qui vero pacem iuraverit, bona eius ubicumque sita sunt sub pace debent comprehendi.

24. Pax ista iurabitur usque ad pascha et a pascha usque ad duos annos. 5

Hec acta sunt aput Frankinfurt.

---

# 281. MANDATUM DE PACE SAXONICA IURANDA.

(1223. c. mensem Iun.)

*Damus ex* 1) *Originibus Guelficis III, 686, ubi legitur 'e veteri codice Moguntino'* 10 *i. e. e copiario quodam ecclesiae Hildesheimensi nunc deperdito*[1], *simili autem ei qui iam nunc asservatur in tabulario regio Hannoverano sign. Cop. VI. 11 chart. saec. XV;* 2) *exemplari apographi illius codicis Moguntini, quod exstat in tabulario regio Hannoverano, manu ut reor Rogeri Wilmans b. m. facto. Mandatum hoc spectare ad renovationem pacis antiquae Saxonicae a. 1223. m. Maio factam (supra nr. 280) in disser-* 15 *tatione mea supra laudata p. 95 iudicavi meamque sententiam etiam contra ea, quae vir cl. Winkelmann 'Jahrbücher Friedrichs II.' I, 376 not. 4 disputavit, retineo. — Huillard-Bréholles II, 755. Böhmer, Reg. imp. V, 3889.* *(P. deest.)*

H. Dei gratia Romanorum rex semper augustus H.[a] duci Saxonie et A.[a] duci Angarie et in[a] eorum iurisdictione constitutis[b]. 20

Innotuit nobis, quod summus pontifex, similiter quoque dominus imperator pater noster dederit in mandatis et attentius iniunxerit C. Hildesheimensi venerabili episcopo[c], apud eos in partibus Italie existenti, ut ad pacem et tranquillitatem illarum partium curam et operam in reditu suo impenderet diligentem, de eiusdem episcopi prudentia et bonitate non immerito presumentes. Quocirca mandamus affectuose vos 25 rogantes et monentes, quatenus ob reverentiam apostolice sedis et domini imperatoris patris nostri et pro patrie totius profectu et honore accedatis ad locum et diem, quem prememoratus episcopus prefixerit vobis, pacem unanimiter iuraturi et ipsam inviolabiliter observaturi usque ad terminum inter vos condictum.

---

# 282. SENTENTIA DE IURE ABBATIARUM. 30

1223. Iun. 26.

*Dedit vir cl. Philippi in libro 'Kaiserurkunden der Provinz Westfalen' ed. Wilmans II, 372 nr. 266 ex autographo tabularii regii Monasteriensis nr. 82, cui appendet adhuc*

**281.** a) *deest* 2. b) constitutus 1. c) episcopi 1.

1) *Quem frustra quaesivi in tabulariis Hannoverano, Monacensi, Wirzburgensi.* 35

*sigilli fragmentum. Confirmatae sunt sententiae istae privilegio Heinrici Rasponis antiregis a. 1246. Mart. 25 dato, quod suspicione non caret, edito a Falkeo in Codice traditionum Corbeiensium 403 (= Gruner 'Opuscula' 2, 317; Böhmer V, 4868)*[1]. — *Huillard-Bréholles II, 763. Böhmer, Reg. imp. V, 3895. (P. 252.)*

5 H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis infeudatis, ministerialibus, oppidanis totique familie Corbeiensis ecclesie gratiam suam et omne bonum. Universitati vestre duximus significandum, quod coram nobis cum requireretur[a] in sententia venerabili H.[2] Corbeiensi electo, requisitis omnibus, extitit adiudicatum: quod universa officia ecclesie sue pertinentia vacent et ad nutum suum sint instituenda, 10 exceptis quatuor officiis[a] principalibus, quorum bona nullius iusticie vel astutie interventu ab ipsis officiis poterunt alienari[a], officiatorum quoque filii seniores[a] et legitimi patrum succedent officiis pleno iure. Verum etiam quod in civitatibus, oppidis et villis cambsiones denariorum non fiant nisi de consensu et voluntate abbatis prememorati, et moneta nullatenus est cudenda. Nec non quicumque ministerialis vel 15 officiatus personam domini sui nequiter insequendo vel captivando vel perfide spoliando offenderit, iure suo privari debet et officio, nisi de benivolentia principis relaxetur. Demum quicunque abbas dotem ecclesie nisi[a] de consensu et communi deliberatione capituli sui obligaverit, creditor abbatem successorem suum non impetet nec artabit exigente rigore iuris, cuiusquam obligationis vel debiti occasione. Donationes man- 20 sorum, concessiones feudorum, obligationes pignorum ante regalium receptionem facte sint in irritum revocande. Cum itaque universa predicta dictante principum et aliorum magnatum et fidelium imperii sententia sint confirmata, mandamus fidelitati vestre, sub pena gratie nostre firmiter precipientes, quatenus ea[a], sicut fidem vestram condecet et honestatem, abbati prememorato tamquam domino vestro illesa et integra conser- 25 vetis. Quod qui non fecerit, indignationem omnipotentis Dei nostreque maiestatis gravem offensam se noverit incursurum.

Datum apud Wirzeburc, VI. Kal. Iulii, indictione XI.

---

# 283. SENTENTIA DE ARGENTO VENDENDO.

## 1224. (Mai.)

30 *Sententiam hanc Pertz ad a. 1234 posuit, Schannatum secutus, qui in Historia episcopatus Wormatiensis II, 117 eam se ex authentico desumpsisse contenderat. Nos Schannati lectionibus notabilioribus sub siglo* S *adnotatis, eam proponimus collatam a viro cl. Wyss cum Libro privilegiorum ecclesiae Wormatiensis saec. XV. in. in tabulario Darmstadiensi asservato, ubi bis legitur* 1) *fol. 30 et* 2) *fol. 8', inserta privilegio Karoli IV.* 35 *a. 1364. Iun. 24 dato (Böhmer, Reg. imp. VIII, 4053). Eundem Librum adhibuit Boos 'Urkundenbuch der Stadt Worms' I, nr. 130. — Huillard-Bréholles II, 796. Böhmer, Reg. imp. V, 3923. (P. 302.)*

**282.** a) *rasura et correctura in or.*

1) *Genuinam eam esse, probare conatus est Ficker 'Mittheilungen des Instituts für österr. Geschichts-* 40 *forschung' II, 215.* 2) *Hermanno comiti de Dassel.*

H. Dei gracia Romanorum rex et semper augustus. Ad noticiam omnium presens scriptum intuencium pervenire volumus, quod dilecto principe nostro Heinrico[a] Wormaciensi episcopo requirente, coram nobis in sollempni curia nostra Franckenfurt[b] sentenciatum est: quod quicumque argentum vendere voluerit, ad monetam debeat illud presentare nec ad nundinas nec alias[c] presumat deferre; sed si in peregrinacione aliquis proficisci voluerit, liberum habeat arbitrium secum quantum voluerit deferendi. Si vero aliquis contra hanc sentenciam veniens argentum extra civitatem deferre presumpserit, Wormaciensis episcopus potestatem habebit plenariam illud auferendi et nullo modo restituendi.

Huius rei testes sunt: dominus Coloniensis archiepiscopus, dominus Treverensis archiepiscopus, dominus Augustensis episcopus, dominus Spirensis electus, abbas Vuldensis[d], abbas Hersveldensis[e], abbas de Wiszenburg[f], dux Bawarie[g], lantgravius Turingie[h], comes de Dietes[i], et alii quam plures tam comites quam nobiles.

Datum Franckenfurt[b] per manum prothonotarii, anno Domini[k] MCCXXIIII[l], indictione . . .

---

# 284. PAX GENERALIS.

(? 1224. Iul.)

*Hanc pacem, quam Pertz 'Treugam Heinrici regis' appellavit et anno 1230 vindicavit, edituri sumus nacti codicem veterem, quem vir cl. S. Muller Traiectensis detexit, cuius imaginem photographicam vir cl. van Riemsdijk tabularii regii Hagensis praefectus ea qua utitur benevolentia nobis transmisit. Est codex Musaei Meerman-Westreenen Hagae Comitum constituti sign. nr. 17, olim nr. 42, continens Annales S. Mariae Traiectenses, chartas Traiectenses, alia, quem fusius descripsi SS. XV, 1298; textus pacis fol. 6' et 7' duabus columnis illatus est manu saec. XIII. in., quae adhuc saeculi XII. ex. esse potest. Ultima textus verba* (parti lese satisfecerit absolvere) *subter lineam ultimam folii 7' manu saec. XV. seu XVI. suppleta sunt. In margine superiore fol. 6' manu posteriore, saec. XIV. seu XV. minio scriptum est:* Forma pace Henri V. *Quam sententiam nil prorsus ad tempus pacis diffiniendum valere facile concedas. Apographon codicis Hagensis exstat in codice Parisino lat. 4686 A (Colb.)*[1] *saec. XVI, cuius lectionem variam, quamvis nullius sit pretii, sub* 1 a *adnotavimus. Codice Parisino usus est Pertz, cuius editionem repetivimus in periodico 'Zeitschrift der Savigny-Stiftung für Rechtsgeschichte, Germanistische Abtheilung' VIII, 116. Capita complura pacis nostrae cum fere prorsus conveniant cum pace Saxonica renovata (supra nr. 280), cuius locos parallelos in margine editionis adnotandos curavimus, nos quidem l. c. p. 105, collato capite 22 cum capite 16 pacis Saxonicae, pacem nostram posteriorem illa esse et fortasse a. 1224 mense Iulio, quo tempore Heinricus rex Herbipoli morabatur*[2], *constitutam esse contendere ausi sumus.*

**283.** a) H. 1. b) Franckenfurd 2. c) illud *add. S.* d) Wldensis 1; Fuldensis 2. *S.* e) Hersfeldensis 2. *S.* f) Wissenburg 2. *S.* g) Bavarie 1. *S.* h) Thuringie 2. *S.* i) Dyetes 2; Dyztes *S.* k) *deest* 1. l) M ducentesimo XXIII. 2; MCCXXXIIII. *S.*

1) *Non vero cod. 5178 A, ut Pertz LL. II, 266 scripserat, cf. 'Archiv' VII, 49. Codex continet post pacem nostram Historiam episcoporum Traiectensium a Wilhelmo Heda compositam. In ora superiore folii, quod pacem continet, leguntur haec:* Henricus imperator Romanorum subegit Saxones et fundavit ecclesiam sancte Marie in Traiecto super Renum iuxta formam in vetustissimo libro ecclesie predicte scriptam. 2) *Die 15. m. Iulii secundum cartam editam a Wilmans 'Kaiserurkunden der Provinz Westfalen' (Böhmer V, 3925):* Datum in curia Herbipolis.

*Contra hanc nostram opinionem vir cl. Winkelmann 'Jahrbücher Friedrichs II.' I, 409 not. 3 pugnavit et de tempore pacis diffiniendo desperandum esse iudicavit, praesertim cum nedum saeculum constaret, cui pax nostra deleganda esset. Ex argumentis viri doctissimi eo uno moveor: cum Heinricus rex a. 1224. Iul. 15 curiam Herbipoli celebrasset, mirandum certe est, quod paucos dies post, diebus Iulii 20—25, iterum curiam Norinbergae congregaverit*[1]*;* curiam *igitur* Herbipolis *palatium episcopale potius significare, vir clarissimus opinatus est. Qua re commotus, tempus mensis Iulii a. 1224 adhuc retinere vix audeo, aliud tamen constituendi facultatem non video. Heinrico autem regi filio Friderici II. legem nostram vindicandam esse, docuit vir cl. Richardus Loening Ienensis, qui in libro suo 'Der Reinigungseid bei Ungerichtsklagen im deutschen Mittelalter' p. 230 not. 278 animadvertit, ea quae c. 16 de* infamia que loimunt dicitur *pronuntiata sunt, formata esse e Decretali Innocentii III. a. 1212. Dec. 20, Registr. l. XV, ep. 191 (c. 21 § 2 de accus. V, 1; Potthast, Reg. pont. Rom. 4628)*[2]. — *Böhmer, Reg. imp. V, 3863.*

*(P. 267.)*

Hec est forma pacis quam dominus noster rex Heinricus apud Wirzeburg[a] cum principibus ordinavit et iurari[a*] fecit.

1. Clerici, mulieres, moniales, agricole, mercatores, iusti venatores[b], piscatores, Iudei omni die et[c] tempore firmam pacem habebunt in personis et in rebus. (c. 1.)

2. Ecclesie, cimiteria, aratra, molendina[d], ville infra sepes suas eandem pacem habebunt. (c. 2.)

3. Strate[e] omnes cum[f] in terra tum in aqua eandem pacem [et ius][g] habebunt, quod[h] ab antiquo habuerunt. (c. 3.)

4. Quicumque habet manifestum inimicum, eum[i] feria secunda, feria III, feria IIII, extra predictas res et loca, in persona et non in rebus ledere potest, ita quod eum non capiat. Feria V, feria VI, sabbato, die dominico omnis homo firmam pacem habebit in personis et in rebus. (c. 4.)

5. Quicumque contra pacem ordinatam aliquem occiderit, capite plectetur. Si aliquem volneraverit[k], manum perdet. Si aliquem percusserit cum[l] sanguinis effusione, LX solidos iudici componet et secundum condicionem suam leso satisfaciet[m]. Si vero res non habuerit de quibus satisfaciat, excorietur. (c. 5.)

6. Si aliquis in diebus, vel in[n] quibus hostem suum ledere potest, ipsum insequitur[o] et equus[p] contra voluntatem suam infra sepem ville eum pertulit, arma deiciat[q], tam principalis quam complices sui; et si timore persone statim in eadem villa iurare non audet, postmodum coram iudice, quod non sponte intravit, iurabit. (c. 6.)

7. Raptus sive oppressio virginis per capitis decollationem punietur. Si aufugerit, detentor ipsius[r], a quo reus a iudice postulatus fuerit, cum reo pari pene et sentencie subiacebit. (c. 7.)

8. Viator, in via pedem unum[s] tenens, equo suo cultello, gladio vel falce[t] segetes (c. 8.)

**284.** a) Wittembergam 1 *c*. a*) coniurari 1 *a*. b) mercatores itineratores 1 *a*. c) *compendium vocis* et *dubium in* 1; omni *add.* 1 *a*. d) molandina 1. 1 *a*. e) *corr. ex* srate *alio atramento* 1. f) tum 1. 1 *a*. g) *addidi; des.* 1. 1 *a*. h) quam 1 *a*. i) inimjc̄ 7 I 1; inimicum et in 1 *a*. k) vulneraverit 1 *a*. l) ſum 1. m) satisfacit 1. n) *sic* 1. 1 *a*; locis *excidisse videtur, vel potius vox* vel *delenda.* o) inseq$^{m}$ 1; insequatur 1 *a*. p) equs 1; equis 1 *a*. q) deicit 1. 1 *a*. r) ipse 1 *a*. s) unum pedem 1 *a*. t) false 1. 1 *a*.

1) *Cf. Böhmer V, 3926—3931.* 2) *Idem vir cl. epistola ad nos data sententiam c. 9, quae de* loimunt *agit, interpolatam totamque legem fortasse ab ecclesiastico viro ope iuris canonici depravatam esse censuit et legem genuinam ad tempus Heinrici VI. regis fortasse recedere opinatus est. Quae si ita se habent, de curia Wirzburgensi a. 1189. m. Aug. celebrata cogitandum erit, de qua cf. Toeche 'Jahrbücher Heinrichs VI.' p. 117 sq.*

incidere potest, ut ipsum[u] reficiat, ita quod nichil inde deferat. Si autem segetes aliter inciderit[v] et aliquid inde detulerit, pacem violavit[w], fur suspendetur.

c. 9. 9. Qui alium clam occiderit, quod mord dicitur, in rota punietur. Si aufugit, et[1] fama publica que vulgo loimunt[x] dicitur exstiterit[y], et reus proprietates et feoda[z] habuerit, primi sui domini, a quibus[a] feoda tenuit, se de illis[b] infra XIIII dies intro- 5 mittent, et sic a primis usque ad secundos et tercios dominos usque ad dominum inperii; [qui] feoda predicta, si per negligenciam[c] ad ipsum devenerint, retinebit. Proprietates autem ipsorum heredes proximi recipient. Quod si neglexerint infra XIIII dies, dominus provincie ea recipiet[d], et sic iterum usque ad dominum inperii producentur. Is autem, qui reum receperit et foverit, a die certe sciencie cum reo pari 10 pene et sentencie subiacebit.

10. Quicunque alterius inimicus extiterit et ipsum defidare voluerit, tribus diebus[e] antequam nocumenta sibi procuret[f] denuntiet; alioquin et pacis et fidei violator habebitur.

11. Quicunque cultello alium occiderit vel vulneraverit, infamie que mord dicitur reus erit. 15

c. 11. 12. Nullus a possessione rerum quas possidet eicietur, nisi possessio ab eo in iuditio evincatur.

c. 12. 13. Quicunque pacem in se ledi[g] proclamaverit, nisi in proclamacione ante iudicem perseveraverit, pacem violaverit.

c. 13. 14. Si quis predam[h] fecerit et eam[i] fecisse confessus fuerit, cum[k] [iuramento 20 reddet et iudici secundum iusticiam componat, vel][l] iuramento, duobus sibi adiunctis qui nominati fuerint, se expurgabit, quod predam[m] non fecerit.

cf. c. 10. 15. Quicunque predam[n] que reraup et predam[o] que strazraup[p] et crimen[q] quod scach[r] dicitur commiserit, si flagrante maleficio iudici presentatus fuerit, capite plectetur. Si autem aufugerit et ad iudicium vocatus infra XV dies non comparuerit, ut 25 reus, ut infamis iudicabitur. Si quis autem talium quemquam[s] a iudice postulatum contra ius manutenere[t] et defendere presumpserit, tam ipse detentor quam locus quilibet, in quo manutenetur, proscribatur. Quod si detentor post proscriptionem[u] suam bis et tertio a iudice commonitus non resipuerit[v], cum reo pari infamie ac sentencie subiacebit. Si autem reus ad vocacionem[w] iudicis iudicio se presentaverit et factum 30 negare voluerit, actor vel per se vel per alium in monomachia[x] convincere potest, et reus in persona propria se defendet. Quod si actor facere noluerit, concedetur reo expurgatio manu VII$^{ma}$, eorum tamen[y] qui ad[z] hoc in singulis provinciis sunt electi.

16. Hii autem qui in infamia que loimunt dicitur laborant, ad expurgationem non nisi in publico iudicio admittentur; quorum tamen expurgationem iudex secundum 35 suum arbitrium potest aggravare. Si autem loimunt[a] contra quemquam probari debet, per plurium[b] ac meliorum illius provincie confessionem hoc fieri debet.

17. Si aliquis in eadem iurisdictione[c] a iudice sibi iusticiam de aliquo postulaverit, iudex infra XV dies sibi iusticiam faciet. Quod si ille non satisfecerit, ex tunc dabit iudex[d] actori auctoritatem pignorandi, et illud pignus salvum tenebitur[e] per XV 40

**284.** u) ipse 1*a*. v) insiderit 1. w) uolaū̊ 1; violaverit 1*a*. x) limunt 1*a*. y) exstiñt 1. z) foeuda 1*a semper*. a) quo 1. 1*a*. b) illo 1*a*. c) necligenciam 1. d) recipis 1. 1*a*. e) tᵴbꝫ ıc diebus 1. f) procuraret 1*a*. g) lech 1*a*. h) p̄dicta 1; predicta 1*a*. i) ea 1. 1*a*. k) *sic, non vero* reus *etiam* 1*a*. l) *uncis inclusa supplevi ex nr. 280.* m) p̄dā 1; predicta 1*a*. n) p̄dā 1; predam *corr.* preda 1*a*. o) p̄dam 1. p) sepazraup 1; sepanraup 1*a, ut videtur; Guérard legit* sexan- 45 raup, *Pertz* strazanraup. q) tertium 1*a*. r) sach 1. 1*a*. s) quempiam 1*a*. t) manutene' 1; manuteneri 1*a*. u) prescriptionem 1*a*. v) recipuerit 1. 1*a*. w) uocōnē 1. x) eum *supplendum videtur*. y) tantum 1*a*. z) ad *deest* 1*a*. a) laimunt *hic* 1. b) plurum 1*a*. c) iuridcōe 1. d) dabit *add.* 1. e) tenebit 1*a*.

1) *Verba* et fama publica que vulgo loimunt dicitur exstiterit *interpolata esse censet vir cl. Richardus Loening.* 50

dies; quod si redemptum non fuerit, iudicis auctoritas destruetur[f], et pignorator suo recepto residuum restituet. Si quis pignorationem a iudice licentiatam prohibuerit, tanquam predo a iudice proscribetur.

18. Si autem reus[g] in aliena iurisdictione[c] exstiterit, actor[h] cum testimonio sui iudicis ad iudicem rei accedet, datis induciis ad arbitrium iudicis secundum locorum distanciam; et si ibidem satisfactionem non habuerit, cum oportunitatem habuerit, secundum formam predictam pignorabit.

19. Si quis proscriptus fuerit, absolvi a proscriptione non aliter poterit, nisi datis duobus vel tribus fideiussoribus, qui tantum habeant[i] in eadem iurisdictione[k] feodi vel proprietatis, unde possint dampnum restituere cum debita pena et iudicis composicione. Reus[g] autem si infra XV dies non composuerit, fideiussores ad eundem terminum pro reo satisfacere tenebuntur. Proscriptus autem si infra XVI dies neglexerit absolvi, a iudice terre curie regie tradetur proscribendus; in qua si per annum et diem permanserit, exlex iudicabitur. Si quis autem vel in castro vel alio quolibet modo proscriptum manutenere presumpserit, et a iudice commonitus ipsum non reliquerit, eidem[l] dampnationi una[m] cum castro vel municione qua et[n] reus subiacebit. Si autem fideiussores cum reo infra XIIII dies non composuerint[o], iudex eos pro reo faciet pignorari.

20. Nullus in advocatiis inimico suo malum inferet, quoniam res ecclesiarum esse noscuntur et sub protectione domni pape et inperatoris consistunt; quod si quis secus fecerit, proscribatur et excommunicetur.

21. Quicunque alium extra manifestam guerram ceperit, de quo querimoniam coram iudice non fecit, si captivatus a iudice postulatus restitutus non fuerit, tam detentores quam loca in quibus captivatus fuerit proscribantur[p].

22. Si quis de incendio manifesto tercia manu eorum qui[q] . . . inficiari[r] voluerit, VII[ma] manu eorum qui ad hoc deputati et electi sunt se expurgabit; quod si non fecerit, exlex iudicabitur, et deprehensus rota punietur. cf. c. 16.

23. Heretici, incantatores, malefici, quilibet de veritate convicti et deprehensi ad arbitrium iudicis pena debita punientur.

24. Quemcunque episcopus excommunicaverit et eum inperatori vel regi per litteras suas vel viva voce excommunicatum denunciaverit, illum et inperator et rex proscribent, et ab ea proscriptione, non nisi prius parti[s] lese satisfecerit, absolvetur.

---

# 285. SENTENTIA DE LIBERTATE STRATARUM REGALIUM.

## 1224. Iul. 23.

*Dedit vir cl. Wattenbach ex autographo tabularii Vindobonensis, cui appendet sigillum regium filis sericis. — Huillard-Bréholles II, 799. Böhmer, Reg. imp. V, 3927.*

*(P. 569.)*

**284.** f) auctoritate distrahetur *legi voluit Homeyer; forte legendum* auctoritate vendetur. g) reu' 1. h) auctor 1. 1*a*. i) hāt 1; habent 1*a*. k) iuridicōne 1. l) idem 1. 1*a*. m) unā 1; unam 1*a*. n) quam 1*a*. o) ꝯposuiˢt 1. p) proscribatur 1. q) *hic aliqua excidisse videntur; fortasse voces* eorum qui *hoc loco delendae sunt et legendum* tercia manu accusatus inficiari voluerit. r) iustitiam 1*a*. s) parti — absolue² *in* 1 *manu posteriore in margine suppleta sunt.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus VII[us] Dei gratia Romanorum rex et semper augustus inperpetuum. Constitutus in presentia nostra aput Nůrimberch in curia nostra sollempni, presentibus imperii principibus, videlicet Choloniense, Treverense archiepiscopis, Metense, Ratisponense, Pataviense, Frisingense et Augustense episcopis, Bawarie et Austrie ducibus et aliis imperii magnatibus, dilectus et fidelis noster princeps venerabilis Salzburgensis archiepiscopus per sententiam requisivit: an hominibus alicuius iter et actus et via in stratis regalibus et publicis quo ad mercimonia sua deportanda et alias negociationes faciendas a domino terre vel a quoquam alio valeat vel debeat interdici. Dictavit igitur sententia principum: quod illud nulli liceat, nec aliquis debeat aliquos in suis commerciis et negociationibus impedire. Nos igitur dictam sententiam de communi consensu principum rationabiliter latam confirmamus auctoritate regali et instrumento presenti nostrique sigilli munimine roboramus.

Datum aput Nůrimberch, anno Domini MCCXXIIII, indictione XII, decimo Kal. Aug. AMEN.

## 286. SENTENTIA DE FORO TRANSPONENDO.

1224. Iul. 23.

*Dedit vir cl. Wattenbach ex autographo tabularii Vindobonensis, cui appendet sigillum regium filis sericis. Ex eodem edita est in Actis imperii selectis p. 278 nr. 316. — Böhmer, Reg. imp. V, 3929. (P. deest.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus VII[us] Dei gratia Romanorum rex et semper augustus inperpetuum. Constitutus in presentia nostra aput Nůrimberch in curia nostra sollempni dilectus et fidelis princeps noster . . venerabilis Salzburgensis archiepiscopus per sententiam requisivit: an alicui, qui ex beneficio imperiali forum habet in suis prediis, liceat ad alium locum, qui tamen sit de iure eiusdem predii, transponere vel mutare. Dictavit igitur sententia principum: quod illud licere debeat, dummodo fiat sine iuris preiudicio alieni; ita scilicet ut siquid iuris dominus fori advocato recognovit in antiquo, illud ei recognoscat et in novo. Nos igitur dictam sententiam rationabiliter latam de consensu communi principum confirmamus auctoritate regali et instrumento presenti nostrique sigilli munimine roboramus.

Datum aput Nůrimberch, anno Domini MCCXXIIII, indict. XII, decimo Kalendas Augusti. AMEN.

## 287. SENTENTIA DE REVINDICANDIS SERVIS IN CIVITATES REGIAS PROFECTIS.

(1224) Dec. 16.

*Adhibuimus editiones* 1) *Wencker 'Von Aussburgern' p. 12;* 2) *Grandidier 'Oeuvres' III, 219, qui Libro salico capituli Argentinensis nunc deperdito fol. 6 usus est;* 3) *Schilter*

*'Institutiones iuris publici Romano-Germanici' I, 92 'e codice manuscripto'. Quae editiones omnes sententiam Heinrico VI. adscribunt. Adnotari libet, testimonio cognatorum dictorum 'nagilmage' hominem proprium vindicandum esse etiam secundum Statuta Mulhusensia c. a. 1230—1250 conditorum; v. 'Urkundenbuch der Stadt Mühlhausen in Thüringen'* 5 *p. 632; Wilhelmumque regem a. 1254. Sept. 12 edicere, mancipia esse vindicanda* per testimonium sex vel septem dictis hominibus ad minus in tercio gradu consanguinitatis attinentium, prout ex iure et consuetudine hactenus est consuetum [1]. — *Böhmer, Reg. imp. V, 3948.* *(P. deest.)*

Heinricus[a] Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Notum facimus tam 10 presentibus quam futuris, quod cum questio verteretur inter civitates nostras Alsacie et eiusdem provincie nobiles et ministeriales super propriis[b] hominibus eorum, qui ad ipsas civitates iam transierunt et adhuc sunt transituri, ut lis eadem in perpetuum[c] sit sopita et pars utraque suo possit iure gaudere, talis coram nobis lata est sententia: Quod si persona aliqua alicuius nobilis vel ministerialis propria ad civitates nostras 15 se contulerit gratia ibidem manendi, et dominus eius eam[d] repetere voluerit, ipse dominus cum VII[e] propinquis suis ex parte matris, qui vulgariter nagilmage nuncupantur[f], quod ad se iure proprietatis pertineat[g], hominem illum debet obtinere. Si vero propinquos vel consortes aliquo casu dominus non potuerit habere, adhibitis sibi duobus testibus ydoneis de vicinia[h], unde homo qui impetitur[i] ortus est, probet quod 20 hominem illum, antequam ad civitates nostras se contulisset, iure proprietatis habuerit in sua quieta possessione, et insuper manu septima sue condicionis, tactis sanctorum reliquiis, probet id ipsum, et sic homo suus restituetur eidem. Decernimus etiam et firmiter precipimus, ut universi nobiles et ministeriales, sicut dictum est homines suos proprios obtinere cupientes, civitates nostras sub pace et securitate nostra ingrediantur 25 et abinde recedant[k] sine gravamine et lesione, et a scultetis et a consilio civitatum nostrarum ad eorum requisicionem conductus eis prebeatur. Ad cuius rei certam evidentiam imposterum duraturam presentem kartam conscribi iussimus et sigilli nostri munimine roborari.

Datum apud Basileam, XVII. Kal. Ianuarii.

30

## 288. SENTENTIA CONTRA ABUSUS IURIS FEODALIS.

(1225) Febr. 11.

*Edita est in Monumentis Boicis XXXI, 1, 514 nr. 271 'e libello membranaceo per Oswaldum Heintzel alias Meier notarium publicum et scribam Augustensis civitatis a. 1450* 35 *Mart. 7 confecto sigilloque eius munito, in quo praeter alia instrumenta summorum pontificum et episcoporum Augustensium, etiam hoc descriptum invenitur fol. 3, praemisso desuper testimonio, illi imperialis maiestatis sigillum in cordula serica appensum fuisse'. Suspi-*

**287.** a) H. 1. 2; Henricus 3. b) ipsis 2. c) eadem perpetua 1. d) eum 3. e) septem 2. f) vocantur 2. g) probet et sic *supplenda esse videntur.* h) vicina 1. i) repetitur 3. k) rece- 40 dant *deest* 3.

1) *Böhmer 'Acta imperii selecta' 304 nr. 370; Böhmer, Reg. imp. V, 5202.*

*cionem recte movit vir cl. Ficker, num genuina sit haec carta, attamen ipse animadvertit, iam a. 1233, quo Siboto episcopus sententiam istam confirmavit (Mon. Boica XXII, 208), eandem seu similem cartam exstitisse. Fickerum etiam in diffiniendo tempore secuti sumus. — Huillard-Bréholles II, 832. Böhmer, Reg. imp. V, 3966. (P. deest.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Quoniam a rege celi terreni imperii coronam sumus adepti, meritum eterni regni et retributionem perpetue vite nos recepturos speramus, si cum potestate qua ab ipso ceteris mortalibus eminemus commoditati et quieti religiosorum virorum promptiores extitemus. Eapropter notum esse volumus omnibus Christi fidelibus et precipue regni primoribus tam futuris quam presentibus, quod abbas monasterii sancti Udalrici in Augusta coram nobis per patronum querelam proposuit: se et locum suum a multis indebite gravari postulando ab eo iure feodali pellicia et calceos hyemales. Unde nos auctoritate et potestate regia super tali impeticione iusticiam perquirentes, a principibus regni et nobilibus ac ministerialibus coram nobis assidentibus sentenciatum fuit: pellicia et calceos et similia religiosorum dona non posse dici feoda, nec constare abbatem ea aliquo iure cuiquam persolvere, nisi ad placitum suum aut benivolentia alicuius ad hoc inductus. Imperiali nempe clementia vestigiis genitorum nostrorum inherentes cenobium beati Udalrici et fratres illic Deo servientes tutari cupientes, maiestatis nostre auctoritate stabilimus et confirmamus eandem sentenciam — ut nulli de cetero officialium nostrorum et advocatorum suorum seu ministerialium maioris ecclesie liceat predicta violenter et contra voluntatem abbatis et fratrum suorum postulare — et confirmationem ipsam presentis scripti patrocinio, signo sigilli nostri roboratam ratam et inconvulsam deinceps permanere decernimus.

Huius itaque confirmacionis nostre testes sunt hii: dominus Heinricus imperialis aule prothonotarius, Hartmannus comes de Dilingen, Gotfridus comes de Marsteten, Gerardus comes de Tokenpurgk, Adalbertus de Nifen, Rudolfus de Vernhaim, Eberhardus dapifer de Waltpurg, Conradus pincerna de Winterstetten, Hainricus de Itenhusen, Hainricus Gans de Nwenburg, Wernherus de Mendechingen.

Datum Auguste, III. Ydus Februarii, per manum domini Hainrici prothonotary, indictionis XV, incarnacionis anno MCCXXVIII, anno regni domini Hainrici tercio.

---

# 289. SENTENTIA DE VASSALLIS EXCOMMUNICATIS.

## 1225. Apr. 24.

*Dedit Hermannus Pabst b. m. ex autographo tabularii praefecturae Oenopontanae, cui lora membranacea appendet sigilli regii fragmentum. Legitur etiam in copiario Brixinensi saec. XIV. fol. 41' tabularii Vindobonensis, Oest. 103. — Huillard-Bréholles II, 839. Böhmer, Reg. imp. V, 3967. (P. 254.)*

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis imperii fidelibus quibus hee litere ostense fuerint gratiam suam et omne bonum. Significamus vobis, quod cum dilectus princeps noster H. venerabilis Brixinensis electus coram nobis constitutus requireret in sententia[a]: si ipse vel alter princeps aut episcopus excommuni-

**289.** a) snā *or.*

cato cuicumque feudum suum, quamdiu in excommunicatione permanserit, concedere debeat vel negare, et a principibus et magnatibus imperii adiudicatum et sententiatum extitit eidem: quod unicuique excommunicato feudum suum negare et detinere possit debita ratione. Ad hec coram nobis per sententiam[b] extitit adiudicatum: quod universas obligationes pignorum, concessiones feudorum seu quascumque alienationes bonorum episcopatus Brixinensis specialiter absque nostro et imperii ac etiam capituli sui consensu et assensu factas licite possit et debeat revocare. Quapropter mandamus per gratiam nostram firmiter precipientes, ut nullus sit qui predictis sententiis a principibus et magnatibus imperii approbatis derogare audeat vel aliquatenus contraire. Quod qui fecerit indignationem et gravem nostram et imperii offensam se noverit incursurum.

Dat. apud Lutram, VIII. Kl. Maii, ind. XIII.

---

# 290. FOEDUS CUM LUDOVICO VIII. REGE FRANCIAE.

## 1226. Iun. 11.

*Dedit Huillard-Bréholles II, 875 e codice bibliothecae Parisinae fonds français 8408, 2. 2, B (Colbert) saec. XIII. ex. fol. 168', Registrum Philippi Augusti* E *continente, et e codice eiusdem bibliothecae 9852. 3 fol. 133, Registrum eiusdem* F *continente, quod est apographon Registri* E. *Praesto fuit praeterea exemplar, quod iam olim b. m. Waitz ex* F *desumpserat. Maior pars diplomatis transscripta est e foedere Friderici II. a. 1223. Nov., supra nr. 99. — Böhmer, Reg. imp. V, 4008. (P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis presentem paginam inspecturis salutem. Noveritis quod nos propter dilectionem, quam nos et progenitores nostri habuimus et habemus erga karissimum amicum nostrum et fratrem Ludovicum regem Francorum illustrem et ipsius progenitores et antecessores, hanc confederationem cum eodem rege bona fide duximus iniendam: quod nos homines regni sui vel ad regnum suum pertinentes contumaces et eidem rebellantes seu moventes guerram contra ipsum regem vel forisbannitos regni sui non receptabimus nec receptari sustinebimus in imperio nostro, ubi potestatem habeamus, neque aliquam confederationem cum eis faciemus, postquam id ipsum ab eodem rege nobis fuerit intimatum. Et hanc confederationem fecit bona fide nobiscum idem rex Ludovicus: quod homines imperii nostri vel pertinentes ad imperium nostrum contumaces et nobis rebellantes seu moventes nobis guerram et forisbannitos regni nostri non receptabit nec receptari permittet bona fide in regno suo, ubi potestatem habeat, nec aliquam confederationem cum eis faciet, postquam id ipsum fuerit significatum eidem regi. De rege Anglie sic erit: quod nullam cum eo faciemus confederationem nec cum heredibus suis nec a nostris fieri permittemus, ubicumque potestatem impediendi habeamus. Hanc autem confederationem precepimus et iniunximus iurandam pro nobis et in anima nostra a dilectis familiaribus nostris Hermanno venerabili Herbipolensi episcopo et Gerlaco de Boutingen coram Milone venerabili Belvacensi episcopo et Roberto de Bovis dicti regis Francie legatis.

Actum apud Tridentum, anno dominice incarnationis MCCXXVI[a], III. Idus Iunii, indictione XIIII.

**289.** b) snām *or.*
**290.** a) millesimo ducentesimo vicesimo septimo *minus recte F.*

# 291. SENTENTIA DE BANNITIONE CIVIUM CAMERACENSIUM.

1226. Iun. 11.

*Dedit vir d. Arndt ex autographo tabularii publici Insulani, fonds de Cambray, cui appendet sigilli regii fragmentum duabus loris, una rubri, altera flavi coloris. — Huillard-Bréholles II, 876. Böhmer, Reg. imp. V, 4009.* *(P. deest.)*

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis imperii fidelibus quibus hee littere ostense fuerint gratiam suam et omne bonum. Ad noticiam singulorum volumus pervenire, quod dilectus fidelis princeps noster Gotfridus Cameracensis episcopus in curia nostra apud Tridentum personaliter constitutus in nostra et principum et aliorum nobilium imperii presentia, secundum ius et legem curie nostre sufficienter probavit, quod cum cives Cameracenses per annum et diem et amplius excommunicationis vinculo fuissent innodati et postmodum per sententiam principum banno imperiali percussi et proscripti, et licet de excommunicatione, satisfactione prestita, fuissent absoluti, de banno tamen, quem per quinque annos et amplius sustinuerunt, satisfacere non curarunt. Unde magestati nostre dictus episcopus supplicavit, ut super hiis debitum curie nostre ipsi iudicium fieri faceremus et per sententiam principum quid de talibus esset faciendum faceremus declarari. Cum itaque nichil aliud restaret, nisi quod sententia dampnationis contra eos cives proferretur, videlicet quod dampnati essent et exleges, dictus episcopus iniurias et dampna sibi et ecclesie multociens illata non adtendens, set potius eis misericorditer condescendens, ad nostram et principum ac aliorum nobilium imperii instantiam, ut videret, si forte ad satisfactionem redirent, sustinuit, quod talis et tam severa sententia differretur ferri contra ipsos, hoc salvo quod prius per sententiam principum ac aliorum nobilium fuit sollempniter declaratum, quod dilatio pronunciationis sentencie talis de iure curie nostre fieri poterat et quod nullum eidem episcopo vel successori suo posset preiudicium generare, maxime cum de iure curie nostre ad hoc simus astricti, quod sententiam iam dictam, quandocumque ab ipso episcopo vel successoribus eius vel eorum certo nuncio fuerimus requisiti, proferre debeamus, nulla[a] ab eodem episcopo vel suis successoribus alia probatione requisita vel recepta. Hoc etiam adiuncto, quod dicti cives nichil possint a nobis interim in eorum subsidium impetrare, quominus sentencia iam dicta sicut supradictum est proferatur.

Testes qui prelibatis interfuerunt hii sunt: Hermannus Wirziburgensis[b] episcopus, Sivridus Augustensis episcopus, Tridentinus episcopus, Ludowicus illustris dux Bawarie, Henricus prothonotarius, comes Ludowicus de Wirtinberc, burgravius Cunradus de Nurinberc, comes de Harzburc, comes de Castele, Eberhardus dapifer de Walpurc, C. et E. pincerne de Winterstete, Dieto de Rafensburc, et alii quam plures.

Volumus insuper, quod sepedictus episcopus vel eius successor a presenti octava pentecosten (Iun. 14.) ad annum coram nobis compareat, prelibatam sententiam petiturus; ita quod si medio tempore eandem sentenciam exigere voluerit, libere possit, sic tamen quod dies ferende sententie civibus sub competenti spacio significetur.

Datum apud Tridentum, anno Domini MCCXXVI, tercio Idus Iunii, indictione XIIII.

**291.** a) nullam *or.* b) Wirzibiburgensis *or.*

# 292. 293. CASSATIO COMMUNIAE CIVIUM CAMERACENSIUM.

1226. Nov. ex.

## 292. *PRIVILEGIUM REGIUM EPISCOPO DATUM. Nov.*

5 *Dedit vir d. Arndt e duobus autographis, quae asservantur in tabulario Insulano, et quidem* 1) *fonds Delattre nr. 25, cui appendet adhuc filis sericis rubri et viridis coloris (40 centimetra longis) bulla aurea regis; in dorso leguntur manu saec. XIV:* Cives III. in Cameraco; 2) *fonds de Cambray, cui appendet sigillum regium cereum filis sericis flavis. Pertz Miraeum secutus solum excerptum privilegii cum die falso Nov. 7 dare potuit.*
10 *— Huillard-Bréholles II, 892. Böhmer, Reg. imp. V, 4025.* *(P. 257.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis[a]. Henricus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Ne que in nostra sollempni curia aguntur, lapsu temporis in oblivionis scrupulum relabantur, notum fieri volumus universis Romani imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod cum inter dilectum ac fidelem
15 principem nostrum Godefridum Cameracensem episcopum ex parte una et cives ipsius episcopi Cameracenses ex altera super privilegiis et scriptis a nobis vel ab antecessoribus nostris regibus vel imperatoribus Romanis ab utraque parte obtentis de consensu partium taliter compromissio esset facta, quod partes scripta sua in curia Alemannie presentare deberent, ut per iudicium eiusdem curie diceretur, que potius
20 ex ipsis, cassatis aliis, prevalere deberent, et cum in curia serenissimi genitoris nostri Friderici Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti, Iherusalem et Sycilie regis per sententiam principum fuisset sollempniter declaratum, quod cassatis omnino privilegiis civium predictorum, privilegia episcopi in suo robore perpetuo durare deberent, postmodum cum ad instantiam civium predictorum dictum episcopum ad
25 curiam Herbipolensem in octavis beati Martini citari fecissemus, dicto episcopo in persona propria[b] ac civibus per procuratores sufficienter instructos ad curiam ipsam comparentibus, et cum ex parte civium a procuratoribus ipsorum factum suum proponeretur et ex parte episcopi responsum fuisset, quod nullatenus respondere tenebatur eisdem nec advocatum nec ius aliquod in curia obtinere debebant, cum banno impe-
30 riali suppositi essent et proscripti, maxime cum dictus episcopus in curia nostra apud Tridentum secundum ius et legem curie nostre sufficienter probasset, quod dicti cives per annum et diem et amplius excommunicationis vinculo innodati et postmodum banno imperiali per sententiam principum perculsi et proscripti fuissent, quem per quinque annos et amplius sustinuerant, et satisfacere non curassent, unde nichil aliud restabat
35 nisi quod contra dictos cives dampnationis sententia proferretur, et ad instantiam nostram et principum ac[c] aliorum nobilium imperii sustinuisset idem episcopus, quod talis et tam severa sententia differretur ferri contra ipsos, ut videret, si forte ad satisfactionem redirent, obtento prius per iudicium principum, quod dilatio pronuntiationis talis sententie de iure curie nostre fieri poterat nec ullum dicto episcopo vel successori
40 suo preiudicium generabat, quia ad hoc eramus spetialiter astricti, quod sententiam ipsam, quandocunque ab ipso episcopo vel successoribus suis vel eorum certo nuntio essemus requisiti, proferre teneremur, nulla alia probatione ab eis requisita sive recepta, dictique cives nichil a nobis impetrare possent, quominus dicta sententia proferretur,

Nov. 18.

**292.** a) *hucusque literae elongatae in* 2. b) propria persona 2. c) ac principum et 2.

et de his[d] prefatus episcopus litteras nostras patentes coram nobis et principibus nostris exhibuisset[e]: nos de assensu dicti episcopi et principum nostrorum instantia personis dictorum civium talem gratiam misericorditer duximus faciendam, ne talis et tam severa sententia proferretur ad presens contra ipsos usque ad sepedicti episcopi voluntatem, ex sententia principum nostrorum ac aliorum nobilium imperii diffinientes, privilegia sive scripta omnia, que[f] a nobis vel antecessoribus nostris regibus vel imperatoribus Romanis tam a dive memorie proavo nostro Friderico Romanorum imperatore quam a Rogero quondam Cameracensi episcopo quam ab aliis a dictis civibus obtenta, cassa de cetero et inania reputari, privilegiis sive scriptis memorati episcopi et ecclesie sue in suo robore perpetuo duraturis, sicut in aliis sollempnibus curiis tam serenissimi genitoris nostri quam aliorum Romanorum imperatorum seu regum alias extitit iudicatum et sepius declaratum. Hoc adiuncto quod dicti cives omnia privilegia sua sive scripta reddere tenentur dicto episcopo, et si qua forte alia scripta, que non sunt[g] reddita seu per negligentiam seu per oblivionem, inveniantur, ea penitus cassa et inania reputari per nostrorum sententiam principum adiudicavimus. Sententialiter etiam diffiniendo, quod campana sive campane et campanille, quod berfrois dicitur, et communia, quam pacem nominant vel quocunque alio nomine pallietur, in eadem civitate tollantur et destruantur omnino, nulla iurisdictione predictis civibus penitus reservata, sicut in aliis privilegiis eiusdem episcopi plenius et apertius dinoscitur contineri. Statuentes et firmiter auctoritate regia[h] precipientes, ut nulla omnino persona magna vel parva, secularis vel ecclesiastica contra prescripta omnia tempore aliquo temerario ausu venire presumat vel dictum episcopum et successores suos ad ecclesiam suam exinde molestare. Quod qui presumpserit in sue temeritatis vindictam indignationem nostram et penam quingentarum librarum auri puri se noverit incursurum, quarum medietas fisco nostro, altera vero passis iniuriam persolvatur. Ut autem hec premissa robur optineant perpetuo valiturum, presens privilegium conscribi et sigillo nostro iussimus communiri.

Huius vero rei testes sunt: Sifridus Maguntinus, Tetricus Treverensis, Henricus Coloniensis archiepiscopi; Hermannus Herbipolensis, Henricus Eistedensis[i], Sifridus Augustensis, Bertoldus Argentinensis, Henricus Basiliensis, Engelhaldus Nilburgensis[k], Henricus Wormacensis episcopi[l]; Ludovicus Harvaldensis[m], Conradus Vuldensis, Albertus[n] Corbacensis, . . .[o] Lauricensis[1] abbates; Ludovicus dux Bawarie, Ludovicus lantgravius Duringie, Hermannus marchio de Baden; Popo de Henneberch, Gerardus Gelrensis, Hartmannus de Dilenghen[p], Lotharius de Hostade comites; Michael in Hanonia, Willelmus in Antwerpia archidiaconi, Rogerus decanus, magistri Werricus, Henricus de Colonia, Ellebaldus presbiteri, Iohannes de Roia, Petrus thesaurarius Sancte Crucis, Brictius levite, Iacobus de Bethunis sublevita, Beate Marie canonici; Egidius magister, Arnulfus Sancti Gaugerici[q] canonici Cameracenses.

Signum domini (M) Henrici Dei gratia invictissimi Romanorum regis semper augusti.

Anno[r] regni eius sexto. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXVI, mense Novembri, indictione quintadecima, regnante domino nostro Henrico invictissimo Romanorum rege semper augusto. Datum apud Herbipolim per manum Henrici imperialis aule prothonotarii, anno, mense et indictione predictis; feliciter amen.

**292.** d) hiis 2. e) exibuisset 2. f) *superfluum.* g) sint 2. h) auct. regia firmiter 2. i) Eistdensis 1. k) *sic* 1. 2 *pro* Nieb. l) *hic sequuntur in* 2: Ludovicus dux Bawarie, Ludovicus lantgravius Duringie. m) Hervaldensis 2. n) *sic* 2; *lacuna in* 1. o) Albertus 1; *lacuna in* 2. p) Dilengen 2. q) Gaugeri 1. r) Anno — Acta *in* 2 *litteris elongatis.*

1) *Conrado ei nomen erat, v. infra nr. 294.*

**293.** *MANDATUM AD CIVES. Nov. 26.*

*Dedit vir d. Arndt ex autographo tabularii Insulani, cui appendent adhuc fila serica rubra. — Huillard-Bréholles II, 895. Böhmer, Reg. imp. V, 4026. (P. deest.)*

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis civibus Camera-
5 censibus spiritum consilii sanioris.

Cum in curia nostra sollempni apud Herbipolim per sententiam principum nostrorum in presentia nuntiorum vestrorum sollempniter sit diffinitum, privilegia dilecti principis nostri G. Cameracensis episcopi et ecclesie sue firma de cetero et stabilia reputari et vestra nullius esse momenti vel vigoris, vobis auctoritate regia
10 mandamus firmiter precipientes, quatinus infra decem dies post harum susceptionem litterarum dicto episcopo omnia scripta vestra que hactenus vobis prestiterunt occasionem malignandi, que a nobis vel ab antecessoribus nostris regibus vel imperatoribus Romanis obtinuistis, et alia omnia scripta que penes vos remanserunt restituatis et campanas vestras et campanille, quod berfrois dicitur, et communiam, quam pacem
15 nominatis sive quocumque alio nomine pallietur, sicut in privilegio dicti episcopi a nostra maiestate obtento plenius et apertius continetur, infra eundem terminum penitus destruatis, si penam in eo contentam et indignationem nostram volueritis evitare.

Datum VI. Kalendas Decembris, indictione XV.

---

# 294. CASSATIO CONFOEDERATIONIS
20 # CIVITATUM RHENANARUM.

## 1226. Nov. 27.

*Proferimus ex autographo tabularii olim Moguntini, quod iam asservatur in tabulario regni Bawarici, Kaiser-Select 679. In dorso eius, cui appendet lora membranacea sigillum regium, leguntur manu saec. XIV:* Hec litera habetur folio CXLIIII senioris
25 privileḡ, *et manu saec. XV:* Ad privilegia Imperialia J. *Autographon adhibuerunt Monumenta Boica XXX, 1, 143, Böhmer 'Codex dipl. Moenofrancofurtanus' 48, 'Hessisches Urkundenbuch' II, tom. 1, 126. — Huillard-Bréholles II, 898. Böhmer, Reg. imp. V, 4028. (P. 257.)*

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis huius scripti seriem
30 inspecturis gratiam suam et omne bonum. Regie maiestatis dignatio semper consuevit occurrere petentium iustis votis. Quapropter ad instantiam venerabilis et dilecti principis nostri domini S. archiepiscopi Maguntini conquerentis, sibi esse onerosum plurimum et dampnosum, quod ex hominibus suis quidam in nostro se oppido Oppinheim receperunt, communicato consilio dilectorum nostrorum principum, qui sollempni
35 nostre curie Wirceburc magnifice affuerunt, statuimus, ut ministeriales, burgenses sive quicumque alii homines quovis iure prefato archiepiscopo attinentes cum omni integritate reddantur eidem et nulli ex hominibus eius ultra in predicto opido colligantur. Volumus etiam confederationes sive iuramenta, quibus se civitates Maguntia, Pinguia, Wormatia[a], Spirea, Frankinuort, Geilinhusin, Fridiberc in preiuditium ecclesie Magun-

40 **294.** a) worm̄ *or.*

tine invicem obligarunt, rescindi penitus et in irritum revocari. Quod ut ratum et inviolabile observetur, paginam istam nostro sigillo fecimus roborari.

Cuius facti testes sunt: Theodericus Treuerensis, Henricus Coloniensis archiepiscopi, Hermannus Herbipolensis, Bertoldus Argentinensis, Sifridus Augustensis, Henricus Eistetensis, Henricus Wormatiensis[a], Engilhardus Nuwinburgensis, .. Basiliensis episcopi; Cunradus Fuldensis, Ludewicus Hersfeldensis, Cunradus Laurensis[b] abbates regales; laici Ludewicus palatinus comes Reni et dux Bauwarie, Ludewicus lantgravius Thuringie, et alii quam plures tam seculares quam ecclesiastice persone.

Acta sunt hec apud Herbipolim anno dominice incarnationis MCCXXVI, V. Kal. Decembris, pontificatus nostri[1] anno XXVI.

# 295. SENTENTIA DE LIBERTATE CIVITATI IRREQUISITO EPISCOPO NON TRIBUENDA.

1227. Apr. 6.

*Dederunt eam* 1) *Winkelmann in Actis imperii ineditis I, 391 nr. 459 ex apographo Huillardi, quod fecerat e chartulario Virdunensi bibliothecae Parisinae, Coll. de Lorr. 716 fol. 27;* 2) *haud integram Clouët 'Histoire de Verdun' II, 388 not. 1 e chartulario episcopatus nr. 142. — Böhmer, Reg. imp. V, 4053.* *(P. deest.)*

H. Dei[a] gratia Romanorum rex et semper augustus fidelibus suis universis civibus Virdunensibus gratiam suam et omne bonum.

Noveritis, quod nos ad instantiam et petitionem nuntiorum episcopi Virdunensis necnon dictante sententia principum apud nos existentium revocavimus in irritum et denunciamus non tenere libertatem et constitutiones, quas a nobis, cum essemus Aquisgrani, dignoscimini[b] obtinuisse[2], quia secundum sententiam principum irrequisito episcopo vestro de iure facere non poteramus. Quapropter auctoritate regia vobis inhibemus, ne easdem constitutiones novas tenere minime[c] presumatis. Mittimus itaque dilectum familiarem principem nostrum ad vos archiepiscopum Treverensem[d] super eisdem ac aliis agendis imperii[e]. Quicquid vobis dixerit ex parte nostra, fidem adhibeatis indubitatam, aut [quicquid vobis] iniunxerit faciendum, opere compleatis et eidem archiepiscopo familiari nostro velut nobis obedientes existatis.

Datum apud Oppenheim[f], VIII. Idus Aprilis, indictione XV.

**294.** b) laurẽn *or.*

**295.** a) *pro* Dei — quod nos 2: etc. b) in Aquisgranum dinoscimini 1. c) *deest* 2. d) Trevirensem 2. e) imperii — nostro *des.* 2. f) Openheim 1.

1) *Nempe Sifridi Moguntini.* 2) *Privilegium regium datum exeunte mense Martio (Böhmer V, 4043) iam non exstat, eius tenor autem apparet e praecepto regis Apr. 26 dato, Huillard-Bréholles III, 330 (Böhmer V, 4058).*

# 296. SENTENTIA CONTRA USURPATIONES OFFICIATORUM.

1229. Dec. 13.

*Dedit vir d. Arndt e cartulario Leodiensis ecclesiae, quod olim erat Ferdinandi* 5 *Henaux et iam in tabulario regio Leodiensi asservatur, nr. 376. Ex exemplari Arndtii edidit Winkelmann in Actis imperii ineditis I, 393 nr. 463. — Böhmer, Reg. imp. V, 4143.*
*(P. deest.)*

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis imperii fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit graciam suam et omne bonum. Constitutus 10 coram nobis et principibus dilectus princeps et consanguineus noster I. venerabilis Leodiensis electus nostre celsitudini graviter conquestus est, quod burgravii et alii officiati sui, mortuo predecessore suo, victualibus in domibus et castris suis a predicto predecessore suo relictis ac rebus aliis seu redditibus ipsum indebite spoliarunt, asserentes quod predicta post decessum episcopi ad ipsos de iure pertinerent. Postulavit 15 igitur a nobis humiliter et devote, ut quid iuris super hoc esset, diffinire per sentenciam dignaremur. Requisitis hinc inde singulis et universis, talis a principibus et magnatibus imperii lata est sentencia et ab omnibus approbata: quod dicti burgravii et officiati nullo iure nullaque iusticia prenotata victualia et res alias seu redditus vacante sede accipere valeant vel debeant nec accepta aliquatenus retinere et quod 20 super ablatis possint de spolio conveniri. Mandamus igitur et sub interminatione gratie nostre et periculo honoris et rerum precipimus, ne quis ausu ductus temerario huic sentencie nostre audeat contraire vel deinceps presumat similia perpetrare. Quod qui fecerint, rerum, honoris et personarum gravissimum dispendium se noverint incursuros.

Cui sentencie interfuerunt: Otto dux Meranie palatinus comes Burgundie, Con- 25 radus[a] burgravius de Nourenberc, comes Henricus de Ortemberc, comes Conradus de Oetingen, comes Arnoldus de Hoekinsuagen, Fredericus de Truhendingen, Gerlacus de Boutingen, Ebrehardus dapifer de Waltpurc[b], Conradus de Smidevelt[c], Gerardus castellanus de Lantscrone[d], Walmarus castellanus de Cocme[e], et alii quam plures.

Actum apud Nourenberc, anno dominice incarnationis MCC vicesimo nono, Idus 30 Decembris, indictione tercia.

---

# 297. SENTENTIA DE OCCUPANDIS BONIS MATERNIS.

1230. Apr. 28.

*Adhibuimus* 1) *cartularium tabularii Bruxellensis Chambre des Comptes I, p. VI,* 35 *e quo eam exemplavit Arndt;* 2) *editionem Huillardi, qui usus est codice Registre des Chartes de Brabant B fol. 5' eiusdem tabularii. — Huillard-Bréholles III, 415. Böhmer, Reg. imp. V, 4153.*
*(P. 266.)*

**296.** a) Conrandus *c.* b) Walepor *c.* c) Senudevelt *c.* d) Lantcrone *c.* e) Cosme *c.*

Henricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus omnibus ad quos presens scriptum pervenerit graciam suam et omne bonum. Notum facimus, quod cum Henricus maior filius illustris principis . .[a] ducis Lotharingie matrem habuerit et illa sit mortua, per sentenciam principum in curia nostra est iudicatum, si idem dux de bonis que possidet aliquid alienare vel in manus transferre vellet alienas, dictus Henricus 5 se de eisdem bonis posset intromittere et ea occupare licenter ad usus suos et tenere.

Datum Frideberge[b], anno gracie MCCXXX[c], proxima tercia dominica post festum pasche, IIII. Kalendas Maii, indictione III.

---

# 298. SENTENTIA CONTRA SUCCESSIONEM FEMINARUM IN OFFICIIS PRINCIPALIBUS ET IN FEUDO. 10

1230. Sept. 17.

*Dedit Rogerius Wilmans ex autographo tabularii Berolinensis. — Huillard-Bréholles III, 427. Böhmer, Reg. imp. V, 4165. (P. 278.)*

H. Dei gracia Romanorum rex et semper augustus universis imperii fidelibus 15 quibus presens scriptum exhibitum fuerit graciam suam et omne bonum. Ad noticiam universorum cupimus pervenire, quod ad requisitionem talis coram nobis lata fuit sententia et ab omnibus astantibus approbata: quod nulla virgo vel mulier in ullo quatuor officiatorum principalium, scilicet dapiferi, pincerne, camerarii et marschalci, ratione hereditatis succedere possit. Preterea requisitum fuit et sententiatum: quod 20 in generali nulla mulier in aliquo feodo ratione hereditatis fratri suo succedere possit. Mandamus itaque universis infeodatis et ministerialibus ecclesie in Quitdelenburc, quatinus dilectam principem nostram venerabilem abbatissam de Quitdelenburc nullus ausu ductus temerario contra prelibatas sententias gravare vel molestare presumat; quod qui attemptaverit, gravem offensam nostre celsitudinis se noverit incursurum. 25

Testes qui interfuerunt hii sunt: venerabilis abbas Sancti Galli, G. de Hohenloh, F. de Truhendingen, comes H. de Greffesbach, fratres de Grindelahe, comes H. de Valchenstein, pincerna de Quittelenburc, camerarius de Quittelenburc, B. de Dietfurte, O. de Quittelenburc, dapifer de Quitelenburc, Gerhardus de Quernberc, Iohannes de Witerstete, V. de Quittelenburc, et alii quam plures. 30

Datum apud Nurinberc, anno dominice incarnationis MCCXXX, XV. Kal. Oct., ind. III.

**297.** a) *desunt* 2. b) Frideburg 1. c) millesimo ducentesimo tricesimo 2.

# 299. SENTENTIA CONTRA COMMUNIONES CIVIUM.

1231. Ian. 20. 23.

*In usus nostros vertimus* 1) *autographon Moguntinum, quod iam exstat in tabulario regni Bawarici sign. Kaiser-Select ad 696, cuius sigillum fere illaesum iam nunc appendet filis sericis; in dorso manu saec. XIII:* Privilegium Heinrici regis de inhibitione coniurationis civitatum, *manu saec. XIV:* Hec litera habetur folio CXLIIII senioris privilegii, *manu saec. XV:* Ad privilegia Imperialia. J; 2) *autographon Wirzburgense, quod asservatur in eodem tabulario sign. Kaiser-Select 696, cuius sigillum et ipsum superstes est: notandum certe in contextu non episcopi Wirzburgensis, sed archiepiscopi Moguntini perinde ac in 1 mentionem fieri; editum est in Monumentis Boicis XXX, 1, 167 nr. 696;* 3) *editionem Schannati in Historia episcopatus Wormatiensis II, 109 'ex archivo episcopali Wormatiensi' profluam, quae in contextu mentionem facit episcopi Wormatiensis et in testium serie aliquantisper discrepat ab 1 et 2;* 4) *exemplar Leodiense, quod vir d. Arndt eruit e chartulario Leodiensi, quod olim erat Ferdinandi Henaux, nunc reperitur in tabulario regio Leodiensi; ex Arndtii apographo editum est a viro cl. Winkelmann in Actis imperii ineditis II, 63 nr. 65. Datum est exemplar Leodiense die Ian. 20 et non solum in contextu sed etiam in testium serie aliquantum differt a reliquis. Ex quo apparet, sententiam hanc latam esse requirente per nuntios suos episcopo Leodiensi. Cf. etiam mandata duo regia ad Leodiensis episcopatus cives diebus Ian. 20 et Febr. 3 data (Huillard-Bréholles III, 444 et Winkelmann l. c. II, 64 nr. 66; Böhmer V, 4182 et 4185). — Huillard-Bréholles III, 445. Böhmer, Reg. imp. V, 4181. 4183. (P. 279.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis imperii fidelibus ad quos presens littera pervenerit gratiam suam et omne bonum. Notum[a] esse volumus universis, quod nobis apud Wormaciam curiam sollempnem celebrantibus, in nostra presentia petitum fuit diffiniri: utrum civitas aliqua vel[b] oppidum in regno nostro constitutum communiones, constitutiones, colligationes seu coniurationes aliquas, quibuscumque nominibus appellentur, facere possent[c] vel ordinare. Super quo principes nostros et ceteros proceres sacri palacii monuimus, tamquam qui universis sumus in iusticia debitores. Ipsi igitur[d] sententialiter[e] pronuntiando diffinierunt: quod nulla civitas, nullum opidum[f] communiones, constitutiones, colligationes, confederationes vel coniurationes aliquas, quocumque nomine censeantur, facere possent[c], eas penitus abiudicantes[g], et quod nos sine domini sui assensu civitatibus seu opidis[f] in regno nostro constitutis auctoritatem faciendi communiones, constitutiones, colligationes, confederationes vel coniurationes aliquas, quecumque nomina imponantur eisdem, non poteramus nec debebamus impertiri, et quod domino[h] civitatum et opidorum[f] sine nostre maiestatis assensu similia in suis civitatibus[i] facere non licebat. Hanc[k] autem nostre maiestatis sententiam perpetuam firmitatem habere volentes, ipsam dilecto[l]

**299.** a) *pro* Notum — diffiniri 4: Universitati vestre notum facimus, quod accedentibus ad nos nuntiis venerabilis principis et consanguinei nostri Leodiensis episcopi ad sollempnem curiam quam apud Wormaciam celebravimus, nobis presidentibus a nostra serenitate petierunt diffiniri. b) seu 4. c) possit 4. d) vero 4. e) sententiantes 3. f) oppid. 2. g) adiudicantes 3. h) dominis 4. i) vel opidis *add.* 4. k) *pro* Hanc — volentes 4: Ut autem hec nostre maiestatis sententia perpetuam obtineat firmitatem. l) dilecto — archiepiscopo *des.* 4.

principi nostro S.[m] sancte Maguntine sedis venerabili archiepiscopo nostro sigillo fecimus roborari[n].

Testes[o] hii sunt[p]: Theodericus[q] Treuerorum[r] archiepiscopus[s], Heinricus Coloniensis archiepiscopus[t], Conradus[u] abbas Sancti Galli, Otto comes palatinus Reni, Matheus dux Lůthuringie[v], Heinricus dux de Lymburch[w], Heinricus comes Seinensis[x], Lutherus comes de Hare, Waleramus[y] de Lymburch[z], Gerlacus de Budingen[a], et alii quam plures qui nostre sollempni curie interfuerunt.

Datum[b] apud Wormatiam, anno[c] Domini MCCXXXI[d], decimo[e] Kal. Februarii, indictione quarta[f].

---

# 300. SENTENTIA DE PROBATIONE CRIMINIS VREVEL.

## 1231. Apr. 29.

*Exstant duo autographa, quorum unum* 1) *asservatum in tabulario civitatis Spirensis Urk. nr. 3, iam pridem editum in Monumentis Boicis XXX, 1, 169 nr. 697, nuper denuo excudi fecit Hilgard 'Urkunden zur Geschichte der Stadt Speyer' 41 nr. 47;* 2) *alterum asservatum in bibliotheca universitatis Heidelbergensis, 'Lehmann'sche Sammlung' P. I nr. 2, cuius varias lectiones vir d. Hilgard minus accurate adnotavit, primus edidit vir cl. Winkelmann in Actis imperii ineditis II, 64 nr. 67. Quas editiones secuti sumus. Textus privilegii nititur privilegio Berngeri episcopi a. 1230. Mart. 4 dato, edito a Hilgardio l. c. 39 nr. 44. — Huillard-Bréholles III, 451. Böhmer, Reg. imp. V, 4189. (P. 280.)*

H. Dei gracia Romanorum rex et semper augustus universis imperii fidelibus quibus presens scriptum exhibitum[a] fuerit graciam suam et omne bonum. Inolevit quippe a longis retro temporibus in civitate nostra Spirensi, sicut intelleximus, quedam consuetudo detestabilis, pacis emula, divini et humani iuris inimica, hec scilicet, quod[b] si quis alicui laicorum in minima denariorum quantitate[c] solvere tenebatur, creditor debitorem, nulla vel modica monitione premissa, coram officiali sculteto Spirensi traxit in causam, conquerens ipsum contumaciter et violenter, quod vulgariter wreveliche vocatur[d], pecunie sibi debite solutionem neglexisse. A cuius instantia iudicii reus nequaquam potuit absolvi nisi ad minus per septem testimonia personarum. Quas si reus ad expurgationem obiectorum non poterat producere, scultetus ipsum reum actori ad solvendum[e] deducta in iudicium condempnavit et insuper iudex ipse pro contumatia sive violentia que wrevele[f] dicitur, licet nulla esset, reo pro libitu pecuniariam

**299.** m) *pro* S. — archiepiscopo 3: Heinrico venerabili Wormatiensi episcopo. n) communiri 2. o) autem *add.* 4. p) sunt hii 2. q) *series testium incipit in* 3: Sifridus Moguntinus archiepiscopus, Heinricus Coloniensis archiepiscopus, Theodoricus Trevirensis archiepiscopus, Conradus abbas *etc.; in* 4: Sifridus Moguntinus archielectus, Heinricus Coloniensis archiepiscopus, Theodericus Treverensis archiepiscopus, Sifridus Ratisponensis episcopus et imperialis aule cancellarius, Heinricus Wǫrmatiensis episcopus, Cunradus abbas *etc.* r) Treverensis 2. s) *deest* 2. t) archiepiscopi 2. u) C. 2; Cunradus 4. v) Lotharingie 2—4. w) Limburg 2; Limburch 3; Limburc 4. x) Seynensis 3; Senensis 4. y) Walrammus 2; Woleramus 3; Walraven 4. z) Limpurg 2; Limburch 3; Limburc 4. a) Butingen 2. 4. b) Data 2. c) incarnationis *add.* 3. 4. d) MCCXX primo 2. e) XIII. 4. f) IIII. 4; III. 3.

**300.** a) exhibiturum 2. b) ut 2. c) quant. den. 2. d) vulgariter dicitur vreveliche 2. e) ad solv. actori 2. f) vrevele 2.

penam inflixit. Cum ad abolendam igitur[g] huius inique consuetudinis corruptelam dilectus princeps noster Berngerus venerabilis Spirensis episcopus ad preces civium nostrorum Spirensium, communicato capituli sui consilio, provide statuerit, ut si quis laicorum aliquem[h] in civitate nostra Spirensi iuxta casum prescriptum coram sculteto 5 Spirensi deinceps traxerit in causam, actori se tercio ad minus interpositis iuramentis incumbat onus probandi contumatiam sive violentiam que wrevele[f] dicitur, quam reum dicit commisisse; alioquin reus elevata[i] ad gloriosas sanctorum reliquias sola manu[k] intentionem actoris elidat, iurando se nichil debere, vel contumaciter aut violenter, quod wrevele[l] dicitur, debitum se non tenere vel tenuisse, aut violentiam obiectam 10 non conmisisse. Verum cum etiam idem episcopus et cives nostri prenotati a nobis cum magna precum instantia postulaverint, ut abolitionem premisse consuetudinis inique auctoritate regia confirmare dignaremur, nos deliberato consilio principum factum memorati episcopi nostri principis duximus confirmandum et ad maiorem evidentiam presens scriptum sigillo nostre celsitudinis iussimus conmuniri et antefatis 15 nostris civibus exhiberi.

Testes qui interfuerunt hii sunt: S. Moguntinus, H. Coloniensis, Th. Treverensis[m] et Madeburgensis[n] archiepiscopi; S. Ratisponensis imperialis aule cancellarius, H. Wirzeburgensis[o] episcopus, H. Wormacensis[p], H.[q.1] Argentinensis[r], B. Spirensis, Curiensis et Augustensis, Laudunensis[2] episcopi; Sancti[s] Galli, Prumensis, C. de 20 Wizenburc[t], Sancti Cornelii et de Gengenbach abbates; Brabanzie[u], Luthoringie[v], Meranie et de Limpurch[w] duces; comes Walrafen[x], palatinus comes de Tuwingen[y], comes de Otingen[z], comes de Spanheim, comes de Kefernberc[a], comes de Hohstaden[b], comes de Harzburc, burgravius[c] de Nurenberc, comes de Alsacia, comes Hirsutus, A.[d] comes de Habesburc[e], A.[d] comes de Kyburc, comes de Ferreto, H. et A. Nifarii[f], 25 F. comes de Zolre, M.[d] comes de Wilperc[g], E. comes[d] de Eberstein, W. dapifer de Bonladia[h], marcscalcus[i] de Bappenheim, C. dapifer de Walpurc[k], C. pincerna de Wintersteten[l], et alii quam plures.

Datum apud Wormatiam[m] in sollempni nostra curia, anno dominice incarnationis MCCXXX primo, tercio Kal.[n] Maii, indictione quarta[o].

---

30

# 301. 302. SENTENTIA DE CAMBIO ET IMAGINIBUS DENARIORUM.

## 1231. Apr. 30.

### 301. *SCRIPTUM SENTENTIAE.*

*Superstes est in litteris archiepiscopi Magdeburgensis, per quas cum episcopo Wirz-* 35 *burgensi a. 1231. Mai. 2 eam communicavit*[3], *quae iam asservantur in tabulario regni*

**300.** g) Cum igitur ad abholendam 2. h) al. laicorum 2. i) elevatis 2. k) *pro* sola manu 2: duobus digitis. l) vvreuele 2. m) Trevirensis 2. n) Magdeburgensis 2. o) Erbipulensis 2. p) Wormatiensis 2. q) *sic* 1. 2; *legendum est* B. r) Strazburgensis 2. s) abas Sancti 2. t) C. Wizenburgensis 2. u) dux Bravancie 2. v) Lůthringie et 2. w) Linburc 2. x) Waleramus 2. 40 y) Tůwingen 2. z) Otdingen 2. a) Keverenberc 2. b) Hohst. 1. c) burcgravius 2. d) *deest* 2. e) Hagesburc 2. f) Nipharii 2. g) Wiltperc 2. h) Bonlanden 2. i) marscalcus 2. k) Waltpurc 2. l) Wintersteden 2. m) Dat. Wormatie 2. n) Kalendas 2. o) inditione IIII. 2.

1) *Potius Bertholdus.* 2) *i. e. Lausannensis.* 3) *Editae sunt a Winkelmanno 'Acta imperii inedita' II, 684 nr. 1020.*

*Bawarici, Hochstift Würzburg 25. 83. Ipse contuli. — Huillard-Bréholles III, 453. Böhmer, Reg. imp. V, 4191.* *(P. 281.)*

H. Dei gracia Romanorum rex et semper augustus nobilibus, ministerialibus, civitatibus, oppidis, castris, villis et universis imperii fidelibus graciam suam et omne bonum. Sepius coram domino et patre nostro serenissimo Romanorum imperatore et nobis sentencialiter diffinitum est, quod in civitatibus et aliis locis, ubi propria et iusta moneta esse conswevit, nemo mercatum aliquod facere debeat cum argento, sed cum denariis proprie sue monete. Cambium quod vulgo dicitur wehsel neque institor neque alius quivis mercatorum, sed ipse monetarius exercere debebit vel is cui dominus permiserit ex indulgencia speciali. Denarii preterea unius monete ita manifestis signis et ymaginum dissimilitudinibus distingwi debent a denariis alterius monete, ut statim prima facie et sine difficultate aliqua ipsorum ad invicem discrecio et differencia possit haberi. Ad hec, si aliquis cum falsis denariis fuerit deprehensus, penam falsarii sustinebit; nec proderit ei, si dicat, se eos in publico et communi foro recepisse, nisi summa adeo modica fuerit ut novem denarios non excedat. Hic si eciam tercio cum predicta summa vel citra inventus fuerit, tunc poterit quasi falsarius sine predicta excepcione vel excusacione iudicari. Hec igitur sicut iuste et rationaliter diffinita sunt, sub optentu gracie nostre inviolabiliter observari precipimus in omnibus locis in quibus moneta principis frequentatur et habetur. Ad perpetuam denique firmitatem hanc nostre diffinicionis sive sentencie et protestacionis paginam sigilli nostri appensione fecimus communiri.

Huius rei testes sunt: Theodericus Treuerensis, Heinricus Coloniensis, Sifridus Maguntinus, Albertus Magdeburgensis archiepiscopi; Hermannus Herbipolensis, Bertoldus Argentinensis, Heinricus Wormaciensis, Sifridus Ratisponensis et imperialis aule cancellarius, .. Spirensis, Siboto Augustensis, Bertoldus Curiensis, Bonifacius Lausanensis episcopi; Sancti Galli, Cono de Wizenburg abbates; laici vero: Otto Meranie, Heinricus Brabancie, .. Lutharingie, Heinricus de Limpurg duces; Poppo de Hennenberc, Hermannus de Hartsburg, Guntherus de Keuernberg, Albertus de Wie[a], Thidericus de Honstein, Fridericus de Bichelingen, Heinricus de Swarzburg comites; Gunzelinus dapifer, Cunradus pincerna, Everhardus de Walpurg, Cunradus de Winterstete pincerna, et alii quam plures.

Data Wormacie[b], II. Kalen. Maii, indictione quarta.

## 302. *MANDATUM REGIS AD SAXONES.*

*Dedit Wattenbach ex autographo tabularii Berolinensis; ex eodem minus accurate Hertel 'Urkundenbuch der Stadt Magdeburg' 47 nr. 93. — Cf. Huillard-Bréholles III, 455. Böhmer, Reg. imp. V, 4192.* *(P. 281.)*

Henricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus nobilibus, ministerialibus, civitatibus, opidis, castris, villis et universis imperii fidelibus in Saxonia constitutis graciam suam et omne bonum.

Sepius coram domino et patre nostro serenissimo Romanorum imperatore et nobis sentencialiter diffinitum est, quod in civitatibus et aliis locis, ubi propria et iusta moneta esse consuevit, nemo mercatum aliquod facere debeat cum argento, sed cum denariis proprie sue monete. Cambium eciam quod vulgo dicitur wesle neque institor neque alius quivis mercatorum, sed ipse monetarius exercere debebit vel hiis[a] cui dominus permiserit ex indulgencia speciali. Denarii preterea unius monete ita mani-

**301.** a) wi̊ *c.* b) worm̄ *c.*
**302.** a) *sic pro* is *or.*

festis signis et ymaginum dissimilitudinibus distingui debent a denariis alterius monete, ut statim prima facie et sine difficultate aliqua ipsorum ad invicem discretio et differencia possit haberi. Ad hec, si aliquis cum falsis denariis fuerit deprehensus, penam falsarii sustinebit; nec proderit ei, si dicat, se eos in publico et communi foro recepisse, 5 nisi summa adeo modica fuerit, ut novem denarios non excedat. Hic si eciam tercio cum predicta summa vel citra inventus fuerit, tunc poterit quasi falsarius sine predicta exceptione vel excusatione iudicari. Hec igitur sicut iuste et rationabiliter diffinita sunt, sub optentu gracie nostre inviolabiliter observari precipimus in omnibus locis, in quibus moneta Magdeburgensis frequentatur et habetur. Damus eciam pote- 10 statem nobili viro Hermanno comiti de Harcesburg et fideli nostro Gunzelino dapifero, ut cum super hoc vel ambo vel alter eorum fuerit requisitus, auctoritate nostra huiusmodi sentencias faciant observari, contra transgressores et inobedientes debitum iusticie rigorem exercendo. Ad perpetuam denique firmitatem hanc nostre diffinitionis sive sentencie et protestationis paginam sigilli nostri appensione fecimus communiri.

15 Huius rei testes sunt: Theodericus Treverensis, Henricus Coloniensis, Sifridus Maguntinus, Albertus Magdeburgensis archiepiscopi; Hermannus Herbipolensis, Bertoldus Argentinensis, Henricus Warmaciensis, Sifridus Ratisponensis et imperialis aule cancellarius, Spirensis, Sibodo Augustensis, Bertoldus Curiensis, Bonifacius Lausanensis episcopi; Sancti Galli, Cono de Wicenburg abbates; laici vero: Otto Meranie, Henricus 20 Brabencie, . . Lutaringie, Henricus de Limburg duces; Poppo de Hinnenberch, Hermannus de Hartsburg, Gunterus de Keverenberch, Albertus de Wie[b], Tidricus de Honsten, Fridricus de Bichlinge, Henricus de Suarsburg comites; Guncelinus dapifer, Conradus pincerna, Everhardus de Walburg, Conradus de Wintersteden pincerna, et alii quam plures.

25 Datum Warmacie, II. Kal. Maii, indictione quarta.

---

# 303. MANDATUM DE IMMUNITATE VINI ECCLESIARUM.

## 1231. Apr. 30.

*Mandatum, quod mentionem facit sententiae latae coram Friderico II. imperatore,* 30 *eruit Waitz b. m. e Cartulario S. Servatii Traiectensis, iam bibliothecae Parisinae, tom. III, fol. 11' et 237, quod etiam in usus vertit Huillardus. — Huillard-Bréholles III, 456. Böhmer, Reg. imp. V, 4193.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus dilecto ac fideli suo H. duci de Lymborch gratiam suam et omne bonum.

35 Decanus et capitulum Sancti Servatii in Traiecto nobis significaverunt, quod tu apud Rode thelonium de vino, quod ipsis provenit de bonis ecclesie sue, contra iustitiam facias extorqueri, cum tu Aquis[1] in presentia nostra et principum nostrorum qui aderant nobis promiseris, quod tu de cetero eandem ecclesiam ab omni thelonio de bonis ad usum canonicorum dicte ecclesie pertinentibus absolutam deberes dimittere,

40 **302.** b) wi̊ *or.*

1) *A. 1222. m. Maio.*

et maxime cum coram domino et patre nostro serenissimo Romanorum imperatore per sententiam principum fuerit definitum, ecclesias non teneri dare thelonium de proventibus bonorum suorum ad usus eorum pertinentium, qui in ipsis ecclesiis omnipotenti Deo deserviunt. Ideo et nos dilectionem tuam monendam duximus et rogandam, quatenus ob reverentiam domini et patris nostri imperatoris et gratiam eandem ecclesiam de cetero a thelonio absolutam dimittas in vino, quod ei provenit et crescit in bonis suis et quod ad communes usus canonicorum predicte ecclesie dinoscitur pertinere, cum sicut nobis innotuit, predecessores vestri dicte ecclesie id scriptis suis promiserunt observare.

Datum Wormatie, pridie Kalendas Maii, indictione quarta.

---

# 304. CONSTITUTIO IN FAVOREM PRINCIPUM.

## 1231. Mai. 1.

*Proponimus ope trium autographorum in tabulario regni Bawarici asservatorum, quae sunt* 1) *Moguntinum, Kaiser-Select ad 698, cui appendet filis sericis sigillum regium illaesum; in cuius dorso leguntur manu saec. XIII:* Privilegium domini regis de civitatibus, *manu saec. XIV:* Hec litera habetur folio CVII senioris privilegialis, *manu saec. XV:* Ad privilegia Imperialia. J; 2) *Wirzburgense, Kaiser-Select 698, cuius sigillum aeque illaesum est; in dorso leguntur manu saec. XIII:* Privil. Henrici regis de libertate principum ecclesiasticorum et secularium ac aliorum hominum regni sui *et:* Et est in libro privilegiorum LXXV; *ediderunt Oesterreicher 'Inhalt einiger noch nicht bekannten Gesetze des ehemaligen teutschen Reiches' (Erlangen 1809) p. 23*[1] *et Monumenta Boica XXX, 1, 173 nr. 699;* 3) *Augustense, Kaiser-Select 697, cuius sigillum iam deperditum est, filis sericis relictis; aliquantulum discrepat a textu priorum et imprimis testium serie caret; editum est in Monumentis Boicis XXX, 1, 171 nr. 698 et in Originibus Guelficis V, 22*[2]. *Praeterea adhibuimus* 4) *apographon exemplaris Trevirensis, quod e Memoriali Balduini in bibliotheca comitum de Kesselstadt Treveris asservato exemplavit Beyer b. m.; ex hoc libro textum suum desumpsisse videtur Hontheim 'Historia Trevirensis' I, 708; textus exemplaris Trevirensis propius accedit ad exemplar Moguntinum quam ad Wirzburgense seu Augustense. — Huillard-Bréholles III, 458. Böhmer, Reg. imp. V, 4195. (P. 282.)*

Heinricus[a] Dei gratia Romanorum rex[b] semper augustus universis[c] fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Volentes principes nostros ecclesiasticos et mundanos ceterosque[d] fideles regni nostri in sua libertate[e] servare[f] et modis omnibus confovere, de regia[g] nostra munificentia[h] gratiam eis fecimus, quam a civitatibus nostris eisdem volumus inviolabiliter observari.

**304.** a) H. 3; Henricus 4. b) et *add.* 2. 3. c) *pro* universis fidelibus suis 2: un. regni sui fidelibus; 3: universis imperii fidelibus quibus presens littera fuerit ostensa. d) ceterosque fideles regni nostri *des.* 3. e) et honore *add.* 2. 3. f) conservare 3. g) regali 3. h) mun. nostra 3.

1) *Auctorem hunc exemplari Bambergensi usum esse, ut vult Pertz, prorsus negandum est atque dubitandum, num id unquam exstiterit. Lectiones plane conveniunt cum exemplari Wirzburgensi.* 2) *Cum editor tomi V. dicat, se textum ex autographo archivii Monachiensis recepisse, exemplar Augustense iam ante a. 1780 Monachium translatum esse oportet.*

1. Statuentes in primis, quod nullum novum castrum vel civitatem in preiudicium principum construere debeamus.

2. Quod[i] nova fora antiqua non[k] possint aliquatenus impedire.

3. Item ut[l] nemo cogatur ire ad aliquod forum[m] invitus.

4. Item ut[l] antique strate[n] non declinentur, nisi de[o] transeuntium voluntate.

5. Item in civitatibus nostris bannitum miliare deponatur.

6. Item unusquisque principum libertatibus, iurisdicionibus, comitatibus, centis, liberis sibi vel infeodatis, utetur quiete secundum terre sue consuetudinem[p] approbatam.

7. Item centgravii[q] recipiant centas a domino terre vel ab eo, qui per dominum terre fuerit infeodatus.

8. Item locum cente nemo[r] mutabit sine consensu domini terre.

9. Item ad centas nullus synodalis[s] vocetur.

10. Item cives, qui pfalburgere[t] dicuntur, penitus deponantur.

11. Item census frumenti, vini[u], pecunie vel alii, quos rustici constituerunt[v] se soluturos[w], relaxentur et ulterius non recipiantur.

12. Item principum, nobilium, ministerialium[x], ecclesiarum homines proprii non recipiantur in civitatibus nostris[y].

13. Item principibus, nobilibus, ministerialibus[z], ecclesiis proprietates et feoda per civitates nostras[a] occupata restituantur nec ulterius occupentur[b].

14. Item conductum principum per[c] terram eorum, quem[d] de manu nostra tenent in feodo, per nos vel per[e] nostros non impediemus vel infringi[f] patiemur.

15. Item non compellantur aliqui per scultetos nostros ad restitutionem eorum, que a longinquo[g] tempore receperant[h] ab hominibus, priusquam se in nostris civitatibus[i] collocarent.

16. Item in civitatibus nostris nullus terre dampnosus vel[k] a iudice dampnatus vel proscriptus scienter[l] recipiatur; recepti convicti eiciantur.

17. Item nullam novam monetam in terra alicuius principis cudi faciemus, per quam[m] moneta principis deterioretur.

18. Item civitates nostre iurisditionem suam extra sue[n] civitatis ambitum non extendant, nisi ad nos pertineat iurisditio specialis.

19. Item in civitatibus nostris[o] actor forum rei sequatur, nisi reus vel debitor principalis ibidem fuerit inventus; quo casu respondeat ibidem.

20. Item in[p] civitatibus nostris nemo recipiat in pignore bona, quibus quis infeodatus est, sine consensu et manu domini principalis.

21. Item ad opera civitatum nullus cogatur, nisi de iure teneatur.

22. Item homines advocaticii in nostris civitatibus residentes antiqua et debita[q] iura persolvant neque indebitis exactionibus molestentur.

23. Item homines proprii, advocaticii, feodales, qui ad dominos suos transire voluerint, ad manendum a nostris officiatis non artentur.

Talibus autem beneficiis dilectos nobis honorabiles principes maiestas decrevit regia prevenire, salvis privilegiis a nostro genitore[r] obtentis[s] et ab eo vel a nobis in

**304.** i) Item quod 2. k) fora 3; *deest* 4. l) *deest* 2. 3. m) cogatur ad al. for. ire 2. n) strate antique 2. 3. o) *deest* 1. p) conswetudinem 2. q) centegrauii 3. r) *supra lin. add.* 3. s) sinodalis 3. t) phalburgere 2. 4; phalburgare 3. u) vini frumenti 4. v) hactenus *add.* 2. 3. w) solituros 3. x) *deest* 3. y) in civ. nostris non recipiantur 2; in nostris civ. non rec. 3. z) et *add.* 4. a) indebite *add.* 3. b) ulterius restituantur nec occupentur 3. c) per terram eorum *des.* 3. d) quam 2. 4. e) *deest* 2. f) imp. nec infrigi 3. g) longo 3. h) receperant *post* collocarent 2. i) civ. nostris 3. k) seu 3. l) *deest* 3. m) monetam *add.* 3. n) *deest* 4. o) nostris civ. 3. p) in civitatibus nostris *des.* 2. 3. q) advocacie *add.* 2. 3. r) genitore nostro 3; patre nostro 4. s) optentis 2.

posterum obtinendis[t]. Eodem quoque iure gaudere volumus vassallos, ministeriales, homines et civitates nobis et imperio attinentes.

Testes[u] sunt hii: Siffridus[v] Maguntinus electus, Th. Treuerensis, A. Magdeburgensis[w], H. Coloniensis archiepiscopi; H. Wirceburgensis, H. Wormaciensis, . . Argentinensis, . . Spirensis, . . Augustensis[x], . . Curiensis episcopi; Sancti Galli, Wizenburgensis et[y] Brumensis[z] abbates: Meranie, Lůturingie[a], Brabantie[b] duces, et alii quam plures.

Data[c] apud Wormatiam in curia sollempni, anno Domini MCCXXX primo[d], Kal. Maii, indictione quarta[e].

---

# 305. SENTENTIA DE IURE STATUUM TERRAE.

1231. Mai. 1.

*Damus ex* 1) *exemplari Wirzburgensi autographo, quod iam exstat in tabulario regni Bawarici, Kaiser-Select Nachtrag 57, cuius sigillum appendet filis sericis; quod omnes editores, exceptis infra laudandis, adhibuisse videntur;* 2) *editione periodici 'Mémoires et documents inédits pour servir à l'histoire de la Franche-Comté' (1844) III, 522 nr. 30 (= Huillard), quae repetivit editionem periodici 'Solothurner Wochenblatt' 1823, p. 497, quae ad manus nostras non venit; quod exemplar territorii cuiusdam Burgundici fuisse ex eo putari licet, quod inter testes Otto dux Meraniae obvius est. — Huillard-Bréholles III, 461. Böhmer, Reg. imp. V, 4198.* *(P. 283.)*

H.[a] Dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum. Notum esse cupimus universis, quod nobis aput Wormaciam curiam solempnem celebrantibus in nostra presencia petitum fuit diffiniri: si aliquis dominorum terre aliquas constituciones vel nova iura facere possit, melioribus et maioribus terre minime requisitis. Super qua re requisito consensu principum, fuit taliter diffinitum: ut neque principes neque alii quilibet constituciones vel nova iura facere possint, nisi meliorum et maiorum terre consensus primitus[b] habeatur. In[c] huius[d] itaque sententie robur perpetuo valiturum presentem litteram conscribi et sigillo nostro fecimus communiri.

Testes sunt hii: Sifridus Maguntinus electus, Magdeburgensis, Treuerensis archiepiscopi; Herbipolensis, Ratisponensis sive[e] imperialis aule cancellarius, Wormaciensis, Curiensis episcopi[f], et alii quam plures.

Data aput Wormaciam, anno Domini MCCXXX primo, Kalen. Maii, indictione quarta.

**304.** t) optinendis 2. u) Testes — alii quam plures *des.* 3. v) Sifridus 2. 4. w) Mageburgeñ 1. x) Augustensis *deest* 1. 4. y) *deest* 2. z) Brumiensis 2. a) Lothoringie 2; Luturingie, Meranie 4. b) Bravancie 2. c) Datum 4. d) millesimo ducentesimo tricesimo primo 3; MCCXXXI. 4. e) IIII. 3. 4.

**305.** a) Henricus 2. b) primiter 2. c) In *deest* 1. d) cuius 2. e) sive imperialis aule cancellarius *des.* 2. f) Otho dux Meranie . . . . . *add.* 2.

# 306. SENTENTIA DE IURE MUNIENDARUM CIVITATUM PRINCIPUM.

## 1231. Mai. 1.

*Damus e Libro traditionum Frisingensium saec. XIV—XV. fol. 93', qui iam in tabulario regni Bawarici asservatur, Hochstift Freising III A/1 nr. 2 (olim cod. 191), e quo etiam edita est in Monumentis Boicis XXXI, 1, 548 nr. 287. — Huillard-Bréholles III, 460. Böhmer, Reg. imp. V, 4197. (P. 283.)*

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis imperii fidelibus quibus presens scriptum ostensum fuerit gratiam suam et omne bonum. Ad noticiam universorum cupimus pervenire, quod coram principibus, nobilibus et familiaribus curie nostre subscriptis talis lata sententia fuit et ab omnibus approbata: quod quilibet episcopus et princeps imperii civitatem suam debeat et possit ad opus et obsequium imperii et ipsius in fossatis, muris et in omnibus munire. Inde est, quod auctoritate presentium dilecto principi nostro venerabili Frisingensi episcopo liberam auctoritatem dedimus edificandi civitatem et montem Frisingensem ad commodum et obsequium imperii et ecclesie ipsius. Et ad maiorem evidenciam presens scriptum sigillo nostre celsitudinis communitum memorato episcopo et ecclesie sue iussimus exhiberi.

Testes qui interfuerunt sunt hii: venerabiles Maguntinus, Treverensis, Magdeburgensis archiepiscopi; Wormacensis, Erbypolensis, Curiensis, Augustensis episcopi; Loteringie, de Lempurch, Meranie duces; Walerammus palatinus[a] comes, comes de Ôtingen, burchgrauius de Nvrenberch, et alii quam plures.

Dat. apud Wormaciam, Kalen. Maii, indict. IIII.

---

# 307. MANDATUM DE BAIULATIONE BONORUM REGALIUM.

## 1231. Mai. 1.

*Ediderunt* 1) *Beyer 'Mittelrheinisches Urkundenbuch' III, 337 nr. 429 e schedis Kindlingeri II. 138. 3 in tabulario regio Monasteriensi asservatis, qui autographo usus est;* 2) *Gudenus 'Codex diplomaticus Maguntinus' II, 2, 938, qui et ipse autographon tunc in tabulario castri Landskron exstans adhibuit. — Huillard-Bréholles III, 462. Böhmer, Reg. imp. V, 4199. (P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis imperii fidelibus quibus presens littera fuerit ostensa gratiam suam et omne bonum. Presentium insinuatione ad noticiam universorum cupimus pervenire, quod nos ex plenitudine consilii nostri constituimus, ut fidelis noster Gerhardus de Sinzich de baiolatione[a] ipsi

**306.** a) pal c.
**307.** a) baiulatione 2.

a nostra serenitate recommissa nulli respondeat vel intendat nisi nobis. Ad cuius facti certa indicia presentem litteram sigillo nostro communitam ipsi fecimus assignari.

Datum apud Wormaciam, Kal. Maii, indict. IIII.

---

## 308. SENTENTIA DE BONIS HAERETICORUM.

1231. Iun. 2. 5

*Ex autographo in tabulario civitatis Wormatiensis asservato exemplavit olim b. m. Böhmer; textum recognovimus ope editionum novissimarum quae sunt: Bresslau 'Diplomata centum' 77 nr. 55 et Boos 'Urkundenbuch der Stadt Worms' I, 112 nr. 152. — Huillard-Bréholles III, 466. Böhmer, Reg. imp. V, 4202. (P. 284.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex et semper augustus universis hoc scriptum 10 cernentibus graciam suam et omne bonum. Quesitum fuit Wormatie coram nobis in sententia: cui de iure cedere deberent cuiuslibet hominis bona, qui propter heretice pravitatis errorem condempnaretur ad mortem. Abbas vero Sancti Galli requisitus talem promulgavit sententiam approbatam ab omnibus: quod heredes condempnati bonis eius deberent hereditariis ac patrimonio gaudere, beneficiis eius similiter ad ius 15 et potestatem dominorum, a quibus habebant, redeuntibus, domino vero, cuiuscunque esset homo condempnatus, bonis eius mobilibus innitente; hoc tamen excepto, quod sumptus ad incendium hereticorum faciendi et merces comitis de bonis eorum forent mobilibus recipienda. Super quo presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri testimonio communiri. 20

Testes: Sifridus Ratisponensis episcopus imperialis aule cancellarius, Wernherus de Bonlanden imperialis aule dapifer, Gotefridus de Randeggen, Heinricus de Oppinheim et Sifridus de Lutra sculteti, Rindismula et quam plures alii.

Datum Wormacie, IIII. Nonas Iunii, indictionis IIII.

---

## 309. SENTENTIA DE HEREDITATE HOMINUM ECCLESIARUM. 25

1231. Iun. 29.

*Novissime edita est ex autographo tabularii Stuttgardiensis in libro 'Wirtembergisches Urkundenbuch' III, 288 nr. 792. Cartae appendet sigillum regium filis sericis rubri et viridis coloris, in dorso manu fere coaeva leguntur:* Privilegium H. regis de propriis 30 hominibus ecclesiarum qui ad civitates fugiunt. — *Huillard-Bréholles III, 470. Böhmer, Reg. imp. V, 4207. (P. 284.)*

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis inperii fidelibus quibus presens littera fuerit exhibita gratiam suam et omne bonum. Ad requisi-

tionem dilecti nostri conventus in Mulinbrunne[a] talis coram nobis lata est sententia et ab omnibus astantibus approbata: ut si qua ecclesiarum proprium hominem habuerit, qui ad civitatem aliquam se transtulerit et sine herede decesserit, digno suo iure eidem ecclesie non obligato, omnes proprietates ipsius ipsa ecclesia, cuius fuisse dino- 5 scitur, hereditet pleno iure. Ad cuius facti perhennem memoriam et robur perpetuo valiturum presentem litteram conscribi fecimus et premisse ecclesie in testimonium assignari.

Datum apud Eberbach, anno incarnationis Domini MCCXXXI, III. Kalendas Iulii, indictione IIII.

---

## 10 310. SENTENTIA DE DEVOLUTIONE FEUDORUM MINISTERIALIUM.

1231. Iul. 17.

*Ediderunt* 1) *vir cl. Kindscher 'Neues Archiv' II, 609 e confirmatione Karoli V. a. 1530. Iul. 9 data, quae exstat in tabulario ducali Zerbstiano;* 2) *von Heinemann in* 15 *Codice diplomatico Anhaltino II, 89 nr. 108 e Copiario Nienburgensi eiusdem tabularii. — Böhmer, Reg. imp. V, 4210.* *(P. deest.)*

Heinricus[a] Dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis fidelibus huius pagine auditoribus gratiam suam et[b] omne bonum. Ex parte Nyenburgensis[c] capituli Magdeburgensis diocesis requisitum fuit coram nobis: in quem gradum debeant 20 devolvi feoda[d] ministerialium ecclesie sue que[e] vulgariter[f] houelen[g] dicuntur. Super quo sententiatum est coram nobis plerisque principibus assistentibus: quod eo iure ministeriales ecclesie debeant censeri quo et ministeriales imperii nostri censentur, videlicet quod feoda[d] prenotata[h] devolvi debeant ad filios et filias, ad fratres et sorores, nisi forte ex gratia privilegiorum suorum prerogativam aliquam possint ostendere 25 specialem. Et si aliquis[i] ministerialium antedicte ecclesie alicui sententie contradixerit, ea[k] debet exequi coram imperio. Et ne hanc sententiam coram nobis dictatam aliquis presumat[l] violare, huius pagine testimonio confirmamus et sigillo maiestatis nostre communimus.

Acta sunt hec apud Fuldam[m], anno dominice incarnationis MCCXXXI, XVI. Ka- 30 lendas Augusti. Huius rei testes sunt: Albertus Magdeburgensis archiepiscopus, Hermannus Erbipolensis[n] episcopus[o]; laici[p]: Magdeburgensis burcravius[q] Burchardus, Henricus[r] comes de Waldenburch[s], Hogerus[t] comes de Valkenstein[u], Albertus de Hackeborne[v], Olricus dapifer de Bernburgk[w], Wernerus de Suseliz[x], Bartholomeus[y] de Sutterhusen[z], Ludolfus[a] frater eius, Heidenricus[b], Unuco[c] Magdeburgensis[d] ecclesie[e] 35 ministeriales[f].

**309.** a) Mulinbruñ *or.*

**310.** a) Hinricus *litteris capitalibus* 1; Hynricus 2. b) ac 2. c) Nyenborgensis 1. d) feuda 2. e) quod 2. f) riter — eo iure *des.* 2. g) houeten 1. h) prenominata 2. i) quis 2. k) eam 1. l) presumit 1. m) Vuldam 2. n) Erwybolensis 2. o) *deest* 2. p) layci 1. q) burgharvius 1. 40 r) Hinricus 2. s) Waldenborgk 1. t) Hoserus 1. u) Walkenstein 1; Valkensteyn 2. v) Hakeborns 1. w) Bernborgk 1. x) Suselix 1. y) Bartol. 2. z) Suttelhusen 1. a) Ludolffus 2. b) Heyd. 2. c) Uunco 2; *lacuna in* 1. d) Magdeburgenses 2. e) *deest* 2. f) ministerialis 1.

# 311. 312. SENTENTIA CONTRA ASSISIAS CIVITATUM.

(1231.) Dec. 17.

## 311. *MANDATUM AD EPISCOPUM LEODIENSEM.*

*Dedit Arndt ex autographo tabularii Leodiensis in parva membrana numquam, ut videtur, sigillata exarato. Arndtii exemplari usus est etiam Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 65 nr. 68. — Schoonbrodt 'Inventaire des chartes du chapitre S. Lambert à Liège' p. 28. Böhmer, Reg. imp. V, 4221. (P. deest.)*

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus principi suo episcopo Leodiensi.

Cum talis sententia coram nostra serenitate lata sit: quod nulli liceat facere assisias et exactiones in venalibus, nobis irrequisitis, contra libertates ecclesiarum et privilegia, per quas emenda carius possint vendi, mandamus devocioni tue, si quam habes erga nos et imperium, firmiter precipientes, quatenus cives Leodienses desistere facias ab huiusmodi assisia, quam exigunt in civitate Leodiensi, et non permittas ut de talibus se intromittant, quia nostra serenitas nequaquam supportabit.

Data apud Haginowe, XVI. Kal. Ian., indictione V.

## 312. *MANDATUM AD PRAEPOSITUM AQUENSEM.*

*Dedit Bormans 'Recueil des ordonnances de la principauté de Liège' I, 40 e carta ut videtur apographa tabularii Leodiensis, olim S. Lamberti, nr. 82. — Böhmer, Reg. imp. V, 14767. (P. deest.)*

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus dilecto capellano suo preposito Aquensi gratiam suam et omne bonum.

Volumus et iniungimus tue devotioni firmiter, quatinus accedas ad episcopum Leodiensem et cives eosdem et offeras eis litteras nostras et iniungas ipsis, ut desistant extorquere assisias et exactiones in civitate Leodiensi, et si quam exegerunt, restituant ex integro; quoniam[a] ad requisitionem obtentum est coram nostra serenitate per sententiam: quod nulli liceat facere assisias et exactiones in imperio, nobis et domino F. genitore nostro irrequisitis.

Datum apud Haginowe[b], XVI. Kal. Ianuarii, indictione V.

---

# 313. FOEDUS CUM LUDOVICO IX. REGE FRANCIAE.

1232. Iun. 29.

*Summarium, quod legitur bis in codice bibliothecae Parisinae fonds français 8408, Registrum Philippi Augusti E continente, fol. 168 et fol. 170' dedit Huillard-Bréholles*

**312.** a) quam *ed.* b) Haguiw° *ed.*

*IV, 570. Quocum fere concordat exemplar quod iam olim fecerat Waitz e codice 9852. 3, qui apographon* F *continet, fol. 133 et fol. 135'. Tenorem diplomatis eundem ad verbum fuisse ac tenorem diplomatis Friderici II. (supra nr. 174) elucet. — Böhmer, Reg. imp. V, 4235. (P. deest.)*

5 Confederatio inter Henricum regem Romanorum filium predicti Frederici et eumdem Ludovicum regem de[a] verbo ad verbum, sicut in confederatione precedenti; que sic incipit:

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Sincere dilectionis affectus etc. et ita terminatur:

10 Predictam itaque confederationem precepimus et iniunximus iurandam pro nobis et in anima nostra a Cunrado curie nostre cappellano preposito de Egra et Henrico camerario nostro de Nurembere.

Actum anno dominice incarnationis MCCXXX secundo, III. Kalendas Iulii, indictione quinta. Datum apud Egram, anno, Kalendis, indictione prenotatis.

---

# 15 314. EPISTOLA AD GREGORIUM IX. DE SUBSIDIIS MILITARIBUS.

1233. Ian. 26.

*Dedit Huillard-Bréholles in libro 'Notices et extraits des manuscrits' XXI, 2, 354 nr. XXVIII e codice Parisino 8990 saec. XVIII. apographa Rotulorum Cluniacensium* 20 *continente (Rot. IX.)*[1]. *Summarium codicis Ottoboniani 2546 saec. XIII. ex. v. in Martenei Collectione amplissima II, 1249 et in Historia diplomatica Friderici II. IV, 609. — Böhmer, Reg. imp. V, 4266. (P. deest.)*

Reverendo in Christo patri et domino G. sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus filialem obedientiam cum 25 obsequio devoto.

Cum recepissemus a serenissimo domino imperatore patre nostro litteras et mandatum pro subsidio conferendo Romane ecclesie et quod ad partes Italie militum ei multitudinem copiosam transmittere deberemus, gavisi sumus super eo quod predictus dominus imperator ad obsequium vestrum et ecclesie nos vocavit. Et licet 30 pluries glorie nominis nostri ab ecclesia sit detractum, intendere tamen volumus sollicitudine accurata, quomodo ad honorem imperii et ecclesie Romane profectum beneplacito sepedicti patris nostri in forti militia serviamus, quia credimus, immo scimus quod in militibus defectum nullo modo patiemur. Supplicamus igitur sanctitati vestre, quatinus sepedictum dominum et patrem nostrum et nos quoque paterno, sicut decet, 35 amore dignemini confovere.

Datum apud Herbipolim, VII. Kalendas Februarii, indictione VI.

**313.** a) *deest c.*

1) *Cf. ibidem p. 289 nr. 35.*

# 315. MANDATUM DE CONSERVATIONE BONORUM IMPERII.

1233. Mart. 6.

*Edimus ope editionum* 1) *Gudeni in Codice diplomatico Maguntino II, 2, 939, qui autographo tabularii Landscronensis usus est, et* 2) *Beyeri 'Mittelrheinisches Urkundenbuch' III, 371 nr. 475, qui adhibuit schedas Kindlingeri II. 138. 3, qui et ipse autographon descripsit. — Huillard-Bréholles IV, 604. Böhmer, Reg. imp. V, 4271.* 5

*(P. deest.)*

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus fidelibus suis universis ministerialibus de Sinzeche gratiam suam et omne bonum. 10

Volentes universa bona et res ditioni nostre attinentes tam in possessionibus quam in fermis illesas nobis et imperio conservari necnon fermam nostram banni custodie subiacere, fideli nostro Gerhardo de Sinzech dedimus in mandatis, ut si qui mandati nostri transgressores extiterint, eosdem iuxta honorem nostrum et imperii debeat emendare. Hinc est, quod universitati vestre mandamus per gratiam nostram[a] 15 firmiter precipientes, quatenus ipsi circa predicta auxilium impendentes, inpedire nullatenus presumatis.

Datum apud Bopardiam, II. Nonas Martii, indictione VI.

# 316. EPISTOLA AD GREGORIUM IX. DE IURAMENTO PATRI PRAESTITO. 20

1233. Apr. 10.

*Legitur in* 1) *Transsumto Lugdunensi a. 1245 facto, quod asservatur in tabulario Vaticano, Arm. I. c. X. nr. 2, exemplato a viro d. Kehr;* 2) *codice Parisino 8990 saec. XVIII. apographon Rotulorum Cluniacensium continente (Rot. IV.), ex quo edita est 'Notices et extraits' XXI, 2, 356 nr. XXX*[1]; 3) *in Platinae Libro privilegiorum ecclesiae* 25 *Romanae saec. XVI. in. tom. I, fol. 16, qui exstat in tabulario Vaticano, e quo edidit Huillardus. De re ipsa et tempore cf. imprimis virum cl. Ficker 'Mittheilungen des Instituts für österreich. Geschichtsforschung' I, 606 et epistolam Gregorii IX. ad archiepiscopum Trevirensem a. 1234. Iul. 5 datam (Huillard IV, 473; Potthast 9487), quam etiam ad Heinricum regem mutatis mutandis datam esse Böhmerus iudicavit. — Huillard-* 30 *Bréholles IV, 952. Böhmer, Reg. imp. V, 4278.* *(P. deest.)*

Sanctissimo in Christo patri et domino Gregorio Dei gratia sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Henricus eadem gratia Romanorum rex et semper augustus salutem et reverentiam filialem.

**315.** a) *deest* 2. 35

1) *Cf. ibidem p. 290 nr. 36.*

Notum sit paternitati vestre, quod nos diligentius attendentes paternam erga nos divi augusti patris nostri domini[a] Fr.[b] Romanorum imperatoris, Ierusalem et Sicilie regis illustris benivolentiam et favorem, ut in nobis ei bene complaceat et principes et fideles imperii nostra unanimitate[c] letentur et omnis materies tergiversantis[d] nequitie 5 de medio penitus auferatur, motu proprio et spontanea voluntate iuravimus, quod quicquid et quotiens idem felix et inclitus pater noster nobiscum[e] disponet aut ore suo vel litteris suis mandaverit faciendum, voluntarie et bona fide complebimus nec erimus in dicto, facto, consilio seu consensu, vel litteris publicis vel occultis aliquid procurabimus aut quicquam faciemus, quod ad incommodum et dampnum persone seu terre, 10 honoris et dignitatis sue detrimentum eidem patri nostro cedat. Si quis autem vel si qui[f] verbis vel factis privatis vel manifestis aliquid suggesserit vel persuaserit, quod sit contra eundem patrem nostrum, statim per litteras vel per nuntium eidem domino patri nostro studebimus suggerentium intimare personas, et nullatenus verba illa vel facta patiemur contra eum habere processum. Ad maiorem quoque cautelam, ut preter 15 iurisiurandi penam, que triumphantis ecclesie iudicio irrogatur, si contra veniremus, censure subiaceamus ecclesie militantis, super hoc nos mandato et iurisdictioni sancte Romane ecclesie de expressa et gratuita voluntate nostra subicimus, ita videlicet ut nobis contravenientibus in aliquo vel in totum, liceat vobis et successoribus vestris ad requisitionem dicti patris nostri, nulla admonitione premissa vel strepitu iudicii obser- 20 vato, ratione periurii excommunicatos nos denuntiare et sic pro excommunicatis habere, quousque proinde deo et predicto domino patri nostro satisfaciamus ad plenum, ac si contra nos sollempnis excommunicationis sententia lata foret. Ad cuius rei memoriam presens scriptum fieri et bulla aurea[g] tipario nostre maiestatis impressa iussimus communiri.

25 Dat.[h] apud Augustam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo tertio, quarto Idus Aprelis[i], indictione secunda[k].

---

# 317. SENTENTIA DE PROSCRIPTIS ET EXCOMMUNICATIS IURE FEUDALI CARENTIBUS.

30 1234. Febr. 10.

*Dedit vir cl. Philippi ex autographo tabularii capituli Osnabruckensis, cuius sigillum deperiit. Cf. similem Conradi IV. sententiam a. 1237. Dec. datam infra nr. 330. — Cf. Huillard-Bréholles IV, 634 ext. Böhmer, Reg. imp. V, 4303. (P. deest.)*

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis imperii fidelibus 35 quibus presens littera fuerit ostensa gratiam suam et omne bonum. Omnibus esse notum volumus, quod in solempni Vrankenevorde curia nostra plerisque imperii principibus nobis assidentibus[a], abbate Sancti Galli sententiam dictante, a nobis sententialiter

**316.** a) patris nostri domini *in rasura, atramento pallidiore suppleta in* 1. b) Friderici 3. c) unanimitate 1. d) tergiversationis 3. e) vobiscum 1. f) que 2. 3. g) aureo 1. h) Datum 2. 3. 40 i) Aprilis 2. 3. k) *legendum* sexta.

**317.** a) affidentibus *or.*

fuit diffinitum: quod nullus a nostra regia maiestate vel alia iudiciaria auctoritate proscriptus vel a domino papa et alio iudice ecclesiastico excommunicatus a domino suo habet ius feodum petendi, cum excommunicatus ad actus legitimos non sit admittendus.

Datum Vrankenevorde, IIII. Idus Februarii, ind. VII.

---

## 318. SENTENTIA DE TREUGA MANUALI VIOLATA. 5

1234. Febr. 10.

*Dedit vir cl. Philippi ex autographo tabularii regii Osnabruckensis, quod litterarum patentium formam habet; cuius sigillum in tergo olim impressum iam deperditum est. — Huillard-Bréholles IV, 635. Böhmer, Reg. imp. V, 4304. (P. 300.)* 10

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis imperii fidelibus quibus presens littera fuerit ostensa gratiam suam et omne bonum. Omnibus esse notum volumus, quod in solempni curia nostra Vrankenevorde plerisque imperii principibus nobis assidentibus, comite Egene de Ura sententiam dictante, a nobis sententialiter fuit diffinitum: quod si manuali fide interposita treuge date sunt et aliquis illas 15 violaverit et in causam tractus se expurgare voluerit, illi cui interest et cui dampnum datum est incumbit probatio, ut tercia manu iure iurando confirmet, quod treuge violate sunt, vel si testes habere non potuerit, in monomaschia coram iudice seculari cum eo congredietur.

Datum Vrankenevorde, IIII. Idus Febr., indictione VII. 20

---

## 319. CONSTITUTIO GENERALIS DE IUDICIIS ET DE PACE TENENDA.

1234. Febr. 11.

*Servata est solum in Albrici Triumfontium Chronico, cuius editionem novissimam a viro cl. Scheffer-Boichorst SS. XXIII, 934 paratam secuti sumus. Praecedunt eam auctoris* 25 *verba, quae ex exordio constitutionis desumpta esse mihi videntur:* Anno MCCXXXIIII. tertio Idus Februarii constitutiones regis et principum Alemannie apud Frankenvort. — *Huillard-Bréholles IV, 636. Böhmer, Reg. imp. V, 4305. (P. 301.)*

1. Inprimis omnibus imperii fidelibus, ne in reysa publica procedant, omnibus modis inhibemus. 30

2. Ad hec universis iudiciariam potestatem habentibus auctoritate regia precipimus, quatinus ad reprimendam hereticorum perfidiam toto nisu solerter intendant ac iniuste persecutioni[a] iudicii preferant equitatem.

**319.** a) iniusti persecutione 1; prosecutione 2.

3. Et ut in iudicando diligentie formam omnibus preferamus, ecce in manus principum promisimus, quod in quolibet mense, ubicunque in imperio fuerimus, quatuor diebus ad minus volumus personaliter[b] iudicio[c] publice presidere. Quod etiam a quolibet iudice fieri[d] volumus temporibus ad hoc iuxta[e] consuetudinem constitutis. Quod si princeps facere neglexerit et de hoc convictus fuerit, ut exigit iuris ordo, domino regi C libras auri in pondere Karoli persolvet. Comes vero vel alius nobilis iudicium habens, si non iudicaverit iuxta[e] provinciarum consuetudinem, sicut predictum[f] est, domino regi C marcas argenti componet.

4. Item si quis alium leserit vel guerram ei moverit absque precedente querimonia, si princeps extiterit, C marcas auri[d] regie camere presentabit; si vero comes vel nobilis vel alia persona extiterit, C marcas argenti componet.

5. Item statuimus quod, si quis[d] treugas datas violaverit, si[g] cum ipso, in cuius manum treuge fuerant compromisse, et cum duobus aliis sinodalibus hominibus treugas esse violatas[h] convincere potuerit[i] et testari, violator manum perdat.

6. Item si quis fide data promiserit aliquid et convictus fuerit cum[d] tribus sinodalibus hominibus, fidem non servasse, continuo proscribatur nec a proscriptione poterit absolvi, nisi dupliciter persolvat, quod promiserat et pro quo fidem dederat, et iudicet[k] ius suum.

7. Item si quis de principibus aut comitibus vel nobilibus pro delicto iudicii penam ter pertulerit constitutam, postmodum iudicio quod habuit est privandus.

8. Preterea statuimus, ut sententia proscriptionis tantum in locis publicis promulgetur, nec proscripti aliquatenus absolvantur, nisi sufficienti cautione fideiussoria precedente. Quod siquidem si iudex non fecerit, ablata in integrum restituat dampnum passo; quod etiam promittimus nos facturos.

9. Item monetas falsas et iniustas ac iniusta thelonia, que a tempore domni Frederici imperatoris proavi nostri absque consensu et conniventia principum sunt statuta, per sententiam cassamus et precipimus amoveri; et nos thelonia nostra noviter instituta primitus amovemus, transgressores manu potenti et extento brachio coercendo. Principesque curie presentes ecclesiastici et mundani fide data efficaciter in nostras manus[c] promiserunt, quod ad reprimendam transgressorum proterviam et ad iusta iudicia prosequenda fideli nobis auxilio assistant.

10. Item statuimus, ut nullus in persona vel in rebus alicui dampnum inferat, nisi prius eum, cui dampnum inferre voluerit, ad minus trium dierum et noctium spatio diffidaverit, et tunc[d] uterque pacem ab altero per predictum terminum habebit; alioquin per sententiam proscribatur.

11. Reysam que heymszuche[l] dicitur si quis commiserit, proscribatur.

12. Item precipimus, quod nullus conductum alicui prebeat, nisi forte conductum a nobis et ab imperio iure possideat feodali.

13. Item in omnibus civitatibus, oppidis, munitionibus, villis et aliis locis regni nostri, iurisdictiones[m] archiepiscoporum, episcoporum, archidyaconorum et sententias eorum precipimus firmiter observari.

14. Item omnia privilegia a domno[c] imperatore patre nostro[n] et a nobis tam principibus quam nobilibus indulta per omnia volumus esse salva.

**319.** b) pers. vol. 2. c) *deest* 2. d) *deest* 1. e) secundum 2. f) dictum 2. g) violatus *supplendum esse videtur.* h) violata esse 1. i) potuerat 2. k) *legendum videtur* iudici. l) *correxi;* keymszuche 1. 2. m) iuredictiones 2. n) patre nostro imp. 2.

# 320. SENTENTIA DE IUDICIO IN CLERICOS.

1234. Febr. 12.

*Proponimus ope imaginis photographicae, quam dedit Philippi 'Beiträge zur Geschichte der Reichskanzlei unter den letzten Staufern' ex autographo tabularii Hannoverani. Eodem autographo usus est vir cl. Doebner in libro 'Urkundenbuch der Stadt Hildesheim' I, 68 nr. 131. Sigillum, cuius vestigia tantum restant, in tergo affixum erat. — Huillard-Bréholles IV, 638. Böhmer, Reg. imp. V, 4306.* (P. 302.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus civibus Hildensemensibus universis gratiam et omne bonum.

Cum in sollempni curia in Frankenvort ex communi consensu principum a nobis sit decretum: ut quicumque seculare iudicium adversus aliquem clericum exercuerit in hiis que sanguinis iudicium requirunt, ante degradationem ab episcopis faciendam, preter id quod in canonem late sententie incidit, a quo preter indultum domini pape speciale nequid absolvi, ex nostra sit sententia proscribendus, et dilectus princeps noster C. Hildensemensis episcopus per suam nobis querimoniam patefecerit, quod vos auctoritate propria clericos temere iudicando morti feceritis destinari, in quos degradationis sententia non precessit, vobis auctoritate regia firmiter precipiendo mandamus, quatinus ei et ecclesie sue, in quam deliquistis, prout eius gratiam invenire poteritis, emendetis. Alioquin vos in media quadragesima, ut pro tantis respondeatis excessibus, ad nostram presentiam, ubicumque fuerimus, evocamus. (Apr. 2.)

Dat. Frankenvort, II. Idus Februar., indictione VII.

---

# 321. DONATIO IMMUNITATIS TELONEI.

1234. Febr. 13.

*Dedit iam olim b. m. Hinricus Smidt duumvir ex autographo tabularii Bremensis, cui appendet etiamnunc sigillum regium. — Huillard-Bréholles IV, 638. Böhmer, Reg. imp. V, 4307.* (P. 571.)

H. Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis hoc scriptum intuentibus in perpetuum. Noverint universi, quod tam constitutionibus a nostra maiestate nuper in curia Frankenfurd promulgatis, quam etiam peticioni dilecti principis nostri G. venerabilis Bremensis ecclesie archiepiscopi satisfacere cupientes, cives Bremenses et Stadenses a prestatione thelonei, quod ab ipsis in civitate Lubeke hucusque exigi consuevit, liberos penitus dimittimus et absolutos. Et ne id temporis processu in dubium revocetur, presentibus litteris nostre maiestatis apponi iussimus sigillum.

Datum apud Frankenfurt, Idus Februarii, indictione septima.

# 322. ENCYCLICA CONTRA PATREM.

(1234.) Sept. 2.

*Dedit Schannat in Vindemiis literariis I, 198 nr. 39 e codice suo Moguntino, i. e. copiario ecclesiae Hildesheimensis, in quo duae inerant lacunae, quas editor punctis* 5 *indicavit. — Huillard-Bréholles IV, 682. Böhmer, Reg. imp. V, 4348. (P. deest.)*

H(einricus) Dei gratia Romanorum rex et semper augustus dilecto principi suo C(onrado) venerabili Hildesheimensi episcopo gratiam suam et omne bonum.

(1) Recolit plene sinceritas tua nec a memoria credimus esse lapsum, qualiter serenissimus dominus imperator pater noster ad apicem regni Alemannie in imperio 10 ei feliciter successuros de paterne dilectionis benivolentia et principum gratia nos promovit. Cumque filiali reverentia, ut tenemur, intenderemus huc usque ipsius per omnia beneplacitis et mandatis, insistentes sollicite .......... cordis desiderio affectando, omnia que fecimus in Allemannia digna relatu et consilio principum et baronum ad augmentum imperii disposuimus et ad promovendum serenissimi patris 15 nostri commodum et honorem. (2) Novit enim prudentia tua, quomodo dominus papa sumpta occasione volebat dominum ac patrem nostrum non solum gravare, verum etiam ab imperialis honoris culmine deponere, ad hoc omni ingenio et totis viribus aspirando. Cui nos patenter et potenter resistimus et nos opposuimus, submittentes periculo personam, res pariter et honorem. Et cum super eodem negotio 20 dominus Oto cardinalis legationis officio specialiter in partibus Alamannie fungeretur, *1228—30.* archiepiscoporum, episcoporum et aliorum prelatorum colloquia, que ad incommodum patris nostri idem cardinalis indixerat, pro posse et nosse fecimus impediri; propter quod non solum predicti legati, verum etiam domini pape et cardinalium omnium indignationem gravissimam incurrimus, sicut etiam principibus omnibus non [est] 25 ignotum. (3) Ad hec cum Ludewicus olim dux Bavarie domino et patri nostro opposuisset se cum suis fautoribus manifeste, nos collecto exercitu cum non modico rerum *1229. aest.* nostrarum dispendio terram suam hostiliter ingrediendo coegimus eum, quod a vexatione et resistentia patris nostri destitit et cessavit; ac obsides dare promiserat super eo, licet postmodum causis aliis emergentibus non dederit. Quo facto reversi de 30 Bawaria cum triumpho, alium collegimus exercitum ad obsidendum apud Argentinam *1229. aest.* predictum cardinalem, qui ut dictum est Allemanniam intraverat ad impedimentum et humiliationem imperatorie maiestatis. Verumtamen ad instantiam et consilium multorum principum, videlicet archiepiscoporum et episcoporum et etiam magnatum imperii, solvimus exercitum nostrum et dimisimus illa vice ........ laboribus et 35 expensis. (4) Sane cum propter causas quasdam iunior dux Bawarie[1] manifeste se opponeret patri nostro, exercitum collegimus iterato contra eundem, arctantes ipsum *1233. Aug.* dare obsidem filium suum, tali adhibito laudamento quod nunquam se opponere attemptaret imperatorie vel regie maiestati. (5) Demum habito tali triumpho de ipso duce, ad consilium principum et magnatum pro pace et tranquillitate patrie reformanda et 40 pro aliis urgentibus negociis ac nominatim ad extirpandam hereticam pravitatem, sollempnem curiam apud Frankenfort celebravimus gloriose, ubi tanta erat principum *1234. Feb.* multitudo, qualis longe a retroactis temporibus non est visa. In qua curia multas intelleximus querimonias de castris et munitionibus aliis, de quibus rapine et incendia fieri consueverunt, et dictante sententia principum et aliorum nobilium deffinivimus

45 1) *Otto II.*

statuendo, quod eadem castra et munitiones propter dampna data et incendia perpetrata debeant destrui et funditus demoliri[a]. Et quia singula loca non poteramus personaliter pertransire, de prudentia consilii nostri fidelem nostrum Heinricum de Nyfen ad executionem predictorum a latere nostro duximus destinandum. Quod officium sibi commissum a nobis pro posse et nosse fideliter executus, inter cetera quedam castra nobilium virorum fratrum de Hohenloch dictante sententia et iustitia destruebat. Super his omnibus primo Dei altissimi et tuum ac aliorum principum testimonium invocamus. (6) Verum cum super his premissis grata ac debita debuimus premia reportare, quidam emuli nostri, qui forsan per alia non possent servitia familiares et gratos se reddere imperatorie dignitati, aut quia utriusque diligunt incommodum et sitiunt lesiones, attemptant et attemptarunt inter dominum imperatorem et nos discordie scandalum suscitare. Quorum malignis suggestionibus et malitiosis dominus et pater noster, eheu, faciliter inclinatus, immeritam erga nos videtur ingratitudinem exercere usque adeo quod litteras durissimas et mandata nobis dirigit inconsueta, multa alia faciendo que nec ei expediunt neque nobis. (7) Nam cum de pietate et gratia paterna et ad consilium principum sepedictus dominus imperator potestatem nobis plenariam contulisset conferendi et concedendi beneficia et feoda vacantia, ut ex hoc magnates et nobiles ad utriusque servitium promptiores et plus benivolos haberemus, idem hoc in quibusdam postmodum non servavit in nostrum preiudicium et gravamen. Insuper castra nobilium de Hohenloch superius memorata, que per sententiam diruta fuerant et destructa, nostra nos compulit pecunia reparare et nominatim castrum Langenberc, quod cuidam pupillo in sollempni curia Frankenfort iustitia nos cogente per sententiam fuerat restitutum, a patre nostro iussi fuimus revocare et Godefrido de Hohenloch assignare. Quod cum de iure et salvo honore facere non possemus, nolentes in aliquo paternis beneplacitis obviare, eidem Godefrido duo millia marcarum de camera nostra in restaurum castri dedimus memorati. (8) Preterea sine causa necessaria civitatem Northusen, que nobis et imperio plus esset utilis, obligavit et eandem obligationem ratam compulit nos habere. Filium ducis Bawarie, quem obsidem habuimus pro utriusque cautela, ac filium marchionis de Baden, quem sponte et ultro nobis obtulit, immo devotius supplicavit ut, ne aliquam de ipso diffidentiam haberemus, cum in obsidem recipere dignaremur, per dura precepta patris nostri, quibus contraire nec volumus nec debemus, non sine maxima verecundia restituere cogebamur. Telonium quoque in Baccherah, quod in sollempni curia Frankenfort, dictante sententia principum, inhibitum fuerat duci Bawarie et deinde idem dux expresse abiuravit, contra factum nostrum et principum veniens feodali iure duci contulit memorato; siquidem nobiles et magnates, vasallos et ministeriales seu alios quoscumque venientes ad ipsum et detrahentes hinc inde nobis, eis credulas aures adhibendo, audit et exaudit, dans litteras et mandata revocatoria de factis nostris in non modicam nostram ac suam et imperii lesionem. (9) Predictis itaque mandatis et preceptis dominus et pater noster quasdam comminationes addidit inconsuetas, videlicet si in aliquo eorum que nobis specialiter tunc mandavit inveniremur etiam in minimo negligentes, quod nuntios et litteras nostras de cetero non reciperet vel audiret. Procuravit etiam apud sedem apostolicam, quod per quosdam Allamannie principes denuntiati debueramus excommunicationis vinculo innodari[1]. Quod tanto gravius erat nobis, quantum pernitiosius est exemplo et contra omnia iura tam ecclesiastica quam mundana, cum de nulla[b] contumacia vel delicto convicti fuerimus vel confessi, immo etiam nec commoniti nec citati; unde merito credendum non esset vel etiam presumendum, a sede apostolica, a qua iura prodire debent et non iniurie, tales litteras et mandata contra personam nostram

**322.** a) demolliri *ed.* b) ulla *ed.*

1) *Cf. epistolam regis ad Gregorium IX. datam a. 1233. Apr. 10 supra nr. 316.*

de certa scientia emanasse. (10) Ad obviandum itaque salutifere his malis sepe sepius direximus sollempnes nuntios nostros et nunc excellentissimos quos habemus, videlicet venerabiles Moguntinum archiepiscopum et Bambergensem episcopum, dilectos familiares principes nostros, ad pedes imperialis eminentie misimus iterato, suppli- 5 cantes devotissime patri nostro, ut emulorum nostrorum relatibus credulus non existens filialem devotionem a paterne dilectionis gratia non excludat. Hec salva gratia serenissimi patris nostri scribi fecimus non in modum querimonie et querele, sed recitando ea leviter et de plano; rogantes attentissime et monentes prudentiam tuam de qua indubitatam fiduciam obtinemus, quod tu et alii principes, cum imperium maxime 10 consistat in vobis, detis consilium oportunum, qualiter imperium et subditi imperio in tranquillitate et pace permaneant, et quod serenissimus pater noster et nos[c] sic nos ad invicem habeamus, quod non solum ipsi et vobis, sed etiam omnibus subditis imperio cedat ad commodum et honorem, et supplicetis eidem una nobiscum humiliter et devote, quod honorem nostrum, quem de gratia Dei omnipotentis et sua habere dinoscimur, 15 in nullo diminuat vel immutet. Novit vero ille qui nihil ignorat et qui scrutator cordium est et renum[d. 1], noverunt et Allamannie principes universi, specialiter illi qui in nostro latere sunt frequenter, quod postquam a tenera etate recessimus [et] inter bonum et malum, equum et iniquum, iustum et iniustum, honestum et minus honestum discernere poteramus, nunquam aliquid eorum fecimus ex certa scientia vel ex animo 20 que deberent paterno affectui displicere aut etiam que offendere possent imperatoriam maiestatem.

Datum apud Ezzelingen, IV. Non. Septembris.

---

# 323. SENTENTIA DE TERMINO RECEPTIONIS FEUDI.

25 1234. Oct. 6.

*Dedit ex autographo tabularii Turicensis, Abtei nr. 18d, cui appendet lora membranacea sigillum regium laesum, vir cl. Paulus Schweizer, qui eam edidit in libro 'Urkundenbuch der Stadt und Landschaft Zürich' I, nr. 494. — Huillard-Bréholles IV, 692. Böhmer, Reg. imp. V, 4355.* *(P. 304.)*

30 H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis presentem literam visuris gratiam suam et omne bonum. Tenore presentium notum esse volumus universis, quod ad requisitionem dilecte principis nostre venerabilis abbatisse Thuricensis talis coram serenitate nostra lata est sententia et a principibus ac magnatibus imperii approbata: quod quicumque feudum suum a domino feudi sive feudatario ad 35 annum et diem recipere vel requirere neglexerit, ex tunc feudum ad dominum feudi revertetur, et de ipso habeat licentiam et liberam facultatem ordinandi sive disponendi pro sue arbitrio voluntatis. Ut autem super huiusmodi sententia nulla dubitacio oriri possit, presentem zedulam sigillo nostre maiestatis fecimus roborari.

Datum apud Hagenoue, pridie Non. Octobr., indict. VIII[a].

40 **322.** c) vos *ed.* d) rerum *ed.*

1) *Cf. Ps. 7, 10.*

# 324. MANDATUM IN FAVOREM POTESTATIS PRINCIPUM.

1234. Nov. 21.

*Notabile illud mandatum, quod nititur constitutione in favorem principum a. 1232 edita (supra nr. 171) et eam simul illustrat, damus ex autographo tabularii regni Bawarici, cuius sigillum filis sericis relictis deperditum est. E quo prius editum est in Monumentis Boicis XXX, 1, 221 nr. 725. — Huillard-Bréholles IV, 700. Böhmer, Reg. imp. V, 4363. (P. deest.)*

‖ In nomine Domini amen. ‖ Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus dilectis fidelibus suis, Willehelmo de Winpina, .. putiglario de Nurenberg, .. in Rotenburg, .. in Hallis, .. in Swinfurthe, .. in Kungesberg et .. in Lenkersheim scultetis et aliis officiatis suis gratiam suam et omne bonum.

Cum dilectus venerabilis princeps noster dominus Hermannus Herbipolensis episcopus pluries sit conquestus, se et suos per vos in multis fatigari et impediri, videlicet in iurisdicione sua et in villis Damphesdorf, Gochesheim, Urheim, Bernheim, Hutenheim et in aliis pluribus villis sibi et ecclesie sue attinentibus in servicio speciali, in villa Tutensteten in qua forense signum est erectum contra nostra statuta, in moneta aput Swinfurth, in strata ibidem que declinatur contra ius, in centis quibuslibet ducatus ipsius que mutantur et impediuntur, in vocationibus personarum synodalium ad civitates nostras et ad centas, in censu rusticorum qui adhuc recipitur, in foro aput Windesheim quod hactenus impeditum est, in pignoracionibus que fiunt extra civitates nostras in ducatum ipsius, in iudicio de feodis et proprietatibus quod vobis assumitis, in detencionibus clericorum quos compellitis stare iudicio seculari, in exactionibus factis in cenobiis, in hominibus qui tenentur in civitatibus, in iudicio et placitis generalibus que in quibusdam locis indicitis, et in omnibus libertatibus, iurisdicionibus et iuribus suis et suorum que diminuere videmini: nos intuentes ipsius fidelia obsequia, que nobis exhibuit et exhibet incessanter, renunciamus omni exactioni et impedimento quolibet, quod per vos et nostros hucusque habuit, et recognoscimus villas notatas sue ecclesie attinere et ipsum in possessionem mittimus earumdem et renunciamus monete in Swinfurth, signa forensia in villa Tutensteten et alibi deponi remota ambiguitate qualibet statuentes, et vos universos et singulos et alios nostros homines ab hactenus sibi illatis iniuriis et gravaminibus per optentum gratie nostre compescentes. Mandamus igitur auctoritate regia firmissime vobis precipientes, quatinus dictum principem nostrum, ecclesiam suam et omnes iurisdicionis sue homines in libertatibus et omnibus eorum iuribus amplius non gravetis, sicut regiam diligitis gratiam specialem, scituri quod quicumque vestrum contra huiusmodi mandatum eum vel suos turbare presumserit, offensam lese senciet maiestatis. Et volumus, ut per sentencias coherceat omnes, universos et singulos, qui ei, ecclesie sue aut suis lesiones intulerint aut procurant. Reservamus autem nobis ius quod in villa Gochesheim ab antiquo dinoscimur habuisse. Et ut huius renunciacionis et recognicionis pagina et memoria futuris temporibus habeatur et ei et ecclesie sue que superius sunt expressa inviolabiliter observentur, presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Data Houge, anno domini MCCXXXIIII, XI. Kalen. Decembr., indictione octava.

# 325–328. FOEDUS CUM LOMBARDIS.

1234. Nov. 13 – Dec. 17.

*Scripta ad hoc foedus pertinentia servavit codex bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis B 19. inf. chart. saec. XV, qui Statuta civitatis Mediolanensis continet. Instrumenta codici ordine perverso et alienis mixta illata sunt, ipsius scripti foederis initium folio 50 legitur, reliqua fol. 44'; praecedit hoc loco haec librarii notitia:* Principium huius instrumenti non est hic, quia istud fuit exemplatum a quodam libro antiquissimo in membranis existente ad officium statutorum Mediolani, in quo similiter deficit principium, sed fuit confectum de anno MCCXXXIIII, ut apparet ex nominibus legatorum qui iuraverunt, de quibus fit mentio in certis litteris istius Henrici regis Romanorum descriptis infra in fo. L, que littere date fuerunt Ydus Novembris MCCXXXIIII, et tamen in effectu nihil deficit nisi nomina legatorum et regis et tempus confectionis huius instrumenti, que omnia comprehendi possunt ex dictis litteris. *Haec viro cl. Holder-Egger debemus.*

## 325. *FACULTAS LEGATORUM REGIS. Nov. 13.*

*Dedit Ficker e codice Ambrosiano ubi bis legitur, fol. 50 et 51'; Fickeri exemplari usus est Winkelmann 'Acta imperii inedita' I, 396 nr. 470. — Böhmer, Reg. imp. V, 4360. (P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus dilectis suis . . potestatibus, rectoribus, consulibus et comunitatibus Lombardie, fidelibus imperii gratiam suam et omne bonum.

Dilectos fideles nostros Anselmum de Iustingen imperialis aule marescalcum et familiarem capellanum nostrum, magistrum Valtherium de Tannemberc[a] archidiaconum Herbipolensis ecclesie, nuncios in legatione nostra universitati vestre duximus transmittendos, dantes eis auctoritatem et plenariam potestatem tractandi, ordinandi, promittendi, promissiones recipiendi, in animam nostram iurandi, iuramenta a vobis recipiendi et alia faciendi que nobis viderint expedire, ratum et firmum habituri quicquid per ipsos super premissis fuerit ordinatum. Ut autem ab universitate vestra predictis fides plenior adhibeatur, presentem litteram super hoc conscribi fecimus et sigillo nostre celsitudinis insigniri.

Dat. apud Ezelingen[b], Ydus Novembris, indicione octava.

## 326. *EPISTOLA AD SOCIETATEM LOMBARDORUM. Nov. 13.*

*Inserta est ipsi foederis scripto (v. infra nr. 328), ubi potius locus fuisset facultati supra editae. Dedit Holder-Egger e codice Ambrosiano fol. 50'. — Huillard-Bréholles IV, 695. Böhmer, Reg. imp. V, 4358. (P. 306.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus dilectis suis, Societati Lombardorum, fidelibus imperii gratiam suam et omne bonum.

Dilectos fideles nostros Anselmum de Iustingen[a] imperialis aule marescalcum et familiarem capellanum nostrum et magistrum Valterium de Tanuberc[b] archidiaconum

**325.** a) Valcherium de Tanuemberc *c.* b) Ezolengen *c.*
**326.** a) Iustigeñ *c.* b) Tanuƀr *c.*

Herbipolensis ecclesie nuntios in legatione nostra universitati vestre duximus transmittendos, quibus etiam exposuimus nostre beneplacitum voluntatis. Unde rogamus et monemus prudentiam vestram, mandantes vobis, quatenus verbis ipsorum, que vobis ex parte nostra dixerint vel proposuerint, fidem adhibeatis in omnibus, tanquam ea vobis personaliter et presentialiter loqueremur.

Datum apud Ezlingen, Idus Novembris, indicione octava.

**327.** *PROTECTIO ET CONDUCTUS LOMBARDIS PRAESTITA. Nov. 13.*

*Dedit Böhmer e codice Ambrosiano fol. 50, e cuius exemplari editum est in Actis imperii selectis 288 nr. 334. — Böhmer, Reg. imp. V, 4359. (P. deest.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex et semper augustus dilectis suis potestatibus, rectoribus, consulibus, communitatibus civitatum, nec non omnibus aliis de Societate et liga fidelium imperii Lombardorum gratiam suam et omne bonum.

Cum nostra serenitas dilectos fideles nostros Anselmum de Iustingen imperialis aule marescalchum et familiarem nostrum magistrum Valterium de Tanuberc eiusdem aule capellanum et archidiaconum Herbipolensis ecclesie nuntios super nostris imperii agendis ad partes vestras duximus transmittendos, volentes habere rata omnia que iidem duxerint facienda, si quos ex parte vestra cupientes accedere ad presentiam nostram susceperunt in nostram et imperii protectionem, eosdem auctoritate presencium suscepimus sub specialem regiam protectionem pariter et conductum, promittentes fideliter eisdem conductum securum in exitu et regressu.

Datum Ezzelingen, Id. Nov., indict. VIII.

**328.** *SCRIPTUM FOEDERIS. Dec. 17.*

*E codice Ambrosiano fol. 50 et 44' dedit Holder-Egger. Postquam Pertz partem maximam e Giulinio 'Memorie di Milano' VII, 592 (= Savioli 'Annali Bolognesi' III, 2, 154) dedit, integrum primum prodiit in Historia diplomatica Friderici II.; exordium modo edidit Winkelmann 'Acta imperii inedita' I, 517 nr. 642. Inserta est epistola supra nr. 326. — Huillard-Bréholles IV, 704. (P. 306.)*

In[a] nomine Domini. Anno dominice incarnationis MCCXXXIIII, die dominico XV. die ante Kalendas Ianuarii, indicione octava, in pallatio comunis Mediolani, in consilio comunis Mediolani, dominus Anselmus de Iustingen[b] marascalchus domini Henrici serenissimi regis Romanorum et dominus Valtherius[c] archidiaconus Herbipolensis et domini regis capellanus, ambo nuntii et legati suprascripti domini regis, habentes speciale mandatum securitates et concordiam et iuramenta faciendi pro prefato domino rege et in animam eius, prout in litteris ipsius domini regis sigillo eius sigillatis continebantur, quarum tenor talis est: 'Henricus — indicione octava'[1], cum[d] Mediolanensibus et eorum amicis et Societate Lombardie, qui sunt de societate et amicitia Mediolani, presentibus domino comite Manfredo de Curtenova potestate Mediolani et infrascriptis ambasiatoribus Brixie, Novarie, Laude, videlicet dominis Alberto Colta et Bonacursio Brachii ambaxatoribus civitatis Brixie, et dominis Petro de Sancto Petro et Ardizono Cavalazio ambaxatoribus civitatis Novarie, et domino Mar.[e] de Sumarippa ambasatore civitatis Laude, et ipsis recipientibus pro comuni[f] Mediolani et pro

**328.** a) *fol. 50.* b) Instien *c.* c) Valcherius *c.* d) *fol. 44'.* e) Mar̃ *c.* f) cōi *M.*

1) *supra nr. 326.*

comunibus civitatum Brisie, Novarie, Laude et domino marchione Montisferati et pro comuni et universitate Societatis Lombardie, iuraverunt ad sancta Dei evangelia super eorum anima et in animam predicti domini regis, quod ille dominus rex attendet et observabit et attendi faciet infrascriptam concordiam in omnibus et per omnia, sicut 5 scripta est, et quod facient iurare predictum dominum regem et principes Alamanie, ut in concordia infrascripta continetur, cuius tenor talis est:

In nomine Domini. Iurabunt Mediolanenses, Brisia, Bononia, marchio Montisferati, Novaria, Laude et alie civitates aliaque loca et universitates de societate Mediolani, qui nunc sunt vel in posterum erunt, et que volent et quibus facere placuerit 10 infrascriptam fidelitatem et recipere infrascriptum iuramentum fidelitatis, domino Henrico serenissimo regi Romanorum hoc modo, quod non erunt in consilio vel adiutorio, quod perdat vitam vel membrum vel mentem aut suum honorem vel fortiam aut coronam regni; sed secundum suum posse prohibebunt, et valebunt ei sicut regi et eum defendent, et eius honorem manutenebunt, et hoc in provintia Lombardie. Eo 15 ex habundanti dicto et intellecto, quod propter ipsam fidelitatem non teneantur ad prestationem aliquam pecunie modo aliquo nec aliquo modo. Item quod non teneantur ad milites vel pedites dandos vel mittendos extra Lombardiam. Item quod non teneantur aliqua de causa dare obsides vel pignora vel securitates. Quam fidelitatem facere debent salvis societatibus et amicitiis comunis Mediolani et presertim salva 20 Societate Lombardie, Marchie et Romanie. Quam fidelitatem ut supra facere volunt, si dominus rex et principes Alamanie volunt iurare, adiuvare et manutenere et defendere Mediolanum, Brixiam, Bononiam et marchionem Montisferati et Novariam et Laude et alias civitates et universitates et loca, que sunt vel erunt de societate et amicitia Mediolani, dum in societate et amicitia Mediolani duraverint, steterint et 25 remanserint. Et hoc in omni suo et eorum honore et podere et statu et possessione et fortia, quo vel qua nunc sunt vel in posterum erunt[g], contra inimicos, quos nunc habent vel de cetero habebunt in Lombardia vel alibi, et offendere inimicos eorum secundum posse ipsius regis et principum, presertim Cremonam et Papiam et earum sequaces, qui nunc sunt vel pro temporibus fuerint. Et quod non facient ipse rex et 30 principes aliquam concordiam vel pactionem vel conventionem vel pacem cum inimicis Mediolani, Brixie, Bononie, marchionis Montisferati, Novarie, Laude aliarumque civitatum et universitatum[h] et locorum de societate et amicitia Mediolani undecunque sint, et presertim cum Cremona vel Papia vel aliis civitatibus vel locis seu personis vel universitatibus de societate vel amicitia Cremone vel Papie sine voluntate comunis 35 Mediolani et societatis et amicitie eius. De quibus omnibus teneantur predictus rex et principes et eorum successores omnes simul et quilibet per se. Et hinc inde dicta sacramenta renoventur singulis decenniis, ita quod in perpetuum durent et observentur et in successoribus et filiis ipsius domini regis, quos nunc habet vel habebit, locum habeant et realia sint et perpetua et non personalia nec temporalia, non tantum in 40 persona regis vel filiorum eius seu successorum, ymmo etiam et successorum eorundem. Et eodem modo teneantur de predictis omnibus prefatus dominus rex et principes Alamanie[i], cum fuerit imperator ipse dominus rex factus. Iuraverunt predictus dominus comes Manfredus potestas Mediolani et nobiles viri Ubertus de Extenate et Mudalbergus iudex Mediolani pro[k] comuni Mediolani de voluntate consilii comunis 45 Mediolani et predictorum ambasiatorum Brisie, Novarie, Laude, et eorum mandato super comune Mediolani, quod predictis completis[l] per dictum regem et principes Alamanie, comune Mediolani et alia communia et persone, que venient et quibus placuerit predicta facere et recipere, iurabunt illam fidelitatem, que in dicta concordia

**328.** g) *supra lineam eadem manu suppl. c.* h) universitate *c.* i) *fol. 45.* k) p. c. M. *eadem* 50 *manu supra lineam suppl. c.* l) complectis *c.*

continetur. Unde plura instrumenta uno tenore fieri rogata sunt[m], presentibus ibi pro notariis Gulielmo de Vicomerchato, Curado de Varadeo notario pallatii comunis Mediolani.

Interfuerunt testes Anselmus de Iustingen[n] filius suprascripti domini marascalchi, Garus de Manite miles ipsius marascalchi, Churadus de Hondersofen camerarius predicti marascalchi[o], et item dominus Paganus Burrus filius quondam domini Uberti et Iohannes de Raude filius item quondam domini Iohannis et Boccasius Brema et Perinus Incoardus et Iacobus de Terzago et Iacobus de Modoetia et Barbentius de Landriano et Albertus Vicecomes et Miranus Morigia et Guido Grassus et Rizardus Crivellus et Iohannes Pasqualis et Menadragus de Mandello et Paganus dela Turre et Bonifacius filius quondam domini Gulielmi de Pusterla et Abiaticus Marcellinus filius quondam domini Drudi et Henrichus Gambarus, omnes de civitate Mediolani.

Ego Gulielmus filius quondam Petrobelli de Vicomerchato de contrata de Cornaredo civitatis Mediolani[p], notarius et modo scriba pallatii comunis Mediolani suprascriptis interfui[q] et subscripsi.

Ego Conradus filius Iacobi de Varadeo de contrada dela Pesina civitatis Mediolani[p], notarius et nunc scriba comunis Mediolani suprascriptis interffui[q] et subscripsi.

Ego Henricus de Camerago filius quondam ser[r] Castelli, qui sto in cruce[s] Vicecomitum, notarius et nunc scriba pallatii comunis Mediolani interfui et tradidi et scripsi.

**328.** m) *eadem manu super lineam suppl.* n) Iustigen *c.* o) marasalchi *c.* p) C. M. *pro* civ. Mediolani *c.* q) *sequitur in cod.* uts. r) S' *c.* s) *sic c.*

# CONRADI IV. CONSTITUTIONES.

---

## 329. DECRETUM ELECTIONIS.
(1237. Febr.)

*Adhibuimus* 1) *editionem Chronici Francisci Pipini in Scriptoribus rerum Italicarum IX, 675 a Muratorio paratam;* 2) *codicem Guelferbytanum 331 (Helmst. 298) saec. XV. fol. 125, qui textum praebet in initio mancum;* 3) *codicem bibliothecae Vaticanae 4957 saec. XV. fol. 74 nr. 61*[1], *quem contulit Pertz et editionis suae fundamentum posuit;* 4) *codicem Parisinum 8567 saec. XIV. fol. 59, quo niti videntur editiones Baluzii in Miscellaneis I, 472 (ed. II. I, 192) et Leibnitii in Prodromo codicis iuris gentium diplomatici p. 9. Qui codices omnes carent protocollo; 1 et 2 fragmentum modo eschatocolli servaverunt. Protocollum restituere conati sumus ope codicis bibliothecae civitatis Wratislaviensis Rhediger 47 nr. 64, quem in usus suos vertit Huillardus, et versionis Italicae, quae legitur in compluribus codicibus Italicis*[2] *et edita est e codice Riccardiano 1538 in Lamii Deliciis eruditorum (Florentiae 1737) II, 235 et e codice Magliabecchiano 110 palch. IV in libro 'La elezione di Corrado quarto' (Firenze presso Antonio Cecchi, Dicembre 1860)*[3]. *Eschatocolli nihil praebent neque codex Wratislaviensis neque versio. Ad instar instrumenti notariorum Italicorum Decretum formatum fuisse, non est quod iudicemus. De tempore electionis cf. imprimis virum cl. Ficker 'Mittheilungen des Instituts' I, 25 et 34. — Huillard-Bréholles V, 29 (collatis codicibus Parisino, Guelferbytano, Wratislaviensi). Böhmer, Reg. imp. V, 4386.* *(P. 322.)*

[In[a] nomine domini[b] et salvatoris nostri Iesu Christi. Anno ab incarnatione eius MCCXXXVII.[c] et XVII. anno imperii domini nostri domini[d] Friderici secundi Dei gratia[e] Romanorum imperatoris[f] semper augusti, Ierusalem et Sicilie regis, mense Februarii[g], decime indictionis[h].]

**329.** a) *protocollon uncis inclusum restituimus ope cod. Wratislaviensis et versionum Italicarum Lamii et Cecchii.* b) In Christi nomine *W.* c) MCCXXVI. *L;* MCCXXXVI. *C;* millesimo tricentesimo sexto *W.* d) *deest W.* e) Dei gratia *des. C.* f) et *add. L.* g) octubris *W;* mense Febr. *des. L. C.* h) IIII. indictione *W;* dec. ind. *des. L.*

1) *Cf. 'Archiv' V, 382.* 2) *Vir cl. Ficker animadvertit, Decretum a. 1245. Sept. per civitates Italiae relectum esse, ideoque versiones istas factas esse videri; v. encyclicam imperatoris supra nr. 263.* 3) *Haec Pertzii adnotationi debemus; Ficker praeterea laudat editionem Sorio 'Diploma della elezione di Corrado volgarizzato nel trecento' (Venezia 1858). In hac versione protocollon sic audit:* Al nome del nostro signore Iesù Christo salvatore del mondo nell' anno della sua incarnazione MCCXXXVI, nel XVII. anno dell'imperio del nostro signore messer Federigo secondo per la Dio grazia imperadore de Romani e sempre accrescitore, re di Ierusalem e di Cicilia e nella decima inditione.

Expectatio gentium Iesus Christus, quem mittendum sepe[i] prophetarum oracula predixerunt, auferens sceptrum de Iuda et ligans[k] ad vineam pullum suum, hoc est ad nove plantationis ecclesiam[l] Romanum imperium alligans, et[m] in ipsius clypeo tutelam nostre[n] fidei positam manifestissime presagivit. Probat hoc clarius sequentium[o] rerum eventus[p], interpres cuiuslibet et probatio certa presagii, dum nedum imperio patiente naufragium, sed nutante[q] solummodo spumosis incursibus procellarum, interdum heresum gramina[r], que materialis imperii serra[s] non resecat[t], in demolitionem vinee Domini Sabaoth perniciose succrescunt. De[u] inexcusabilis[v] itaque negligentie vitio manifestissime[w] convincitur, qui[x] tam nobile fidei fulcimentum qualibet hominis provisione non adiuvat sed conquati patitur, quasi fidem non diligat, qui fidei negligit armaturam. Nec tamen hoc[y] ad quorumcumque[z] fidelium culpam aut notam iuste reducitur, sed illorum[a] potissime[b] negligentia condemnatur[c], ad quos divina sententia seu more maiorum[d] vis et auctoritas provisionis huiusmodi[e] pertinere noscuntur. Nam quamquam in Urbis initiis, post memorabile Troianorum exitium et deletam tam inclitam civitatem, apud[f] illius nove[g] congregationis patres[h] summa[i] regni[k] potestas et imperialis creationis suffragium resideret[l], ex successivis tamen et[m] continuis incrementis imperii, postmodum calescente virtute tante fortune fastigium apud unicam civitatem, licet pre ceteris regiam[n], non[o] potuit contineri. Sed postquam etiam remotissimos terminos[p] quadam girovaga peregrinatione lustravit, tandem apud Germanie principes non minus probabili quam necessaria ratione permansit, ut ab illis origo prodiret imperii, per quos eiusdem utilitas et defensio procurantur[q]. Cum igitur[r] nos Sifridum[s] Maguntinum[t], Theodericum Treverensem, Eberhardum[u] Saltzburgensem[v] archiepiscopos, Ecbertum[w] Bambergensem, Sifridum[x] Ratisponensem imperialis aule cancellarium, Frisingensem et Pataviensem episcopos, Ottonem palatinum comitem Rheni ducem Bawarie[y], Venceslaum regem Bohemie, Henricum lantgravium Thuringie et B. ducem Carinthie, principes, qui circa hoc[z] Romani senatus[a] locum accepimus, qui patres et imperii lumina reputamur, coram tremendo iudice de cura tante villicationis oporteat reddere rationem, nobiscum sollicita meditatione pensantes, quod tantum negotium non tam sortis iudicio, quam industria provisionis indigeat, illud etiam diligentius attendentes, quod post unius regnantis occasum interstitium temporis inter predecessoris obitum et plenum dominium successoris, quod interregnum antiquitus[b] veteres appellabant, grande posset[c] imperio, sed[d] et catholice fidei maximum afferre[e] discrimen, prevenire salubrius tempus[f] elegimus[g], quam dispendium temporis expectare. Nam licet per vires, industriam et labores excellentissimi domini nostri Friderici Romanorum[h] imperatoris semper augusti, Ierusalem et Sicilie regis, cuius vitam et imperium cupimus, satis ad presens imperio sit provisum, quia tamen preeminentia dignitatis longioris vite beneficium regibus non concedit, presentis vite lubricum merito formidantes, ipso vivente salubriter et regnante feli-

Gen. 49, 11.

**329.** i) sacra 3. 4. k) et ligans *des.* 3. l) suam *add.* 3. 4. m) *deest* 4. n) *deest* 3. o) frequentium 1. p) *hic incipit* 2. q) mirante 1; nuctante 2. r) germina 1. s) sera 2; serra *corr.* sera 3; serta 4. t) resecant 4. u) Dum 4. v) inexcusabili 1. w) manifeste 4. x) quod 1. y) *deest* 1. z) aliquorum 2; quorunque 4. a) illi 2. b) *deest* 3. c) negligentiam condemnat 4. d) seu morte maior 1. e) huius 1. f) caput 4. g) *deest* 1. h) patras 4; devenerit *add.* 3. i) summi 2. 4. k) regis 3. 4. l) res. ex successivis *des.* 3. m) et — virtute *des.* 3. n) religionem 2; regionem 3. 4. o) *pro* non — utilitas et defensio 3: tante fortune fastigium non. p) nostros 2. q) procuratur 4. r) ergo 2. s) Sigifridus 1, *ubi et omnia reliqua nomina casu nominativo leguntur;* Sifridum 2. 3, *ubi nomina admodum corrupta leguntur;* Sifridus — Carinthie, principes *des.* 4. t) Maguntinum 2. 3; Maguntinensis 1. u) et Berardus 1; et Berardum 2; et Bernardum 3. v) *sic* 3; Coloniensis 1. w) Gerbertus 1; Gelbertum 3; Golbertum 2. x) Sigifridus 1. y) *sic* 3; Bavarie 1. z) haec 1. a) senatoris 1. b) *deest* 4. c) *deest* 2. d) *deest* 1. e) afferri 1. f) tamen 3. g) eligimus 1. 4. h) *pro* Romanorum — regis 2: etc.; *desunt* 4.

citer, de successoris nobis electione providimus[i], ne per eius interitum iustitia[k] diminutionem status[c] pateretur, imperium[l] et tranquillitas interiret.

Et cum de substituenda persona diligenti meditatione nobiscum et sollicite pensaremus, preteritorum cauta[d] provisio salubre consilium prebuit in futuris. Considerationibus etenim[m] nostris occurrit, qualiter divi cesares progenitores imperatoris eiusdem, qui longis retro temporibus imperio prefuerunt, non solum ut domini iustitie solium inclite tenuere, sed tamquam patres imperii paterne dilectionis zelum ad omnes et singulos habuerunt, qualiter nec personarum periculis nec rerum parcendo dispendiis et plerumque per dura[n] bellorum discrimina imperii nostri fines in citramarinis et transmarinis partibus produxerunt, propter quod parentum laboribus fraudari filios nostri noluere maiores: nos[o] ipsorum vestigiis laudabiliter inherentes, presentem imperatorem, quem in exaltationem Romani nominis et dignitatis auguste[p] predecessorum suorum verum successorem agnoscimus et filium experimur, in sobole sua simili retributione decrevimus honorare, ut dum filium eius ex nunc in futurum imperatorem nostrum post eius mortem assumimus, iuste pro imperio pater[q] hactenus laborasse se gaudeat laboretque libentius amodo, velut laborum suorum fructus[r] non relicturus extraneo, sed ex communi[s] voto parentum filio paraturus. Sicque nos, inspirante nobis tam salubre consilium gratia summi Regis, ad voluntatem et preces eiusdem domini nostri imperatoris, apud Viennam[t] unanimiter vota nostra contulimus in Conradum antedicti domini[u] imperatoris filium, regni Ierosolimitani legitimum successorem, eligentes ipsum ibidem in Romanorum regem et in futurum imperatorem nostrum post obitum patris habendum; ac etiam fide data[v] eidem domino[w] imperatori sacramento firmavimus, quod prefatum Conradum a nobis in regem electum post mortem prenominati patris sui dominum et imperatorem nostrum habebimus, eidem in omnibus, que ad imperium et ius imperii pertinent, intendentes, sibique[x] iurabimus fidelitatem[y], eidem, prout[z] est moris et iuris imperii, sacramenta prestantes, ac[y] ad obtinendum solemniter imperii diadema sibi, prout de iure tenemur, consilium et auxilium impendemus. Et licet Henricum primogenitum suum pridem nobis in[y] regem simili provisione duxerimus eligendum, quia tamen cum in honore foret non intellexit, sed ab aquilone sedem sibi constituens contra patrem, loco tanti regiminis se monstravit indignum, iusto patris iudicio et eius ultronea voluntate, quam sibi conscientia proprie transgressionis ingessit, ab eodem Henrico[a] sacramento soluti[b], quod de electione sua similiter feceramus, Henrico Conradum, velut David Sauli, sancta deliberatione providimus[c] subrogandum[d].

Ad cuius rei memoriam etc. Interfuerunt similiter patriarcha Aquileiensis et alii quamplures etc.[e]

**329.** i) previdimus 4. k) *deest* 3. l) *pro* imperium et 2: vel turbaretur status imperii et orbis. m) enim 2. 3. n) dubia 2—4. o) quoque *add.* 2. p) preteritorum *add.* 3. q) *deest* 1. r) fructum 1; fructuum 2. s) sed omni 1. t) locum 4. u) *deest* 2. 3. v) debita 4. w) *pro* domino — imperii sacramenta 4: fide data. x) et 2. y) *deest* 3. z) *pro* prout — iuris 3: iuris honoris et. a) ab eius H. 2. b) soluti sacramento prestito 4. c) *hic finitur* 3. d) *hic finitur* 4. e) Aquilegensis et quamplures alii 2.

# 330. SENTENTIA DE EXCOMMUNICATIS IURE FEUDALI CARENTIBUS.

1237. Dec.

*Sistimus collato autographo tabularii regni Bawarici, cui lora membranacea appendet sigilli fragmentum. Ex eodem edita est in Monumentis Boicis XXX, 1, 267 nr. 758. Cf. similem Heinrici regis sententiam a. 1234. Febr. 10 datam supra nr. 317. — Huillard-Bréholles V, 1172. Böhmer, Reg. imp. V, 4388.* (P. 324.)

Conradus[a] divi augusti imperatoris Friderici filius, Dei gratia Romanorum in regem electus semper augustus et heres regni Ierosolimitani[b]. Tenore presentium notum esse volumus universis, quod ad requisitionem dilecti familiaris nostri honorabilis principis imperii Eistetensis episcopi, asistentibus nobis principibus et aliis nobilibus quam plurimis, talis in presentia nostra lata fuit sentencia et ab omnibus approbata: quod nullus excommunicatus tanquam comunione fidelium privatus feodo suo a domino suo, de cuius manu id accipere debet, aliquatenus debeat infeodari, cum talis ad actus legitimos nullatenus sit admittendus. Unde ad supplicationem predicti episcopi eandem sentenciam conscribi fecimus et sigillo regio roborari.

Actum apud Hagenowe, mense Decembr., undecime indictionis.

---

# 331. SENTENTIA DE LOCO COMPETENTI MOLENDINORUM.

1239. Apr.

*Dedit Fickler 'Quellen und Forschungen zur Geschichte von Schwaben' 83 nr. 39 ex apographo coaevo tabularii reipublicae Schaffhusanae (= Urkundenbuch der Stadt Ulm I, 59). — Böhmer, Reg. imp. V, 4399.* (P. deest.)

Cunradus divi augusti imperatoris Fr. filius, Dei gracia Romanorum in regem electus semper augustus et heres regni Ierusalem universis tam presentibus quam futuris presens scriptum visuris in perpetuum. Tenore presentium notum esse volumus et protestamur, quod cum ad instantiam venerabilis abbatis et conventus de Scafusa fidelium nostrorum Eberhardus dictus Brümsi civis Scafhusensis in nostra fuisset presentia constitutus, super loco molendini, quod idem Eberhardus in preiudicium dicti monasterii construere intendebat, tandem ad requisicionem ipsorum abbatis et conventus, approbantibus tamen et dictantibus universis qui aderant, talis lata fuit sententia coram nobis: quod nullus possit in alterius preiudicium molendinum construere in eo loco, qui legitimatus non est pro loco molendini. Unde idem Eberhardus iuxta sententiam prelibatam cessit omni actione, que contra idem monasterium sibi competere

**330.** a) ConRq *or.* b) Irlmt. *or.*

videbatur. Ad huius itaque rei memoriam presentem sententiam sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. apud Ulmam, anno dominice incarnationis MCCXIL.[a], mense April., duodecime indict.

---

## 5 332. SENTENTIA DE OFFICIIS ABBATIARUM.

### 1240. Ian. 15.

*Dedit vir cl. Könnecke ex autographo tabularii Marburgensis, cuius sigillum periit. — Huillard-Bréholles V, 1188. Böhmer, Reg. imp. V, 4411. (P. 333.)*

Conradus divi augusti imperatoris Friderici filius, Dei gratia Romanorum in regem
10 electus semper augustus et heres regni Ierusalem universis presentes litteras inspecturis fidelibus imperii gratiam suam et omne bonum. Noverit universitas vestra, quod ad requisitionem Wernheri venerabilis abbatis Hersueldensis ecclesie, dictantibus eam nobilibus et aliis qui aderant, talis lata fuit coram nobis sententia et ab omnibus approbata: quod quia de manu nostra regalium receperat investituram, legitime vacare
15 debeant universa officia ecclesie Hersueldensis, exceptis quatuor principalibus, que post se consequentiam suam trahunt. Unde ne de sententia huiusmodi inantea dubitetur, presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas.

Dat. apud Hagenoe, XV. Ianuarii, XIII. ind.

---

## 333. SENTENTIA DE IURIBUS EPISCOPORUM.

### 20 1240. Mai.

*Dedit vir cl. Oswaldus Redlich ex autographo tabularii episcopalis Brixinensis, cui appendet sigilli fragmentum filis sericis purpureis. Ex eodem edita est in Monumentis Boicis XXX, 1, 274 nr. 764. — Huillard-Bréholles V, 1190. Böhmer, Reg. imp. V, 4417. (P. 333.)*

25 Conradus divi augusti imperatoris Friderici filius, Dei gratia Romanorum in regem electus semper augustus et heres regni Ierusalem universis presentes litteras inspecturis fidelibus imperii gratiam suam et omne bonum. Tenore presentium ad modernorum et futurorum notitiam pervenire cupimus et pertendi, quod ad requisitionem Egenonis venerabilis electi Brixinensis ecclesie dilecti principis nostri, post receptam
30 investituram regalium per manus nostras, dictantibus eas principibus, baronibus et nobilibus qui aderant, idem subscriptas optinuit sentencias coram nobis: primo videlicet, quod post suscepta regalia universa officia episcopatus sui suis manibus sint soluta, exceptis quatuor officiis principalibus, que consequentiam post se trahunt. Item quod durantibus in excommunicatione sua possint feuda denegari et detineri
35 legitime, eo quod tales communione debita sint privati. Ad hec cum ipso iure nulle

331. *sic ed.*

sint, quod universas obligationes pignorum, concessiones feudorum seu quascunque alienationes bonorum episcopatus sui, factas imperii et sui capituli non accedente consensu, possit et debeat licite ad utilitatem ecclesie revocare. Preterea sententiatum exstitit ad instantiam principis memorati, quod ratione gladiorum, spiritualis videlicet et materialis, quibus sua episcopalis dignitas est fulcita, sex septimanis in excommunicationis vel proscriptionis vinculo perdurantes licite potest iuxta terre consuetudinem, actore petente, percellere altero gladiorum, ita quod excommunicati proscribentur[a] et e converso proscripti excommunicationis sententie innodentur. Ad quarum sentenciarum memoriam retinendam presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam.

Actum apud Nordelingen, anno gratie millesimo ducentesimo quadrigesimo, mense Maii, terciedecime indict.

---

# 334. SENTENTIA DE IURE CONDUCTUS.

1240. Mai. 22.

*Dedit vir cl. Oswaldus Redlich ex autographo tabularii praefecturae Oenopontanae, cuius sigillum deperiit. — Huillard-Bréholles V, 1192. Böhmer, Reg. imp. V, 4419. (P. deest.)*

Conradus divi augusti imperatoris Friderici filius, Dei gracia Romanorum in regem electus semper augustus et heres regni Ierusalemitani universis presens scriptum visuris fidelibus imperii graciam suam et omne bonum. Per presens scriptum notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod ad instanciam et requisitionem E. venerabilis Brixinensis ecclesie electi, annuentibus ei principibus et aliis nobilibus qui aderant, talis lata fuit sententia coram nobis: quod nulli licitum sit prebere conductum alicui transeunti per terram sive ducatum electi ipsius, exceptis imperatore et rege, quibus id competit ex imperii dignitate, nisi de predicti electi licentia vel assensu. Unde ne de premissa sententia inantea dubitetur, ipsam sigilli nostri munimine duximus roborandam.

Datum apud Nordelingen, XXII. Maii, tercie decime indictionis.

---

# 335. 336. MANDATA CONTRA TARTAROS.

(1241. Mai.)

*Conradus rex in curia Esslingensi in pentecoste (Mai. 19) celebrata crucem contra Tartaros sumpsit simulque pace promulgata edictum de observanda pace edidit, ut docemur epistola episcopi Constantiensis (ed. in periodico 'Geschichtsfreund der fünf Orte' I, 353 = Huillard-Bréholles V, 1209. Böhmer, Reg. imp. V, 11340[1]):* Statuit enim dominus

**333.** a) *sic or.*

1) *Cf. Ficker 'Mittheilungen des Instituts' III, 103.*

rex per totam Theutoniam, pax firma et sincera usque ad festum beati Martini presentis anni ab omnibus inviolabiliter observetur. Quod si aliquis aliquem crucesignatum in persona vel in rebus propria auctoritate leserit, decrevit dominus rex, quod si talis per VII ydoneos testes convinci potest de obiectis criminibus, vita pariter et rebus 5 tanquam scismaticus et destructor ecclesie punietur. Quod si forte deprehendi non potest, infamem tamen et illegitimum ad omnes legitimas actiones, et ut omnia bona sua applicentur fisco regio, statuto suo nuper decrevit in Ezelingen de consilio principum promulgato. *Ex epigrammate 222 Reinmari de Zweter praeterea docemur, hanc pacem esse iuratam*[1].

## 10 335. *PRAECEPTA BELLICA.*

*Praecepta, quae Germanis certe data sunt in curia Esslingensi, succedunt encyclicae Friderici II. contra Tartaros (supra nr. 235) in codice Oenopontanae universitatis Nr. 187 saec. XIII. fol. 5', quem denuo contulit Redlich. — Huillard-Bréholles V, 1215.*
*(P. 339.)*

15 1. Principes non ineant campestre bellum cum Tartaris, sed terminos suos defendant, ne si contingeret eos succumbere, quod Deus avertat, non possent vires suas de cetero congregare.

2. Habeant balistarios.

3. Non fiat cervisia, sed frumentum servetur.

20 4. Non ducantur victualia ad Renum, sed tantum ad loca defensionis.

5. Item habens tres marcas in redditibus habeat scutum quod dicitur setzischilt.

6. Item prohibeatur continua taberna, item vestes preciosae.

## 336. *MANDATUM REGIS.*

*Edidit Schannat in Vindemiis literariis I, 204 e codice suo Moguntino iam deper-25 dito, qui tamen fuit copiarius ecclesiae Hildesheimensis. — Huillard-Bréholles V, 1214. Böhmer, Reg. imp. V, 4438.* *(P. 339.)*

Conradus divi[a] augusti imperatoris Friderici filius, Dei gratia Romanorum in regem electus semper augustus et heres regni Ierosolimitani dilectis sibi universis principibus, comitibus et nobilibus ceterisque imperii fidelibus in partibus inferioribus 30 constitutis gratiam suam et omne bonum.

Pro honore Iesu Christi et defensione fidei christiane communicato consilio principum multorum magnatorum et aliorum imperii fidelium, qui aderant in festo pentecostes iam preterito, contra gentes barbaras, que Tartari nominantur et deos invocant alienos, apud Ezzelingen victoriosissimum signum crucis duximus assumendum, tali 35 conditione premissa, ut ex eo summo pontifici non simus tamen aliquatinus obligati, sed quod tantum imperium in ista parte Alpium ab invasione dictorum Tartarorum defendamus, ipsamque crucem geremus usque ad festum beati Martini et ulterius, si contra ipsam gentem Tartaream ad honorem Domini est gerenda; proponentes in octava instantis festi Iohannis baptiste nostrum feliciter exercitum apud Nurenberc 40 congregare, ex tunc una vobiscum et Christi fidelibus sine mora contra canes Tartareos magnifice processuri; rogantes et monentes attente universitatem vestram, quod ad honorem et gloriam Redemptoris nostri crucis faciatis ubique gloriam predicari ad

Mai. 19. — Nov. 11. — Iul. 1.

**336.** a) domini *ed.*

1) *V. editionem viri cl. Roethe 'Die Gedichte Reinmars von Zweter' p. 520:* der niuwesworen vride; 45 *cf. ibidem p. 70.*

destructionem gentis dicte, vos modis omnibus preparantes, ut ab eo, qui non vult mortem peccatoris, sed ut magis convertatur et vivat [1], digna retributionis premia in eterna gloria reportetis.

---

## 337. MANDATUM DE HOSTE FACIENDA.

1241. Sept. 15.

*Dederunt Tross in periodico 'Westphalia' 25. Iun. 1825 p. 6 nescio quo ex fonte (= Huillardus) et Beyer 'Mittelrheinisches Urkundenbuch' III, 544 nr. 721 e schedis Kindlingerianis II. 96. 3. — Huillard-Bréholles VI, 818. Böhmer, Reg. imp. V, 4441. (P. deest.)*

Conradus divi augusti imperatoris Friderici filius, Dei gratia in Romanorum regem electus semper augustus et heres regni Ierusalem[a] burcgravio[b] de Hamerstein, ministerialibus, vasallis ceterisque imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Cum comes de Nassowe, H.[c] de Isenbergh et alii imperii inimici nos temerario ausu molestarint, quos transire nolumus ullatenus incorrectos, mandamus devotioni vestre, quatenus ob honorem nostrum et imperii iuxta requisitionem Gerhardi de Zinzich fidelis nostri ad vindictam tante iniurie, sicut de vobis confidimus, debeatis procedere contra eosdem.

Datum apud Hallis[d], XV. Septembris, XIV. indictione.

---

## 338. APOCHA RATIONIS VILLICATIONIS GERHARDI DE SINZICH.

1242. Mai. 2.

*Ediderunt singulare hoc monumentum Tross in periodico 'Westphalia' 25. Iun. 1825 p. 6 (= Huillardus) et Beyer 'Mittelrheinisches Urkundenbuch' III, 564 nr. 746 e schedis Kindlingerianis II. 96. 5. — Huillard-Bréholles VI, 832. Böhmer, Reg. imp. V, 4458. (P. deest.)*

Conradus divi augusti imperatoris Friderici filius, Dei gratia Romanorum in regem electus semper augustus, heres regni Ierusalem. Tenore presentium notificamus universis, quod Gerardus de Sinsigh fidelis noster coram officiatis nostris deposuit rationem villicationis sue[2] de uno anno.

Introitus: Recepit idem Gerhardus in denariis de redditibus XXIX marcas fertone[a] minus. Item recepit de Iudeis V marcas. Item de uxore prepositi XV marcas.

**337.** a) Hierusalem *edd.* b) burcgraviis *edd.* c) et *T.* d) Hall *edd.*
**338.** a) floreno *male T.*

1) *Cf. Ezech. 33, 11.* 2) *Erat burgravius in castro Landskron.*

Item in precaria L marcas. Item de Iudeis XV marcas. Item in exactionibus factis in hostes imperii CV marcas. Item in annona, in siligine XXXVIII maldra et dimidium et[b] in avena XXX[c] maldra et dimidium, que vendidit pro IX [marcis] minus fertone. Item recepit in vino XVI carratas, quas assignavit duci Brabantie. 5 Summa percepti CC marce XXVII marce et dimidia.

Exitus: Inventum est in apodixa sua, quod nos debemus eidem Gerhardo de proxima computatione sua XXVIII marcas et VIII solidos Colonienses. Item[d] debemus ei[e] de militia sua, qua est accinctus, XX marcas. Item dedit Iohanni Bono de feudo castelli VIII marcas. Item Everhardo de Mendorp de feodo castelli 10 VI marcas. Item pro blidis faciendis XVIII marcas. Item in expensa nostra Sinsich LXII marcas XXVI denarios. Item in expensa militum post nos venientium ad nostram expeditionem XXXII marcas fertone minus. Item dedit ad expensam messis et autumni VI marcas IV solidos[f]. Item ad nostrum servitium tribus militibus pro dextrariis LX marcas. Item duobus armigeris pro equis, quos perdiderant 15 in pugna ad nostrum servitium, XVI marcas. Item pro tribus equis in exustione ville Arwilre perditis XV marcas. Item balistariis sex per tres menses detentis XVIII marcas. Item in expensa nostra apud Treverim VIII libras Treverenses. Item in expensa sua[d] Aquis III marcas. Item in expensa sua Colonie III marcas[g]. Item in expensa sua apud Maguntiam IV marcas. Summa dati CCCVI marce.

20 Computatis hinc inde singulis et universis, nos tenemur solvere eidem Gerardo LXXVIII marcas et dimidiam marcam, et habebit officium usque ad festum sancte Margarete[h] proxime futurum. Dicit etiam idem Gerardus, quod per sedecim septimanas tenebat quinquaginta armatos cum totidem equitatuum ad nostrum servitium, de quibus ipse nullas accepit expensas. Domus sua Sintzig combusta et vinum suum 25 et frumentum dissipata sunt et possessiones sue aduste. Captivos quos habebat dimisit ad mandatum nostrum solutos, de quibus poterat habere, ut dicit, CCCC[i] marcas. Super his expectat gratiam imperatoris et nostram.

Iul. 13.

Datum apud Rodemburch, anno incarnationis domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo[k], in secundo die mensis Maii, XV. indictione.

---

30

# 339. SENTENTIA DE OFFICIIS EPISCOPATUS ET PRAECEPTUM DE WICHBILEDE AC MONETA.

1242. Iul. 3.

*Novissime dedit Wilmans 'Kaiserurkunden der Provinz Westfalen' II, 387 nr. 277* 35 *ex editione principe Pistorii in Scriptoribus rerum Germanicarum ed. I. III, 744 et e schedis Kindlingeri, Msc. II. 189 tabularii Monasteriensis, quae solum regestum praebent. Constitutio generalis illa ad quam rex provocat mihi ignota est, nisi sit sententiarum generalium aliqua, quae de officiatis ecclesiarum latae sunt, e. g. supra nr. 333. 332. — Huillard-Bréholles VI, 839. Böhmer, Reg. imp. V, 4465.* (*P. deest.*)

40 **338.** b) Item *B.* c) XXXIII *T.* d) *deest T.* e) et *T.* f) marcas solidorum *T.* g) III marcas *des. T, lacuna indicata.* h) Marianne *T.* i) XL *T.* k) MCCXLII. *B.*

Conradus divi augusti imperatoris Friderici II.[a] filius, Dei gratia Romanorum in regem electus semper augustus et heres regni Ierusalem[b] universis paginam presentem inspecturis dilectis fidelibus suis gratiam suam et omne bonum. Constitutus in presentia nostre celsitudinis Ioannes venerabilis Mindensis episcopus dilectus princeps noster per sententiam inquisitam obtinuit coram nobis: quod omnia sibi iure vacarent officia ad episcopatum pertinentia preter illa quatuor principalia, que secundum constitutionem generalem[1] et communem iustitiam sunt excepta. Preterea eidem concessimus potestatem constituendi duo oppida, quod vulgo wichbelede appellatur, ubicunque eadem in sua diocesi[c] duxerit construenda. Nihilominus etiam concedimus et donamus eidem libertatem in altero illorum oppidorum gravem monetam cudendi sine gravi preiudicio iuris alieni. Ad quarum donationum omnium evidentiam presentem litteram sibi dari fecimus sigilli nostri munimine roboratam.

Datum apud Hagenowe[d], tertio Iulii, quinta decima indictione[e].

---

# 340. SENTENTIA DE PROCESSU FEUDALI.

## 1243. Febr. 11.

*Dedit vir d. Kehr ex autographo tabularii Vindobonensis, cui appendet lora membranacea sigillum aliquantum laesum. — Huillard-Bréholles VI, 843. Böhmer, Reg. imp. V, 4471. (P. deest.)*

Conradus divi augusti imperatoris Friderici filius, Dei gratia Romanorum in regem electus semper augustus et heres regni Ierusalem universis imperii fidelibus presentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. Tenore presentium notum esse volumus et protestamur, quod constituti coram nobis nuncii archiepiscopi Salzburgensis dilecti principis nostri optinuerunt per sententiam exinde latam et ab omnibus approbatam: quod quilibet infeodatus ecclesie Salzburgensis vel alterius feodum suum, si necesse fuerit, cum infeodatis eiusdem ecclesie, qui sue conditionis fuerint, et non aliis evincere valeat et debeat optinere. Ad huius itaque sententie robur presentes literas fieri et sigillo nostro iussimus communiri.

Dat. Haginowe[a], XI. Febr., prime indictionis.

---

# 341. SENTENTIA DE IURE CAPELLAE REGIAE.

## 1245. Mai. 16.

*Dedit Huillardus e codice Parisino continente collectionem Droz 'Titres de l'archev. de Besançon' tom. II, fol. 445. — Huillard-Bréholles VI, 860. Böhmer, Reg. imp. V, 4498. (P. deest.)*

**339.** a) *deest c.* b) Hierusalem *edd.* c) dioecesi *edd.* d) Hagen *c. edd.* e) ind. 15ta *c.*
**340.** a) Hagiñ *or.*

1) *Quae sit nescio.*

Conradus divi augusti imperatoris Friderici filius, Dei gratia Romanorum in regem electus semper augustus et heres regni Ierusalem universis presentes litteras intuentibus imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum. Constitutus coram nobis Willelmus venerabilis archiepiscopus Bisuntinensis dilectus princeps noster, cum a 5 nobis investituram regalium recepisset, proposuit quod marcam auri pro iure capelle nostre solvere non deberet. Cum igitur idem archiepiscopus princeps sit imperii et civitas Bisuntina immediate ad imperium pertinere noscatur, sententiatum extitit: quod ipse dictam auri marcam, sicut et alii archiepiscopi principes, pro iure capelle nostre solvere teneatur dictoque capellario nostro sicut debuit satisfacere. Ad huius itaque 10 sententie memoriam presentes litteras fieri fecimus et sigilli nostri karactere roborari.

Datum Nuremberch, XVI. Maii, tertie indictionis.

---

# 342. CONSTITUTIO DE IURE HAEREDITARIO NEPOTUM.

1251. Mart.

15 *Dedit Böhmer b. m. e Copiario civitatis Gelnhusanae saec. XIV, qui tunc privati iuris erat; cuius exemplari nititur editio in Actis imperii selectis 291 nr. 341. Copiarius iste certe idem est (nunc consulis Becker Gelnhusani), e quo constitutionem nuper edidit Reimer 'Urkundenbuch zur Gesch. der Herren von Hanau' I, 200 nr. 272. — Böhmer, Reg. imp. V, 4537. (P. deest.)*

20 Conradus Dei gracia Romanorum in regem electus semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis, quod nos ad supplicationis instanciam sculteti et civium nostrorum de Geylnhusen constitutionem inter ipsos fecimus generalem, videlicet quod quemcunque ipsorum plures legitimos filios habere contingerit, inter quos bona sua dividere teneatur, et aliquis eorundem filiorum 25 suorum in fata decesserit, aliquibus legitimis pueris post suum obitum derelictis, tantundem equa proporcione ipsi pueri consequi debent et optinere de bonis avitis, quantum patrem eorum dum adhuc viveret facta divisione de bonis paternis cum fratribus suis contingebat habere, id idem de filiabus eorum observari iubentes. Pro cuius rei memoria et cautela eorundem civium nostrorum presentes litteras ipsis inde 30 fieri fecimus sigillo nostro munitas.

Datum Spire[a], anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, mense Marcii, nona indictione.

**342.** a) Spiree *R.*

---

# 343. PROMULGATIO VICARII GENERALIS PER TOTAM LOMBARDIAM.

1253. Febr. 22.

*Repetimus editionem viri cl. Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, nr. 423, qui evolvit codicem bibliothecae publicae Parmensis saec. XV, Historiam Pallavicinam continentem, fol. 8. Contextus discrepat a contextu ceterorum similium edictorum et mandatorum, quas supra et infra proferimus sub nr. 216. 217. 266. 270. 272. 273. 344. Conferas velim epistolam in libro dictaminum Petri de Vineis l. III, c. 79 existentem (Böhmer, Reg. V, 4593), per quam rex Cremonensibus quoque significat, se marchionem Pallavicinum vicarium generalem statuisse. — Böhmer, Reg. imp. V, 4592. (P. deest.)*

Coradus Dei gratia Romanorum in regem ellectus semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex prelatis ecclesiarum, marchionibus, comitibus, potestatibus, consiliis, communibus, baronibus, militibus et universis per totam Lombardiam tam a Lambro superius quam inferius constitutis, dilectis fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem.

Inter curas et meditationes assiduas, quibus acumen nostri sensus evigilat, id occurrit precipuum votis nostris, ut solium regie dignitatis, quod armis iam insignivimus, armemus legibus et cultu iustitie decoremus, ut alternantibus se rerum et temporum vicibus, dum apte sibi sub provido preside leges et arma conveniunt, utrumque tempus necessario moderamine gubernemur, quorum usum sic nobis congruis decrevimus adaptare temporibus, ut dum leges condimus et iustitiam propagamus, fideles et boni sub rege pacifico effecti pacis et iustitie posessores in omni quiete et tranquillitate respirent, infideles et facinorosi, qui nostrorum roseta fidelium proprii contagii spinositate deformant, de regiminis nostri rosario seduli cultoris officio radicitus extirpentur. Ad quod efficaciter exequendum, etsi quelibet regio tam per imperium quam regna nostra nostro subiecta regimini regie beneficium provisionis imploret, ad eam tamen nostre circumspectionis oculos specialiter providimus dirigendos, que sui placiditate nos allicit et culmini nostro pro ceteris obsequiosa pariter et fructuosa consistit. Sane etsi persone individuitas minime paciatur, quod ubique simul pro voto nostrorum fidelium possimus nos exibere presentes, ad huiusmodi tamen partes sollicitudinis illas decrevimus admittendos, quos fides experta reddit conspicuos et probabilis industria circumspectos. Noveritis igitur quod nos confisi de fide, industria, legalitate et sufficiencia Uberti marchionis Pallavicini dillecti familiaris et fidelis nostri, attentis tam dignitate [provincie] quam qualitatibus incollarum, eum per totam Lombardiam tam a Lambro superius quam inferius generalem vicarium sacri imperii deliberatione provida duximus statuendum, ut ubi concors fuerit prelature paritas, et prelatus ipse tam nobili, tam digne provincie preesse se gaudeat, ipsaque provincia sub tam industrii prefecti moderamine glorietur; concedentes eidem merum et mixtum imperium et gladii potestatem, quo possit in facinorosos decernere et excessus corrigere singulorum; adiecimus nichilominus ei universa et singula que ad generalis vicarie officium pertinere noscuntur, quemadmodum per divum augustum genitorem nostrum felicis memorie predicta omnia dilligentie sue a Lambro inferius commissa hactenus extiterunt. Quapropter universis [et] singulis sub obtentu gratie nostre firmiter et districte precipiendo mandamus, quatenus de omnibus ad officium vicarie ipsius spec-

tantibus ad honorem et fidelitatem nostram, quietum et pacificum statum predicte provincie quilibet eidem marchioni tamquam persone nostre devote pareat et intendat, ut et ipse in decreta sibi provincia beneplacita nostra more solito laudabiliter exequatur et affectus nostrorum fidelium per effectum operis in conspectu nostre celsitudinis 5 comendetur; scituri universi et singuli, quod de bannis, penis, sententiis et statutis, que idem marchio contra indevotos, contumaces et transgressores tullerit et statuerit, nihil nostra serenitas immutabit, sed ea perpetuo rata et firma tenebimus et faciemus ab omnibus inviolabiliter observari.

Datum Canusie, vicesimo secundo Februarii, undecime indictionis.

---

## 10 344. PROMULGATIO VICARII GENERALIS.

(1254?)

*Edictum, quod ad commune quoddam*[1] *datum esse videtur, exemplavit iam olim Böhmer ex* 1) *codice Parisino 8567 fol. 79'; legitur etiam* 2) *in Martenei Collectione amplissima II, 1211 nr. 92 e codice quodam Colbertino. E codice 1 edidit ipsum Schirr-* 15 *macher, 'Die letzten Hohenstaufen' p. 593, sed lectiones Martenei maximam partem retinuisse videtur. Minime agi de vicario generali regni Siciliae, ut opinatur Schirrmacher, sed potius partium quarundam regni Italici, fortasse Tusciae, vir cl. Ficker evicit. Enuntiata, quibus potestas vicarii definitur, propius accedunt ad mandatum supra nr. 273 editum. Ea quae cum hoc congruunt litteris minoribus expressa sunt. Eadem formula* 20 *usus est Manfredus rex anno ut videtur 1259 in fragmento edicti ad comitem (seu potius commune) Pisarum dati, quo se vicarium generalem per Tusciam statuisse promulgat, quod e codice Parisino 8567 fol. 106' dedit Schirrmacher l. c. p. 632*[2] *(Böhmer, Reg. imp. V, 4713).* — *Böhmer, Reg. imp. V, 4631.* *(P. deest.)*

Conradus rex[a] comiti[b] etc.

25 De corrupti parentis primi conditione[c] tantam retinet hodie lesa posteritas corruptelam, ut facta iam quasi domestica cuilibet licentia delinquendi, semper ad consensum nequitie prona sit humana conditio et per vitiorum lubricum cotidie corruat in excessum, et sic homo, quem rationis participem providentia divina creavit, a sue deffinitionis[d] ordine quodammodo discoherens tante cupiditatis errore seducitur, ut voluntate secum 30 et ratione pugnante[e], dum inter bonum et malum[f] disiudicat, vix etiam eligat quod discernit. Cuius effrenes motus et impetus nisi iustitie rigor opprimeret et secularium[g] coerceret auctoritas potestatum, suum pacis dulcedo ammitteret nomen[h] et arbitrii communis abusio societatis humane federa violaret. Cumque ad hoc specialiter leges et arma convenerint[3], nos qui ad[i] subditorum nostrorum regimen superna dispositione 35 vocati[k] hec et illas debemus in subditis et possumus[l] exercere, continua reddimur

**344.** a) etc. 2. b) *forte legendum est* communi. c) convitio 2. d) diffinitionis 2. e) pugnantibus 2. f) bon. malumve 2. g) scelerarium 1. h) nom. amitteret 2. i) hoc *add.* 1. k) sup. disp. vocati *des.* 1. l) possimus 1.

1) *Non vero 'comiti', ut inscriptio praebet.* 2) Manfredus . . . comiti Pisarum per Nicolaum 40 de Rocca. Libertas arbitrii desuper — deliberato consilio providimus deputandos. Eapropter confisi etc. fiat in forma que incipit: de corrupti parentis primi convitio etc. que alibi habetur. *Legitur etiam in Martenei Collectione amplissima II, 1221 nr. 103 e codice quodam Colbertino, omissis verbis* fiat — habetur. 3) *Haec sapiunt mandatum nr. 343.*

cordis anxietate solliciti, qualiter utrorumque permixtis officiis et in gladio iuste puniamus obnoxios et potenter in plena iustitia pacificos foveamus. Verum[m] cum per individuitatem[n] persone simul et semel ubique personaliter nostra serenitas adesse non possit[1], ut noscant subditi longas regibus esse manus, viris industriis qui maiestatis nostre presentiam representent[o] confidenter commisimus vices nostras. Cum igitur post salubrem et generalem[p] dispositionem regni nostri Sicilie iam circa negotia Italie suscitare velimus precipue curas nostras: ecce de experta fide, nota industria et solita circumspectione R.[q] plene confisi, qui[r] ex officii nostri debito iura imperii manutenere tenemur[s] pro viribus et augere, ipsum generalem vicarium ipsarum partium de latere nostro duximus dirigendum, concedentes eidem merum et mixtum imperium et gladii potestatem. Et ut in facinorosos animadvertere valeat* ac in eos precipue, qui stradas ac vias publicas nefariis[t] ausibus praesumserunt[u] violare. Permisimus quoque ei[v] et plenam contulimus facultatem, ut tam[w] criminales quam[x] civiles* audiat et determinet contentiones[y], quarum cognitio, si nos presentes essemus, ad nostrum iudicium pertineret.* Decreta utique[z] interponat, que in alienatione rerum ecclesiasticarum et minorum *interponi secundum[a] iustitiam postulantur. Et ut maioribus et minoribus, quibus universalia iura succurrunt, causa cognita, prout iuris fuerit, restitutionis in integrum beneficium largiatur. *Ad cuius etiam audientiam appellationes deferri volumus, quas[b] a sententiis[c] ordinariorum iudicum et eorum omnium, qui prius[d] iurisdictionem ab imperio nacti sunt, infra partium predictarum terminos contigerit interponi, nisi forte cause qualitas vel[e] appellationum numerus subsidium adimat appellanti.* Creandi quoque* notarios, dandi tutores et curatores[2] et demum omnia plenarie exercendi, que ad merum et mixtum imperium spectare noscuntur, predicto vicario plenam concessimus potestatem. Quocirca devocionem vestram requirimus[f] hoc attente et[g] firmiter precipiendo mandantes, quatenus in omnibus et singulis, que ad ipsius vicarii officium spectare noscuntur, devote pareatis[h] et efficaciter intendere studeatis.

---

# 345. TESTAMENTUM.

## 1254. Mai.

*Nonnisi fragmentum eius proponi licet, ex* 1) *codice Vaticano 4957 saec. XV, ubi inscribitur:* Testamentum regis Conradi MCCLIIII. mense Madii, indict. XII, *quo scilicet mense die 20 apud Lavellum obiit;* 2) *editione quam instruxit Schirrmacher 'Die letzten Hohenstaufen' p. 597 e codice Vratislaviensi S. Elisabethae inter Rhedigerianos 47 fol. 32*[3]*, qui plane cum Vaticano concordat. — Böhmer, Reg. imp. V, 4632.*

*(P. 361.)*

Cum in se habeat humane nature condicio et universaliter teneat tam in iuvene quam in sene, quod quandoque divine maiestati placuerit, vitalem spiritum, quem in-

**344.** m) Vero 1. n) cum individuitate 2. o) representarent 1. p) quietam 2. q) R. *vel* P. 1. r) quod 1. s) tenemus 1. t) stratas et itinera publica temerariis 2. u) presumserint 2. v) sibi 2. w) circa 1. x) et 1. y) questiones 2. z) namque 1; itaque 2. a) *pro* min. int. sec. 1: minorum in. b) que 1. c) iudiciis 1. d) per 2. e) aut 1. f) et *add.* 2. g) *deest* 2. h) parere 2.

1) *Haec sapiunt aeque mandatum nr. 343.* 2) *Haec conveniunt cum mandato nr. 217.* 3) *Cf. 'Archiv' VII, 891.*

misit in homine, iuxta sui disposicionem arbitrii liceat revocare, expedit reges orbis et principes et quoslibet alios orthodoxam fidem catholicam excolentes sic metas et terminos dierum suorum sollicita pensacione attendere sicque semper esse paratos, ut exuto carnis ergastulo et digni inveniantur ex opere, et eorum discreta et laudabilis 5 vita post mortem nec non et disposicio salutaris superviventibus fidem faciat, et sit presentibus laudabile testimonium et utilis memoria futurorum. Inde est quod nos Conradus divina favente clemencia Romanorum in regem electus semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex casum humane nature ante mentis nostre oculos revolventes, licet infirmitate gravati, sani tamen mente, lingua[a] et memoria compotes etc.

10 **345.** a) ligua 1.

# HEINRICI ANTIREGIS CONSTITUTIONES.

## 346-350. ELECTIO REGIA.

1246. Apr. – Iun.

*Cum de ipsa Heinrici Rasponis landgravii Thuringiae die Maii 22 celebrata electione scripta nulla exstent, sistimus hic epistolas tres Innocentii IV. ante electionem datas et duas antiregis post electionem emissas, quae ad eam pertinent.*

### 346. *INNOCENTII IV. EPISTOLA AD ARCHIEPISCOPOS ET ALIOS PRINCIPES TEUTONIAE. Apr. 21.*

*E Registri tomo I, 301, lib. III, cur. 4 dedit Raynaldus in Annalibus ecclesiasticis a. 1246 § 2, quem secuti sunt Pertz et Rodenberg II, nr. 159. De hac epistola cf. ea quae iam olim disserui 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XX, 331 et ea quae nuper argute protulit Rodenberg p. 121 not. 1. — Huillard-Bréholles VI, 400. Potthast, Reg. pont. Rom. 12071. Berger, Les registres d'Innocent IV. 1969. Böhmer, Reg. imp. V, 7609. (P. 361.)*

Archiepiscopis et nobilibus viris aliis, principibus Theutonie, habentibus potestatem eligendi Romanorum regem, in[a] imperatorem postmodum promovendum.

Quia inter ceteros orbis principes honorem ecclesie ac imperii Romani tenemini specialiter procurare nosque firma credulitate speramus, quod ad exaltationem utriusque tanquam fide preclari et devotione sinceri sollicite intenditis et ferventer, eo confidentius vos ad id requirimus et hortamur, quo nostris in hac parte beneplacitis libentius et promptius vos credimus parituros. Hinc est, quod cum dilectus filius nobilis vir lantgravius Thuringie ad honorem Dei et ecclesie ac christiane religionis presidium imperii predicti negotium assumere sit paratus, universitatem vestram monemus, rogamus et hortamur attente mandantes, in remissionem peccaminum iniungendo, quatenus de gratia Spiritus sancti confisi eundem lantgravium in Romanorum[b] regem, in[c] imperatorem postmodum promovendum, cum prefatum imperium ad presens vacare noscatur, unanimiter absque dilationis dispendio eligatis, intendentes sibi fideliter et constanter ac viriliter assistentes ad laudem et gloriam domini Iesu Christi, catholice fidei et ecclesie libertatis augmentum et tranquillitatem totius populi christiani. Nos enim eiusdem imperii ac vestra et aliorum principum Theutonie negotia curabimus auctore Domino indefessa sollicitudine promovere.

Dat. Lugduni, XI. Kal. Maii, anno tertio.

**346.** a) *ita Berger;* et in *Rayn.* b) Romanum *Rayn.* c) et in *Rayn.*

**347.** *INNOCENTII IV. EPISTOLA AD REGEM BOHEMIAE. Apr. 21.*

*E Registri tomo I, 301—302, lib. III, cur. 5 unam partem exemplavit Pertz, alteram supplevit e Raynaldo a. 1246 § 3. Registrum et ipse adhibuit Erben 'Regesta Bohemiae' I, 539 nr. 1147. Riedelium autem, qui in Codice diplomatico Brandenburgensi II, 1, nr. 39 eandem epistolam ad marchiones Brandenburgenses datam protulit, ex epistola ad Bohemum data eam confecisse, comprobavimus 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XX, 332 not. 5. De principibus, ad quos paria exemplaria data sunt, cf. ea quae disseruit Rodenberg p. 122 not. 6. — Huillard-Bréholles VI, 401. Rodenberg II, nr. 160. Potthast, Reg. pont. Rom. 12072. Berger 1970. Böhmer, Reg. imp. V, 7610. (P. 362.)*

. . regi Boemie[1].

Quia inter ceteros orbis principes etc. ut supra in proxima usque: credimus pariturum. Hinc est quod serenitatem tuam monemus[a], rogamus et hortamur attente, in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatinus pie pensans, quam dura[b] persecutione Dei ecclesiam Fr. quondam Romanorum imperator olim afflixerit et adhuc concepte malitie prosecutor affligere non desistat, et quanta commotione guerrarum velut fervens pacis emulus quamplures provincias christianorum quassaverit et concutiat incessanter, considerans etiam, quod si prefato imperio fuerit divina operante clementia de catholico et devoto imperatore provisum, et ipsius ecclesie cessabit tribulatio et pacis tranquillitas reddetur populis christianis, totius diligentie studium adhibere procures[c], ut electio de Romanorum[d] rege in imperatorem postmodum promovendo unanimiter absque dilationis dispendio celebretur, ita quod ex hoc grande a Deo premium et uberiorem ab apostolica sede favorem consequi merearis.

Dat. ut in proxima.

In eundem modum episcopo Herbipolensi[2].
In eundem modum duci Bawarie[3].
In eundem modum nobili viro duci Brabantie[4].
In eundem modum nobili viro duci Saxonie[5].
In eundem modum nobili viro duci de Brusuwich[e, 6].
In eundem modum nobili viro marchioni Misnensi[7].
In eundem modum nobilibus viris marchionibus Brandeburgensibus[8].

**348.** *INNOCENTII IV. EPISTOLA AD PHILIPPUM LEGATUM. Apr. 22.*

*E Registri tomo I, 302, lib. III, cur. 6 partem unam exemplavit Pertz, alteram supplens e Raynaldo a. 1246 § 7. — Huillard-Bréholles VI, 402. Rodenberg II, nr. 161. Potthast, Reg. pont. Rom. 12073. Berger 1971. Böhmer, Reg. imp. V, 7611. (P. 362.)*

. . electo Ferrariensi.

Cupientes imperii negotium Romani, suffragante divina gratia, laudabiliter promoveri, discretioni tue, ut postquam de Romanorum rege in imperatorem postmodum promovendo extiterit[a] electio celebrata, universos tam ecclesiarum secularium et regularium prelatos quam principes et alios clericos et laicos per Theutoniam constitutos,

**347.** a) monemus — merearis *e Raynaldo.* b) dira *Erben.* c) procurares *Rayn.* d) Romano *Rayn.* e) *sic cod. pro* Brunswich.

**348.** a) extitit *Rayn.*

1) *Wenceslao I.* 2) *Hermanno.* 3) *Ottoni II.* 4) *Heinrico II.* 5) *Alberto I.* 6) *Ottoni Puero.* 7) *Heinrico.* 8) *Iohanni I. et Ottoni III.*

ut ei, qui electus fuerit, efficaciter intendant, fidelitatis iuramenta prestent ac omnia exhibeant que consueverunt ab eis Romanis regibus seu imperatoribus exhiberi, dictos prelatos et clericos monitione premissa per suspensionis ab officio, dignitate, honore ac beneficio sententiam, prefatos vero principes et laicos per penam spiritualem et temporalem valeas, si fuerit necesse, compellere, auctoritate presentium duximus concedendum[b]. Illis autem prelatis et clericis, quos propter hoc suspenderis, districte iniungas, ut infra certum terminum peremptorium quem eis prefixeris apostolico se conspectui personaliter representent, depositionis vel aliam, prout qualitas delicti exegerit, sententiam recepturi; denuntians ipsis, quod si forte in prefixo sibi termino non curaverint comparere, nos nichilominus contra eos ad depositionem vel penas alias, non obstante ipsorum absentia corporali, sicut expedire videbimus, procedemus.

Dat. Lugduni, X. Kal. Maii, anno tertio.

## 349. *EPISTOLA AD MEDIOLANENSES.*

*E codice Guelferbytano 331 (Helmst. 298) saec. XV. fol. 29 dedit vir cl. Otto de Heinemann; ex eodem prius Hahn 'Collectio monumentorum' I, 247 nr. 27. — Huillard-Bréholles VI, 430. Böhmer, Reg. imp. V, 4866. (P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus dilectis fidelibus suis karissimis [Henrico] Advocato potestati Mediolanensi[1], consilio[a] et communi civitatis eiusdem gratiam suam et bonam voluntatem.

Antequam essemus assumpti ad illum[b] quem Deus nobis contulit apicem dignitatis, nos nostro fideli Guifredo de Habiate[c.2] ambaxatore vestro, viro provido et discreto ac litteris visitastis, qualiter cognovimus manifeste, sicut etiam nobis prius fama apud omnes celebris indicabat, quod vos in devocione sancte matris ecclesie constantissime persistentes promotionem honoris nostri et reformationem imperii non modicum affectatis. Super quo graciarum vobis uberes exolvimus actiones. Volentes utique vobis dilectissimis fidelibus nostris que acta sunt circa reformationem imperii nunciare, per presentes litteras vobis esse volumus manifestum, quod tercia feria post Domini ascensionem principes[d] concordi et unanimi voluntate nos circa[e] Herbipolim nobilem imperii civitatem in regem Almanie et Romanorum principem elegerunt, nosque ob honorem Dei et sancte matris ecclesie Romane ipsam electionem acceptavimus in presenti ac onus et honorem imperii assumpsimus manifeste, de Christi misericordia et potencia fidei ac devotionis vestre necnon aliorum fidelium imperii potissime confidentes. Verum cum inter omnes imperii fideles vos specialissimos reputamus, sicut qui pondus diei et estus sustinuistis[3], vos prosequi proponimus omni gracia et favore. Universitatem ergo vestram monemus quanto possumus affectuosius et hortamur, quatenus cum ecclesie et imperii columpna sitis immobilis[f] ac provincie spectaculum et exemplar, in solita devotione Romane ecclesie et imperii constanter et viriliter persistatis, Fredericum quondam cesarem inimicum Crucifixi more solito impugnantes. Nos enim scutum et gladium ob Dei reverenciam et sancte matris ecclesie ereximus pro populo christiano. Speramus enim in Domino et in potencia virtutis eius sic confringere cornua[4] inimici, quod sancta mater ecclesia et populus christianus in sedula pace sede-

Mai. 22.

**348.** b) *hucusque e Raynaldo.*

**349.** a) conscilio *c.* b) illius *c.* c) habilitate *c.* d) et *add. c.* e) *sequitur* polim *iam deletum c.* f) immobiles *c.*

1) *patria Vercellensi secundum Giulini 'Memorie di Milano' VIII, 35.* 2) *Abbiate, seu Grasso seu Guazzone, provinciae Milano.* 3) *Cf. Matth. 20, 12.* 4) *Cf. Ephes. 1, 19 et Ps. 74, 11.*

bunt et requie gloriosa. Predictum G(uifredum) ambaxatorem vestrum, qui in conspectu nostro[g] favorabilis et gratiosus existit, usque in solennem principum curiam, die electionis nostre a nobis indictam, duximus retinendum. Qua celebrata ipsum favente divina gratia cum maioribus et melioribus remittemus vobis instructum.

5 Datum etc.

## 350. *EPISTOLA AD GREGORIUM DE MONTELONGO.* *Iun. 13.*

*Dedit e codice Cheltenhamensi 17396 saec. XIV.*[1] *vir cl. Liebermann. Inserta est epistolae Gregorii apostolicae sedis in Lombardia legati ad episcopum Tripolitanum datae, quae sic audit:* Venerabili in Christo patri Dei gratia Tripollitano episcopo Gregorius[a] 10 de Montelongo domini pape notarius, apostollice sedis legatus salutem in Domino. Transcriptum[b] litterarum, quas illustris vir et magnificus Henricus in Romanorum[c] regem ellectus nobis noviter destinavit, sub sigillo nostro vobis mittimus interclusum. *Orthographiam Italicam, qua scatet epistola, tacite correximus.* *(P. deest.)*

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus domino G(regorio) de 15 Montelongo domini pape notario et apostolice sedis per Lombardiam legato graciam suam et bonam voluntatem.

Cum rumor ingens laboris vestri[d], quem hactenus substinuistis in servitio Dei et sancte matris ecclesie, crebris[e] et repetitis vocibus pulsaverit aures nostras, nobilitati vestre tamquam intimo et precipuo nostro ea que circa reformationem imperii acta 20 sunt animo hilari duximus intimanda. Noscat itaque discrecio vestra, quod tercia feria post Domini ascensionem principes[f] concordi et unanimi voluntate nos circa Herbipolim[g] nobilem imperii civitatem in regem Allamanie et Romanorum[h] principem elegerunt[i]. Quam electionem de Christi misericordia et potentia Dei confisi acceptavimus nosque protectionis clipeum et defensionis obtulimus[k] populo christiano. Unde cum 25 magnanimitate[l] et potencia vestra[m] Lombardis et amicis ecclesie facta sit reconciliatio tempore oportuno, utpote qui fide vinctus, solicitudine circumspectus pro matre sancta ecclesia[n] pondus diei et estus substinuistis spiritu indefesso[o], fidelitatis vestre[p] magnanimitatem monemus [per] presentes et hortamur[q], ut in solitis operibus persistentes inimicum Crucifixi et nostrum, Fridericum[r] quondam cesarem, persequamini[s] viriliter 30 et potenter. Nos[t] est considerare[u], et de Dei misericordia et potentia virtutis eius ipsius cornua confringere subito credimus et speramus. Vos autem tanquam nobilem et amicum sancte Romane ecclesie specialiter amicum nostrum intimum et dilectum amplecti proponimus[v] speciali favore vestrisque[w] laboribus gracie[x] vicissitudine respondere.

Mai. 22.

35 Datum apud Wartberg[y], Idus[z] Iunii.

**349.** g) uestro *c.*

**350.** a) Guido *male c.* b) cosc̄ptū (circumscriptum) *c.* c) Romanum *c.* d) nostri *c.* e) crebus *c.* f) princeps *c.* g) Harbipollim *c.* h) Rome *c.* i) elligerunt *c.* k) oblivimus *c.* l) magnanimitas *c.* m) nostra *c.* n) sancte ecclesie *c.* o) in defenssio *c.* p) nostre *c.* q) ortamus *c.* 40 r) fidei *c.* s) prosequimini *c.* t) *an* Nostrum? u) *locus sane corruptus.* v) preponimus *c.* w) nostrisque *c.* x) gracia *c.* y) Barberg' *seu* Warberg' *c.* z) Iddus *c.*

1) *Cf. 'Neues Archiv' IV, 604.*

# 351. SENTENTIA DE FEODIS ECCLESIARUM.

(1246) Aug. 13.

*Dedit Böhmer ex autographo tabularii provincialis Leodiensis (Chartulaire de l'ancien chapitre de St. Lambert caps. VIII, arm. II, nr. 5), cuius sigillum deperiit; ex eodem etiam Huillardus, qui tamen cartam Heinrico regi filio Friderici II. et anno 1231 vindicabat. Apographon exstat in diplomatario ecclesiae Leodiensis codicis Vaticani 3881 saec. XVI. fol. 17', quod in calce praebet verba:* anno dominice incarnationis MCCXLV. — *Huillard-Bréholles III, 476. Böhmer, Reg. imp. V, 4873. (P. 362.)*

Heinricus Dei gracia Romanorum rex semper augustus. In sollempni curia nostra apud Frankenfort nuper celebrata per concordem[a] omnium principum ac aliorum nobilium qui aderant coram serenitate nostra fuit per sententiam diffinitum: ut si aliquis sine liberis decesserit feoda tenens ab ecclesia, libere ad ecclesiam eadem feoda revertantur.

Datum in sollempni curia apud Frankenfort, Idus Augusti, indictione IIII.

**351.** a) assensum *seu tale quid excidisse credit Huillardus.*

# WILHELMI REGIS CONSTITUTIONES.

## 352-355. ELECTIO REGIA.

1247. Oct. Nov.

*Cum etiam de Wilhelmi regis electione Oct. 3 celebrata documenta nulla supersint,* 5 *quatuor Innocentii IV. epistolas modo proponimus, quae de ipsa agunt, reiecta omnino ista forma suscipiendi cinguli militaris, quam Pertz e Chronico Iohannis de Beka (ed. Buchelius p. 77) receperat; quam opus falsatoris post natam bullam auream Karoli IV. esse, nemo iam non videt*[1].

### 352. *INNOCENTII IV. EPISTOLA AD RECTOREM S. MARIAE* 10 *IN COSMEDIN. (Oct.)*

*Praebent eam* 1) *codex Vindobonensis 409 (Philol. 61) saec. XIV. fol. 64' in collectione formularum, quae Baumgartenbergensi succedit, e qua edidit Bärwald 'Fontes rerum Austriacarum' II, 25, 430;* 2) *codex Vindobonensis 590 (Philol. 305) saec. XIV, nr. 102 fol. 93', quem contulit vir d. Tangl;* 3) *codex Wilheringensis pars I, nr. 91, quem exem-* 15 *plavit Chmel. Qui tres codices textum dant multo ampliorem quam* 4) *Chronicon Iohannis de Beka ed. Buchelius 77. 78 (= Fontes rerum Germanicarum II, 435; ed. Furmerius p. 66), quod tamen inscriptionem servavit. Bekam textum genuinum epistolae decurtasse*[2], *mihi certo certius non esse videtur; fortasse ampliavit eum collector quidam formularum. Quare ea, quibus codices 1—3 abundant, uncis inclusimus. — Potthast, Reg. pont. Rom. 12734.* 20 *Böhmer, Reg. imp. V, 4886 et 7883.* *(P. deest.)*

Innocentius[a] episcopus servus servorum Dei rectori Sancte Marie in Cosmedin salutem et apostolicam benedictionem.

Confortare[b] nobiscum in[c] Domino fili karissime[d], qui tanquam vividum corporis membrum sincere[e] nosti sentire cum capite [prout[f] manus Domini successus ipsius 25 inmutat[g], nunc ei condolens nunc congaudens, et[h] inter angustias sollicitudinum et

352. a) Innocentius — benedictionem *in solo* 4; Cardinali 2; *inscriptio nulla in* 3; *rubrum in* 1: Papa significat regi ad singulare gaudium electionem de quodam comite in regem Romanorum factam electi personam multipliciter commendando. b) Confitere *male* 4. c) in Domino *des.* 4. d) *deest* 2—4. e) *pro* sinc. no. sent. 4: sentire nosti. f) prout — inmutat *des.* 1; prout — dilui et abstergi *des.* 4. 30 g) invitat 3. h) nunc *add.* 1.

1) *Versionem dialecti Germaniae inferioris e codice Darmstadiensi 2667 saec. XV. edidit Wasserschleben 'Zeitschrift für Rechtsgeschichte' XV, 144.* 2) *Haec est opinio viri d. Hintze 'Das Königtum Wilhelms von Holland' (Historische Studien XV) p. 143. 144.*

laborum, quibus pro interna pace ministrans forinsecus fatigaris, de consolatione dominica recreacionis levamen tuis circa plurima turbacionibus infundente, in iubilo festive[i] iucunditatis[k] exulta et[l] ex intimis gratulare! Etenim Dominus, qui iuste percutit[1] nos, ut sanet, et[m] misericorditer curat[n], ut eius iuvaminis simus munere iam sanati[o], quique[p] a sponsa sua quandoque serenitatem avertit, ut ad eam iterum se convertat in[q] claritate[r] leticie plenioris, misericordiam suam a nostro genere[s] non amovit, quin[t] immo ecclesie faciem, quam idem[u] Altissimus in obitu clare recordacionis[v] Heinrici[w] Romanorum regis[x] nubilo meroris[y] obduxerat, radio successive[z] consolacionis illustrans, suscitare dignatus est ei novum filium pro defuncto, per quem quidquid profluvii[a] lugubris in maxillam eiusdem[b] matris ecclesie[c] eruperat[d] de[e] repente sublato[2], indubitanter speratur dilui[f] et abstergi.] Nobis igitur iucunde[g] scribentibus iucundus[h] agnosce, quod V. Nonas[i] Octobris in curia iuxta Coloniam solemniter congregata karissimus in Christo filius noster Wilhelmus[k] comes Hollandie communi voto principum, qui in electione cesaris ius habere noscuntur[l], in Romanorum[m] regem, applaudentibus ceteris principibus[n], est electus, sicut per litteras regis eiusdem et dilecti filii[o] nostri Petri[p] Sancti Georgii[q] ad Velum aureum diaconi[r] cardinalis nobis[s] constitit manifeste. Porro ut super gaudium, quod de[t] prospere gesto negocio est agendum, tibi etiam de persona electi speciale[u] gaudium cumuletur: idem rex, sicut predicto[v] cardinale referente[w] cognovimus[x] et fama publica protestatur[y], est[z] quidem[a] fidelis[b] catholicus, animo prudens, milicia strennuus, propriis potens viribus, multorum principum consanguinitate et[c] affinitate connexus[d], iuventute fervidus[e], experiencia moderatus, gratus moribus et specie corporis in[f] oculis omnium graciosus. Quapropter speramus in Domino et in sue[g] potencia maiestatis, quod sub pedibus eiusdem regis[h] persecutore quolibet[i] velociter conculcato[k] et malignancium capitibus conquassatis, fides[l] catholica, pax ecclesie, tranquillitas orbis ac fidelium status debeant ab Omnipotente[m] per ipsum magnifice reparari. [Deinde[n] ut de ipsius regis[o] assumptione favorabili et solempni concipias, quantum sit de ipsius progressibus confidendum[p], electioni[q] eius noveris plurimos[r] de principibus tam ecclesiasticis quam mundanis personaliter affuisse, procuratores etiam[s] quorundam, qui absentes fuerunt ex causa necessaria vel honesta, qui dominorum suorum habentes plena mandata votivum pro illis interposuere consensum] preter[t] innumeros[u] nobiles[v] et magnates, qui[w] predicto[x] electo mox[y] capita subdiderunt. Hec igitur[z] dic et manda fidelibus, quos enim[a] nosti

**352.** i) festine 2. k) ioc. 1. 2 *semper*. l) et — gratulare *des.* 2. 3. m) et — sanati *des.* 1. n) curet 2. o) facti 3. p) qui 1. q) et 2. 3. r) karitate 2. s) genere nostro 2. t) quin immo *des.* 2. 3. u) idem Alt. *des.* 2. 3. v) memorie 2. 3. w) H. 2. 3. x) regis Rom. 2; regis Romani 3. y) moris 3. z) *pro* successive — dignatus est 2. 3: subiuncte consolationis illustrans et suscitans. a) pro fluvii 2. 3. b) eius vel 2. 3. c) *deest* 2. d) exsuperat 3. e) pro 1. f) dilui et *des.* 2. 3. g) tibi iucunda 4. h) iocundius 1. i) Kal. 1; Novembris 3. k) W. 1. 2; *deest* 3. l) dinoscitur 2. m) Romañ. 2; Romanum 3. 4. n) cet. pr. appl. 4. o) fratris 3. p) P. 2. 3; Chunradi 1. q) Georii 1—3. r) ad Vel. aur. diaconi *des.* 1; ad. v. a. dictus 3. s) *pro* nobis const. manifeste 1: constare lucide nobis cepit; constituit 3. t) *deest* 2. u) speciale *deest* 2. 3; cumuletur novum gaudium 4. v) eodem 2—4. w) signante 3; significante 2. x) percepimus 4; didicimus 2. 3. y) publica fama testatur 2—4. z) et 3. a) *deest* 2—4. b) fide 1—3. c) cons. et *des.* 1. d) conmixtus 2; connixus 3. e) et *add.* 2. 3. f) et 2. g) *pro* in sue 4: ipsius; 2. 3: in ipsius. h) *pro* eiusdem regis 1: regni eiusdem; 2. 3: regis eiusdem. i) quolibet *deest* 2—4. k) calcato velociter 2—4. l) fide 3. m) omni parte 1. n) Deinde — interposuere consensum *des.* 4. o) regni 1. p) confitendum 3. q) electionem 3. r) plurimis 2. s) quoque 2. 3. t) Nam et 4. u) nuntios 2; innumerabiles 4. v) magnates et nob. 2. 3; nobiles et *des.* 4. w) qui *deest* 4. x) huic 4; *deest* 2. 3. y) protinus 2. 3; protinus sua 4. z) ergo 4. a) enim *deest* 2—4.

1) *Cf. Deut. 32, 39.* 2) *i. e. Heinrico antirege.*

de hiis rumoribus gavisuros, quatenus[b] ipsos habeas gaudii tui socios et ipsi tibi[c] congratulentur audientes tanquam sui solacii nuncio et preconi.

Datum[d] etc.

**353.** *INNOCENTII IV. EPISTOLA AD CIVES COLONIENSES. Nov. 19.*

5 *E Registri tomo I, 552, lib. V, cur. 17 edidit Raynaldus in Annalibus ecclesiasticis a. 1247 § 6. — Rodenberg II, nr. 460. Potthast, Reg. pont. Rom. 12757. Berger 4066. Böhmer, Reg. imp. V, 7900.* *(P. 364.)*

Civibus Coloniensibus.

Sicut a Domino factum est, quod quasi ex insperato persona non tam digna quam 10 dignissima ad imperii fastigium est assumpta, ita credimus a Domino esse factum, quod Coloniensis civitas adeo famosa et celebris et quodammodo in Theutonie partibus singularis, prout sui magnitudine, nobilitate et potentia precellit alias civitates, sic in recipiendo et honorando personam ipsam, videlicet carissimum in Christo filium nostrum . .[a] regem Romanorum illustrem, spontanea voluit, super quo vobis gratiarum multimodas 15 actiones referimus, esse prior. Ex quo nos[b] et sedem apostolicam ac eundem regem tanto vobis fortius obligastis, quanto per hoc dinoscitur ipsius regis processus feliciter dirigi et status eius prospere sublimari. Cum igitur non incipientium sed usque in finem perseverantium sit corona, licet inter alios de virtute constantie et nomen habeatis et omen, quia tamen non nocet immisso subdere calcar equo[1], universitatem vestram 20 rogamus, monemus et hortamur attente, in remissionem vobis peccaminum imponentes, quatinus considerato prudenter quod prudentum est de virtute proficere in virtutem, sic in ipsius regis devotione firmitate inconcussa et solita persistatis, quod, proinde vobis favore apostolico et regio insimul accrescente, possitis apud Deum et homines de vestre[c] perseverantia fidei non immerito commendari.

25 Dat. ut supra[2].

**354.** *INNOCENTII IV. EPISTOLA AD CIVES MOGUNTINOS. Nov. 19.*

*Pertzii exemplar e Registri tom. I, 552, lib. V, cur. 18 confectum contulimus cum editione Meermani 'Geschiedenis van graaf Willem van Holland Roomisch koning' V, 21 nr. 19 ex eodem fonte proflua. — Rodenberg II, nr. 461. Potthast 12758. Berger 4067.* 30 *Böhmer, Reg. imp. V, 7901.* *(P. 364.)*

Civibus Maguntinis.

A nostra et apostolice sedis memoria numquam excidet, quanta pro ea pertuleritis, et constans devotio, quam in negotio ecclesie, prout experimento didicimus, habuistis hactenus et habetis; super quo vobis gratiarum quas possumus referimus actiones. 35 Licet autem de vestra simus inconcussa firmitate securi, ut tamen nostrum in exhortatione officium exequentes, nichil quantum in nobis est de contingentibus omittamus, universitatem vestram rogamus monemus et hortamur attente ac in remissionem vobis iniungimus peccatorum, quatinus continuantes in persona carissimi in Christo filii nostri . . regis Romanorum illustris solitam prefate sedis devotionem et constantiam 40 consuetam, sic eidem regi viriliter assistatis, quod proinde vobis divinum, apostolicum

**352.** b) ut 2. 3; quatenus — preconi *des.* 4. c) *pro* tibi — preconi 2. 3: tui solatii congratulentur auctori. d) Datum etc. *des.* 1—3.

**353.** a) . . *des. Rayn.* b) vos *Rayn.* c) fide *Rayn.; correxit Rod.*

1) *Cf. Ovidii Ex Ponto l. II, ep. 6 vers. ult. RODENBERG.* 2) *i. e.* Lugduni, XIII. Kal. 45 Decembr. anno V, *ut patet e nr. 456 apud Rodenberg II, p. 328.*

et regium favorem ac laudem hominum comparantes, de die in diem virtuosiores per effectum probemini et in tanto negotio fortiores.

Dat. ut supra.

### 355. *INNOCENTII IV. EPISTOLA AD PRINCIPES TEUTONICOS. Nov. 19.*

*E Registri tomo I, 553, lib. V, cur. 22 ediderunt Raynaldus 'Annales ecclesiastici' a. 1247 § 5 et Meerman V, 23 nr. 21. Epistolam non solum ad eos qui enumerantur principes datam esse, recte animadvertit Rodenberg. — Huillard-Bréholles VI, 575. Rodenberg II, nr. 464. Potthast 12759. Berger 4072. Böhmer, Reg. imp. V, 7903.*

*(P. 364.)*

. . archiepiscopo Maguntino[1] et eius suffraganeis.

Studium et sollicitudinem, quam in creatione carissimi in Christo filii nostri . . regis Romanorum illustris habuisse noscimini, dignis in Domino laudibus commendantes, gratiarum vobis quas possumus referimus actiones. Quia vero quanto maius est inceptum negotium, tanto ad felicem eius consumationem auxilio indiget potiori, fraternitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, in remissionem vobis peccaminum imponentes, quatinus, considerato prudenter quod non est in tam arduo negotio dormiendum, ad ea, que ipsi negotio expedire videritis, dantes opem et operam secundum prudentiam a Domino vobis datam eidem regi viriliter et potenter assistatis constantia consueta.

Dat. Lugduni, XIII. Kal. Decembr. anno V.

In eundem modum . . archiepiscopo Coloniensi[2] et eius suffraganeis.
In eundem modum . . archiepiscopo Treverensi[3] et eius suffraganeis.
In eundem modum . . archiepiscopo Bremensi[4] et eius suffraganeis.
In eundem modum . . episcopo Herbipolensi[5].
In eundem modum . . episcopo Argentinensi[6].
In eundem modum . . episcopo Monasteriensi[7].
In eundem modum . . electo Spirensi[8].
In eundem modum . . duci Brabantie[9].
In eundem modum . . comiti Guelrensi[10].
In eundem modum . . comiti de Los[11].

---

## 356. PROMULGATIO VICARII IN LOMBARDIA.

(1248. Aug.)

*Edidit primus Hahn 'Collectio monumentorum' I, 255 nr. 31 e codice Guelferbytano 331 (Helmst. 298) saec. XV. fol. 1, quem denuo contuli. — Huillard-Bréholles VI, 654. Böhmer, Reg. imp. V, 4926.* *(P. deest.)*

Wilhelmus Dei gratia in regem Romanorum electus semper augustus nobilibus et prudentibus viris potestati, consilio et universo populo Mediolanensi, dilectis fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem.

1) *Sifrido III.* 2) *Conrado.* 3) *Arnoldo.* 4) *Gerhardo.* 5) *Hermanno.* 6) *Heinrico.* 7) *Ottoni.* 8) *Heinrico.* 9) *Heinrico.* 10) *Ottoni.* 11) *Arnoldo V.*

Postquam summe considerationis dispositio ineffabilis, que provide statuit ab eterno, ut suo ducantur nodo regiminis universa, nos ad suum et universalis ecclesie servitium evocavit — licet insufficientes forent nostre possibilitatis humeri pro culminis tanti sarcina subeunda — in eius tamen, cui placuit iuventutem nostram extollere, 5 favore confisi, cura vigili in solicitudine mentis assidua radios totalis nostre intentionis extendimus ad cuncta que Redemptoris gloriam, ipsius defensionem ecclesie ac nostrorum fidelium salutem respiciant et quietem. Vos igitur, qui per facti experientiam[a] favorem nostrum inter alios fideles imperii et gratiam meruistis, amplecti nostre celsitudinis brachiis intendentes ac vestri velut illorum, quos in gremio regie serenitatis inten- 10 dimus perpetuo conservare, gerere solicitudinem volentes et curam, ut membra dispositione capitis conserventur, ad opprimendam illorum sevitiam, per quos multa et varia diutius oppressionum genera subiistis, et recompensandos labores vestros retributione munerum liberali ad partes Italie regia vexilla victoriose dirigere duximus disponendum. Sed dum obsidio civitatis Aquensis nostrum retardaret adventum, dilectum principem 15 nostrum electum Spirensem imperialis aule cancellarium ad easdem partes providimus destinandum. Cuius presentiam utilem instanti promovendo negotio nobiscum retinentes ad tempus, ne aliqua medio tempore possint contingere nobis inferentia lesionem, nobilem virum R(einaldum) de Suppino comitem Romaniole dilectum fidelem nostrum, de cuius experta probitate confidimus, cuius sinceritatem nullius suggestionis perversio, 20 nullius conditionis impulsus nulliusque labes corruptionis contra devotionem ecclesie ac[b] fidelitatem nostram aliquibus potuit maculis denigrare, constituimus excellentie nostre vicarium in partibus Lombardie, eodem cancellario nostro nichilominus e vestigio properante, fidelitati vestre nostri culminis auctoritate mandantes, ut ei tamquam nobis in omnibus que ad imperiale dominium pertinent intendatis. Nos enim firma et 25 rata semper habebimus banna, statuta, sententias et precepta, que sua circumspectio duxerit proferenda, et ex nunc ipsa, ut in futurum validius observentur, presentis scripti robore confirmamus. Sic itaque sibi in persona nostra velut uni ex carioribus nostris membris plenam obedientiam exhiberi curetis, sicque in persona nostra ei honorem debitum impendatis, ut[c] cum in partibus illis presentiam nostram adesse contingerit, 30 fractis repagulis, que hucusque conceptum veniendi propositum retardarunt, ac inimicis victoriose nostro imperio subiugatis, gradatim quemlibet, velut suorum meritorum suffragia poposcerint, gratis beneficiis et dignis honoribus attollamus.

Dat. in castris[1] etc.

---

## 357. IURAMENTUM INNOCENTIO IV. PRAESTITUM.

35

### 1249. Febr. 19.

*Iuramentum, quod ad instar iuramenti Hagenowensis Friderici II. a. 1219 (supra nr. 66) formatum est, cum eius autographon in tabulario Vaticano reperiri non posset, nobis praebuerunt* 1) *transsumtum ab Iohanne de Amelio a. 1339 confectum, quod exstat* 40 *in tabulario secreto Vaticano, Arm. I caps. X nr. 18; contulit vir cl. Kehr;* 2) *editio Würdtweinii 'Nova subsidia diplomatica' XI, 22, quae nititur codice bibliothecae Vaticanae 6108,*

**356.** a) experigentiam *c.* b) ad *c.* c) et *superscr.* ut *c.*

1) *scil. apud Aquisgranum.*

*quem congessit saec. XV. ex. Onuphrius Panvinius*[1]*; 3) editio Theineri 'Codex dipl. dominii temporalis s. sedis' I, 127 nr. 234, qui quamvis praetendat, se edere 'ex originali et libro Privileg. Tom. I, fol. 30'', textum tamen pessimum praebet. — Huillard-Bréholles VI, 692. Böhmer, Reg. imp. V, 4964. (P. 365.)*

In nomine sancte et individue Trinitatis.* Ego **Willelmus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus** tibi domino meo sanctissimo et patri karissimo[a] **Innocentio** pape **quarto**[b] tuisque successoribus et ecclesie Romane, presentibus subscriptis principibus imperii et nobilibus, spondeo, polliceor, promitto et iuro: quod omnes possessiones, honores et iura Romane ecclesie pro posse meo bona fide protegam et servabo. Possessiones autem, quas[c] ecclesia Romana recuperavit, liberas et quietas sibi dimittam[d] et ipsam ad[e] eas retinendas bona fide iuvabo; quas autem nondum recuperavit, adiutor ero ad recuperandum, et recuperatarum secundum posse meum ero sine fraude defensor. Et quecumque ad manus meas devenient[f], sine difficultate restituere procurabo. Ad has pertinet tota terra que est a Radicofano usque Ceperanum, exarchatus[g] Ravenne, Pentapolis, marchia Anconitana[h], ducatus Spoletanus, terra comitisse Mathildis[i], comitatus Brittenorii[k] cum adiacentibus terris expressis in multis privilegiis imperatorum a tempore Lodoyci[l]. Has omnes pro posse meo restituam et quiete dimittam cum omni iurisdictione, districtu et honore suo[m]. Verumtamen cum ad recipiendam coronam imperii vel pro necessitatibus ecclesie ab apostolica sede vocatus accessero, de mandato summi pontificis accipiam procurationem ab eis. Adiutor etiam ero ad retinendum et defendendum ecclesie Romane regnum Sicilie. Tibi etiam domino meo Innocentio pape et successoribus tuis omnem obedientiam et honorificentiam exhibebo, quam devoti et catholici imperatores et reges consueverunt sedi apostolice exhibere[n]. Et si propter negotium meum Romanam ecclesiam oportuerit incurrere guerram, subveniam ei, sicut necessitas postulaverit, in expensis. Omnia vero predicta tam iuramento quam scripto firmabo, cum imperii fuero coronam adeptus.

Principes autem imperii et nobiles, quibus presentibus iuravi, sunt hii: Sifridus[o] archiepiscopus Maguntinus Germanie archicancellarius, Henricus electus Spirensis regalis aule cancellarius, Albertus comes de Dillingen[p], Ulricus comes de Wirtemberg[q], Conradus comes Silvester[r], Gerardus[s] comes de Diz[t], Emko[u] comes de Liningen[v], Anselmus marscalcus de Iustingen[w], Wernerus de Bolandia dapifer[x], Wernerus filius eius pincerna, Ulricus de Mincenberg[y] camerarius, Conradus de Smedevelt, Fridericus de Randenberg[z], Godefridus[a] de Bigen[b], Sifridus[o] de Runkel[c], Crafto[d] de Bochberg, Willelmus advocatus Aquensis[e], Wiricus de Dunen[f], et alii plures.

Dat.[g] in castris apud Engelheim, anno Domini millesimo CC quadragesimo nono, XI. Kalen. Martii, indictione septima, regni nostri[h] anno primo.

**357.** a) carissimo 2. 3. b) IV. 1. 2. c) quas autem 3. d) admittam 3. e) et 3. f) deveniant 3. g) hexarchatus 3. h) Ancoñ 1; Anchone 3. i) Mettildis 1; Matildis 3. k) Bretenorii 2; Britinorii 3. l) Ludovici 2. 3. m) *deest* 2. n) exibere 1. o) Sigefridus 2. p) Dilingen 1; Dinlingen 3. q) Werchenberg 1. r) Siluest̄ 1; Conradus Silvestri 3. s) Conradus 3. t) Dietz 2. u) Emicho 2; Eniko 3. v) Linengen 1; Lingen 3. w) Vinstingen 2; Instingen 3. x) et *add.* 2. y) Minzimberg 2; Mintemberg 3. z) Randemberg 3. a) Gotefridus 3. b) Bingen 2. c) viri nobiles *add.* 3. d) Crasto 3. e) aq²r 1; Aquar. 3. f) Duna 2. g) Datum 2. 3. h) (Regni vero nostri) *sic* 3.

1) *Cf. 'Archiv' XII, 256.*

# 358. SENTENTIA DE OFFICIIS ET POSSESSIONIBUS ECCLESIARUM.

1250. Iul. 1.

*Damus ex autographo, quod asservatur in tabulario regni Bawarici, Kaiser-Select 758, cui iam appendet parvum sigilli fragmentum loris membranaceis. Ex eodem ediderunt Monumenta Boica XXX, 1, 309. — Böhmer, Reg. imp. V, 5017. (P. 366.)*

Willelmus[a] Dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis imperii fidelibus hanc litteram inspecturis gratiam suam et omne bonum. Postquam dilectum principem nostrum B. Patauiensem electum de regalibus ipsius principatus investivimus auctoritate[b] regia ut tenemur, requiri coram nobis in sententia generali, prout iuris est et consuetudinis, postulavit: si omnia officia sua exceptis quatuor principalibus officiis de iure vacarent et forent pro suo beneplacito instituenda, dummodo per homines ecclesie sue eadem officia procuraret. Quod utique per sententiam principum et magnatum imperii adiudicatum ei extitit et ab omnibus approbatum, nisi forsan ex antiquo iure hereditario homines ecclesie aliqua officia possedissent. Ad hec petivit requiri in sententia generali: si predecessor suus, qui multos iam per annos in excommunicatione sorduit, a tempore confirmationis sue, quam a domino papa sanctissimo patre nostro ac eius legato domino P. Albanensi episcopo canonice est adeptus, aliquas possessiones ecclesie vendere, obligare aut alienare potuerit in ecclesie detrimentum ac ipsius electi preiudicium et gravamen. Et sententiatum fuit a principibus: quod nullo modo huiusmodi alienationes nec ecclesie nec electo dampnum aut preiudicium generarent. Item adiudicatum ei fuit per sententiam principum et magnatum, quod possessiones ecclesie sue preter iuris ordinem et violenter distractas posset et deberet licite revocare. Ad harum itaque sententiarum memoriam evidentem ac robur inposterum valiturum presentes litteras conscribi et sigillo nostro iussimus communiri.

Actum in castris apud Bopardiam, anno Domini MCC quinquagesimo, Kalen. Iulii, indict. VIII.

---

# 359. SENTENTIA DE FEUDIS POST CORONATIONEM REQUIRENDIS.

1252. Iul. 11.

*Autographon, quod asservatur in bibliotheca Parisina, Mélanges Colbert Carton 378, contulit vir d. Dopsch. Membranae appendent iam nunc sigilla octo, quae adeo laesa sunt, ut vir doctus aegre statuere posset, quorumnam principum essent; nonum iam deperiit. Sigilla sunt haec: 1. Wilhelmi regis, quod filis sericis rubri seu flavi coloris appendet; reliqua loris membranaceis affixa sunt. 2. Gerhardi archiepiscopi Moguntini, noscendum modo per contrasigillum, quod est secretum Gerhardi. 3. Hermanni episcopi Wirzburgensis.*

**358.** a) Wiltms *or.* b) auci *or.*

*4. Heinrici episcopi Argentinensis. 5. Heinrici electi Leodiensis*[1]*, cuius contrasigillum figuram hominis flexis genibus orantem repraesentat cum inscriptione* miserere mei deus. *6. Heinrici electi Spirensis. 7. Rudolfi cuiusdam clerici, formae parabolicae, cuius inscriptio adeo mutilata est, ut persona diffiniri non possit*[2]*. 8. Alberti ducis de Bruneswic, cuius scutum duos leones repraesentat. Transsumtum Nicolai episcopi Cameracensis et I. abbatis S. Autberti in Cameraco a. 1252. Iul. 25 datum exstat in tabulario Montensi, Trésorerie des chartes nr. 39, quod exemplavit Arndt; innovatio Rudolfi regis a. 1281. Aug. 5 facta in tabulario Insulano, quam contulit Bethmann. Sententiae nostrae confirmatae sunt ab Innocentio IV. a. 1252. Dec. 3 (Rodenberg III, nr. 171), qui paullo post a. 1253. Febr. 8 illam quoque sententiam, qua Conradus IV. rex in eadem curia Francofurtana ducatu Sueviae et reliquis bonis suis in regno Alemanniae privatus est, confirmavit (Rodenberg III, nr. 186). — Böhmer, Reg. imp. V, 5107. (P. 366.)*

Willelmus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus presentem paginam inspecturis gratiam suam et omne bonum. (1) Ad notitiam universorum volumus pervenire, quod nobis in generali curia nostra apud Frankenfort pro tribunali sedentibus, in presentia principum et magnatum imperii venerabilis .. Herbipolensis episcopus dilectus princeps noster, requisitus per sententiam diffinivit, quod postquam nos electi fuimus a principibus in Romanorum regem, per .. summum pontificem confirmati et consecrati ac coronati, prout moris est, sollempnitate qua decuit apud Aquis, patebant et competebant nobis de iure civitates, castra et omnia bona ad imperium pertinentia et quod omnes principes, nobiles et ministeriales principatus et feoda sua infra annum et diem a nobis requirere et relevare tenebantur. (2) Item venerabilis .. Argentinensis episcopus dilectus princeps noster eodem modo requisitus per sententiam diffinivit, quod omnes principes, nobiles et ministeriales imperii qui principatus et feuda sua infra annum et diem requirere et relevare a nobis contumaciter neglexerunt, omnia illa feuda et principatus nobis vacaverunt et vacant et de illis possumus disponere secundum quod nobis placuerit, retinendo nobis vel aliis in feudum concedendo. (3) Item venerabilis C. Coloniensis archiepiscopus dilectus princeps noster similiter requisitus per sententiam diffinivit, quod omnes principes, nobiles et ministeriales moniti et requisiti a nobis post nostram electionem et coronationem, sive quibus nos obtulimus viva voce vel per nostros nuntios et litteras, ut principatus et feuda sua a nobis reciperent, et intra sex septimanas et tres dies post huiusmodi monitionem, requisitionem sive oblationem recipere contumaciter neglexerunt, omnia feuda sive principatus nobis vacaverunt et vacant; et de illis possumus disponere [secundum] quod nobis placuerit, retinendo sive aliis in feudum concedendo. (4) Item predictus Herbipolensis episcopus requisitus per sententiam diffinivit, quod ex quo M.[3] comitissa Flandrie per annum et diem neglexit contumaciter requirere et recipere feuda sua, licet super hoc monita et requisita fuerit, de illis nos secundum voluntatem nostram potuimus libere ordinare, ea retinendo nobis vel in feudum aliis concedendo. Nos vero predictis sententiis diligenter auditis, ceteris

**359.** a) Wilłs *or.*

1) *Inscriptionis modo supersunt litterae:* . . . . . ATIAL . . . . ECCE . . ELECTI . *Heinricus electus Leodiensis, testante charta Böhmer, Reg. imp. V, 5108, curiae Francofurtanae intererat.* 2) *Supersunt haec:* RVDOLFI MII . . . ECCE . E . . ORC *(littera C dubia est; fortasse legendum est* RECTORIS*). Inter episcopos Germanicos huius temporis soli Swerinensi (Mikelenburgensi) Rudolfo nomen erat; at eius sigillum est diversum a. 1255 et certe etiam a. 1252; v. 'Meklenburgisches Urkundenbuch' II, nr. 746 et 693. De Radulfo Morinorum (Térouanne) episcopo cogitavit vir cl. Grotefend Swerinensis; at dubito num episcopus Gallicus rebus imperii interesse et sententias istas sigillo suo appenso confirmare potuerit. Cogitandum potius videtur de abbate aliquo, cum testantibus Annalibus Erfordensibus (SS. XVI, 39) abbates plures curiae Francofurtanae intererant.* 3) *Margareta.*

principibus et magnatibus approbantibus supradictis, terram de Namuco cum suis attinentiis, terram iuxta Scaldam, terram de Alost, terram de Wasia, et terram Quatuor Officiorum cum omnibus pertinentiis suis karissimo sororio nostro, nobili viro Iohanni de Avesnis, prout eadem comitissa ab imperio tenuit, in feudum concessimus 5 a nobis et imperio perpetuo possidendas. (5) Item predictus Coloniensis requisitus sententiavit, quod ex quo nos feuda, que comitissa predicta ab imperio tenebat, eidem Iohanni concessimus in feudum, ville, castra et alia bona ad dicta feuda pertinentia patere debent eidem Iohanni de Avesnis et ei debent homines predictarum terrarum fidelitatis facere iuramentum. Quas sententias ratas et gratas habentes, eas auctori- 10 tate regia confirmamus et eas precipimus observari. In cuius rei testimonium presentes litteras exinde conscribi et nostre maiestatis et aliorum principum et magnatum sigillis iussimus communiri.

Dat. in castris ante Frankenfort, V. Id. Iulii, indictione X, anno Domini MCCL secundo, regni vero nostri anno quarto.

---

15

# 360. CONVENTIO CUM ARCHIEPISCOPO MOGUNTINO.

## 1252. Aug. 4.

*Dedit Schwalm ex autographo tabularii regni Bawarici, Kaiserselect Nachtrag 60½, cui appendet sigillum regium parum laesum lora membranacea; in dorso leguntur manu* 20 *saec. XIV:* Lrā dn̄i regis super obligacione opidi Oppenh̄ et castri ibidem pro duobus milibus marcarum, *et manu saec. XV:* Ad Gauwiam m. m. — *Böhmer, Reg. imp. V, 5120.* *(P. deest.)*

Willelmus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis imperii fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. (1) Ut speciali 25 prerogativa favoris et gratie cognoscamur[b] amplecti dilectum principem nostrum Gerardum Maguntinum archiepiscopum et eius ecclesiam Maguntinam et purus regalis benignitatis affectus, quem ex cordis puritate gerimus et geremus favorabiliter erga ipsos, pateat universis, nos predicto archiepiscopo et eius ecclesie opidum Oppenheim ac castrum ibidem cum universis suis pertinentiis intus et extra pro duobus milibus 30 marcarum argenti de nostrorum consilio fidelium obligamus, ita quod ipse et eius ecclesia memorata opidum, castrum et alia omnia supradicta tamdiu teneant, donec prefata pecunia eis plenarie fuerit persoluta, fructibus in sortem minime computandis. Que omnia, dum dicta pecunia plene soluta fuerit, ad nostrum et imperii ius et dominium integre et libere revertentur. (2) Ipse quoque archiepiscopus, ut sue devo- 35 tionis integritas, quam erga nostram celsitudinem semper gessit hactenus inconcussam, affectu appareat pariter et effectu, bona fide promisit, quod contra Oppenheim et alios nostros rebelles et imperii vires suas et ecclesie Maguntine fideliter exercebit et eos publice diffidabit, ac omnia ea sive in Francia sive in Alemania vel alias pro iuribus suis operabitur efficaciter et constanter, que honorem et utilitatem nostram respicient 40 et ad exterminium facient eorundem. (3) Ut autem hii affectus mutui, quibus ex puritate cordis et animi sumus constanter astricti, nullo unquam tempore dissolvantur,

**360.** a) Wilł̄s *or.* b) cam *in rasura,* ur *corr. ex* us *or.*

Cunradus Sancti Guidonis Spirensis et Ludoicus Sancti Victoris Maguntini prepositi, Cunradus Silvester et A. de Waldeke comites, A. dominus de Dist, Wer. de Bolandia dapifer noster, G. Wlpes vicedominus de Rodensem et Sifridus dapifer de Rimberg, qui huic ordinationi intererant, fideliter promiserunt, quod si aliqua scintilla discordie inter nos ex casu aliquo fuerit exorta quod absit, ipsi illum qui discordie causam dederit ad requisitionem alterius impugnabunt et exurgent viriliter contra eum.

Dat. in castris ante Cubam, II. Non. Augusti, indictione X, anno Domini MCCL secundo.

# 361. CONSTITUTIO COMITIS ROMANIOLAE.

1253. Iun. 17.

*Dedit vir cl. Friedensburg e rotulo, qui asservatur in tabulario Vaticano Arm. D ord. 2 Fasc. 1 (Istrumenti miscellanei), qui continet transsumta a. 1255. Aug. 6 Arimini facta quatuor cartarum, quae sunt:* a) *Wilhelmi regis, Böhmer, Reg. imp. V, 5002;* b) *carta rectoris Romaniolae, qua Ariminensibus privilegia a. 1255. Aug. 6 confirmat;* c) *carta nostra;* d) *carta, qua Wilhelmus rex Ariminensibus constitutionem comitis Romaniolae promulgat* Dat. apud Hagam X. Kal. Iulii, indic. undecima, *Böhmer, Reg. imp. V, 5158. Rotulus humore admodum laesus est, ita ut scriptura cartae ultimae fere tota prorsus evanuerit*[1]. *Quae legi poterant, ea talia sunt quae res singulares seu graves nequaquam tradant, ideoque ea recudenda esse non duximus. Uncis inclusimus ea quae a viro cl. Friedensburg seu a nobis per coniecturas suppleta sunt. — Böhmer, Reg. imp. V, 5157.*
*(P. deest.)*

Willelmus[a] Dei gratia Romanorum rex semper [augustus] nobili viro Thomasio de Foliano domini pape nepoti et marescalco, dilecto familiari et consi[liario] suo, gratiam suam et omne bonum.

Romanus princeps tunc in suis subditis gloriatur, cum ipsorum devotionem ac fi[dem et con]stantie puritatem evidentibus indiciis experitur sicque pulchre pariter et decenter digne retributionis premio ipsorum fidelitas roboratur, ut ubi fides est per operis evidentiam declarata, ibi et merces per remunerationis premium dignissime perpetretur[b]. Sane quam carus et quam acceptus sis nobis quantumque apud celsitudinem nostram tuis exhigentibus laudabilibus meritis locum virtutis optineas, non oportet verborum sufragiis exprimi, [cum] evidentia veritatis exponat, utpote qui pro laude[c] nostri[c] nominis extollendi per indeffessas vires vigilanter elaboras, gratissima nobis obsequia favorabiliter impendere [satagendo]. Nos igitur obtentu summi pontifficis sanctissimi patris nostri, qui te intime brachiis dilectionis amplectitur tuique commodi et honoris inter ceteros sibi linea consanguinitatis coniunctos desiderare dinoscitur incrementum, pensantes quod grandi te honorari premio convenit, cum id mereri noscaris multimoda bonitate, et tuis precibus prompta munificentia benignum impertientes assensum, tibi totum comitatum Romaniole cum omnibus iuribus, iurisdictionibus, possessionibus et pertinentiis suis tenendum, regendum et possidendum comittimus usque ad nostre beneplacitum voluntatis, cum ex morte quondam Rainaldi

**361.** a) Wills *c.* b) perpetiatur *c.* c) *non satis certum.*

1) *Ex eodem rotulo notitiam cartarum duarum ultimarum hausit etiam Tonini 'Rimini nel secolo XIII. ossia volume terzo della storia civile e sacra Riminese' (Rimini 1862) p. 222.*

de Supino[d], cui comiseramus eundem comitatum, idem comitatus vacare dicatur, statuentes ut de comitatu ipso in omnibus que ad nos ratione imperii pertinent te de cetero libere intromittas et de ipso disponas et ordines, prout tibi melius et utilius videbitur expedire; banna vero et statuta seu ordinationes, que ibidem duxeris ordi-
5 nanda, rata habentes et grata, promittimus ea inviolabiliter observare et faciemus ab universis et singulis observari, transmitentes tibi has litteras sigillo maiestatis nostre munitas in testimonium super eo.

Datum Midelborg, XV. Kal. Iulii, indictione undecima, anno Domini MCCL tertio.

---

# 362-366. SENTENTIAE
10 # CONTRA IUDICIA INIUSTA.

## 1253. Aug. 13 – Nov. 18.

*Sententiis duabus adiungimus duo mandata regis et cartam cassationis iudicii iniusti, quod scabini Leodienses excommunicati contra privilegium regium tulerant.*

**362.** *SENTENTIA IN FAVOREM ECCLESIASTICAE LIBERTATIS. Aug. 13.*

15 *Dedit Böhmer ex autographo tabularii Leodiensis. Exstat etiam in duobus cartulariis eiusdem tabularii, uno Sanctae Crucis fol. 352', altero quod olim erat Ferdinandi Henaux nr. 147. — Böhmer, Reg. imp. V, 5160. (P. 367.)*

Willelmus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis imperii fidelibus presentes litteras visuris graciam suam et omne bonum. Universitatem vestram
20 scire volumus, quod nobis pro tribunali apud Traiectum sedentibus quesitum extitit: utrum sententie late a scabinis vel quibuscunque aliis contra privilegia ecclesiis auctoritate imperatorum vel regum nostrorum predecessorum indulta[1] vim aliquam deberent habere vel firmitatem. Ad quod responsum extitit coram nobis per sententiam: quod huiusmodi sententie contra privilegia imperatorum vel regum ecclesiis, locis,
25 dignitatibus vel quibuscunque personis indulta a quibuscunque late nec vim habeant nec firmitatem. Unde nos auctoritate regia predictas sententias taliter ut dictum est latas revocamus et nullas esse penitus denunciamus.

Datum apud Traiectum, Idus Augusti, indictione undecima.

**363.** *MANDATUM AD EPISCOPUM LEODIENSEM. Aug. 13.*

30 *Edidit Böhmer in Actis imperii selectis 303 nr. 368 ex autographo tabularii Leodiensis. — Böhmer, Reg. imp. V, 5161. (P. deest.)*

Willelmus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili electo Leodiensi, principi et consanguineo suo karissimo, graciam suam et bonam voluntatem.

Maioris ecclesie ac aliarum ecclesiarum Leodiensium prelatis et capitulis acce-
35 pimus conquerentibus, quod scabini Leodienses contra privilegia a nostris prede-

**361.** d) Sirpino c.

1) *Agitur de privilegio Heinrici antiregis, cuius fit mentio in constitutione Heinrici electi Leodiensis a. 1253. Nov. 15 (ed. Bormans 'Recueil des ordonnances de la principauté de Liège' I, 49), quam Wilhelmus rex a. 1254. Febr. 13 et ipse confirmavit (Böhmer, Reg. imp. V, 5177; cf. ibid. 4874).*

cessoribus regibus et imperatoribus ipsis indulta temere venientes, servientem Heinrici de Froris[a] canonici Sancte Crucis in Leodio pro suo libito abiudicaverunt. Quare tibi in fidelitate nobis debita firmiter precipiendo mandamus, quatinus vocatis qui fuerint vocandi, veritatem super premissis diligenter inquiras, et si ita esse inveneris, tu predictorum scabinorum sententiam auctoritate nostra irrites et nullam esse denuncies, latores predicte sententie pena debita puniendo. Predictum servientem nichilominus sententia predicta ullo[b] modo ligari denunties et ipsum ad omnes actus legittimos, non obstante predictorum scabinorum sententia, facias et mandes admitti.

Datum Traiecti, Id. Augusti, indictione undecima.

## 364. *SENTENTIA CONTRA IUDICIA SCABINORUM EXCOMMUNICATORUM.* *Aug. 13.*

*Dedit Arndt e cartulario Henaux nr. 145, cuius exemplari usus est Winkelmann 'Acta imperii inedita' I, 445 nr. 549. — Böhmer, Reg. imp. V, 5162. (P. deest.)*

Willelmus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis imperii fidelibus presentes litteras visuris gratiam suam et omne bonum. Universitatem vestram scire volumus, quod nobis pro tribunali apud Traiectum sedentibus quesitum extitit: utrum sententie late a scabinis vel quibuscumque aliis post excommunicationis sententiam in eos promulgatam vim aliquam deberent habere vel firmitatem. Ad quod responsum extitit coram nobis per sententiam: quod huiusmodi sententie post excommunicationis sententiam late nec vim habeant nec firmitatem. Unde nos auctoritate regia predictas sententias taliter ut dictum est latas revocamus et nullas esse penitus denunciamus.

Datum[a] apud Traiectum, Idus Augusti, indictione XI.

## 365. *MANDATUM AD EPISCOPUM LEODIENSEM.* *Aug. 13.*

*Dedit Arndt e cartulario Henaux nr. 144, cuius exemplari usus est Winkelmann l. c. 445 nr. 550. — Böhmer, Reg. imp. V, 5163. (P. deest.)*

Willelmus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili electo Leodiensi, principi et consanguineo suo karissimo, gratiam suam et omne bonum.

Maioris ecclesie ac aliarum ecclesiarum Leodiensium prelatis et capitulis accepimus conquerentibus, quod scabini Leodienses post excommunicationis sententiam in ipsos promulgatam servientem Heinrici de Forires[a] canonici[b] Sancte Crucis in Leodio pro suo libito abiudicaverunt. Quare tibi in fidelitate nobis debita firmiter precipiendo mandamus, quatinus vocatis qui fuerint vocandi, veritatem super premissis diligenter inquiras et si ita esse inveneris, tu predictorum scabinorum sententiam auctoritate nostra irrites et nullam esse denuncies, latores predicte sententie pena debita puniendo. Predictum servientem nichilominus sententia predicta nullo modo ligari denuncies et ipsum ad omnes actus legitimos, non obstante predictorum scabinorum sententia, facias et mandes admitti.

Datum[c] Traiecti, Idus Augusti, indictione undecima.

**363.** a) *seu* Frons *or.; emendandum esse videtur secundum nr. 366:* Ferrires. b) *sic or.*
**364.** a) Data *c.*
**365.** a) *an* Ferrires? *v. nr. 366.* b) canonicum *c.* c) Data *c.*

**366.** *CASSATIO IUDICII INIUSTI. Nov. 18.*

*Edidit Böhmer in Actis imperii selectis 303 nr. 369 ex autographo tabularii Leodiensis. — Böhmer, Reg. imp. V, 5169.* *(P. deest.)*

Willelmus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii 5 fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum. Ad notitiam universitatis vestre volumus pervenire, quod cum nos dudum apud Traiectum presentibus quibusdam principibus et aliis magnatibus pro tribunali in nostra curia sederemus, quesitum fuerit sententialiter diffiniri: utrum sententie a quibuscunque scabinis vel aliis late contra privilegia a nostris predecessoribus divis imperatoribus seu regibus quibus-10 cunque indulta alicuius debeant existere firmitatis. Ad quod responsum fuit et iudicatum sententialiter coram nobis: quod huiusmodi sententie nullius roboris vel firmitatis existunt. Sane pro parte dilectorum filiorum nostrorum, cleri civitatis Leodiensis, culmini nostro fuit oblata querela, quod* scabini civitatis eiusdem Colinum famulum Henrici de Ferrires canonici Sancte Crucis Leodiensis contra privilegia ab impera-15 toribus predecessoribus nostris ipsis concessa temere abiudicarunt pro sue libito voluntatis. Nos venerabili H. Leodiensi electo, dilecto principi et consanguineo nostro, mandavimus, ut super hiis inquisita diligentius veritate, si rem inveniret ita esse, sententiam ipsam tamquam inique latam auctoritate nostra penitus nullam esse denuntians, predictum Colinum ad omnes actus legitimos denuntiaret legitime admittendum. 20 Cumque dictus electus volens in hac parte regie maiestati deferre, licet sibi plene constaret de omnibus supradictis, prout suis nobis litteris intimavit, ad nos remitteret dictum negotium terminandum, nos eorundem electi et cleri precibus inclinati predictam sententiam denuntiantes penitus nullam esse, ipsam viribus carere decernimus et dictum Colinum, predictorum scabinorum sententia non obstante, ad omnes actus legitimos 25 habilem denuntiamus legitime admittendum.

Datum Leyde, XIIII. Kal. Decembris, indictione XII, anno Domini MCCLIII.

---

# 367. SENTENTIA CONTRA INIUSTA TELONEA.

## 1253. Aug. 21.

*Dedit Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 73 nr. 79 secundum exemplar viri 30 cl. de Mülverstedt e Copiario IVa, fol. 62' tabularii regii Magdeburgensis confectum. — Böhmer, Reg. imp. V, 5165.* *(P. deest.)*

Wilhelmus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum. Cum pluries coram nobis sententiatum exstiterit et comuniter approbatum, ut nulli liceat nova 35 theolonia nisi de manu imperii et licentia speciali ponere nec inconsueta et iniusta eciam extorquere, nos cupientes predictas sententias[a] utpote rite latas ab omnibus inviolabiliter[b] observari[c], presenti edicto iterato districtius inhibemus, ne quis nova theolonia ponere audeat nec inconsueta et iniusta theolonia eciam a quoquam aliquatenus extorquere. Si quis vero contra hanc nostram inhibitionem venire pre-40 sumpserit, gravem celsitudinis nostre offensam se noverit incursurum.

Datum Leyde, XII. Kalendas Septembris, indictione XI, anno Domini MCCLIII.

**367.** a) summas *c.* b) inviolabiter *c.* c) observare *c.*

# 368. SENTENTIA DE CURIIS ET SALIS EPISCOPALIBUS NON INFEODANDIS.

1253. Aug. 22.

*Dedit iam olim Böhmer ex autographo tabularii Berolinensis 217. 17, quod e tabulario Magdeburgensi eo illatum est; praesto quoque erat exemplum viri cl. Wilmans, qui adnotavit, sigilli fragmentum filis sericis rubri et flavi coloris appendere. — Böhmer, Reg. imp. V, 5166.* *(P. 368.)*

Willelmus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, gratiam suam et omne bonum.

Coram nobis pro tribunali sedentibus sententiatum extitit et communiter ab omnibus approbatum: quod nullus in episcopali curia et sala ac ipsarum attinentiis ius feudale, quod wolge vulgariter appellatur, debet vel potest habere. Unde sub interminatione gratie nostre districtius inhibemus, ne quis veniens[a] contra dictam sententiam presumat asserere, se in huiusmodi curia et sala ac ipsarum attinentiis aliquod[a] ius habere. Quod qui fecerit, gravem nostre maiestatis offensam se noverit incursurum.

Datum Leyden, XI. Kal. Septembris, indictione XI, anno Domini MCCLIII.

---

# 369. SENTENTIA DE DEFENSIONE TERRAE ECCLESIAE.

1254. Ian. 8.

*Damus ex* 1) *editione Bormans 'Recueil des ordonnances de la principauté de Liège' I, 49, quae nititur apographo S. Lamberti nr. 250 saec. XVI, quod exstat in tabulario Leodiensi;* 2) *cartulario principatus Namucensis et Leodiensis, chart. saec. XV. fol. 5 tabularii Bruxellensis 'Cartulaires et Manuscrits nr. 16', e quo exemplavit Arndt, cuius exemplo usus est Winkelmann 'Acta imperii inedita' I, 446 nr. 551. — Böhmer, Reg. imp. V, 5174.* *(P. deest.)*

Willelmus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii[b] fidelibus presentem paginam inspecturis gratiam suam et omne bonum. Ad noticiam universorum volumus pervenire, quod nobis apud Antewerpiam[c] pro tribunali sedentibus, presentibus quampluribus nobilibus et magnatibus, ibidem ex parte venerabilis H. Leodiensis electi carissimi principis et consanguinei nostri requisitum extitit in iudicio coram nobis sentencialiter diffiniri: utrum villicus, scabini[d], iurati et cives Leodienses, quos ad nostram fecerat presentiam evocari, una cum eodem electo exire debeant et

**368.** a) *voces* veniens *et* aliquod *iam corrosas legi tamen quodammodo posse, adnotavit Böhmer;* aliud *pro* aliquod *male legebat Wilmans.*

**369.** a) Wilhelmus 1. b) Romani *add.* 1. 2. c) Andewerpiam 2. d) et scabinus 2.

ire in expeditionem[e] cum ipso ad defensionem[f] comitatus et terre[g] Haynonie[h], que est allodium beate Marie et beati Lamberti Leodiensis, contra comitem Andegavensem, qui terram ipsam hostiliter occupat et invadit[i], cum id hactenus facere recusarunt[k]. Ad quod[l] responsum[m] extitit et coram nobis sententialiter diffinitum: quod tam predicti villicus et scabini, iurati et universi cives Leodienses quam etiam omnes alii nobiles, comites[n], vassalli[o], ministeriales ecclesiarum omnium in imperio existentium et etiam civitates et opida tenentur[p] possessiones, bona, feuda[q] et allodia ecclesiarum contra invasorem quemlibet pro viribus defensare. Unde predicti villicus, scabini, iurati et universi cives Leodienses una cum predicto electo tam contra predictum comitem Andegavensem, quam contra alios quoscumque ad defensionem predicte terre in expeditionem[r] exire debent et magnifice properare. Quam sententiam ratam et gratam habentes eam auctoritate regalis culminis confirmamus et etiam precipimus inviolabiliter observari. Si quis autem[s] contra ipsam ausu temerario venire presumpserit, salvis aliis penis ei[t] infligendis[u] a nobis gravem celsitudinis nostre offensam incurret[v].

Datum Antwerpie[w], VI. Id. Ianuarii, indictione duodecima, anno Domini MCCL quarto.

---

# 370. SENTENTIAE DE BONIS NAUFRAGANTIUM ET DE FALSIS MONETIS.

## 1255. Febr. 6.

*Huius cartae insignis, in qua primum nuntiorum civitatum in curia regis existentium fit mentio, duo autographa exstant* 1) *tabularii civitatis Wormatiensis nr. 32, cuius sigillum deperditum est, filis sericis flavis relictis; exemplum Böhmeri contulimus cum editione novissima viri d. Boos 'Urkundenbuch der Stadt Worms' I, 173 nr. 258;* 2) *tabularii civitatis Coloniensis nr. 200, cuius sigillum laesum filis sericis viridibus appensum est; contulit denuo vir d. Schwalm; imaginem photographicam conspicias 'Kaiserurkunden in Abbildungen' VIII, tab. 18. — Böhmer, Reg. imp. V, 5218. (P. 371.)*

Willelmus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus presentem paginam inspecturis graciam suam et omne bonum. Ad notitiam universorum volumus pervenire, quod nobis apud Wormaciam pro tribunali sedentibus et presentibus venerabilibus G.[1] Maguntino archiepiscopo et R.[2] Wormaciensi episcopo, dilectis principibus nostris, quam pluribus comitibus, nobilibus et ministerialibus imperii nec non et sollempnibus nuntiis omnium civitatum pacis federe coniunctarum de Basilea inferius[a] et pacem[b] communiter generalem iurantibus, requisitum fuit in iudicio coram nobis de quadam consuetudine que inolevit in plerisque partibus regni Alamanie, que potest dici potius corruptela, ut cum contingit interdum aliquos predicti[c] regni pati naufragium, circumadiacentes patrie, superaddentes afflictionem

**369.** e) ire expedit' 2. f) denfentionem 2. g) et terre *des.* 2. h) Hanonie 2. i) impedit 1; evadit 2. k) recusavit 2. l) quos 2. m) . . . . 1. n) comitatus 2. o) vassali 1. p) teneñ et 2. q) feoda 2. r) expedieñ 2. s) igitur 2. t) eis 1. 2. u) infringendis 1; affligeñ 2. v) incurrat 2. w) Andewerpie 2.

**370.** a) de Basilea inferius pacis federe coniunctarum 2. b) et communiter pacem generalem 2. c) i regni pa *in rasura* 2.

1) *Gerhardo.* 2) *Richardo.*

afflictis, omnia bona naufragantium velut propria sibi vendicant et usurpant. Ad quod per eundem archiepiscopum sententiatum fuit et etiam diffinitum: quod talis consuetudo de cetero[d] cessaret omnino, cum detestabilis et perniciosa existat. Item requisitum fuit et per eundem archiepiscopum sententialiter diffinitum, ut omnis moneta adulterina et falsa penitus de cetero cesset nec aliquis abutatur predictis adulterinis et falsis monetis deinceps[e], sed utatur vera[f] et legitima moneta in locis singulis per imperium statuta[g] et concessa dumtaxat; et domini terrarum et locorum predictos falsarios et abusores in suo districtu eorum quilibet studeat[h] penitus amovere, predictos falsarios et abusores pena qua convenit et severitate debita percellendo[i] et etiam puniendo. Quas sententias omnes et singuli supradicti pari voto communiter[k] approbarunt et nos eas[e], utpote iustas et idoneas, ratas et gratas habentes eas auctoritate regalis culminis confirmamus et sanccimus atque precipimus eas ab universis et singulis inviolabiliter observari, presenti edicto sub interminatione gracie nostre districtius inhibentes[l], ne quis contra predictas sententias et confirmationis[m] et inhibitionis nostre tenorem venire presumat vel[n] ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit, gravem indignationem celsitudinis[o] nostre se noverit incursurum.

Datum Wormacie, VIII. Id. Februarii[p], indictione XIII, anno Domini MCCL quinto.

---

# 371. CONFIRMATIO PACIS.

## 1255. Mart. 10.

*Supersunt duo autographa* 1) *tabularii secreti reipublicae Bawaricae, eo illatum ut videtur e tabulario archiepiscopatus Maguntini; appensum est sigillum loris membranaceis; ipse iterum contuli;* 2) *tabularii civitatis Coloniensis nr. 201, cuius sigillum laesum filis sericis rubri et flavi coloris affixum est; contulit vir d. Schwalm. Ex 1 ediderunt Monumenta Boica XXX, 1, 321, ex 2 Ennen 'Quellen zur Geschichte der Stadt Köln' II, 344. — Böhmer, Reg. imp. V, 5235.* *(P. 372.)*

Wilhelmus[a] Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus presentem paginam inspecturis graciam suam et omne bonum. Cum disponente divina gracia[b] simus ad apicem regie dignitatis assumpti et temporalis gladii acceperimus Deo nobis propicio[c] potestatem, illius aciem sic extendere volumus et debemus, quod cunctorum iura per nostram sollicitudinem illibata serventur, cohercentes malos severitate debita et condigna, bonos autem contra insultaciones malorum in sua iusticia confoventes. Sane cum ad deponenda inconsueta et iniusta thelonia super Renum divina suffragante clemencia generalis pax pie concepta fuerit et postmodum a quibusdam[d] ex nostris principibus et universis comitibus et nobilibus et sollempnibus nunciis omnium civitatum de Basilea inferius in nostra presencia nuper apud Wormaciam coniurata, ita videlicet ut quilibet, sive princeps vel comes aut

**370.** d) de cetero *des.* 2. e) *deest* 2. f) veris et legitimis monetis 2. g) statutis et concessis 2. h) studeat eorum quilibet 2. i) percellendo et etiam *des.* 2. k) communiter pari voto in nostra presentia 2. l) districtius inhibentes sub interminatione gratie nostre 2. m) nostre *add.* 2. n) eis *add.* 2. o) serenitatis 2. p) Actum Wormacie VIII. Id. Martii *perperam* 2.

**371.** a) Wilhs 1; Whs 2. b) clementia 2. c) propitio 2, *similia semper.* d) a quibusdam *in rasura* 2.

nobilis seu civis, burgensis, opidanus vel agricola sive villanus vel cuiuscunque condicionis existat, contentus de cetero[e] maneat iure suo: nos, ut christianus populus a diutinis bellorum et turbacionum laboribus temporibus nostris in amenitate pacis respiret, omnem opem et operam apponentes predictam generalem pacem utpote salubrem 5 et piam auctoritate regalis culminis approbamus et presentibus duraturam in posterum confirmamus; sacro presenti edicto sub interminacione gracie nostre districtius inhibentes, ne quis predictam pacem ausu temerario infringere audeat vel in aliquo violare. Si quis vero inventus fuerit temerarius violator, volumus et presenti scripto sanccimus, ut deposita primo coram nobis vel iusticiario nostro querela de ipso, tunc cives et 10 alii qui pacis federe sunt astricti de nostro vel nostri iusticiarii consilio, assensu pariter et favore contra violatorem huiusmodi procedere non omittant.

Dat. apud[f] Hagenouwe[g], VI. Id. Marcii, indictione XIII, anno Domini MCCL quinto.

---

# 372. 373. PROMULGATIO IUSTITIARII 15 GENERALIS.

## 1255. Mart. 21.

### 372. *MANDATUM GENERALE.*

*Apographon exstat in tabulario aulico Taurinensi Invent. Sabaud. Convolutum apographorum a. 1218—1260 fasc. I nr. 23, in transsumto Heinrici episcopi Argentinensis* 20 *a. 1255. Mai. 6 confecto, quod ediderunt* (K) *Kopp 'Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen' VI ('Urkunden zur Gesch. der eidgenössischen Bünde' II), 103 nr. 29 (= Fontes rerum Bernensium II, 391) et* (W) *Wurstemberger 'Peter II. Graf von Savoyen' IV, 193 nr. 391. — Böhmer, Reg. imp. V, 5247. (P. deest.)*

Willelmus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii 25 fidelibus, venerabilibus[a] archiepiscopis, episcopis et abbatibus, marchionibus, ducibus, principibus imperii, comitibus, nobilibus, vassallis, ministerialibus, civibus civitatum ceterisque imperii fidelibus, ad quos littere iste pervenerint, gratiam suam et omne bonum.

Cum pro tranquillo statu nostrorum et imperii fidelium nobilem virum A.[1] comitem 30 de Waldecke karissimum familiarem et fidelem nostrum, non valentes locis singulis personaliter interesse, generalem iusticiarium nostrum et rei publice duxerimus statuendum, universitatem vestram monemus, requirimus et rogamus attente[b], auctoritate vobis regalis culminis[c] demandantes, quatinus eidem tamquam nobis ad plenum intendere, parere ac obedire curetis, prestantes eidem loco nostri homagium et fidelitatis 35 debite iuramentum et iuxta[d] ipsius[e] consilium fideliter conparentes[f], donec ad vos personaliter veniamus.

Datum Wetflarie[g], XII. Kal. Aprilis, indictione terciadecima.

**371.** e) decetero 2. f) *deest* 2. g) Hagenowe 2.

**372.** a) sacri — venerabilibus *des. K.* b) *deest W.* c) culmine *W.* d) *pro* iuxta *W lacunam* 40 *indicat.* e) qm. *W.* f) conparantes *K. W.* g) Wetslarie *W.*

1) *Adolfum.*

### 373. *MANDATUM SPECIALE.*

*Autographon tabularii olim Coloniensis, nunc Dusseldorpii asservatum edidit Lacomblet 'Niederrheinisches Urkundenbuch' II, 223 nr. 412, denuo contulit vir cl. Harless. Aliud authentici apographon exstat in transsumto tabularii Taurinensis modo ad nr. 372 laudato, editum a* (K) *Koppio l. c. (= Fontes rerum Bernensium II, 392) et a* (W) *Wurstembergero l. c. p. 194. Hic autem textum ope exempli autographi Dusseldorpiensis, quod cum ipso communicaverat Böhmer, supplevisse videtur. — Böhmer, Reg. imp. V, 5246.* 5
*(P. deest.)*

Willelmus Dei gratia Romanorum[a] rex semper augustus universis sacri imperii fidelibus presentem[b] paginam inspecturis gratiam suam et omne bonum. Cum pro 10 tranquillo statu nostrorum et imperii fidelium nobilem virum A. comitem de Waldeke[c] carissimum[d] familiarem et fidelem[e], non valentes locis singulis personaliter interesse, generalem iustitiarium nostrum et rei publice duxerimus statuendum, universitati vestre presentibus demandamus publice protestantes, quod omnem obligationem et ordinationem, quam sub suo sigillo duxerit cum aliquo faciendam, ratam habere promittimus 15 atque firmam, donec nostro sigillo hec duxerimus roboranda. In[f] cuius rei testimonium presentes litteras exinde conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Datum Wetflarie[g], XII. Kal. Aprilis, indictione tertiadecima.

---

## 374. SENTENTIA DE NON ALIENANDIS BONIS ABBATIARUM. 20

### 1255. Iul. 27.

*Dedit vir cl. Keller ex autographo tabularii regii Monasteriensis, Fürstabtei Corvey nr. 101, cuius sigillum deperditum est, lora membranacea relicta. — Böhmer, Reg. imp. V, 5266.* *(P. 373.)*

Willelmus Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis sacri imperii 25 fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Ad notitiam universorum volumus pervenire, quod nobis nuper apud monasterium Egmundense pro tribunali sedentibus requisitum fuit in iudicio coram nobis per sententiam diffiniri: utrum aliquis abbas princeps imperii bona et feuda sui monasterii sine consensu sui capituli vendere valeat, alienare, distrahere vel donare. Ad quod responsum fuit et 30 in nostra presentia sententialiter iudicatum: quod nec vendere vel alienare aut distrahere seu donare potest aliqua feuda vel bona sui monasterii, non requisito consensu nostro[a] et sui[b] capituli et obtento. Unde cum sit id[c] iuri consonum et consentaneum rationi, nos sententiam ipsam ratam et gratam habentes, auctoritate regalis culminis confirmamus eandem et ab universis et singulis mandamus ipsam inviolabiliter observari. 35

**373.** a) *pro* Romanorum — augustus *K:* etc. b) *pro* presentem — bonum *K:* etc. c) Waldecke *K. W.* d) karissimum *K. W.* e) nostrum *add. K. W.* f) In — communiri *des. K.* g) Wetslarie *W.*

**374.** a) *in rasura or.* b) *supra lin. add. or.* c) i *in rasura or.*

Si contra factum fuerit, ex [tu]nc[d] decernentes irritum et inane nec alicuius habere roboris firmitatem.

Datum apud monasterium Egmundense, VI. Kal. Augusti, indictione XIII, anno Domini MCCL quinto.

---

# 375. CONFIRMATIO PACIS.

## 1255. Nov. 10.

*Exstant quatuor autographa* 1) *civitatis Coloniensis, etiamnunc in ipsius tabulario asservatum, Urk. nr. 227, quod in cancellaria regia exaratum in dorso inscriptum est* Sancta Colonia *sigillumque praebet illaesum; contulit vir cl. Höhlbaum; edidit Ennen 'Quellen zur Geschichte der Stadt Köln' II, 360;* 2) *tabularii regni Bawarici, Kaiser-Select 799b, quod e tabulario Moguntino eo venit, nam in dorso legitur manu recentiore 'Hoch- und Erzstift Mainz' et manu saec. XV. ex. 'Konig Wilhelm von eyner eyntrechtikeyt wegen', sigillum parum laesum filis sericis appendet; ubique* ti *pro* ci *scribitur; ipse contuli;* 3) *item tabularii regni Bawarici, Kaiser-Select 799a, et ipsum e tabulario Moguntino profectum, quia in dorso eadem manu saec. XV. atque in 2 eadem inscriptio legitur; sigillum filis sericis appendens aliquantum plus laesum est; ipse contuli; ediderunt Monumenta Boica XXX, 1, 325;* 4) *civitatis Wormatiensis, in tabulario ipsius asservatum nr. 34, quod olim exemplavit Böhmer et edidit in Codice Moenofrancofurtano I, 95, nuper dedit minus correcte Boos 'Urkundenbuch der Stadt Worms' I, 176 nr. 265; sigillum laesum appendet lora lanea; exemplum accuratissimum receptum est in Annalibus Wormatiensibus SS. XVII, 58. Adnotandum est, autographa 3 et 4 abundare vocibus nonnullis, in 1 et 2 fortasse consilio suppressis, quas uncis inclusimus. — Böhmer, Reg. imp. V, 5282.*

*(P. 375.)*

Wilhelmus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis, dilectis fidelibus suis, graciam suam et omne bonum. (1) Gracias agimus domino Deo nostro, graciarum omnium largitori, pro eo quod, clamoribus pauperum[1] bellorum et guerrarum[a] temporibus ex affliccione continua per perversorum tirannidem[b] miserabiliter oppressorum[c] auditis paterne et misericorditer exauditis, tranquillitatem et pacem, que iam dudum exilium passa est, largiflua sue pietatis gracia per ministerium et labores humilium maxime hiis diebus, quibus Romani regni gubernacula feliciter obtinemus, miraculose et potenter induxit et contulit toti mundo ad laudem et gloriam sui nominis ac salutem et commodum[d] tocius populi christiani. (2) Nos igitur in nomine domini nostri Ihesu[e] Christi pacem instauratam salubriter et consulte iuratam totis affectibus et puro corde zelantes auctoritate maiestatis regie confirmamus, volentes et desiderabiliter affectantes, ut clerici seculares, monachi, moniales et omnes religiosi cuiuscunque ordinis, laici eciam et Iudei huius pacis et tranquillitatis commodo[d] gaudeant perpetuo et fruantur. (3) Ut autem inter nobiles terre et civitates non possit dissensionis et[f] discordie scrupulus[g] suboriri, per quem hoc sanctum pacis negocium impediri valeat vel turbari, de concordi consensu[h] et

**374.** d) *foramen in or.*

**375.** a) gverrarum 1; gᶜrarum 2; gwerrarum 3. 4. b) tyrannidem 4. c) obpressorum 2—4. d) comod. 2—4. e) Iesu 4. f) vel 2. 4; dissensionis et *des.* 3. g) scupulus 1. h) cons. concordi 3.

1) *Ps. 9, 13.*

unanimi voluntate nobilium et eciam civitatum ex matura deliberacione nostri consilii sic decrevimus statuendum, ut nobiles et domini terre iudiciis suis iuste utantur ac iura sua per omnia obtineant sicut debent, ab illis eciam hominibus, qui in eorum iurisdiccionibus commorantur, ea servicia et iura recipiant et requirant, que ipsi et progenitores eorum ante triginta vel quadraginta seu quinquaginta annos iuste facere consueverunt, et illis eciam ipsi domini sint contenti. (4) Omnes eciam [ecclesie][i] civitates [et oppida][k] et earum quelibet iuxta specialia iura sua gaudeant [perpetuo][l] et fruantur pacifice et quiete illis libertatibus, honoribus et iuribus generalibus et specialibus, que obtinuerunt hactenus ex antiquo. (5) Si autem nobiles et domini predicti per civitates sibi illatas iniurias conquerantur, ipsi propter hoc nullum captivabunt ex eis nec eorum pignora capient nec eciam ex motu proprio contra ipsos procedent aliquatenus ad vindictam, sed coram nobis vel A. comite de Waldecke[m] nostro iusticiario[n], aut . .[o] sculteto Bopardiensi[p], . . sculteto Frankenvordensi, . . Oppenheimensi[q], . . Hagenowensi . .[o] vel Columbariensi sculteto suas iniurias recto iudicio et per iustam sentenciam prosequentur. (6) Civitates eciam et[r] oppida[s] iniurias suas, si que ipsis illate fuerint, iusto iudicio, sicut premissum est, coram nobis vel aliis prosequentur; ita quod quilibet nobilis et unaqueque civitas et oppidum[t] recursum habeat ad iudicem unum de predictis plus sibi vicinum pro suis iniuriis prosequendis. (7) Si autem civitates et oppida propter negligenciam iudicis non poterunt iudicium et iusticiam obtinere, ex tunc nobiles et civitates propter observacionem pacis iurate totis viribus eorum collectis, contra illum[u] iniuriatorem procedent hostiliter nec ex eo pax censebitur[v] violata. (8) Si vero civitates vel oppida aliqua, nobiles vel quicunque alii pacem violaverint in aliquo predictorum, sub obtentu gracie nostre districtissime precipimus, ab omnibus pacis federe coniuratis procedi hostiliter contra illos, ut sic pax omnimodo[w] reformetur et in posterum inconcussa permaneat et illesa. (9) Ut autem hec salubria et iusta nostra statuta rata et firma permaneant et ab omnibus inviolabiliter observentur, has litteras regie maiestatis sigillo duximus roborandas.

Actum[x] apud Oppenheim[y], anno Domini MCCLV, in vigilia beati Martini, indictione XIIII[a].

**375.** i) e c c l e s i e *add.* 3. 4. k) e t o p p i d a (opida 4) *add.* 3. 4. l) p e r p e t u o *add.* 3. 4. m) Waldeke 4. n) iustiario 3. o) . . *in* 1 *bis desunt.* p) Bobardiensi 2; bopdieñ 3. q) Oppinhem̄ 2. r) *deest* 1. s) opid. 2. 4 *semper.* t) oppida 1. u) dictum 3. v) censibitur 3. w) omnimodis 2; omnimod' 3; ab omnibus 4. x) Act. 2. 3. y) Oppinheim 3.

# RICHARDI REGIS CONSTITUTIONES.

## 376–387. ELECTIO REGIA.

1256. Iun. 12. – 1257. Iun. 3.

### 376. *HEINRICI III. REGIS ANGLIAE EPISTOLA AD PRINCIPES.*

5 *1256. Iun. 12.*

*Dedit Rymer 'Foedera' I, 1, 342 e Pat. 40 Hen. III. m. 9. — Böhmer, Reg. imp. V, 5288.* *(P. deest.)*

Rex omnibus et singulis principibus Alemanniae salutem.

Mittimus ad partes vestras nobilem et prudentem virum Ricardum de Clare 10 comitem Gloucestriae et Herford' et dilectum senescallum nostrum Robertum Walerand, fideles nostros, pro quibusdam servitiis et negotiis nostris, vos rogantes attentius, quatinus ipsos super hiis recommendatos habere velitis, fidem plenam et indubitatam adhibentes eisdem in hiis, quae vobis exposuerint super servitiis et negotiis nostris praedictis.

15 In cuius etc.

Teste rege apud Westm', duodecimo die Iunii.

### 377. *LUDOVICI PALATINI PROMISSIO DE UXORE ANGLICA DOTANDA.*

*1256. Nov. 25.*

*Dedit Wittmann 'Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Geschichte'* 20 *V, 157 nr. 63 e membrana tabularii domus regiae Bawaricae, quae praeterea etiam nr. 378 et 380 continet ideoque ingrossatum harum trium cartarum habenda est. Denuo pariter atque nr. 378—382 benevolentissime contulit vir cl. Fridericus Leist Monacensis. — Böhmer, Reg. imp. V, 11765.* *(P. deest.)*

L. Dei gracia comes palatinus Rheni dux Bawarie. Noverint universi presentis 25 littere inspectores, quod ad contrahendum matrimonium cum filia fratris incliti viri .. regis Anglie legitima, vel si non esset, cum filia sororis eiusdem eciam legitima per tenorem presencium nos prestito iuramento secundum informacionem nunciorum nostrorum corporaliter obligamus, dantes eidem nomine dotis omnia bona nostra, que a fluvio qui dicitur Nax[1] inferius pro descensu[a] Rheni ad iurisdictionem nostram in

30 **377.** a) *legendum est* per descensum.

1) *Nahe.*

castris, opidis, villis, hominibus noscuntur et rebus aliis pertinere, hoc excepto, quod si dicta filia fratris memorati regis sive filia sororis eiusdem, que pro uxore nobis copulabitur, sine heredibus a nobis generatis decesserit, predicta bona dotalicia nostros ad heredes proximos revertantur. Ad cuius rei testimonium et robur perpetuo valiturum presentem litteram scribi et nostri sigilli fecimus munimine roborari. 5

Datum apud Furstinberch, anno domini MCC quinquagesimo sexto, septimo Kalend. Decembris, quinte decime indictionis.

## 378. *LUDOVICI PALATINI PROMISSIO DE CONIUGIO CONSUMMANDO. 1256. Nov. 26.*

*Edita est 'Quellen und Erörterungen' V, 158 nr. 65 ex eadem membrana ac nr. 377 et 380. — Böhmer, Reg. imp. V, 11766.* 10 *(P. deest.)*

L. Dei gracia comes palatinus Rheni dux Bawarie. Omnibus presencium inspectoribus volumus esse notum, quod nos per iuramentum super hoc prestitum nos obligamus ac per tenorem presencium protestamur, quod nos cum filia fratris regis Anglie sive sororis eiusdem, si filia fratris non fuerit, infra festum pentecostes proximum venturum matrimonialiter contrahemus. In cuius rei testimonium et robur presentem paginam sigilli nostri munimine roboramus. 15

1257. Mai. 27.

Datum anno dominice incarnacionis MCCLVI, mense Novembri, in crastino Katherine virginis.

## 379. *IOHANNIS DE AVESNIS PROMISSIO PALATINO FACTA DE PECUNIA SOLVENDA. 1256. Nov. 26.* 20

*Edidit Wittmann 'Quellen und Erörterungen' V, 159 nr. 66 ex autographo tabularii domus regiae Bawaricae. — Böhmer, Reg. imp. V, 11768.* *(P. deest.)*

. . Omnibus presencium inspectoribus Iohannes de Auennis miles, filius primogenitus M. comitisse Flandrensis [et] Hanonie illustris, salutem in vero salutari. Universitati vestre volumus esse notum, quod nos ab illustri principe domino nostro Rykardo comite Cornualie, fratre regis Anglie, ad partes Alymanie destinati pro negociis eiusdem ibitem[a] exequendis, ex speciali mandato ipsius filiam fratris regis Anglie seu sororis dicti regis, si filia fratris aliquo casu contingente non existat, magnifico principi Ludowico ducy Bauwarie et comiti palatino cum duodecim milibus marcarum sterlingorum legalium, duodecim solidis pro marca qualibet conputandis, ab ipso desponsandam dare promisimus in uxorem. De qua quidem summa pecunie quatuor milia marcarum eidem solvere promittimus et tenemur infra tres ebdomadas proximas post diem nativitatis Domini proximum venturum, assignantes eidem dicta quatuor milia marcarum apud Vorstenberg sive Woluesberg, residuum vero predicte pecunie videlicet octo milia marcarum eidem assignabimus in die, in qua electio regis Alymanie est a principibus celebranda, si dicta dies electionis observata fuerit infra pascha proximum venturum, sin autem, id est si dicta dies electionis infra pascha proximum non fuerit observata, dictam pecuniam in festo pasche proximo in locis antedictis, videlicet Vorstenberch sive Woluesberg, in integrum persolvemus. Ad predicta quidem inviolabiliter observanda iuramento super hoc a nobis prestito per presentes litteras nos obligamus, dantes in obsidem super predictis observandis unum filiorum nostrorum Baldewinum seu Buchardum[a], statuentes preterea ad maiorem cautelam fideiussores venerabilem dominum nostrum N. Cameracensem episcopum, Ottonem prepositum 25 30 35 40

Dec. 25. 1257. Apr. 8.

379. a) *sic or.* 45

Aquensem, Cunradum filium domini de Sleyda, Wiricum dominum de Duna, Henricum militem de Gymmenig. Qui se obligaverunt sub tali forma, quod si predicta tam solucio nominate pecunie quam alia a nobis promissa perducta non fuerint ad effectum, tam nos quam fideiussores nostri predicti Leodium intrabimus inde non exituri, quousque
5 dicto L. comiti palatino de predictis omnibus plenarie fuerit satisfactum. In cuius rei testimonium et robur presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Nos quidem fideiussores prenotati ad evidenciam maiorem ad predicta observanda per fidem datam nos fideiussorie obligavimus et hoc per appositionem sigillorum nostrorum presenti cedule declaramus seu protestamur.

10 Acta sunt hec presentibus et testibus viris nobilibus Conrado comite Siluestri et E. filio suo, Frederico de Sleyda, Alberone de Brucberg militibus, Wirico de Duna, Ph. de Honuels, Simone scholteto Confluentino, Bertolfo de Schilberg, pincerna C. de Erpach, Hermanno de Hegelenberge et filio fratris sui Engelshalco, Henrico de Brisingen, Kertefordo de Apulia et quam pluribus aliis tam laycis quam clericis.

15 Anno Domini MCCLVI, in crastino Katerine virginis.

## 380. *LUDOVICI PALATINI PROMISSIO DE ELECTIONE RICHARDI. 1256. Nov. 26.*

*Edita est 'Quellen und Erörterungen' V, 158 nr. 64 ex eadem membrana ac nr. 377 et 378. — Böhmer, Reg. imp. V, 11767. (P. deest.)*

20 L. Dei gracia comes palatinus Rheni dux Bawarie. Omnibus presencium inspectoribus volumus esse notum, quod nos iuramento corporali super hoc prestito magnificum principem Rikardum comitem Cornubie, fratrem regis Anglie, ad diem a conprincipibus nostris ac a nobis condictam seu prorogatam et observatam in regem Alymanie et Romani imperii gubernatorem eligemus et in ipsum exnunc inantea ex-
25 pressum ac manifestum prebemus ac prestabimus assensum nec[a] in alium, nisi dictum R. comitem Cornubie viam universe carnis ingredi contigerit, votum nostrum dirigemus, adiecto quod nos diei a conprincipibus nostris ac a nobis prefixe seu assignate, ut est premissum, personaliter intererimus adimplentes ibidem, que in supradictis promisimus per presenciam corporalem. In cuius rei testimonium et robur presentem paginam
30 sigilli nostri munimine roboramus.

Datum anno dominice incarnacionis MCCLVI, mense Novenbri, in crastino Katherine virginis.

## 381. *IOHANNIS DE AVESNIS PROMISSIO DE SICILIA CONRADINO DIMITTENDA. 1256. Nov. 26.*

35 *Ex autographo tabularii domus regiae Bawaricae, cuius sigillum deperiit, ediderunt Winkelmann 'Acta imperii inedita' I, 583 nr. 739 exemplo usus viri cl. Ficker et Riezler 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XX, 236 nr. 1. — Böhmer, Reg. imp. V, 11769. (P. deest.)*

Iohannes de Avennis, primogenitus filius comitisse Flandrie et Hannonie illustris,
40 omnibus hec visuris salutem in Domino. Noveritis, quod nos illustri viro Lvdewico Dei gracia comiti palatino ac duci Bawarie repromittimus et ad hec per presentes litteras obligamus, quod postquam dominus Richardus comes Cornubie in regem Alemannie fuerit electus, idem R. omnibus condicionibus [et] pactionibus quibuscunque super regno Sicilie et eius pertinenciis habitis renunciabit nec filium domini Chvnradi
45 vel eius heredes super dicto regno decetero molestabit et ipsum in iure suo, tam in

380. a) ne c.

ducatu Sweuie quam in aliis terris et allodiis que debet habere, fovebit et conservabit. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro fecimus communiri.

Dat. Fvrstenberch, anno Domini MCCLVI, VI. Kalendas Decembris, XV. indict.

**382.** *NICOLAI EPISCOPI CAMERACENSIS ET IOHANNIS DECLARATIO DE OBLIGATIONE PALATINI. 1256. Nov. 26.* 5

*Ex autographo eiusdem tabularii, cui iam appendet tantum sigilli Iohannis de Avesnis fragmentum, ediderunt Winkelmann l. c. I, 583 nr. 738 exemplo usus viri cl. Ficker et Riezler l. c. 236 nr. 2. — Böhmer, Reg. imp. V, 11770. (P. deest.)*

N. Dei gracia Cameracensis episcopus et Iohannes de Auennis, primogenitus illustris domine M. comitisse Flandrie et Hannonie, universis presentes litteras inspecturis salutem. Universitati vestre notum esse volumus, quod cum vir illustris Lodewicus comes palatinus Reni dux Bawarie iuramento corporaliter prestito ad eligendum magnificum principem R. comitem Cornubie, fratrem regis Anglie, ad diem a principibus condictam in regem Alemannie et Romanorum imperatorem nobis repromiserit et ad hoc se obligaverit, si dictus R. comes infra festum sancti Iohannis babtiste proximo venturum presentiam suam non exhibuerit vel per eum steterit, quominus in regem Alemannie, prout supra dictum est, eligatur, nos ipsum comitem palatinum predictum a predicta convencione sive promissione dimittimus liberum et solutum. Si vero per ipsum comitem palatinum sepedictum vel per alios coelectores steterit, quominus eligatur predictus R. comes, ad ipsum eligendum remanebit idem comes palatinus, sicut in litteris suis plenius elucescit, obligatus. In cuius rei testimonium presentes litteras duximus sigillorum nostrorum munimine roborandas.

1257. Iun. 24.

Dat. apud Bacheracum, anno Domini MCCLVI, mense Novembris, in crastino Katerine.

**383.** *PACTUM CUM ARCHIEPISCOPO COLONIENSI FACTUM. 1256. Dec. 15.* 25

*Dedit R. Wilmans b. m. ex autographo tabularii regii Berolinensis 217, 26, cui appendet sigillum Nicolai episcopi Cameracensis in dorso contrasigillum gerens, sigillo Iohannis iam deperdito. Autographo, quod lectu difficile est, usi sunt etiam Bodmann 'Codex epistolaris Rudolfi I. regis' 306, Kindlinger 'Sammlung merkwürdiger Nachrichten' 1, Lacomblet 'Niederrheinisches Urkundenbuch' II, 232 nr. 429. Exempla Kindlingeri adhibita sunt ad editionem nr. 383. 384. 387 in 'Zeitschrift für vaterländische Geschichte und Alterthumskunde' V, 129. 132. 133 parandam. — Böhmer, Reg. imp. V, 11771. (P. deest.)*

(1) Dominus Richardus frater regis Anglie bona fide promittet et litteras patentes sub suo et ipsius fratris sui regis dabit sigillis[a], quod omnia bona et iura, que ecclesia Coloniensis habuit et possedit a tempore Reynoldi, Phillippi et aliorum archiepiscoporum huc usque et que temporibus ipsius domini Richardi, cum ipse Domino annuente regnaverit, acquisierit Coloniensis archiepiscopus, beato Petro et ecclesie Coloniensi tuebitur bona fide et contra quemlibet invasorem deffendet potenter et patenter. (2) Item litteram suam dabit patentem, quod omnem offensam et rancoris materiam, quam dominus Petrus Capucius cardinalis sive curia Romana habent contra ipsum Coloniensem archiepiscopum, ipse R. in regem Romanorum promotus deponet infra festum penthecostes; quod si non fecerit, dabit ipsi archiepiscopo duo milia marcharum sterlingorum, tredecim solidis et quatuor denariis pro marca qualibet computatis, et

1257. Mai. 27.

383. a) sigill *or.*

ipse archiepiscopus conveniet cum predictis sicut potest, et pro hac summa pecunie ipse R. se per suas patentes litteras obligabit, et nichilominus ipse R. ipsum archiepiscopum non derelinquet durante discordia, et si ipse archiepiscopus infra dictum festum penthecostes vel post composuerit peccunia mediante, hanc ipse R. sibi refundet.
5 (3) Item dabit litteras suas patentes ipsi archiepiscopo, quod officiales seu iusticiarios, quos ipse dominus R. in regem promotus voluerit infra Mosellam, Aquisgrani et Tremoniam ordinare, de consilio et voluntate ipsius archiepiscopi idoneos ordinabit. (4) Item si quos nobiles, milites sive cives ad hec expedientes dictus R. in auxilium sibi acquirere voluerit, illos de voluntate et consilio ipsius archiepiscopi et Iohannis
10 de Auesnis acquiret. (5) Item quia ipse archiepiscopus propter presens negocium labores non modicos et expensas habuit et habere continget, dominus R. ipsius liberalitatis obsequium respiciens ipsi archiepiscopo infra octavam epiphanie proximo nunc futuram in suo periculo apud civitatem Coloniensem octo milia marcharum sterlingorum, tredecim solidis et quatuor denariis pro marca qualibet computatis, dabit et assignabit
15 eidem. (6) Item mille marce sterlingorum, tredecim solidis et quatuor denariis pro marcha, deponentur apud magistrum Andream scolasticum ecclesie Sancti Severini Coloniensis infra vigiliam sive diem nativitatis Domini nunc instantem, et dabuntur obsides pro duabus milibus marcis sterlingorum in computatione consimiliter[b] marce magne, in hunc modum, quod si ipse R. infra octavam epyphanie regni susceptionem
20 renuerit vel si ipse horum trium, videlicet Maguntini, Coloniensis et comitis palatini Reni, non fuerit electione contentus, ipse Coloniensis archiepiscopus pro laboribus et expensis ante habitis mille marcas apud ipsum scolasticum depositas retinebit, et obsides iacebunt, quousque duo milia marcarum fuerint persolute[c]. Si autem intromiserit se de regno, ille marce computabuntur in solutionem octo milium marcarum.
25 Quod si ipse[d] ante diem electionis non renuerit regni susceptionem et per ipsum Coloniensem electus fuerit, tenebitur ad solutionem septem milium marcarum, non obstante si ipse postmodum renuerit ipsum regnum. (7) Pro duobus autem milibus marcarum solvendis iuraverunt dare obsides dominus episcopus Cameracensis et dominus Iohannes de Auesnis filium domini de Moritania[e] et ipse I. filium suum proprium in
30 circoncisione Domini apud Bonnam ipsos presentandum, et nichilominus pro eisdem duobus milibus in crastino epiphanie Bonnam non monitus ipse Cameracensis episcopus intrabit, et ipse Iohannes, postquam de Anglia redierit, intrabit non monitus locum ipsum. Dabunt etiam prefati episcopus et Iohannes et dare iuraverunt in eiusdem epiphanie crastino obsides alios, hos videlicet: dominum Balduinum de Auesnis, Iacobum
35 de Bailliolo, Egidium de Berlainmont[f], quos similiter Bonnam presentabunt; et cum primis duobus obsidibus tenebuntur ibidem pro quinque milibus marcarum, et nichilominus primi duo obsides, postquam ipse R. electus fuerit, cum aliis tribus tenebuntur pro tota summa, videlicet septem milibus marcarum. Insuper ipse Cameracensis et Iohannes iacebunt ut fideiussores cum omnibus obsidibus prenominatis, et ita
40 iacebunt, quousque ipsa septem milia marcarum fuerint dicto archiepiscopo persoluta. (8) Item si prefatus R. infra supradictam octavam epiphanie regni susceptionem renuerit, ut superius est pretactum, ipse Coloniensis archiepiscopus, habitis nichilominus et pagatis sibi tribus milibus marcarum, ab ipsius R. obligatione penitus liber erit et quitus. (9) Item consilio ipsius archiepiscopi dabuntur quadringente marce. Hec[g]
45 et alia omnia, que promissa sunt hominibus archiepiscopi tam clericis quam laicis, infra octavam epiphanie persolventur eisdem, et pro eis erunt obsides et fideiussores nichilominus obligati. Et si aliquis fideiussorum et obsidum decesserit vel fuerit infirmatus, alter ponetur eque bonus. (10) Nos prenominati Nicholaus Dei gracia

Marginal notes: Ian. 13. (line 13); Dec. 24. 25. (line 17); Ian. 1. (line 30); Ian. 7. (line 31)

**383.** b) consimili *L. B. K.* c) persoluta *B.* d) *sic L. B. K;* prope *W.* e) *sic L;* Mo..tania *W;*
50 Mortavia *B;* Mortania *K.* f) *sic L;* Blainmont *W;* Blammont *B. K.* g) et hec *L. B. K.*

Cameracensis episcopus et Iohannes de Auesnis omnia superius enarrata iuravimus nos fideliter servaturos, et ea confitemur nos pro ipso domino nostro R. de Anglia promisisse, omni dolo et fraude exclusis, in signum et testimonium hanc litteram dantes ipsi archiepiscopo consignatam nostrorum munimine sigillorum.

Actum et datum apud Zudendorp, anno Domini MCCL sexto, feria sexta post festum Lucie. 5

## 384. *RICHARDI COMITIS CORNUBIAE PROMISSIO DE PACTO TENENDO.* *1256. Dec. 26.*

*Dedit Wattenbach ex authentico tabularii Berolinensis 217, 27, cui appendent sigilla Heinrici regis contrasigillum in dorso gerens et Richardi comitis secretum. Ex autographo* 10 *ediderunt etiam Bodmann l. c. 309, Kindlinger l. c. 8, Lacomblet l. c. II, 233 nr. 430. — Böhmer, Reg. imp. V, 5289. (P. deest.)*

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit R. comes Cornubie[a] eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra, nos bona fide promisisse, ac firmiter promittimus et constanter, quod omnes pactiones et conventiones, quas nobilis vir 15 dominus Iohannes de Auesnis fecit cum venerabili patre Conrado Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo super promotione nostre eleccionis, prout in litteris dicti domini Iohannis patentibus plenius continetur, inviolabiliter observabimus et faciemus observari et ipsas, quam cito in regem Romanorum promoti fuerimus, faciemus sigillo nostro regio confirmari, excepto hoc articulo, quod terminum pacis faciende 20 inter dictum archiepiscopum et dominum Petrum Cabochium[b] cardinalem nobiles viri Walleramus frater comitis Iuliacensis, Fretherícus de Sleda, magister Theodoricus scolasticus Bunnenensis[c] usque ad assumpcionem sancte Marie ad petitionem nostram prorogarunt, et hoc honus in se gratis susceperunt. In cuius rei testimonium dominus rex Anglie, illustris frater noster, presenti scripto sigillo nostro similiter roborato 25 sigillum suum apposuit.

Datum London., XXVI. die Decembris, anno gracie MCCL sexto.

## 385. *PROMULGATIO ELECTIONIS. 1257. Ian. 13.*

*Grave hocce monumentum ipso die electionis datum solus servavit Matheus Parisiensis in Libro additamentorum, qui legitur in unico codice autographo Musaei Britannici* 30 *Cottoniano Nero D 1, e quo id primum vulgavit Luard VI, 341, deinde Liebermann SS. XXVIII, 366. — Böhmer, Reg. imp. V, 15088. (P. deest.)*

Universis Christi fidelibus per Romanum imperium constitutis Conradus Dei gratia Coloniensis ecclesie archiepiscopus, Ytalie archicancellarius et Ludowicus comes palatinus Reni salutem in Domino eternam. 35

Vacante nuper Romano imperio, cum plures essent dies prefixi ad tractandum de rege Romanorum eligendo, tandem octava dies[a] epiphanie Domini anno eiusdem MCCLVI. finaliter prefixa fuit apud Franckesforde ad celebrandum eleccionem dicti regis. Ad quam diem cum nos personaliter venissemus, venerabili patre G(erhardo) Dei gratia archiepiscopo Maguntino, qui impedimento legitimo detinebatur, nobis Colo- 40 niensi archiepiscopo vices suas in ipsa eleccione comittente hac vice, et nos in loco consueto et debito convenientes venerabilem patrem A(rnoldum) Dei gratia Treverensem archiepiscopum et illustrem principem A(lbertum) ducem Saxonie per nuncios

**384.** a) Cornub. *or.* b) Caboch *or.* c) *sic or.*

**385.** a) die *c.* 45

solempnes vocari fecimus et moneri, quod venirent ad tractandum et eligendum communiter regem Romanorum; qui licet requisiti et expectati usque in sero nec venerunt nec vices suas aliquibus commiserunt. Propter quod cum nec princeps illustris rex Boemie nec marchio de Brandeburge ad diem et locum venissent nec vices suas com-
5 misissent, nec etiam aliqua excusacio processerit pro eisdem, cum sic penes nos ius plenum remanserit eligendi, dominum Ricardum comitem Cornubie, fratrem domini H(einrici) regis Anglie illustrissimi, tam morum quam generis precipue nobilitate pollentem, elegimus in regem Romanorum. Hinc est quod universitatem vestram rogandam duximus et monendam, quatinus cum per ipsius industriam, de qua nobis
10 plene constat, possit imperium gubernari et plenius disponente Altissimo reformari, eidem fideliter et devote modis omnibus quibus poteritis intendatis et tanquam domino in omnibus obedire curetis. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda.

Data die et anno predictis. Valete!

15 **386.** *RICHARDI COMITIS GLOCESTRIAE ET IOHANNIS PROMISSIO DE FEUDIS ET PRAEDIIS CONRADINI. 1257. Ian. 25.*

*Ediderunt Monumenta Boica XXX, 1, 328 nr. 800 ex authentico tabularii domus regiae Bawaricae, quod nunc reperiri non potest; appendebat fragmentum sigilli Iohannis de Avesnis cum contrasigillo, sigillo Richardi comitis iam deperdito. Autographon in*
20 *usus vertit etiam Hormayr 'Wiener Jahrbücher' XLIV, Anzeigeblatt 15 nr. 31. — Böhmer, Reg. imp. 11775.* *(P. deest.)*

Nos Ritschardus comes de Glohziter et Iohannes de Auennis miles, filius primogenitus M. comitisse Flandrie, existentes legitimi, sollempnes et auctentici nuncii illustris viri domini Ritshardi Romanorum in regem electi, fratris regis Anglie, pro
25 negotiis suis in partibus Alemannie disponendis, presenti scripto profitemur et constare volumus universis tam presentibus quam futuris, quod nos tactis sacrosanctis ewangeliis iuravimus in animam predicti domini R. Romanorum in regem electi, quod quam cito idem dominus electus in regem Romanorum coronatus fuerit, domino Chvnrado puero inclito Ierusalem et Sicilie regi ac duci Sueuie ipsum ducatum Sueuie,
30 cessante omni protractione ac contradictione, cum omnibus honoribus, iuribus et pertinentiis suis titulo conferat feodali. Includentes nichilominus iuramento nostro prestito etiam in animam supradicti R. Romanorum in regem electi, quod ipse electus memoratum Chvnradum puerum in omnibus aliis bonis suis tam patrimonialibus quam feodalibus, sive per successionem hereditariam sive per emptionem aut alio quocumque
35 modo habitis, que ab avo suo domino Friderico Romanorum quondam imperatore et a patre suo domino Chvnrado quondam Romanorum in regem electo ac etiam ab aliis progenitoribus suis ad ipsum devoluta sunt, sive consistant in hominibus nobilibus, fassallis et servis aut etiam in dominiis terrarum, civitatum, castrorum, opidorum, villarum et aliorum quorumcumque bonorum, ubicumque sint sita, gravet nullatenus et
40 perturbet. Immo supradicta omnia bona, iure mediante vel amicabili compositione interveniente, sepedictus R. Romanorum in regem electus nominatim a bonis imperii distinguere tenetur et sepefatum Chvnradum puerum eorundem facere quietum et legitimum possessorem. Ad robur etiam predictorum in posterum valiturum prelibatus R. Romanorum in regem electus suprascripta omnia privilegiis suis cum apositione
45 regalis sigilli sui confirmabit sine dolo et fraude inviolabiliter observanda. In cuius rei testimonium et stabilem firmitatem presentem litteram cum annotacione testium scribi fecimus sigillorum nostrorum munimine roboratam.

Testes sunt hii: dominus Gerhardus sancte Mogvntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, prepositus[a] Coloniensis, Chvnradus filius wildegrauii prepositus Isinensis, thesaurarius ecclesie Moguntine, Vlricus comes de Wirtenberch, Chvnradus wildegrauius, Emcho filius eius, Ditricus de Valkenbvrch, Albertus de Lihtenberch, Albertus de Prvkkeberch, Hademarus de Laber, Philippus de Valkenstaein, Philippus de Hohenvels, Wernherus de Bonlandia, Pertoldus marscalcus de Schilperch, Hermannus de Haegenberch, Haeinricus de Gemnik, Wernherus dapifer de Alzaeia, Chvnradus de Schonnekke, Haienricus de Eisoldsride, et alii quam plures.

Acta sunt hec aput Bacheracum, anno Domini MCC quinquagesimo septimo, in die conversionis beati Pauli, quintedecime indictionis.

### 387. *RICHARDI REGIS PROMISSIO DE PACTO CUM COLONIENSI TENENDO. 1257. Iun. 3.*

*Dedit Wattenbach ex autographo tabularii Berolinensis 217, 28, cuius sigillum deperditum est; quo etiam usi sunt Bodmann l. c. 310 et Kindlinger l. c. 9. — Böhmer, Reg. imp. V, 5307. (P. deest.)*

Ricardus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum. Noverit universitas vestra nos bona fide promisisse ac firmiter promittere ac constanter, quod omnes pactiones et conventiones, quas venerabilis N. Cameracensis episcopus dilectus cancellarius noster et nobilis vir Iohannes de Avesnis dilectus fidelis noster cum venerabili C. Coloniensi archiepiscopo dilecto principe nostro fecerunt super promotione nostre electionis, prout in eorumdem episcopi et nobilis et nostris litteris patentibus super hoc confectis[a] plenius continetur, inviolabiliter observabimus et faciemus firmiter observari. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Datum Colonie, III. die Iunii, indictione XV, anno regni nostri primo.

---

## 388. SENTENTIA DE IURAMENTO CIVITATUM EPISCOPALIUM. 1257. Oct. 29.

*Dedit Bethmann e Libro catenato civitatis Cameracensis sign. nr. 1077 in bibliotheca publica iam asservato, in quo civium privilegia saec. XV. transscripta leguntur. Bethmanni exemplo usus est Winkelmann 'Acta imperii inedita' I, 450 nr. 559. — Böhmer, Reg. imp. V, 5334. (P. deest.)*

Richardus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris scabinis et universis civibus Cameracensibus, imperii Romani fidelibus dilectis suis, gratiam suam et omne bonum.

**386.** a) *praecedit spatium vacuum nomini inserendo relictum or.*

**387.** a) confactis *or.*

Quod contra privilegiorum vestrorum tenorem vobis tam a Cameracensi episcopo quam a Cameracensi ecclesia concessorum Cameracense capitulum, sicut asseritis, iniuriosis molestiis vos fatigat, grave ducimus et molestum, libenter ad hoc curam nostram et operam, si facultas nobis specialiter indulgeret, dirigere cupientes, ut ad 5 honorem Dei et tranquillitatem vestram huiusmodi inter vos turbacio sedaretur. Verumtamen scire vos volumus, quod iustam nobis relinquitis de vobis materiam querelandi, cum nobili viro Iohanni de Avesnes dilecto familiari et consiliario nostro, ad universitatis vestre presenciam pro exigendo et recipiendo a vobis nostro nomine fidelitatis nobis debite iuramento a celsitudine nostra misso, huiusmodi iuramentum preter 10 equum et licitum denegaveritis exhibere. Ut igitur mansuetudinis nostre clementia hanc in vobis non debitam valeat emollire duriciam, iterato eundem nobilem ad universitatis vestre presentiam duximus destinandum, prudenciam vestram rogantes attencius et monentes ac per fidem, qua sacro Romano astricti estis imperio, diligencius obsecrantes vobisque nichilominus auctoritate regia firmiter iniungentes, quatinus pre-15 fato nobili loco nostri prestetis fidelitatis nobis debite iuramentum, nobis ipsis tamen, si quando ad civitatem vestram nos venire contingerit, iterandum. Nos enim apud Leodium solempniter iudicio presidentes obtinuimus ibidem per sentenciam unanimiter ab omnibus nobilibus et aliis ibidem presentibus nostris et sacri imperii Romani fidelibus approbatam, quod omnes et singule civitates imperii Romano regi fidelitatem facere 20 de iuris debito sunt astricti. Qua audita sentencia cives Leodienses statim nobis sine cuiuslibet difficultatis obstaculo fidelitatis iuramentum sollempniter prestiterunt. Nec credatis nostre intencionis existere, quod ex prestacione huiusmodi iuramenti venerabili Cameracensi episcopo dilecto principi et cancellario nostro ac Cameracensi ecclesie aliquod preiudicium generetur, ymmo[a] volumus, quod ipsis per omnia salva remaneant 25 iura sua. Et cum sepedicto Iohanni dederimus in mandatis, quod recepto a vobis nostro nomine huiusmodi fidelitatis nobis debite iuramento, vos nostro nomine contra iniuriatores vestros manuteneat et defendat, vobis similiter iniungimus et mandamus, quatenus eidem tamquam nostro vicario vobis usque ad nostre beneplacitum voluntatis prefecto in hiis, in quibus nobis tamquam Romano regi intendere de iure tenemini, 30 fideliter intendatis, dictorum episcopi et Cameracensis ecclesie iuribus semper salvis. Datum Leodii, XXVIIII. die Octobris, ind. I, regni nostri anno I.

---

# 389. 390. CASSATIO EXACTIONIS UNGELT.

## 1269. Apr. 20.

*Exactionem ungelt in curia Wormatiensi non solum intra civitatem Wormatiensem 35 sed ubique prohibitam esse, patet e mandato regis ad Argentinenses infra nr. 391. Quod praeter regem etiam archiepiscopus Moguntinus cessationem consulum Wormatiensium renuntiaverit, certe miramur.*

### 389. *DECLARATIO REGIS.*

*Dedit vir cl. Wyss ex autographo tabularii Darmstadiensis sign. Worms 103a, cuius 40 sigillum laesum lora membranacea appensum est; quo etiam usus est editor novissimus Boos 'Urkundenbuch der Stadt Worms' I, 225 nr. 346. — Böhmer, Reg. imp. V, 5456.*

*(P. 382.)*

**388.** a) ymo *c.*

Ricardus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus universis imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum. Cum pridem per consules civitatis Wormaciensis, dilectos fideles nostros, in ipsa civitate quedam exactio sive angaria, ungelt appellata vulgariter, instituta de facto fuisset, que in non leve tam ecclesiasticarum quam secularium personarum, incolarum et etiam advenarum dispendium per diminutionem mensure vini, frumenti et aliorum victualium vergere videbatur, nosse volumus universos, quod prenotati consules in generali colloquio per nos celebrato Wormacie, in nostra et venerabilium . . Moguntini et . . Treverensis archiepiscoporum, . . Wormaciensis et . . Spirensis episcoporum, dilectorum principum nostrorum, ac aliorum multorum comitum et magnatum, fidelium nostrorum, constituti presentia, sub prestiti iuramenti religione pro rei publice bono et generali pace sollempniter spoponderunt, ab omni de cetero exactionis huiusmodi vel angarie receptione ac extorsione cessare, usum eiusdem angarie vel abusum potius abiurantes. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro regio iussimus communiri.

Datum Wormacie, XX. die Aprilis, indictione XII, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, regni vero nostri anno XII.

### 390. *DECLARATIO ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI.*

*Dedit vir cl. Wyss ex autographo eiusdem tabularii sign. Worms 103; sigilli fragmentum lora membranacea appendet. Textus plurimas cartae regiae sententias usurpavit. — Böhmer, Reg. imp. V, 5457.* *(P. deest.)*

W. Dei gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Cum pridem per honestos viros consules civitatis Wormatiensis* in ipsa civitate quedam exactio sive angaria, que ungelt vulgariter appellatur, instituta de facto fuisset, que in non leve tam ecclesiasticarum quam secularium personarum, incolarum et etiam advenarum dispendium per diminutionem mensure vini* vergere videbatur, nosse volumus universos, quod predicti consules in generali colloquio per serenissimum dominum nostrum Ricardum Dei gratia Romanorum regem illustrem Wormatie celebrato, in ipsius domini regis et venerabilis patris . . Treverensis archiepiscopi ac venerabilium fratrum nostrorum . . Wormatiensis et . . Spirensis episcoporum et nostra ac multorum comitum et magnatum presentia constituti, sub prestiti iuramenti religione pro reipublice bono et generali pace sollempniter spoponderunt, ab omni de cetero exactionis huiusmodi vel angarie receptione ac extorsione cessare, usum eiusdem angarie vel abusum potius abiurantes. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro fecimus communiri.

Datum Wormatie, XX. die Aprilis, anno Domini MCCLXVIIII.

---

## 391. MANDATUM DE PACE IURANDA, DE TELONEIS ET UNGELT DEPONENDIS.

### 1269. Mai. 12.

*Ediderunt e copiario tabularii civitatis Argentinae, Briefbuch A fol. 223', Schöpflin 'Alsatia diplomatica' I, 463 nr. 654 et Wiegand 'Urkundenbuch der Stadt Strassburg' II, 12*

**389.** a) cardus *in rasura or.*

*nr. 20, quorum editiones adhibuimus. De pace in curia Wormatiensi constituta et iurata cf. etiam epistolam Wernheri archiepiscopi Moguntini a. 1269. Aug. 8 datam, quae infra in appendice Scriptorum pacis prodibit. — Böhmer, Reg. imp. V, 5458. (P. 382.)*

Ricardus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis civibus Argen-
5 tinensibus, dilectis fidelibus suis, graciam suam et omne bonum.

Fidelitati vestre districte precipimus et mandamus, quatenus exemplo multorum principum, comitum eciam, magnatum, nobilium et baronum et aliarum plurium civitatum generalem pacem in civitate Argentinensi communi voto iurantes ac nobis ad observacionem predicte pacis una cum aliis fideliter et viriliter inherentes, thelonia
10 seu vectigalia sive pedagia vel conductus et exaccionem specialiter, que ungelt vulgariter nuncupatur, infra octo dies a susceptione presencium in vestro districtu, illa videlicet que inconsueta et iniusta existunt, penitus deponatis nec[a] permittatis de cetero ab aliquo transeuncium extorqueri; ne si, quod absit, in hac parte secus feceritis, ab huiusmodi pace de iure possitis secludi penitus[b] et excludi.

15 Datum Franckenfort, XII. die Maii, indiccione XII, regni nostri anno XIII.

**391.** a) ne *W.* b) *deest W.*

# ALFONSI REGIS CONSTITUTIONES.

---

## 392-395. ELECTIO REGIA.

1256. Mart. – Sept.

*Cum de electione Alfonsi in Germania Francofurti a. 1257. Apr. 1 celebrata nulla ad nos documenta pervenerint, quamvis decretum electionis et litteras principum eligentium ad pontificem exstitisse e scripto infra nr. 397 edendo c. 26. 33. 34. sciamus, scripta a. 1256 proponi liceat, quae pertinent ad eius electionem seu mavis designationem in regem et imperatorem Romanorum per civitates Pisanam et Massiliensem factam. De iure Pisanorum et Massiliensium se in electionem ingerendi v. ea quae adnotavit vir cl. Ficker ad Reg. V, 5484. De consiliis Alfonsi cf. ea quae nuper disseruit Scheffer-Boichorst 'Mittheilungen des Instituts' IX, 226 sq. In adnotatione excudi licet exordium epistolae, quam Alfonsus, fortasse a. 1257, ad Romanos dedit*[1].

### 392. *ELECTIO PER PISANOS FACTA ET ACCEPTIO ELECTIONIS PER ALFONSUM. Mart. 18.*

*Autographa huius instrumenti publici et duorum sequentium (nr. 393. 394) iam e tabulario Florentino venerunt in tabularium regium Pisanum, ubi ea a. 1892 contulimus. Tria scripta ab una eademque manu, nempe Mathei notarii Pisani, exarata sunt; sigillorum vestigia nulla conspiciuntur; in tergis eadem manu scripta sunt haec:* Dn̄o fabro pis̄ pot̄ et anthianis pp̄li. *Scripta duo priora edidit etiam Tronci 'Memorie istoriche della città di Pisa' Livorno 1682, p. 202. 204 (= Tronci 'Annali Pisani' Lucca 1842, I, 454. 456, et collato autographo Pisa 1868, I, 453. 456). — Böhmer, Reg. imp. V, 5484.*

*(P. deest.)*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Quia vos excellentissimum et invictissimum et triumphatorem dominum[a] Alfonsum Dei gratia[b] regem Castelle,

**392.** a) dnūm *similia semper or.* b) grā *similia semper or.*

1) *Exemplavit* 1) *Bethmann e scheda tabularii Hannoverani, quae a. 1709 Monaci exarata est e codice quodam, qui sic describitur 'in alt Pergamen genehet, in folio, etwa fingersdick, auf welcher stehet: Antiquitates Osterhofen Patavi 10. H. D. Hunds Liberey'. Editum est hoc exordium* 2) *in Monumentis Boicis XI, 231 inter Monumenta Nideraltacensia.* Alfonsus[a] Dei gratia Romanorum rex semper augustus, Castelle, Toleti, Legionis, Gallicie, Sibylie[b], Cordube, Murcie[c], Gehennii[d] et[e] Algarbe rex, dux Suevie[f] dilecto et devoto suo et amico karissimo[g] principi suo laudabili senatori et discreto senatui et honorabili populo alme Urbis, plurimum diligendis et etiam[h] excellenter honorandis, gratiam suam et omne bonum. — *Böhmer, Reg. imp. V, 5492.*

a) Alfoonsus 2. b) Galitie, Sibilie 2. c) Marre et 2. d) Gehenvii 1. 2. e) *deest* 2. f) Sweuie 2. g) charissimo 1. h) *pro* et etiam 2: etc.

Toleti, Legionis, Gallethie, Sibilie, Cordube, Murscie et Gienne comune[c] Pisarum et tota Ytalia et totus fere mundus cognoverunt excelsiorem[d] super omnes reges, qui sunt vel fuerint unquam temporibus recolendis, presertim gratia Spiritus sancti vobis divinitus inspirata vos dote multiplici decorante, et vos etiam sciverunt pre aliis pacem, 5 veritatem et misericordiam et iustitiam diligentem et esse pre aliis christianissimum et circa ecclesiam Romanam a primis fere cunabulis devotissimum et fidelem, et cognoverunt etiam vos ad ampliationem honoris matris ecclesie Romane et bonum statum necnon etiam Romani imperii toto animo aspirantem, et imperium nimis vacasse et ab emulis dilaniatum, et vos cognoverunt esse natum de progenie domus ducatus 10 Sueuie, ad quam de privilegio principum et de concessione Romane ecclesie pontificum imperium iuste et digne dignoscitur pertinere et successive ad vos, qui ex ea domo descenditis recta linea, et per vos, cum succedatis excelso Manueli olim Romanie imperatori, imperia abusive divisa in unum videantur posse colligi et in vobis divinitus cohuniri, sicut tempore Cesaris et Constantini christianissimi fuit unum, et propter 15 predicta motus animorum et oculi sanctorum et discretorum hominum et principum et baronum et dominorum et comunium et totius populi Ytalici et etiam Teotonicorum et aliorum de imperio in habendo vos dignum in Romanorum regem et in imperatorem sunt directi: ideo ego Bandinus Lancea quondam filius domini Guidonis Lancee de Casalei de Pisis missaticus, ambaxiator, sindicus et procurator comunis Pisarum, 20 sindicatus nomine pro ipso comuni et ex bailiis et potestatibus et mandatis michi[e] concessis per publica instrumenta, ad gloriam Dei et ad honorem gloriosissime virginis Marie matris Christi Dei viventis et omnium sanctorum et sanctarum Dei et ad honorem sancte matris ecclesie Romane et eius antistitis suorumque fratrum et ad honorem et bonum statum principum, baronum, comitum, marchionum, procerum et 25 aliorum omnium dominorum et civitatum, terrarum et omnium comunium et totius populi christiani et imperii Romanorum, invocata gratia unius Dei et individue Trinitatis, vos dominum Alfonsum predictum presentem pro toto imperio Romanorum et eiusdem imperii nomine et totius populi de imperio, eius negotium utiliter gerendo, in Romanorum regem et in imperatorem Romani imperii nunc vacantis eligo et assumo, 30 promoveo atque voco. (2) Quare nos predictus Alfonsus rex predictam electionem, assumtionem, promotionem et vocationem et omnia predicta, Spiritus sancti gratia invocata, ad gloriam Dei et ad honorem virginis sancte Marie et omnium sanctorum et sanctarum et ad honorem sancte matris Romane ecclesie et eius antistitis suorumque fratrum et ad honorem et bonum statum principum, baronum, comitum, marchionum, 35 procerum et aliorum omnium nobilium et civitatum, terrarum et omnium comunium et totius populi christiani et imperii Romanorum acceptamus, recipimus, volumus et confirmamus[f]. (3) Et in signum et in investituram dicti imperii ego iam dictus Bandinus sindicus sindicatus nomine pro comuni Pisarum[g] et pro omnibus suprascriptis, ut servus Iesu Christi per vetus et novum testamentum et crucem et ensem 40 vos predictum dominum Alfonsum investio et flexis genibus hosculum pacis et fidelitatis pedi vestro porrigo et ex nunc vos pro comunitate[h] Pisarum[g] et pro omnibus predictis pro Romanorum rege et imperatore recipio et ab hac hora in antea habebo et tenebo et ut meo[i] legit[imo][k] imperatori adhereo et toto tempore adherebo, et vestris filiis et heredibus vobis in hoc honore succedentibus, et sic ad sancta Dei 45 evangelia iuro. (4) Quam investituram et omnia predicta nos predictus Alfonsus rex, sicut dictum est, recipimus. (5) Et ad veritatis memoriam de predictis perpetuo conservandam dictus sindicus et prefatus dominus rex me Matheum notarium filium quondam Saluii de civitate Pisarum de prefatis omnibus, ut superius scripta sunt,

**392.** c) cōe *similia semper or.* d) *in margine eadem manu cum signo or.* e) m̄ *or.* f) firma- 50 mus *or.* g) pis̄ *or.* h) cōitate *or.* i) m̄o *saepius or.* k) legit *solummodo linea finita or.*

cartam et cartas publicas unam et plures et semel et pluries scribere et confirmare[l] et in publicam scripturam redigere rogaverunt.

Acta sunt hec omnia in villa de Soria de Yspania regni Castelle in palatio regali suprascripti[m] domini regis in presentia mea Mathei notarii supradicti et in presentia dominorum fratris Stephani de ordine fratrum Predicatorum archiepiscopi Turritani[n] et fratris Laurentii de Portugalia de ordine fratrum Minorum penitentiarii domini pape et prosecutoris crucis negocii in tota Yspania et Suerii Petri episcopi de Zamora iam dicti domini regis notarii et Garthie Petri archidiaconi Marrocchitani, testium ad hec specialiter vocatorum et electorum, dominice incarnationis anno millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto secundum cursum Pisarum[g] et quinquagesimo quinto secundum cursum Yspanie, indictione quartadecima, quintodecimo Kal. Aprilis.

(S. N.) Ego Matheus Saluii quondam filius, domini Fr. serenissimi Romanorum imperatoris notarius, predictis omnibus interfui et hec omnia rogatu predicti domini Alfonsi in Romanorum regem et in imperatorem electi et prefati sindici ad veritatis memoriam perpetuo conservandam scripsi et meo signo confirmavi[o].

## 393. *PROMISSIONES ALFONSI ET NUNTII PISANORUM. Mart. 18.*

*Ex autographo tabularii regii Pisani; v. ad nr. 392. — Böhmer, Reg. imp. V, 5485. (P. deest.)*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. (1) Nos Alfonsus Dei gratia[a] in Romanorum regem et in imperatorem electus, rex Castelle, Toleti, Legionis, Gallethie, Sibilie, Cordube, Murscie et Gienne[b], cognoscentes devotionem sinceram et fidei puritatem, quam comune[c] Pisarum erga Romanum imperium et antecessores nostros Romanorum imperatores et maiestatem nostram semper habuit pre ceteris clariorem, et servitia magna et excelsa, que hactenus prestitit et in antea[d] dante Domino habebit et affectuose prestabit nobis et nostris filiis, qui honore imperii fuerint decorati, convenimus et promittimus tibi nobili viro Bandino Lancéé filio quondam domini[e] Guidonis Lancéé de Casalei de Pisis missatico, ambaxiatori, sindico et procuratori comunis Pisarum, sindicatus nomine pro ipso comuni et civitate Pisanorum recipienti, quod faciemus et curabimus pro toto conamine et posse nostro, quod dante Domino eiusque favente clementia imperium Romanum consilio et auxilio comunis Pisarum et aliorum nostrorum fidelium obtinebimus et manutenebimus universum. Et quod tempore nostre coronationis Romam vel ad dominum papam, secundum quod alterum magis de consilio nostro, ipsius comunis Pisarum et aliorum fidelium imperii et regnorum nostrorum processerit[f], veniemus magnifice ac potenter, ut nostram decuerit maiestatem. Et quod ad imperium manutenendum et augendum erimus studiosi pro posse nostro et operam dabimus efficacem. Et quod imperii fideles nostros manutenebimus iustitia, comodo et honore et infideles subiugabimus nobis iuxta divinam potentiam nobis datam. (2) Et precipue Pisanos ut fidelissimos honorabiliter tractabimus et eos ex nunc sub nostra custodia, tutela, protectione omnique defensione recipimus contra omnem personam et locum. Et omnes suos honores et iura, dignitates, possessiones, privilegia, bonas consuetudines, comitatum et districtum eis servabimus et servari faciemus et mandabimus per officiales nostros, prout nunc habent et tenent et eisdem a divis Romanorum imperatoribus sunt concessa, et ex nunc ea omnia auctoritate qua fungimur confirmamus et tempore nostre imperialis corone per

**392.** l) fīrmare *or.* m) ſtı *or.; v. N. A. XVI, 505 not. 2.* n) tūritañ *or.* o) fīrmaui *or.*

**393.** a) grā *semper or.* b) Cōdube, Mūſcie et Gīene *or.* c) cōe *similia semper or.* d) aña *or.* e) dñi *similia semper or.* f) *vox* utile *hic ab ed. addita deest or.*

privilegium promittimus confirmare. Et ex nunc comitatum, districtum, civitates, castra, villas, loca et insulas, prout comuni Pisarum a divis Romanorum imperatoribus sunt concessa, tibi pro comuni Pisarum et ipsi comuni Pisarum in feodum et nomine feodi damus, concedimus et largimur et ea auctorizare et defendere ab omni persona et 5 loco tibi pro dicto comuni et ipsi comuni Pisarum promittimus. Et inde te per vexillum quod in manu tenemus de nostris armis investimus. Et tempore nostre coronationis ensem et vexillum eidem comuni concedemus. (3) Quare ego supradictus Bandinus sindicatus nomine pro dicto comuni Pisarum et omnibus adherentibus dicto comuni promitto et convenio vobis suprascripto[g] domino Alfonso Dei gratia in 10 Romanorum regem et in imperatorem electo, quod comune Pisarum maiestatem vestram et personam vestram et filiorum vestrorum et omnium nuntiorum, qui pro vobis fuerint, salvabit et custodiet in terra et mari et ubique iuxta suum posse et scire omni tempore bona fide. Et quod comune Pisarum non erit in consilio, consensu vel facto, quod vestra maiestas vel filiorum vestrorum vel vicarius vester in Ytalia vel capitaneus 15 vester in Tuscia sive nuntii atque officiales perdant vitam vel membrum vel capiantur mala captione aut perdant imperium vel honorem, regnum vel terram, que nunc habetis vel inantea[h] dante Domino acquisiveritis, et si sciret, vos et ipsos inde defendet iuxta suum posse, et si non posset, vestre maiestati et filiorum vestrorum et cuilibet predictorum citius quam poterit nuntiabit, et vos et ipsos recipiet honorabiliter debitis 20 reverentia et honore. Et quod omnia et singula consilia, que vos vel aliquis pro vobis petieritis a dicto comuni, fideliter et recte dabit, prout divina gratia ministrabit. Et quod omnes credentias, quas sibi mandaveritis vel vicarius vester in Ytalia sibi mandaverit sive capitaneus in Tuscia, servabit et tenebit et ad dampnum credentie non manifestabit. Et quod operam et studium et iuvamen dabit comune Pisarum iuxta 25 suum posse, ut actenus alicui imperatorum fecit vel facere consuevit, quod imperium universum in tranquilitate et pace habeatis et possideatis in perpetuum, vos et vestri filii legittimi qui vobis in hoc honore successerint, bona fide, sicut Romanorum unquam aliquis habuit imperatorum[i], etiam si aliqui de imperio vel pro imperio contradixerint. Et quod omnia et singula, que alicui Romanorum imperatorum antecessorum vestrorum 30 dictum comune fecit vel tenetur facere seu consuevit, faciet vobis et vestris filiis legittimis, qui vobis in hoc honore successerint, tam per mare quam per terram bona fide, sine fraude, remota omni malitia. Et quod sacramentum fidelitatis imperatoribus consuetum tam per potestatem quam per capitaneum populi et anthianos et senatores et capitaneos militum et consules ordinis maris et consules mercatorum terre et con- 35 sules artium et omnes officiales et populum universum tam de civitate quam de districtu et insulis, quod sacramentum populi Pisis prestare consueverunt, dictum comune prestabit ad vestram vestrorumque nuntiorum requisitionem. (4) Et ex nunc ego dictus Bandinus sindicatus nomine pro dicto comuni, invocata Christi gratia et auxilio, ad gloriam Dei omnipotentis et ad honorem gloriosissime virginis sancte Marie 40 et archiepiscopi et archiepiscopatus Pisani et Sancte Marie maioris ecclesie Pisane eiusque capituli et aliarum ecclesiarum et dictorum potestatis et capitanei, anthianorum et aliorum omnium predictorum, in animas dicti comunis et omnium et singulorum Pisanorum ex licentia et potestate michi[k] data per publicum instrumentum bulle cere Pisani comunis bullatum sacramentum fidelitatis facio, sicut unquam Pisani consueti 45 sunt facere imperatoribus Romanorum, vobis domino Alfonso predicto excellentissimo et invictissimo Romanorum imperatori et iuro. Et ex nunc comitatum, districtum, civitates, castra, villas, loca et insulas, prout comuni Pisarum a divis Romanorum imperatoribus sunt concessa, a maiestate vestra pro comuni Pisarum sindicatus nomine me in feodum fateor recepisse. (5) Et ad veritatis memoriam de predictis in per-

50 **393.** g) ſ̄to *or.* h) ınaña *or.* i) Impatō *or.* k) ıh *or.*

petuum conservandam prefatus dominus imperator et dictus sindicus me Matheum notarium filium quondam Saluii de civitate Pisarum de prefatis omnibus, ut superius scripta sunt, cartam et cartas[l] publicas unam et plures semel et pluries scribere et confirmare[m] et in publicam scripturam redigere rogaverunt.

Acta sunt hec omnia in villa de Soria de Yspania regni Castelle in palatio regali suprascripti domini regis in presentia mea Mathei notarii supradicti et in presentia dominorum fratris Stephani de ordine fratrum Predicatorum archiepiscopi Turritani et fratris Laurentii de Portugalia de ordine fratrum Minorum penitentiarii domini pape et prosecutoris[n] crucis negotii in tota Yspania et Suerii Petri episcopi de Zamora iam dicti domini regis notarii et Garthie Petri archidiaconi Marrochitani, testium ad hec specialiter electorum et vocatorum, dominice incarnationis anno millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto secundum cursum Pisarum et secundum cursum Yspanie quinquagesimo quinto, indictione quartadecima, quintodecimo Kal. Aprilis.

(S. N.) Ego Matheus Saluii quondam filius, domini Fr. serenissimi Romanorum imperatoris notarius, predictis omnibus interfui et hec omnia rogatu predicti domini Alfonsi in Romanorum regem et in imperatorem electi et prefati sindici ad veritatis memoriam perpetuo conservandam scripsi et meo signo confirmavi[o].

## 394. *PACTUM ALFONSI ET PISANORUM. Mart. 18.*

*Ex autographo tabularii regii Pisani; v. ad nr. 392. Autographon adhibuit etiam St. Priest 'Histoire de la conquête de Naples' I, 353. — Böhmer, Reg. imp. V, 5486. (P. deest.)*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. (1) Hec sunt pacta et promissiones et obligationes facta inter excellentissimum dominum[a] Alfonsum Dei gratia[b] in Romanorum regem et in imperatorem electum et regem Castelle, Toleti, Legionis, Gallethie, Sibilie, Cordube, Murscie[c] et Gienne pro se et suo proprio et privato nomine ex una parte, et dominum Bandinum Lanceam filium quondam domini Guidonis Lancee de Casalei de Pisis, missaticum, ambaxiatorem, sindicum et procuratorem Pisani comunis[d] sindicatus nomine pro ipso comuni ex altera parte. Videlicet quod dictus dominus rex comune Pisarum et civitatem Pisanam eiusque comitatum et districtum, civitates, castra, villas et loca et insulas et omnia iura eius et honores et dignitates et totum, et quicquid habet et possidet et in antea[e] divina et dicti domini regis gratia acquisiverit, in sua tutela et societate et custodia et amicitia et protectione et defensione recipiet[f] et ea defendet et custodiet et salvabit toto suo posse contra omnes dominos, cuiuscunque dignitatis vel ordinis fuerint, et contra omnes civitates et comunia et contra omnem personam et locum, et eos faciet sanos et salvos in personis et rebus terra et mari et eorum privilegia omnia confirmabit. (2) Et quod unum capitaneum de latere suo sibi carissimum, providum et exercitatum et sapientem et dicto comuni utilem et toti Ytalie dante Domino, cum magna militum comitiva ad minus quingentorum armatorum equis et armis, suis expensis, ac balistariorum comitiva, suis expensis, que tam sibi quam dicto sindico visa fuerit expedire, Pisas mittet et ex nunc dicto sindico concedit et ibidem morari faciet pro defensione comunis predicti et sui districtus, castrorum, villarum et insularum et pro sui domini regis predicti nominis exaltatione ac imperii acquisitione tantis temporibus, quantis dicto sindico et comuni Pisarum videbitur expedire, ita quod in Kalendis Maii proximis

Mai. 1.

393. l) cātam 7 cātas *or.* m) firmare *or.* n) pfecutoīs *or.* o) firmavi *or.*

394. a) dnūm *similia semper or.* b) grā *semper or.* c) mūſcie *or.* d) coīs *similia semper or.* e) aña *or.* f) recip̄ *or.*

cum suo vexillo triumphali ibidem eos esse faciet ad dicti sindici voluntatem et ipsius comunis sine Dei impedimento. Quod si impedimentum adesset, quod Deus advertat, hoc idem faciet et curabit citius quam poterit et maxime in termino ab ipso sindico pro comuni Pisarum[g] vel ab ipso comuni prorogando, prout sibi viderit expedire vel dicto comuni videbitur expedire vel indigere. (3) Et quod dictum capitaneum et eius consiliarios aliosque officiales suos successive iurare faciet et promittere, quod si oportuerit et pacem vel treuguam cum honore et statu comunis Pisarum cum Lucensibus, Florentinis et Ianuensibus et eorum fauctoribus et auctoribus et complicibus facere non possent[h], facient vivam guerram cum dictis militibus et balistariis et toto suo posse, et dictus dominus rex fieri facere[i] vivam guerram una cum comuni Pisarum[g] predictis adversariis Pisani comunis et eos de toto suo posse et dominio exbanniri faciet — exceptis his, qui domicilium habent in terra sua vel sunt de sua familia vel ad manendum cum eo et in servitio suo accederent — et eos pro exbannitis habebit totiens quotiens opus esset et donec ipsum comune in pace semper posuerit et in pacifico statu permanserit et eosdem adversarios ad fidelitatem vel amicitiam suam dicti domini regis revocaverit cum omni bono statu Pisanorum. In qua pace vel tregua vel amicitia cum fuerit, tam prisciones[k] quam obsides, qui hinc inde vel ex aliqua parte essent, dictus dominus rex libere faciat relaxari. Et si per compromissum vel per iudicium vel per compositionem partes predicte in manus dicti domini regis vel sui vicarii vel nuntii devenerint, castra et omnia, que comune Pisarum[g] nunc possidet, eidem comuni ad honorem et servitium dicti domini regis salvabit, in quantum decuerit dictum regem, et comune Pisarum in hoc honorifice sustinebit. (4) Et si dictus dominus rex regnum Sicilie habuerit, ipse vel suus filius aut alia persona pro aliquo eorum ibidem Pisanos tractabit et tractari faciet libere in personis et mercibus, sine aliquo dirictu et cum eorum consulibus ab eisdem Pisanis eligendis et cum omni sua iurisditione inter se ipsos et de se ipsis et cum fundacis et apothecis eisdem ab ipso domino rege ibidem concedendis, etiam[l] cum confirmatione eorum que in privilegiis Pisanorum continentur et tanto plus, quanto de dicti domini regis largiflua processerit voluntate. (5) Et hoc idem ex nunc facit, dat et concedit de sua clementia et ad augmentandam puritatem fidei Pisanorum in regnis suis, que nunc habet, et in terris et regnis, que in antea Domino dante acquisiverit, et inde privilegium bullatum sua bulla aurea eidem sindico pro ipso comuni et ipsi comuni ad sui requisitionem liberaliter concedet. (6) Et si contigerit eum conquistam facere in Garbo[m] vel Africa vel alibi cum adiutorio Pisanorum, quam Dominus providerit, ibidem Pisanis similem concessionem faciet et privilegium concedet et partem conquiste inde comuni Pisarum[g] dabit, quam suam decuerit maiestatem. (7) Et quod operam dabit, cum effectu quam poterit, quod sancta Romana curia ecclesiastica et ipse dominus papa Pisanis remittat et gratiam et benedictionem suam eisdem concedat et impetrata ab inimicis et adversariis revocet. (8) Et si aliquis alius, qui diceret se electum in regem vel in imperatorem Romanorum, vel esset usurpator vel intrusus, vellet gravare Pisanos de comitatu et civitatibus et castris et villis et insulis vel de aliquo predictorum seu de aliquo alio, quod pertineat ad Pisanos, vel calumpniare vel molestare vel guerram facere pro eo, quod ipsi Pisani[g] eidem domino regi adheserint[n], vel ex alia aliqua causa vel pro eo, quod eundem pro imperatore habere voluerint vel tenuerint, eosdem Pisanos dictus dominus rex defendet toto posse et defendi faciet toto per se et suos filios et heredes in perpetuum. Hoc idem faciet tam contra reges et dominos, civitates et loca quam contra omnes alios, faciendo inde vivam guerram, si oportuerit, et non faciendo inde pacem absque Pisanis[g] et usque ad condignam

**394.** g) pis̄ *or.* h) p'fēt *or.* i) *sic pro* faciet? *or.* k) p̄fcıōf *or.* l) *atramento pallidiore corr. ex* et *or.* m) Gābo *or.* n) adheser̄ *or.*

satisfactionem; et hoc idem faciet contra reges et dominos Saracenos. (9) Et quod idem dominus rex promittit ampliare comitatum Pisanum[g] et honores et iura eius, postquam Deus ei Tusciam subiugaverit universam et pervenerit ad imperialem coronam. (10) Et quod idem dominus rex amicos Pisani[g] comunis pro amicis habebit et inimicos pro inimicis et eos diffidabit in personis et avere, nisi moniti[o] vellent satisfacere et emendam facere in manu eius vel vicariis eius vel nuntii et recipere ab eisdem iustitie complementum. Et decenter[p] operam dabit, quod de regnis Francie, Anglie, Nauarre, Portugalie et Granate et de aliis regnis amicorum suorum dicti inimici Pisani[g] comunis eiciantur. (11) Et quod faciet et curabit ita citius quam poterit, quod ad honorem sui, dicti domini regis, Massilienses et comune Massilie uniatur Pisanis[g] et comuni Pisarum[g] per cartam societatis de invicem se iuvando contra omnes, qui amici dicti domini regis non essent et Pisanis[g] seu Massiliensibus[q] guerram facerent; et similem societatem fieri faciet cum Pisanis ab hominibus Tuscie et Ianue, qui ad amicitiam vel fidelitatem dicti domini regis pervenerint. (12) Que omnia et singula dictus dominus rex dicto sindico pro comuni Pisarum[g] recipienti sic facere et fieri facere et adimplere et observare promittit, obligando se et suos heredes et bona. Et sic ad sancta Dei evangelia dominus Suerius Petrus Dei gratia episcopus Zamorensis et dicti domini regis notarius in anima dicti domini regis sua presentia et mandato corporaliter iuravit. (13) Et de predictis omnibus dictus dominus rex iam dictum sindicum pro comuni Pisarum[g] per ensem, quam in manu tenebat, investivit.

(14) Et dictus dominus Bandinus sindicus sindicatus nomine pro dicto comuni et ipsum comune iuvabit dictum dominum regem per comune guerram publicam faciendo et faciendo exercitum per comune ad voluntatem et requisitionem dicti domini regis vel eius vicarii seu capitanei sui contra civitates et castra finitima districtui Pisano[g], una cum dicto domino rege vel vicario suo manu potenti eunti et consilio Pisano[g] vel eis requisitis, etiam si comune Florentie[r] venerit iuvare finitima castra predicta; in aliis vero partibus iuvabunt[s] ut alii de imperio. (15) Et comune Pisarum[g], sicut comodius poterit et utilius, mittet nuntios et litteras et ambaxiatores, ut nuntiis domini regis videbitur, publice vel privatim et operam et studium dabit, quod castra domanii imperii occupata a Florentinis et Lucensibus[t] et ab aliis civitatibus redeant ad mandata dicti domini regis et comuni Pisarum[g] debeant colligari. Idem faciet ad Senas, Pistorium, Aritium et ad alias civitates et castra pertinentia ad imperium, in quibus poterit perficere, ad voluntatem nunciorum dicti domini regis, et idem faciet ad Ghebellinos de Florentia[r] et de aliis partibus. (16) Et dabit operam, quod vicarius dicti domini regis habeat[u] integre et pacifice redditus et proventus et iura et castellanias et honores in castris predictis et in aliis castris et villis et terris et civitatibus de Tuscia ad imperium pertinentia. (17) Et comune Pisarum[g] non eliget potestatem vel capitaneum populi nisi de amicis comunis Pisarum[g] et dicti domini regis et non de inimicis. Et quod potestas civitatis Pisane[g] et capitaneus populi in sacramento sui regiminis annuatim iurent servare omnia pacta habita cum domino rege Castelle, et populus Pisanus[g] in sacramento populi illud idem iuret, et hoc ponatur in constituto[v] et in brevi[w] potestatis et in brevi omnium officialium in perpetuum. Et quod in brevi consulum ordinis maris dictum comune mitti faciet et ab eis iurari, quod unaqueque navis et galea Pisana[g] portabit una cum vexillo Pisano[g] vexillum de armis[x] suprascripti[y] domini regis. (18) Et quod operam et studium dabit comune Pisarum[g], quod omnes amici Pisarum[g] comunis veniant ad fidelitatem suprascripti[y] domini regis Romanorum imperatoris. Et quod comune Pisarum[g] omnes amicos dicti

**394.** o) aũe ñ mõıtı *or.* p) decet̄ *or.* q) massił *or.* r) flor̄ *or.* s) iuuƀ *or.* t) flor̄ 7 luc̄ *or.* u) hāt *or.* v) 9ſto *or.* w) ƀui *or.* x) āmiſ *or.* y) ſ̄tı *or.*

domini regis pro amicis habebit et tenebit et inimicos pro inimicis et eos diffidabit in personis et avere[z], non obstantibus pactis prehabitis cum aliquo. (19) Et quod dictus dominus rex possit cum suis vassallis et fidelibus et avere facere guerram et pacem de terris et castris et insulis Pisanis[a] contra omnem personam et locum, tam Saracenos quam christianos. (20) Et quod illas decem galeas, quas per quadraginta dies in exercitu generali imperatori dare dictum comune tenetur, dabit dicto domino regi usque ad quatuor menses per totam Ytaliam et per totam Africam tempore pacis dicti comunis cum finitimis antedictis, suis dicti comunis expensis. Et quod alia ligna[b] et naves et galeas concedet dicto domino regi dictum comune, suis dicti domini regis expensis. Et idem faciet de dictis decem galeis a predicto termino IIII mensium ultra. (21) Et quod ex nunc dictus sindicus concedit pro suprascripto comuni eidem domino regi, quod liceat ei concedere privilegia et gratias omnibus venientibus ad fidelitatem suam et ad amicitiam Pisarum[a] ad suam voluntatem, salvo iure comunis Pisarum[a] et non preiudicando ei in aliquo.

(22) Et ista omnia, que nos dominus Alfonsus rex electus in regem Romanorum et in imperatorem promittimus facere et servare per istud instrumentum comuni Pisarum[a], promittimus eidem comuni tantum tempore nostro et filii nostri nobis in hoc honore succedentis, ita quod heredes et successores alii ad hec non obligentur propter istud instrumentum nec propter istas promissiones; et hoc protestamur in isto instrumento, ne ab aliis heredibus et successoribus nostris possit ratione istius instrumenti nec alicuius predictorum comuni Pisarum[a] conveniri, peti vel exigi.

(23) Et ego predictus Bandinus sindicus sindicatus nomine pro comuni Pisarum[a] promitto facere vobis domino Alfonso predicto omnia et singula predicta tantum tempore vestro et illustris filii vestri vobis in hoc honore succedentis, ita tamen quod propter istud instrumentum nec propter istas promissiones non obligetur aliquibus aliis successoribus vestris comune Pisarum[a]; et ideo hoc protestor in isto instrumento, ne comuni Pisarum[a] propter ista possit in posterum aliquid preiudicium generari.

(24) Et ad veritatis memoriam in antea conservandam prefatus dominus rex et dictus sindicus me Matheum notarium filium quondam Saluii de civitate Pisarum[a] de prefatis omnibus, ut superius scripta sunt, cartam et cartas publicas unam et plures semel et pluries scribere et confirmare[c] et in publicam scripturam redigere rogaverunt[d].

Acta sunt hec omnia in villa de Soria de Yspania regni Castelle in palatio regali suprascripti domini regis, in presentia mea Mathei notarii supradicti et in presentia dominorum fratris Stefani de ordine fratrum Predicatorum archiepiscopi Turritani[e] et fratris Laurentii de Portugalia de ordine fratrum Minorum penitentiarii domini pape et prosecutoris crucis negotii in tota Yspania et Gartie Petri archidiaconi Marrocchitani[f], testium ad hec specialiter electorum et vocatorum, dominice incarnationis anno millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto secundum cursum Pisanum[a] et quinquagesimo quinto secundum cursum Yspanie, indictione quartadecima, quintodecimo Kal. Aprilis. Et in continenti eodem suprascripto die et loco et coram suprascripto domino rege et me Matheo notario suprascripto et testibus[g] suprascriptis dictus dominus Bandinus dixit et protestatus fuit, se cruce signatum esse, et crucem mostravit in birreto[h] quod in capite deportabat.

(S. N.) Ego Matheus Saluii quondam filius, domini Fr. serenissimi Romanorum imperatoris notarius, predictis omnibus interfui et hec omnia rogatu suprascripti domini regis et dicti sindici ad veritatis memoriam in antea conservandam scripsi et meo signo confirmavi[i].

**394.** z) aᵫe *or.* a) pis̄ *or.* b) lıḡ *or.* c) f̄irmare *or.* d) rogaver̄ *or.* e) t̃ritani *or.* f) mãrocchitā3 *or.* g) t̄t *or.* h) bīreto *or.* i) f̄irmavi *or.*

## 395. *ELECTIO PER MASSILIENSES FACTA. Sept. 13.*

*Dedit Böhmer 'Acta imperii selecta' 678 nr. 973 ex apographo coaevo tabularii Massiliensis. Cf. etiam tria scripta de foedere inter Alfonsum et Massilienses iam die 17. mensis Ianuarii inito, quae edidit Scheffer-Boichorst l. c. 241 sq. — Böhmer, Reg. imp. V, 5488. (P. deest.)*

In nomine Dei, amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, indictione XIIII, Idus Septembris. (1) Ad honorem Dei et beate Marie semper virginis et omnium sanctorum eius et ad honorem excellentissimi domini Anfossi Dei gracia regis Castillie, Legionis, Gallecie, Sibilie, Cordube, Murcie et Iaheni nos Petrus Vetulus Albertinus de Lavania iurisperitus et Iohannes magister cives civitatis vicecomitalis Massiliensis, syndici et arbitratores eiusdem civitatis Massiliensis site in imperio et sub imperio Romano, considerantes et attendentes nobilitatem, industriam, strenuitatem, sapienciam et prudenciam, fidem et potenciam et claram famam prefati domini regis, ac ipsum dominum regem esse christianissimum ac processisse de stirpe imperiali tam Romana et Constantinopolitana quam Yspana; considerantes eciam Romanum imperium diu vacasse et propterea inter subiectos in christiano populo domino carentes sediciones et guerras multiplices factas esse ac cedes gravissimas et strages hominum ac hereses diversas et pessimas ortas esse, et quod propter vacacionem predictam cultus divinus minuitur et censure et claves ecclesiastice contempnuntur, ac eciam fides inter vasallos et dominos penitus annullatur, per quam status mundi quietus deberet existere, et quod per nullum alium principem respublica Romanorum et imperium Romanum inspectis et consideratis omnibus posset reparari et modo debito regi et iusticia gubernari et conservari, eciam augmentari ad exaltacionem ecclesie et imperii et nominis christiani: nos quippe dicti syndici nomine et vice communis et universitatis hominum dicte civitatis vicecomitalis Massiliensis et gerendo in hac parte utiliter negocium tocius imperii christiani et eius nomine nominamus, volumus, petimus, postulamus et eligimus predictum dominum Anfossum Dei gracia regem Castilie, Toleti, Legionis, Gallecie, Sibilie, Cordube, Murcie et Iaheni presentem in imperatorem nostrum, ut de cetero per eum Romanum imperium gubernetur, et electionem de ipso per alios [1] factam nomine imperii acceptamus, ratificamus et approbamus, promittentes eidem legitimo Romanorum imperatori adherere, obedire et servire, tam sibi quam filio eius et heredi in hoc honore succedenti, ac ipsum et imperium pro eo manutenere et defendere et fideles ei existere et omnia et singula que ad veram fidelitatem spectant observare, salvis tamen iuribus et convencionibus, que et quas dominus comes et domina comitissa Provincie in civitate Massiliensi et circa eam habent vel habere dignoscuntur. (2) Qui prefatus dominus rex predictam nominacionem, peticionem, postulacionem et electionem recipiens promisit eisdem [2], nomine dicti imperii et civitatis dicte, dictum imperium et iura ipsius consequi et manutenere et fideliter gubernare. (3) Eciam dicti syndici predicta omnia et singula attendere et complere bona fide nomine dicti communis iuraverunt sacrosanctis evangeliis ab ipsis corporaliter manutactis. Et predicta omnia et singula promiserunt se facturos et curaturos, quod consilium civitatis Massiliensis laudet, approbet et suo sigillo pendenti predicta corroboret [a] et confirmet.

Actum Segovie in capella ecclesie cathedralis, in presencia et testimonio domini Sugerii Zamorensis episcopi, fratris Laurencii legati domini pape in Yspania, Iohannis

**395.** a) corroberet *ed.*

1) *i. e. Pisanos.* 2) *i. e. duobus sindicis.*

de Sancto Iacobo notarii dicti domini regis, Poncii Catalani et mei Guilielmi Lurdi notarii publici Massiliensis, qui mandato et iussu dicti domini regis et rogatu dictorum syndicorum de predictis hoc testimonium scripsi signoque meo signavi.

---

# 396. FACULTAS NUNTIORUM AD PONTIFICEM.

## 1264. Febr. 1.

*Dedit Kehr ex autographo tabularii Vaticani, Arm. II c. I nr. 3, cuius sigillum cereum appendet. Cf. 'Neues Archiv' XIV, 356. Prius edita est a Raynaldo a. 1263 § 38. Tempus contra Regesta imperii*[1] *recte diffinivit vir cl. Rodenberg III, 623 not. 4, cum annus more Gallico computatus esset. — Böhmer, Reg. imp. V, 5513.*

*(P. deest.)*

Pateat universis presentem literam[a] inspecturis, quod nos Alffonsus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et Castelle, Toleti, Legionis, Galleçie[b], Sibilie, Cordube[c], Murçie, Gienne[d] et Algarbe[e] rex facimus, constituimus et ordinamus nostros procuratores, actores et negotiorum nostrorum gestores venerabiles patres dilectos fideles nostros Martinum Legionensem et Garsiam Siluensem episcopos et magistrum Iohannem Alffonssi notarium nostrum et archidiaconum[f] Compostellanum et magistrum Rodulfum de Podiobonici nostrum notarium, generales et speciales omnes in solidum, ita quod occupantis non sit melior conditio[2], ad petendum pro nobis et pro nomine nostro a sumo[g] pontifice et venerabilibus patribus cardenalibus imperii coronam nobis debitam et ad agendum et respondendum, defendendum et tractandum iura nostra imperii et omnia factum[h] ipsum contingentia et quicquid honori nostro viderint expedire, sive in ordinario iudicio vel extraordinario agatur, promittentes nos ratum et firmum quicquid per eosdem vel aliquem ipsorum circa premissa vel in premissis nomine nostro actum fuerit habituros. In cuius rei testimonium presentem literam[a] fecimus sigilli nostri munimine roborari.

Actum Sibilie, rege[i] imperante[k], Kalendis[l] Febr., anno Domini MCCLX tercio. Petrus Stephani fecit scribi[m]. (SP.)

**396.** a) litam *or.* b) Galleç *or.* c) Cord *or.* d) Gieñ *or.* e) Algarb *or.* f) archid *or.* g) *sic or.* h) fcm *or.* i) reg *or.* k) impant *or.* l) kls *or.* m) Petrus — scribi *alia manu et atramento pallidiore or.*

1) *Cf. eadem p. 2190 nr. 5513.* 2) *Cf. L. 32, Dig. De procuratoribus (III, 3) et L. 19, Dig. De re iudicata (XLII, 1). RODENBERG.*

---

# 397. CAPITULA CLEMENTI IV. PORRECTA AD CONFIRMATIONEM IMPETRANDAM.

(1267. Ian. 7.)

*Edidit et illustravit vir d. Fanta 'Mittheilungen des Instituts' VI, 97 e codice tabularii Vaticani inter Miscella, sex foliis in 8° consistente. Ut animadvertit vir doctus, scriptum non capitula ipsa continet, est potius instrumentum super allegationibus Radulfi procuratoris regii confectum; quas factas esse a. 1267 ineunte, e capite 46 comparato cum epistola Clementis IV. ad regem a. 1267. Mai. 9 (ed. Rodenberg III, nr. 661) apparet. Capitula similia iam a. 1263 proposita esse, docemur magna illa epistola Urbani IV. ad Richardum a. 1263. destinata, at non missa, quam infra nr. 405 edituri sumus, in cuius capitibus 11 et 12 eadem verba deprehenduntur atque in scripto nostro. (P. deest.)*

In nomine Domini amen. Iste sunt rationes propter quas magister R(adulfus) procurator excellentissimi domini A(lfonsi) Dei gratia Romanorum, Castelle ac Legionis regis illustris semper augusti dicit, quod interest domini regis eiusdem se opponere petitioni domini R(ichardi) comitis Cornubie, et propter quas dicit, eundem comitem super petitione sua non esse aliquatenus audiendum, et propter quas dicit, predictum dominum suum esse regem Romanorum et ipsum solum in imperio ius habere ac petitionem ipsius domini regis debere ad gratiam exauditionis admitti, cum ipse paratus sit, omnes sollempnitates, que coronationem imperatoris precedere debent et observari consueverunt, plenissime adimplere.

1. In primis dicit idem procurator, quod die, quam pars adversa dicit assignatam fuisse per quondam dominum Maguntinum archiepiscopum ad electionem Romani principis faciendam, IV principes electores, videlicet bone memorie quondam A(rnoldus) Treverensis archiepiscopus, Boemie rex illustris, .. quondam dux Saxonie et .. marchio Brandaburgensis, tum per se tum per procuratores ydoneos convenerunt et fuerunt presentes in oppido Franchenfurd.

2. Item quod dicti principes existentes in dicto loco, ut dictum est, fideles nuntios suos ad quondam .. Coloniensem archiepiscopum et .. comitem palatinum Reni eundemque ducem Bavarie, contra morem et consuetudinem principum et imperii castrametatos cum exercitibus suis et maxima multitudine armatorum in campis per tria miliaria a dicto oppido distantes ad minus, concorditer destinarunt rogantes, monentes et requirentes eosdem ac plenam eis securitatem et fidantiam offerentes, quod ipsi ut principes pacifici et cum decenti comitiva venirent et villam intrarent ac convenirent in debito loco cum eis ad habendum simul in omni sinceritate et pace de principis electione et ordinatione tractatum, si tamen habiles erant ad tantum negotium prosequendum.

3. Item quod dicti duo principes, scilicet Coloniensis archiepiscopus et comes palatinus Reni idemque[a] dux Bavarie, huiusmodi requisitionem, preces, monita ac securitatem et ipsos penitus contempserunt et venire ad eos contumaciter recusarunt.

4. Item quod ista omnia nota et notoria sunt ecclesie et toti regno Alemanie et de hiis est publica et consentiens fama in curia, Alamania et omnibus partibus christianitatis.

5. Item quod dicti IV principes, qui tum per se tum per procuratores in predicto castro de Franchenfurd convenerant, ut est dictum, attendentes quod prefati

397. a) *sequuntur .. male c.*

Coloniensis et comes in castro cum eis convenire nolebant, ordinaverunt, statuerunt et concorditer assignarunt peremptorium terminum ad electionem principis in eodem loco de Franchenfurd secundum Deum et iusticiam faciendam.

6. Item quod huiusmodi assignationem et ordinationem termini, ut est dictum, in dicto loco mox sollempniter publicarunt.

7. Item quod ad superhabundantem cautelam et dictorum duorum principum malitiam superandam denuntiaverunt eisdem assignationem dicti termini, publice requirentes et citantes eosdem ac etiam Maguntinum archiepiscopum, ut in eodem per ipsos termino ordinato in loco solito et debito convenirent cum eis ad electionem principis canonice celebrandam, si tamen habiles erant ad tantum et tale negotium prosequendum.

8. Item quod predicta omnia tunc pervenerunt ad notitiam et scientiam dictorum archiepiscopi Coloniensis et comitis palatini Reni ac etiam archiepiscopi Maguntini.

9. Item quod ista omnia nota et notoria sunt et de eis est publica et consentiens fama per totam Alamaniam.

10. Item quod tempore, quo[b] dicti Coloniensis et comes palatinus Reni idemque dux Bavarie se electioni seu nominationi domini R(ichardi) comitis Cornubie ingessisse dicuntur, erant excommunicati tam a canone quam ab homine.

11. Item quod bone memorie quondam dominus P(etrus) Capotius Sancti Georgii ad Velum aureum diaconus cardinalis, tunc in Alamania apostolice sedis legatus, ante electionem, que de dicto comite R(ichardo) facta asseritur, pro gravibus et manifestis iniuriis et offensis sibi per Coloniensem archiepiscopum in contemptum et derogationem ecclesie nequiter et publice irrogatis excommunicavit et denuntiavit publice excommunicatum dictum archiepiscopum Coloniensem.

12. Item quod ista certa sunt et notoria in Alamania ac etiam in curia Romana et erant tunc temporis.

13. Item quod idem dominus cardinalis tempore predecessoris vestri quondam domini A(lexandri) apud Viterbium in sollempni et publico consistorio, dum de isto imperiali negotio ageretur, coram eodem predecessore vestro et fratribus, presente etiam utraque parte, publice protestatus fuit, dixit et asseruit, quod idem archiepiscopus excommunicatus fuerat et erat tam a canone quam ab homine pro manifestis iniuriis et offensis, quas sibi et ecclesie irrogarat.

14. Item quod idem archiepiscopus postmodum per nuntium vel nuntios, quos ad sedem apostolicam destinavit, et petiit et procuravit, se a dicta excommunicatione absolvi.

15. Item quod pro satisfactione iniuriarum et offensarum illatarum predicto domino cardinali, pro quibus excommunicatus erat, ut dictum est, et obtinenda absolutione solvit ipse vel alius pro eo duo milia marcarum, quas post dicti cardinalis obitum eius fideicommissarii receperunt.

16. Item quod comes palatinus Reni dux Bavarie erat tunc publice excommunicatus pro eo, quod in contemptum et lesionem ecclesie adhesit, publice auxilium, consilium et favorem impendit quondam domino Frederico imperatori et domino regi Conrado[c] filio suo ante et post sententiam latam contra dictum dominum imperatorem in concilio Lugdunensi.

17. Item quod in huiusmodi pertinatia perseveravit et contempsit claves per XII annos et plures.

18. Item quod habebatur in Theotonia ab omnibus excommunicatus et inimicus ecclesie manifestus.

19. Item quod dicti duo principes excommunicati, conventione prius habita cum illis qui fuerunt huiusmodi factionis eorum sollicitati, provexere[d] predictam electionem

**397.** b) quod *c.* c) conR *c.* d) proxenere *ed.*

seu nominationem, que de domino comite R(ichardo) facta dicitur, interventu pecunie acceptate[e].

20. Item quod pro huiusmodi electione seu nominatione quilibet eorum recepit magnam pecunie quantitatem.

21. Item quod in Alamania, Francia, Anglia, Italia et per alias partes christianitatis publica et consentiens fama est, quod per pecuniam hoc fecerunt.

22. Item quod in oppido Frankenfurd fuit et est capella sollempnis et famosa, in qua consueverunt electores principes convenire ad habendum de electione tractatum et etiam ad electionem canonice celebrandam.

23. Item quod eo tempore quo eiusdem comitis electio seu nominatio facta proponitur, . . quondam Maguntinus archiepiscopus in carcere et potestate ducis de Bronsvich detinebatur captivus.

24. Item quod pro consensu vel assensu, quem in facto dicti comitis idem archiepiscopus dicitur prestitisse, recepit ipse vel alius pro eo ex conventione prius habita magnam pecunie quantitatem: et de hoc est publica et consentiens fama in Alamania et est notum et notorium.

25. Item quod idem Maguntinus archiepiscopus specialem nuntium cum litteris suis misit in Ispaniam ad dominum regem, per quas de electione, que facta dicebatur de domino comite R(ichardo), se multis causis et rationibus excusabat, inter alia significans et offerens domino regi, quod recognoscebat eum verum dominum et regem suum et quod ei in Theotoniam venienti paratus erat tamquam regi et domino obedire; et quod rogabat eum, quod sibi cordi esset ulcisci iniuriam per ducem de Bronsvich sibi et ecclesie sue illatam[1].

26. Item quod dicit et proponit dictus procurator regis Romanorum, Castelle ac Legionis illustris, quod dicti IV principes catholici et fideles, videlicet bone memorie quondam Treverensis archiepiscopus, Boemie rex illustris, marchio Brandeburgensis et dux Saxonie, adveniente predicto termino per eos, ut dictum est, ad electionem celebrandam statuto, predictis duobus principibus et Maguntino minime comparentibus, set in perfidia et contumacia sua perseverantibus, convenientes in loco debito et statuto tum per se tum per alios seu alium, servatis omnibus consuetudinibus et sollempnitatibus Romani imperii, que solent et debent servari in electione Romani principis, habentes ante oculos per litteras apostolicas[2] eisdem iam presentatas apostolice sedis consilium et mandatum, predictum dominum regem Castelle ac Legionis illustrem in Romanorum regem promovendum in imperatorem concorditer et canonice elegerunt, sicut in decreto electionis ipsius et litteris principum[3] ipsorum apertius continetur.

27. Item quod electionem ipsam cum ingenti gaudio, sicut fieri debuit, sollempniter publicarunt.

28. Item quod dicti IV principes predictam electionem de domino rege canonice celebratam recognoverunt et approbaverunt, tamquam legitimam et ratam et firmam habuerunt et iuraverunt predicto domino regi obedire et assistere tamquam gloriosissimo Romanorum regi et futuro imperatori ac domino suo.

29. Item quod dicti IV principes electionem et concordiam eorum de dicto domino rege canonice celebratam per sollempnes officiales imperii, videlicet Spirensem episcopum[4] cancellarium imperii et alios magnos et venerabiles viros clericos et laicos, nuntios et procuratores eorum tunc in Yspaniam venientes predicto domino regi devo-

**397.** e) acceptar̄ *c.*

1) *Gerhardum archiepiscopum, qui obiit a. 1259. Sept. 25, iam ante diem Aug. 16 a. 1258 a rege Richardo declinasse, probari videtur carta regis hoc die data; Böhmer, Reg. imp. V, 5352.* 2) *Sunt litterae Alexandri IV. a. 1256. Iul. 28 de non eligendo Conradino; Rodenberg III, nr. 440.* 3) *Quae deperdita esse dolemus.* 4) *Heinricum electum. De legatione cf. Böhmer, Reg. imp. V, 5488c.*

tissime presentarunt, eidem ex parte principum, prelatorum, nobilium et universitatum Theotonie, quorum etiam in quantitate maxima scripta et litteras presentarunt, humiliter supplicantes, quod electioni huiusmodi, que a Deo et previa apostolice sedis ordinatione cesserat, consentiret.

5 30. Item quod idem dominus rex de matris ecclesie favore confisus cum favore et consilio domini regis Francie et fratrum suorum, de consilio etiam regum Aragonie, Navarre, Portugalie et aliorum multorum principum et nobilium christianitatis, deliberato etiam suorum consilio, canonice electioni de se facte consensit et negotium istud assumpsit imperii.

10 31. Item quod multorum principum, nobilium, civitatum et aliarum terrarum imperii iuramenta fidelitatis et possessionem eorum recepit per nuntios, officiales et vicarios suos, quos consulte per diversas partes Theotonie et alias ordinavit et misit.

32. Item quod multos principes, nobiles et magnates Alamanie ad eum tamquam ad dominum suum devote in Yspaniam venientes cum vexillis et aliis sollempnitatibus 15 iuxta morem imperii observandis de feudis, honoribus et iurisdictionibus, que ab imperio tenent, sollempniter investivit et recepit ab eis fidelitatis debite iuramenta.

33. Item quod dominus rex, sicut fieri debuit et processit, de voluntate et consilio suorum principum per nuntios suos et dictorum principum cum suis ad sedem apostolicam accedentes hec omnia per electionis sue decretum, litteras et scripta 20 principum electorum et alia publica munimenta predecessori vestro quondam domino A(lexandro) et fratribus suis nuntiare curavit.

34. Item quod predicta decretum, scripta et littere fuerunt exhibita, ostensa et lecta coram eodem predecessore vestro et fratribus suis in publico consistorio in civitate ista Viterbiensi[1], presente etiam parte adversa.

25 35. Item quod per eosdem nuntios suos et principum tunc et per alios successive pluries et quam pluries et demum per virum egregium fratrem suum dominum Emanuelem et alios sollempnes nuntios[2] cum eo ad sedem apostolicam destinatos predicto predecessori et fratribus suis humiliter supplicavit, ut eidem invocando eum et inveniendo ac prosequendo ecclesie matris sue deberent favorem impendere, sicut 30 temporibus retrohactis principibus Romanis per ecclesiam fieri consuevit.

36. Item quod ipse per nuntios et procuratores suos predictos et alios coram eodem predecessore ac domino Urbano, alio predecessore vestro, et fratribus vestris semper obtulit, se paratum ad veniendum et ad istud negotium efficaciter prosequendum.

37. Item quod processit et fuit de consilio suorum principum ac nuntiorum et 35 procuratorum ipsorum et multorum prelatorum et nobilium, qui ad eum de Theotonia in Yspaniam accesserunt, quod electione de eo canonice celebrata ipse scriberet et intitularet se regem Romanorum semper augustum et ut rex omnia licenter et libere exerceret, et peteret a sede apostolica se vocari et eiusdem sedis in prosecutione imperialis negotii suisque processibus auxilium, consilium et favorem, quia ista sicut 40 petere et facere sibi de iure et consuetudine imperii competebant.

38. Item quod olim apud Anagniam[3], cum idem rex per nuntios suos ad hoc specialiter destinatos dicto predecessori vestro domino A(lexandro) et fratribus suis suum ad partes imperii nuntiasset adventum, et quod paratus erat et in omnem eventum venire volebat, propter quod eius requirebat consilium et favorem, idem predecessor 45 de fratrum consilio eisdem nuntiis expresse respondit[f], quod nolebat eum venire, dissuadebat ei, deortabatur eum, etiam si venire promisisset, etiam si iurasset.

**397.** f) rexpondit *c.*

1) *Ubi Alexander IV. a die 23. Maii a. 1257 usque ad diem 20. Oct. a. 1258 morabatur. FANTA.* 2) *Cf. epistolam Alexandri IV. ad Richardum a. 1258, infra nr. 402 c. 9.* 3) *Ubi Alexander IV. inde* 50 *a die 31. Oct. a. 1258 usque ad diem 6. Nov. a. 1260 fere semper moram trahebat. FANTA.*

39. Item quod ista responsione non contentus idem predecessor super hoc litteras apostolicas et specialem ac sollempnem ad eum nuntium destinavit, videlicet reverendum patrem dominum G(ottifredum) Sancti Georgii ad Velum aureum diaconum cardinalem, tunc capellanum suum.

40. Item quod idem predecessor respondens ad ea, que proposita fuerunt per dominum Emanuelem fratrem domini regis et alios, qui cum eo ad sedem apostolicam accesserunt, dixit se missurum in continenti ad dominum regem nuntium sedis apostolice specialem, qui eidem ex parte sedis eiusdem ad omnia et singula per eum proposita verbotenus responderet.

41. Item quod quondam dominus Andreas de Ferentino, domini pape cappellanus post dominum Emanuelem in Yspaniam e vestigio veniens, presentatis litteris apostolicis, domino regi dixit et retulit ea ex parte domini pape: quod placeret ei supersedere et expectare, quia intentionis domini pape et fratrum erat super negotio isto ad honorem suum salubriter providere, et quod pro constanti teneret et certus esset, quod dominus papa numquam dederat nec dare intendebat domino comiti R(ichardo) in negotio isto favorem in preiudicium vel lesionem iustitie vel honoris domini regis in aliquo.

42. Item quod idem predecessor requisitus a predicto domino E(manuele) fratre domini regis et aliis, qui cum eo ad sedem apostolicam venerant, si per nuntios vel litteras in Theotonia ullum dicto comiti mandaverat dari favorem, respondit: 'Absit fili, quia numquam dedimus nec mandavimus dari nec dare intendimus nec aliquid facere, per quod karissimi filii nostri fratris tui regis illustris honori in aliquo derogetur'; et quod fratrem Gualterium Anglicum ad hoc non miserat; et si forte ipse dominum regem Castelle super negotio imperii in aliquo in Alamania offendisset, ita graviter puniret eum, quod pena eius esset aliis ad terrorem.

43. Item quod in omnibus nuntiis et procuratoribus, qui super isto negotio pro parte domini regis ad curiam accesserunt, semper de non dando favorem predicto comiti R(ichardo) patenter et expresse predecessor idem respondit.

44. Item quod est de approbata consuetudine iurium et privilegiorum Germanorum, quod nullus in imperatorem possit vel debeat eligi vel promoveri, qui alterius imperio seu dominio sit subiectus seu alterius sit vassallus.

45. Item quod de hiis omnibus est publica fama et sunt publica notoria.

46. Predicta vel que sufficiant de predictis et alia, que faciunt et facere possent ad intentionem et defensionem predicti domini regis et iuris eiusdem, poterunt probari, si opus est, in Alamania, Ytalia, Yspania, in regno Francie et in curia Romana. Protestatur tamen et dicit idem procurator, quod non astringit se ad viam specialem probationis, set predicta omnia poterunt probari per confessionem partis adverse, instrumenta, litteras et testes ac iudicia cetera, que a iure non respuentur infra dilationes magnitudini, gravitati, qualitati et quantitati tanti et talis negotii congruentes.

47. Et protestatur idem procurator et dicit, quod liceat adhuc domino regi, qui plenius novit factum istud et processum eiusdem ac omnia et singula que in eo acta et gesta sunt, alios dare articulos et probare ad intentionem et defensionem suam et sui iuris et iusticie, presertim cum idem dominus rex iuxta formam citationis predecessoris vestri et vestre eum non potuerit ad plenum instruere in predictis.

# APPENDIX I.

# ACTA ET CONCILIA PONTIFICUM ROMANORUM.

## 398. INNOCENTII III. DECRETALIS DE IURE PONTIFICIS IN ELECTIONE REGIS.

(1202. Mart.)

*Insignem decretalem epistolam dictam 'Venerabilem', quae transiit in Decretales Gregorii IX. Lib. I. tit. 6 de elect. c. 34, contulit vir d. Tangl cum Registri Innocentii III. tom. VI, fol. 18' ep. 61 (ep. 62 in editis Registri de negotio imperii), ubi inscribitur:* Nobili viro duci Zaringie. — *Potthast, Reg. pont. Rom. 1653. Böhmer, Reg. imp. V, 5783. (P. deest.)*

Nobili viro duci Zaringie.

(1) Venerabilem fratrem nostrum . . Salzburgensem archiepiscopum et dilectum filium . . abbatem de Salem et nobilem virum . . marchionem Orientalem, quorumdam principum nuntios ad sedem apostolicam destinatos benigne recepimus et eis benivolam duximus audientiam indulgendam. Litteras quoque, quas per eos quidam nobis principes destinarunt, diligenter perlegi fecimus et que continebantur in eis notavimus universa. (2) Inter cetera vero, que dicti principes per easdem nobis litteras intimarunt, hac precipue obiectione sunt usi dicentes, quod venerabilis frater noster Prenestinus episcopus, apostolice sedis legatus, aut electoris gessit aut cognitoris personam; si electoris, in alienam messem miserat falcem suam et electioni se ingerens principum derogaverat dignitati; si cognitoris, absente altera partium videtur perperam processisse, cum citata non fuerit et ideo non debuerit contumax iudicari. (3) Verum nos, qui secundum apostolice servitutis officium sumus singulis in iustitia debitores, sicut iustitiam nostram ab aliis nolumus usurpari, sic ius principum nobis nolumus vendicare. Unde illis principibus ius et potestatem eligendi regem in imperatorem postmodum promovendum recognoscimus, ut debemus, ad quos de iure ac antiqua consuetudine noscitur pertinere; presertim cum ad eos ius et potestas huiusmodi ab apostolica sede pervenerit, que Romanum imperium in persona magnifici Karoli a Grecis transtulit in Germanos. (4) Sed et principes recognoscere debent et utique recognoscunt, quod ius et auctoritas examinandi personam electam in regem et promovendam ad imperium

ad nos spectat, qui eam inungimus, consecramus et coronamus. Est enim regulariter ac generaliter observatum, ut ad eum examinatio persone pertineat, ad quem impositio manus spectat. Numquid enim si principes non solum in discordia, sed etiam in concordia sacrilegum quemcumque vel excommunicatum in regem, tirampnum vel fatuum, hereticum eligerent aut paganum, nos inungere, consecrare ac coronare hominem huiusmodi deberemus? Absit omnino!

(5) Obiectioni ergo principum respondentes asserimus, quod legatus noster episcopus Prenestinus nec electoris gessit personam, iuxta quod nobis per litteras suas quidam principum opponebant, utpote qui nec fecit aliquem eligi nec elegit et sic electioni se nequaquam ingessit; nec cognitoris personam exhibuit, cum neutrius electionem quoad factum eligentium confirmandam duxerit aut etiam infirmandam, et sic ius sibi principum nullatenus usurparit aut venerit contra illud. Exercuit autem denuntiatoris officium, quia personam ducis eiusdem denuntiavit indignam et personam regis ipsius denuntiavit idoneam quoad imperium obtinendum, non tam propter studia eligentium, quam propter merita electorum; quamvis plures ex illis, qui eligendi regem in imperatorem promovendum de iure ac consuetudine obtinent potestatem, consensisse perhibeantur in ipsum regem Ottonem, et ex eo quod fautores Ph(ilippi), absentibus aliis et contemptis, ipsum eligere presumpserunt, pateat eos perperam processisse; cum explorati sit iuris, quod electioni plus contemptus unius quam contradictio multorum obsistat. Unde quia privilegium meruerunt amittere, qui permissa sibi abusi sunt potestate, videri non immerito potest, quod iniuria huiusmodi non obstante ceteri uti potuerint iure suo. (6) Et quoniam dux predictus nec ubi debuit nec a quo debuit coronam et unctionem accepit, memoratus vero rex et ubi debuit, videlicet Aquisgrani, et a quo debuit, scilicet a venerabili fratre nostro Coloniensi archiepiscopo recepit utrumque, nos utique non Ph(ilippum), sed Ot(tonem) reputamus et nominamus regem iustitia exigente. In reprobatione vero prefati Ph(ilippi) ducis Sueuie propter manifesta impedimenta persone non accusatione sed condempnatione potius fuit opus, quia non accusatione sed condempnatione indigent manifesta. Quod autem, cum in electione vota principum dividuntur, post ammonitionem et exspectationem alteri partium favere possimus, maxime postquam a nobis unctio, consecratio et coronatio postulantur, sicut utraque pars a nobis multotiens postulavit, ex iure patet pariter et exemplo. Numquid enim, si principes ammoniti et exspectati vel non poterint vel noluerint convenire, apostolica sedes advocato et defensore carebit eorumque culpa ipsi redundabit in penam? Sciunt autem principes et tua nobilitas non ignorat, quod cum Lot(harius) et Corradus in discordia fuissent electi, Romanus pontifex Lot(harium) coronavit et imperium obtinuit coronatus, eodem Corrado tunc demum ad eius gratiam redeunte. (7) Nos ergo per nuntios principum memoratos eos duximus commonendos, ut sicut nos a iuris ipsorum cessamus iniuria, sic ipsi contra ius nostrum se nequaquam iniuriosos ostendant, sed a prefato duce iusto quidem a nobis iudicio reprobato recedant et prefato regi Ot(toni) non abnuant adherere, nisi tunc demum contra personam vel factum legitimum quid[a] ab eis obiectum fuerit et ostensum. (8) Sunt enim notoria impedimenta ducis Sueuie, scilicet excommunicatio publica, periurium manifestum et persecutio divulgata, quam progenitores eius et ipse presumpserunt in apostolicam sedem et alias ecclesias exercere. Fuit enim a bone memorie C(elestino) papa predecessore nostro propter invasionem et devastationem patrimonii beati Petri commonitione sepe premissa publice ac sollempniter excommunicationis vinculo innodatus, cum in Tuscia moraretur; quod ipse postmodum recognovit, dum per nuntium suum ab ipso predecessore nostro absolutionis beneficium postulavit et postmodum a . . tunc Sutrino episcopo, quem cum abbate Sancti Anastasii pro liberatione venerabilis fratris nostri

**398.** a) *pro* aliquid.

Salernitani archiepiscopi nos in Teutoniam miseramus, contra formam mandati nostri de facto solummodo, quia de iure non potuit, post suam electionem apud Warmaciam occulte se fecit absolvi. Unde patet, quod fuerit excommunicatus electus 'etc.[1] ut supra in eundem modum quo scriptum est principibus Alamannie usque' sua temeri-
5 tate venire. Utrum vero dictum iuramentum licitum fuerit an illicitum et ideo servandum an non servandum exstiterit, nemo sane mentis ignorat ad nostrum iudicium pertinere. (9) Quod autem Ph(ilippus) de genere persecutorum existat, principes non credimus dubitare, cum Henricus 'etc.[2] in eundem fere modum ut superius dictum est usque' vivos in mare submergi, ad tuam et aliorum principum credimus audientiam
10 pervenisse. (10) Insuper si supradictus dux, quod absit, imperium obtineret, libertas principum in electione periret et imperii obtinendi de cetero ceteris fiducia tolleretur. Nam si, prout olim Fredericus Corrado et Henricus postmodum Frederico, sic nunc vel Fredericus Ph(ilippo) vel Ph(ilippus) Henrico succederet, videretur imperium non ex electione sed ex successione deberi. Preterea cum multi principum ex imperio
15 eque sint nobiles et potentes, in eorum preiudicium redundaret, si nonnisi de domo ducum Sueuie videretur aliquis ad imperium assumendus. (11) Cum ergo nos flecti a nostro proposito nulla penitus occasione possimus, sed in eo potius firmissime persistamus, et tu nobis sepe per litteras tuas duxeris suggerendum, ut eidem duci nullatenus faveremus, nobilitatem tuam monemus et exhortamur in Domino et per apostolica
20 scripta mandamus, quatenus, sicut de gratia nostra confidis et nos de tua devotione speramus, de cetero a prefato duce Ph(ilippo) recedas omnino, non obstante iuramento, si quod ei ratione regni fecisti, cum eo quantum ad obtinendum imperium reprobato iuramentum huiusmodi non debeat observari. Predicto vero regi Ottoni, quem nos concedente Domino ad coronam imperii disponimus evocare, patenter adhereas et
25 potenter, ut cum ei ad commonitionem nostram adheseris, inter primos gratiam et benivolentiam eius obtinere precipue merearis; ad quod nos pro tue nobilitatis amore dabimus operam efficacem.

Datum Laterani.

---

# 399–401. INNOCENTII IV. CONCILIUM
30 # LUGDUNENSE.

1245. Iul.

*Quamvis summaria tabularii Vaticani Parisina bullam pontificis, per quam a. 1245. Apr. 18 imperatorem ad concilium citaverit, allegent[3], talem bullam nunquam exstitisse, imperatorem potius per solum sermonem, quem Innocentius IV. a. 1244. Dec. 27 habuit,*
35 *citatum esse, comprobaverunt Rodenberg 'Epistolae saec. XIII.' II, 57 not. 1, Winkelmann 'Regesta imperii' V, 7528c, Kehr 'Historische Zeitschrift' LXXIV, 98. Vir cl. Kehr certe recte iudicavit, summarium istud Parisinum spectare ad epistolam Innocentii a. 1248. Apr. 18 datam, quam nuper denuo edidit Rodenberg l. c. II, nr. 541 (Böhmer, Reg. imp. V, 7986), cuius exemplar autographum iam nunc exstat in tabulario Vaticano[4]. E decretis*
40 *concilii cum nihil ad nostrum inceptum spectet, tria tantum monumenta propositurі sumus.*

1) *Quae hoc loco indicantur, ea require in ep. 33 Registri de negotio imperii.* 2) *V. ibidem.* 3) *V. 'Archiv' VII, 30:* 1245. Apr. 18. Innocentius IV. Fridericum II. ad comparendum Lugduni citat, anno 4° (2°). *Potthast 'Reg. pont. Rom.' 11630 nil nisi hanc notitiam praebet.* 4) *V. 'Neues Archiv' XIV, 356 nr. 24 et supra p. 376 not. 1.*

### 399. *APPELLATIO THADDEI DE SUESSA. (Iul. 17.)*

*Damus e codice Parisino Ancien fonds latin 2954 fol. 2', e quo iam olim eam exemplavit vir d. Chardier. — Huillard-Bréholles VI, 318 (ex eodem codice). Böhmer, Reg. imp. V, 7551. (P. deest.)*

Cum dominus imperator citatus non fuerit ad concilium[a], cum citatio in predicatione facta nulla fuerit ipso iure canonico et civili, et etiam incerta fuerit non continens super quo dominus imperator citaretur, ut veniret vel procuratorem mitteret in concilio responsurum, sit etiam dominus papa in guerra cum eo et sit inimicus ipsius, et contra omne ius assumat partes iudicis et actoris et ante ceptum iudicium, ante etiam quam de propositis constet, cum contra dominum imperatorem proposita per summum pontificem et alios omnino negentur, et intendat diffinitivam sententiam promulgare: ego Thadeus de Suessa[b] magne imperialis curie iudex, a domino meo imperatore procurator ad hoc specialiter constitutus, dico nullam fore sententiam contra dominum meum imperatorem per summum pontificem in presenti concilio promulgandam; si tamen aliqua sit, quod omnino diffiteor, cum nullus sit in ea iuris ordo servatus, ab ipsa ad futurum Romanum pontificem et ad universale concilium regum, principum et prelatorum, cum presens concilium universale non sit, pro parte domini imperatoris appello[c].

### 400. *BULLA DEPOSITIONIS. Iul. 17.*

*Quamquam vir d. Rodenberg 'Epistolae saeculi XIII. e regestis pontificum selectae' II, nr. 124 hanc bullam denuo edidit et de diversis eius formis doctissime praefatus est, eam iterum proponi fas erat, quia exemplar autographon nacti sumus. Quod eruit vir cl. Sickel e tabulario Vaticano, exemplavit vir d. Voltelini, contulit vir d. Kehr. Signatum est Arm. II Caps. I nr. 7; bulla deperiit, foraminibus relictis. Textus una eademque manu exaratus est, quae etiam paucas correcturas fecisse videtur. — Potthast 11733. Berger 1368. Böhmer, Reg. imp. V, 7552. (P. deest.)*

‖ Innocentius episcopus servus servorum Dei sacro presente concilio ad rei memoriam sempiternam. ‖ (1) Ad apostolice dignitatis apicem licet indigni dignatione divine maiestatis assumpti, omnium christianorum curam vigili sedulaque sollertia gerere ac intime considerationis oculo singulorum discernere merita et provide deliberationis statera librare debemus, ut quos iusti vigor examinis dignos ostenderit, congruis attollamus favoribus, quos autem reos, penis debitis deprimamus, appendentes semper meritum et premium equa lance retribuendo cuique iuxta qualitatem operis pene vel gracie quantitatem. Sane cum dira guerrarum commotio nonnullas professionis christiane provincias diutius affixisset, nos toto cupientes mentis affectu tranquillitatem et pacem ecclesie sancte Dei ac generaliter cuncto populo christiano, ad precipuum principem secularem, huiusmodi dissensionis[a] et tribulationis actorem, a felicis recordationis G. papa predecessore nostro pro suis excessibus anathematis vinculo innodatum, speciales nuntios magne auctoritatis viros, videlicet venerabiles fratres P. Albanensem, tunc Rothomagensem archiepiscopum, et Guillelmum Sabinensem, tunc quondam Mutinensem, episcopos ac dilectum filium nostrum[b] Guillelmum basilice duodecim Apostolorum presbiterum cardinalem, tunc abbatem Sancti Facundi, qui salutem çelabantur ipsius, duximus destinandos, facientes sibi proponi per ipsos,

**399.** a) consilium *c.* b) Sesia *c.* c) *sequitur in codice:* Hoc facto processit papa ad depositionem eiusdem.

**400.** a) ensionis *in rasura.* b) nostros (os *in rasura*).

quod nos et fratres nostri quantum in nobis erat pacem per omnia secum habere necnon cum omnibus hominibus optabamus, parati sibi pacem et tranquillitatem dare ac mundo etiam universo. (2) Et quia prelatorum, clericorum omniumque aliorum, quos detinebat captivos, et omnium tam clericorum quam laicorum, quos ceperat in
5 galeis[c], restitutio poterat esse pacis plurimum inductiva, eum ut illos[d] restitueret, cum hoc idem tam ipse quam sui nuntii, antequam ad apostolatus vocati essemus officium, promisissent, rogari et peti ab ipso fecimus per eosdem, ac proponi insuper, quod iidem parati pro nobis erant audire et tractare pacem ac etiam[e] audire satisfactionem, quam facere vellet princeps de omnibus, pro quibus vinculo erat excommunicationis
10 astrictus, et offerri preterea, quod si ecclesia eum in aliquo contra debitum leserat, quod non credebat, parata erat corrigere ac in statum debitum reformare. Et[f] si diceret ipse, quod in nullo contra iustitiam leserat ecclesiam vel quod nos eum contra iustitiam lesissemus, parati eramus, vocare reges, prelatos et principes tam ecclesiasticos quam seculares ad aliquem tutum locum, ubi per se vel sollempnes nuntios conveni-
15 rent; eratque parata ecclesia de consilio concilii sibi satisfacere, si eum lesisset in aliquo, ac revocare sententiam, si quam contra ipsum iniuste tulisset, et cum omni mansuetudine ac misericordia, quantum cum Deo et honore suo fieri poterat, recipere de iniuriis et offensis ipsi ecclesie suisque per eum arrogatis[g] satisfactionem ab ipso. Volebat[h] etiam ecclesia omnes amicos suos sibique adherentes in pace ponere plenaque
20 securitate gaudere, ut numquam hac occasione possent aliquod subire discrimen. (3) Set licet sic apud eum pro pace paternis monitis et precum insistere curaverimus lenitate, idem tamen Pharaonis imitatus duritiam et opturans more aspidis aures suas, Ps. 57, 5. huiusmodi preces et monita elata obstinatione ac obstinata elatione despexit. Et licet processu temporis in die cene Domini proximo nuper preterita precedente coram [no]bis 1244. Mart. 31.
25 et fratribus nostris, presentibus carissimo in Christo filio nostro Constantinopolitano imperatore illustri, cetu quoque non modico prelatorum, senatoribus populoque Romano et maxima multitudine aliorum, qui eodem die propter sollempnitatem ipsius de diversis mundi partibus ad apostolicam sedem convenerant, quod staret nostris et ecclesie mandatis per nobilem virum .. comitem Tholosanum ac[i] magistros Petrum de
30 Vinea et Tadeum de Suessa curie sue iudices, nuntios et procuratores suos speciales super hoc ab ipso mandatum habentes, prestiterit iuramentum: postmodum tamen quod iuraverat non implevit. Quin immo ea intentione ipsum prestitisse probabiliter creditur, sicut ex factis sequentibus colligitur evidenter, ut eidem ecclesie ac nobis[k] illuderet potius quam pareret, cum anno et amplius iam elapso nec ad ipsius ecclesie gremium
35 revocari potuerit nec sibi de illatis ei dampnis et iniuriis curaverit satisfacere, licet super hoc extiterit requisitus. Propter quod non valentes absque gravi Christi offensa eius iniquitates amplius tolerare, cogimur urgente nos conscientia iuste animadvertere in eundem. (4) Et ut ad presens de ceteris eius sceleribus taceamus, quatuor gravissima, que nulla possunt celari tergiversatione, commisit: Deieravit enim multotiens;
40 pacem quondam inter ecclesiam et imperium reformatam temere violavit; perpetravit etiam sacrilegium, capi faciens cardinales sancte Romane ecclesie ac aliarum ecclesiarum prelatos et clericos, religiosos et seculares, venientes ad concilium quod idem predecessor duxerat convocandum; de heresi quoque non dubiis et levibus set difficilibus[l] et evidentibus argumentis suspectus habetur. (5) Plura siquidem eum commisisse
45 periuria satis patet. Nam[m] olim cum in Sicilie partibus morabatur, priusquam esset ad imperii dignitatem electus, coram bone memorie G. Sancti Theodori diacono cardinali, apostolice sedis legato, felicis recordationis Innocentio pape predecessori nostro

**400.** c) Galeis. d) os *in rasura.* e) ac etiam *in rasura.* f) *in rasura.* g) *legendum* irrogatis. h) le *in rasura.* i) a *or.* k) n *in rasura.* l) *corr. ex* difficillibus. m) Non *or.*

et[n] successoribus eius ecclesieque Romane pro concessione regni Sicilie ab eadem ecclesia sibi facta fidelitatis prestitit iuramentum et, sicut dicitur, illud idem, postquam ad eandem dignitatem electus extitit et venit ad Urbem, coram eodem I. suisque fratribus, aliis multis presentibus, ligium hominium in eius faciens manibus innovavit. Deinde cum in Alamannia esset, eidem I. et, ipso defuncto, bone memorie Honorio 5 pape predecessori nostro et eius successoribus ac ipsi ecclesie Romane, presentibus imperii principibus atque nobilibus, iuravit honores, iura et possessiones Romane ecclesie pro posse suo servare ac protegere bona fide, et quod quecumque ad manus suas devenirent, sine difficultate restituere procuraret, nominatis expresse dictis possessionibus in huiusmodi iuramento; quod postmodum confirmavit coronam[o] imperii iam 10 adeptus. Set horum trium iuramentorum temerarius extitit violator non sine proditionis nota et lese crimine maiestatis. Nam contra prefatum predecessorem G. et fratres suos comminatorias litteras eisdem fratribus destinare ac dictum G. apud fratres ipsos, sicut apparet per litteras ab eo tunc directas eisdem, et etiam, prout fertur, per universum fere orbem terrarum multipliciter diffamare presumpsit. Ac venera- 15 bilem fratrem nostrum O. Portuensem, tunc Sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum cardinalem, et bone memorie I. Penestrinum episcopos, apostolice sedis legatos, nobilia et magna ecclesie Romane membra, personaliter capi fecit et bonis omnibus spoliatos ac per diversa loca non semel ignominiose deductos carceribus mancipari. Privilegium insuper, quod beato Petro et successoribus eius in ipso tradidit dominus 20 Matth. 16, 19. Iesus Christus, videlicet: 'quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in celis, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in celis', in quo utique auctoritas et potestas ecclesie Romane consistit, pro viribus diminuere vel ipsi ecclesie auferre sategit, scribens se prefati G. sententias non vereri, latam ab eo excommunicationem in ipsum non solum contemptis ecclesie clavibus non servando, verum etiam per se 25 ac officiales suos et illam et alias excommunicationis vel interdicti sententias, quas idem omnino contempsit, cogendo alios non servare. Possessiones quoque prefate Romane ecclesie, videlicet Marchiam, Ducatum, Beneuentum, cuius muros et turres dirui fecit, ac alias quas in Tuscie ac Lombardie partibus et quibusdam[p] aliis optinebat locis, paucis exceptis, occupare non metuens, eas adhuc detinet occupatas. Et tam- 30 quam ei non sufficeret, quod manifeste contra iuramenta premissa presumendo talia veniebat, per se vel suos officiales earumdem possessionum homines deierare compulit, ipsos a iuramentis fidelitatis, quibus Romane tenebantur ecclesie, de facto, cum de iure non posset, absolvens et faciens eosdem fidelitatem nichilominus abviare[q] predictam sibique fidelitatis huiusmodi iuramenta prestare. (6) Pacis vero ipsum violatorem 35 existere plene constat, quia cum olim tempore pacis inter ipsum et ecclesiam reformate iurasset coram bone memorie I. de Abbatis Villa episcopo Sabinensi et magistro Thomasio tituli Sancte Sabine presbitero cardinali, presentibus multis prelatis, principibus et baronibus, quod staret et pareret precise absque ulla conditione omnibus mandatis ecclesie super hiis, pro quibus erat vinculo excommunicationis astrictus, causis 40 excommunicationis eiusdem expressis per ordinem coram eo, tunc omnibus Theotonicis, hominibus regni Sicilie ac quibuslibet aliis, qui ecclesie contra ipsum adheserant, omnem remittens offensam et[p] penam, et quod nullo tempore offenderet vel offendi faceret ipsos pro eo quod ecclesie astiterant, prestari in anima sua per . . comitem Acerrarum faciens iuramentum, postmodum pacem et iuramenta huiusmodi, nequaquam 45 erubescens irretiri periuriis, non servavit. Nonnullos enim ex ipsis hominibus tam nobiles quam alios postea capi fecit et, eis bonis s[uis] omnibus spoliatis, uxores ipsorum et filios captivari, ac terras ecclesie contra promissionem, quam eisdem I. Sabi-

**400.** n) *in rasura.* o) ona *in rasura.* p) *in rasura.* q) *sic or.*

nensi episcopo et T. cardinali fecerat, irreverenter invasit, licet ipsi tunc in eum presentem, si contraveniret, excommunicationis sententiam promulgarint[r]. Et cum iidem apostolica sibi auctoritate mandassent, ut nec per se nec per alium impediret, quin postulationes, electiones et confirmationes ecclesiarum et monasteriorum in regno prefato libere decetero fierent secundum statuta concilii generalis, et quod nullus deinceps in eodem regno viris ecclesiasticis ac[s] rebus eorum imponeret tallias vel collectas, quodque nullus ibidem clericus vel persona ecclesiastica decetero in civili vel criminali causa conveniretur coram iudice seculari, nisi super feudis questio civiliter haberetur, ac Templariis, Hospitalariis et aliis personis ecclesiasticis de dampnis et iniuriis irrogatis eisdem satisfaceret competenter: ipse mandatum huiusmodi adimplere contempsit. Liquet namque undecim[t] aut plures archiepiscopales et multas episcopales sedes, abbatias quoque ac alias ecclesias vacare ad presens[u] in regno predicto easque procurante ipso, sicut aperte patet, fuisse diutius prelatorum regimine destitutas[v] in grave ipsarum preiudicium et periculum animarum. Et licet forte in aliquibus eiusdem regni ecclesiis electiones sint a capitulis celebrate, quia tamen per illa eiusdem familiares clerici sunt electi, probabili potest argumento concludi, quod facultatem non habuerunt liberam eligendi. Ecclesiarum autem ipsius regni non solum facultates et bona fecit prout voluit occupari, set eciam cruces, turibula, calices et alios sacros earum thesauros et pannos sericos velud cultus divini contemptor auferri, licet ut dicitur ipsis ecclesiis exacto tamen prius pro eis certo pretio in parte fuerint restituti. Clerici quippe collectis et talliis multipliciter affliguntur, nec solum trahuntur ad iudicium seculare, set ut asseritur coguntur subire duella, incarcerantur, occiduntur et patibulis cruciantur in confusionem et opprobrium ordinis clericalis. Prefatis autem Templariis, Hospitalariis et personis ecclesiasticis non est de dampnis illatis eisdem et iniuriis satisfactum. (7) Eum quoque certum est fore sacrilegii patratorem. Nam cum prefati Portuensis et Penestrinus episcopi et quam plures ecclesiarum prelati et clerici tam religiosi quam seculares ad apostolicam sedem pro celebrando concilio, quod prius ipse petiverat, convocati per mare venirent, viis terre ipsis de mandato eius omnino preclusis, idem destinato Ensio filio suo cum multitudine galearum et per alias quam plures longe antea serio preparatas in partibus Tuscie maritimis insidiis positis contra eos, ut gravius posset virus vomere preconceptum, ipsos ausu sacrilego capi fecit, quibusdam prelatorum ipsorum et aliis in huiusmodi captione submersis, nonnullis etiam interemptis[w] et aliquibus hostili insecutione fugatis, reliquis autem bonis spoliatis omnibus et de loco ad locum in regnum Sicilie opprobriose deductis ac ibidem diris[x] carceribus mancipatis. Quorum aliqui macerati squaloribus et inedia pressi miserabiliter defecerunt. (8) Merito insuper contra eum de heretica pravitate suspitio est exorta, cum postquam excommunicationis sententiam a prefatis I. episcopo Sabinensi et T. cardinali prolatam incurrit et dictus G. papa ipsum anathematis vinculo innodavit, ac post ecclesie Romane cardinalium, prelatorum et clericorum ac aliorum etiam diversis temporibus ad sedem apostolicam venientium captionem claves ecclesie contempserit et contempnat, sibi faciens celebrari vel potius quantum in eo est prophanari divina, et constanter asseveraverit, ut superius est narratum, se prefati G. pape sententias non vereri. Preterea coniunctus amicitia detestabili Sarracenis, nuntios et munera pluries destinavit eisdem et ab eis vicissim cum honorificentia et ilaritate recepit ipsorumque ritus amplectitur, illos in cotidianis eius obsequiis notabiliter secum tenens, eorundem etiam more uxoribus quas[y] habuit de stirpe regia descendentibus eunuchos, precipue quos, ut dicitur serio, castrari fecerat, non erubuit deputare custodes. Et quod execrabilius est, olim existens in partibus transmarinis, facta compositione quadam, immo collusione verius cum sal-

**400.** r) promulgarit. s) ao *or.* t) undecicim. u) ad presens vacare *corr.* v) *littera* a *suppleta.* w) re *in rasura.* x) *corr. e* duris. y) *littera* a *in rasura.*

dano, Machometi nomen in Templo Domini[z] diebus et noctibus publice proclamari permisit. Et nuper nuntios soldani Babilonie, postquam idem soldanus Terre Sancte ac christianis habitatoribus[a] eius per se ac suos dampna gravissima et inextimabiles iniurias irrogarat, fecit per regnum Sicilie cum laudibus ad eiusdem soldani extollentiam, sicut fertur, honorifice suscipi et magnifice procurari. Aliorum quoque[b] infidelium perniciosis et horrendis obsequiis contra fideles abutens et illis, qui dampnabiliter vilipendentes apostolicam sedem ab unitate ecclesie discesserunt, procurans affinitate ac amicitia copulari, clare memorie . . ducem Bauarie, specialem ecclesie Romane devotum, fecit, sicut pro certo asseritur, christiana religione despecta per Asisinos occidi, et Batatio, Dei et ecclesie inimico a communione fidelium per excommunicationis sententiam cum adiutoribus, consiliatoribus et fautoribus suis sollempniter separato, filiam suam tradidit in uxorem. Catholicorum vero principum actus et mores respuens, neglector salutis et fame, pietatis operibus non intendit. Quin immo, ut de suis nefariis dissolutionibus sileamus, cum didicerit opprimere, non curat oppressos misericorditer relevare, manu eius, ut decet principem, ad elemosinas non extenta, cum destructioni ecclesiarum institerit et religiosas ac[c] alias ecclesiasticas iugi attriverit afflictione personas; nec ecclesias nec monasteria nec hospitalia seu alia pia loca cernitur construxisse. Nonne igitur hec non levia, set efficacia sunt argumenta de suspitione heresis contra eum? cum tamen hereticorum vocabulo illos ius civile contineri asserat[d] et latis adversus eos sententiis debere succumbere, qui vel levi[e] argumento a iudicio catholice religionis et tramite detecti fuerint deviare. (9) Preter hec regnum Sicilie, quod est speciale patrimonium beati Petri et idem princeps ab apostolica sede tenebat in feudum, iam ad tantam in clericis[f] et laicis[f] exinanitionem servitutemque redegit, quod eis pene penitus nichil habentibus et omnibus exinde fere probis eiectis, illos qui remanserunt ibidem sub servili quasi conditione vivere ac Romanam ecclesiam, cuius principaliter sunt homines et vassalli, offendere multipliciter et hostiliter impugnare compellit. Posset etiam merito reprehendi, quod mille squifatorum annuam pensionem, in qua pro eodem regno ipsi ecclesie Romane tenetur, per novem annos et amplius solvere pretermisit. (10) Nos itaque super premissis et quam pluribus aliis eius nefandis excessibus cum fratribus nostris et sacro concilio deliberatione prehabita diligenti, cum Iesu Christi vices licet immeriti teneamus in terris nobisque in beati Petri apostoli persona sit dictum: 'quodcumque ligaveris super terram' etc., memoratum principem, qui se imperio et regnis omnique honore ac dignitate reddidit tam indignum, quique propter suas iniquitates a Deo ne regnet vel imperet est abiectus, suis ligatum peccatis et abiectum omnique honore ac dignitate privatum a Domino ostendimus, denuntiamus ac nichilominus sententiando privamus, omnes qui ei iuramento fidelitatis tenentur[g] astricti, a iuramento huiusmodi perpetuo absolventes, auctoritate apostolica firmiter inhibendo, ne quisquam decetero sibi[h] tamquam imperatori vel regi pareat vel intendat, et decernendo quoslibet, qui deinceps ei velud imperatori aut regi consilium vel auxilium prestiterint seu favorem, ipso facto excommunicationis vinculo subiacere. Illi autem, ad quos in eodem imperio imperatoris spectat electio, eligant libere successorem. De prefato vero Sicilie regno providere curabimus cum eorumdem fratrum nostrorum consilio, sicut viderimus expedire.

Dat. Lugduni, XVI. Kal. Augusti[i], pontificatus nostri anno tertio.

**400.** z) dñi; ni *in rasura.* a) toribus *in rasura.* b) *corr. e* quorum. c) *in rasura.* d) *corr. ex* asserit. e) evi *in rasura.* f) *littera* i *posterior in rasura.* g) tenetur. h) *corr. e* sibi decetero. i) aug̃.

## 401. *RELATIO DE CONCILIO LUGDUNENSI.*

*Adhibuimus* 1) *codicem collegii Hispanici Bononiensis 275 saec. XIII. ex. p. 83, quem exemplavit vir d. Tangl;* 2) *codicem Ottobonianum 2520 saec. XIII. ex. fol. 16, quem contulerunt Starzer et Schwalm;* 3) *codicem Vaticanum 4734 saec. XIV—XV. fol. 80* [1], 5 *quem contulit Schwalm;* 4) *editionem a viro d. Carini nuper paratam 'Spicilegio Vaticano di documenti inediti e rari' I, 246, quae profluit e schedis domini Constant in bibliotheca Vaticana inter codices cardinalis Fesch asservatis, manu saec. XVII—XVIII;* 5) *editionem Mansii in Collectione conciliorum XXIII, 610, nescio quo e codice factam; nonnullas scripturas codicis 1 adnotavit sententiamque ultimam ex ipso petivit editor. De relatione* 10 *nostra nuper docte et argute disseruit vir d. Tangl 'Mittheilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung' XII, 246 sq. Qui comprobavit, eam in cancellaria apostolica confectam et sententiam ultimam, quae nonnisi in codice 1 obvia est, fortasse a vicecancellario additam esse. Idem animadvertit, relationem e codice 2 seu simillimo quodam receptam esse in Annales Cesenatenses (Muratori 'Scriptores rer. Italicarum' XIV, 1098) et* 15 *iam Matheum Parisiensem in Chronicis maioribus (SS. XXVIII, 257) hoc fonte usum esse. (P. deest.)*

(1) Anno[a] Domini millesimo CCXLV. cum dominus[b] Innocentius papa IIII. ad[c] partes Gallie propter multa pericula, que imminebant[d] generali ecclesie, se transtulisset[e], concilium convocavit[f] apud Lugdunum. Et in vigilia beati Petri apostoli concilio con- *Iun. 28.* 20 gregato[g] in maiori ecclesia, dominus papa missa celebrata locum eminentiorem[h] ascendit; imperator vero Constantinopolitanus sedit ad dexteram et[i] quidam alii principes laici sederunt ad sinistram, et diaconi cardinales[k], vicecancellarius magister[l] Marinus Neapolitanus cum notariis[m], auditore contradictarum[n], correctore, capellanis, subdiaconis et quibusdam aliis[o]. Inferius vero sic prelati sederunt: ex opposito tres patriarche 25 ordinati fuerunt, videlicet Constantinopolitanus ad dexteram, Antiochenus, Aquilegensis tertio. De quo scandalum est exortum ex eo quod[p], ut alii patriarche dicebant, non debebat sedere[q] iuxta eos, cum non esset de quatuor[r] patriarchis, et destructa[s] est sedes eius; et tandem, ut vitaretur scandalum, de voluntate domini pape ut creditur est refecta. In navi[t] vero ecclesie ad dexteram in eminentioribus locis sederunt epi- 30 scopi cardinales, ex altera vero presbiteri cardinales, archiepiscopi et[u] episcopi post eos. In sedibus autem constitutis[v] in navi ecclesie sederunt aliqui de episcopis, abbates, procuratores capitulorum[w], nuntii regum et imperatoris Frederici[x]; et multi alii erant ibi. Tunc dominus papa incepit 'Veni creator spiritus' et[y] illo ympno[z] decantato dixit 'Dominus vobiscum', et[a] responderunt omnes 'Et cum spiritu tuo', 35 'Oremus'; Egidius cardinalis dixit 'Flectamus genua', Octavianus respondit 'Levate'; et sic dominus papa dixit[b] propriam orationem; qua dicta Galitianus[c] capellanus incepit letanias; quibus expletis dominus papa dixit 'Oremus' cum oratione de sancto Spiritu[d] 'Deus qui corda fidelium', nec[e] dixit 'Dominus vobiscum'.

**401.** a) 3—5 *sic incipiunt:* In nomine Domini amen. Anno eiusdem MCCXLV. *etc.* b) *deest* 1. 40 c) *pro* ad p. Gallie 2: apud Lugdunum. d) incumbebant 2; minebant 3. e) transtulerit et ibidem generale 2. f) advocavit 3. 5. g) convocato 3—5. h) eminentem 2. i) *loco* et 2: ex parte episcoporum cardinalium in locis eminentioribus, *ubi verba* ex parte — sinistra *in margine.* k) diaconus cardinalis 4. 5. l) mag. Mar. Neap. *des.* 1. m) notario 4. n) et 2—5. o) inferius *add.* 4. p) *pro* eo quod 3. 4: quo. q) sed. n. deb. 2. 4. 5. r) *deest* 4. s) destincta 3. t) *pro* navi *usque* 45 locis 2: parte vero dextra. u) *deest* 3. 4. v) constituti 4. w) capellorum 3. x) Fr. 1; Friderici 4. 5. y) in *add.* 1—3. z) imno 3; hymno 4. 5; communiter ab omnibus *add.* 2. 4. 5. a) *deest* 3. b) dix. dom. p. 3—5. c) Galiatius 3; Galiacius 4; Galeacius 5. d) sp. sancto 2. e) ne 3.

1) *Cf. Berger, Les registres d'Innocent IV. II, p. XCIII not. 1.*

Ps. 93, 19. (2) Quibus peractis incepit predicare de auctoritate prophete[f] 'Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tue letificaverunt[g] animam meam', incipiens, quod multiplex erat dolor suus, quia V[h] dolores circumdederunt[i] eum. Primus erat de deformitate[k] prelatorum et subditorum, secundus de insolentia[l] Sarracenorum, tertius de scismate Grecorum, quartus de sevitia Tartarorum, quintus de persecutione Frederici[m] imperatoris. Rediens ad primum articulum de deformitate[n] prelatorum et subditorum, quia non erant tales quales consueverant et debebant esse, et de eorum excessibus multa dixit. Postmodum[o] de insolentia Sarracenorum, referens rumores de hiis que tunc[p] acciderant ultra mare, quomodo[q] Ierusalem occupaverant et everterant[r] sepulcrum Domini et cetera sacra loca de partibus illis et Christianos interfecerant infinitos et quecunque ibi per eos fuerant perpetrata. Tertio de scismate Grecorum, quomodo Vatacius[s] imperator[t] Grecorum cum Grecis scismaticis occupaverant et destruxerant terram[u] fere usque ad Constantinopolim et de civitate timeri[v] poterat, nisi a Christianis velocem succursum[w] haberent. Quarto de sevitia Tartarorum, quomodo terram Christianorum intraverant et Ungariam occupaverant non[x] parcentes sexui vel etati, quin omnes interficerent[x]. Quinto de persecutione dicti imperatoris, quomodo persequebatur[y] ecclesiam et suum predecessorem Gregorium[z] fuerat persecutus, et in litteris, quas predictus[a] imperator mittebat per mundum[b], referebat publice, quod non persequebatur ecclesiam sed papam[c]; quod verum non fuerat, prout manifestissime apparebat, quod[d] in vacatione ecclesie eam persequi non cessavit, immo tunc clerum et ecclesiam magis afflixit.

(3) Et postquam de afflictione huiusmodi[e] pluria[f] dixit, fecit legi[1] quoddam privilegium aurea[g] bulla munitum ab eodem imperatore, cum esset rex, Honorio predecessori suo concessum, in quo inter alia potissime habebatur, quomodo eidem iuramentum fidelitatis prestiterat tamquam vasallus[h] suo domino, et quoddam aliud privilegium, in quo ipse fatebatur, quod regnum Sicilie et Apulie erat speciale patrimonium beati Petri et illud ab ecclesia tenebat in feudum, et concedebat et quietabat[i], si aliquod ius habuisset in electionibus ecclesiarum regni predicti, et faciebat easdem ecclesias liberas, francas et immunes[k] omni prestatione[2]. Item fecit legi pluria[l] alia privilegia aurea bulla munita ecclesie, dum esset rex[3] et postea imperator[4], concessa, in quibus habebatur, quod ipse quietabat[m], donabat[n], concedebat et confirmabat totam terram a castro Radicophani[o] usque ad castrum Ceperani, marchiam Anconitanam, ducatum Spoleti, exarcatum[p] Ravenne et Pentapolim[q], comitatum Brittenorii[r] et terram comitisse Mathildis[s]; et multa alia erant ibi.

**401.** f) prophetie 3. g) meo consola in letitia 1. 2; .m. consolationes. in loco 3. h) quinque 3—5. i) circumdederat 3. k) differm. 3—5 *semper;* aliquorum *add.* 2. l) insolertia 2. m) Federici 2; Friderici 4. 5. n) aliquorum *add.* 2. o) postea 3—5. p) *deest* 3. 4. q) quando 3. r) converterant 3. 4. s) Vacatius 1; vacarius 3; vicarius 2. 5. t) imperatoris 2. u) Tircia 3; Tucia 4; *deest* 5. v) Cimeri 3. w) sue cursum 3. x) non parc. quin interf. omn. sexui vel etati (sexu vel eati 3) 2—5. y) persequebantur 2. z) G. 1; papam G. 2. a) dictus 3—5. b) per m. mitt. 3—5. c) personam 3—5. d) quia 3—5. e) *deest* 3—5. f) plurima 2. 5; plĩa 3; plura 4. g) antea 3. h) vassallus 3. 5. i) ac quitabat 3. 5; ac quittabat 4. k) munẽs ab 3; immunes ab 4. 5. l) multa 2; plures 3; plura 4. m) quutabat 3; quitabat 4. 5. n) et *add.* 4. 5. o) Radicofani 2. 4. 5. p) exsarratum 1. 2; exarratum 3; exarchatum 4. 5. q) pem apom[m] 3; Pentapolius 4. r) Brinenoxi 1; Bruacuoxi 2; Brio *sequente lacuna* 3. 4; Romandiolae 5. s) Matildis 2; Macthildis 3.

1) *Hic et in c. 7 agitur de privilegiis ecclesiae Romanae, quae papa bis transsumi fecit Lugduni; quae transsumta vocamus Lugdunensia et Cluniacensia. De quibus v. egregiam dissertationem viri cl. Huillard-Bréholles b. m. 'Notices et extraits' XXI, 2, 267 sq. et ea quae doctissime disseruit vir cl. Kehr 'Neues Archiv' XIV, 362 sq.* 2) *Talia privilegia a Friderico Honorio III. papae data esse, non compertum habemus; certe non exstant inter transsumta Lugduni facta. Perperam nomen Honorii hic irrepsisse et de privilegiis Innocentio III. datis infra nr. 411—413 agi, crediderim.* 3) *Cf. supra nr. 46—50. 65. 66.* 4) *Cf. supra nr. 90.*

(4) Quibus dictis[t] iudex Thadeus[u] unus de nuntiis imperatoris surrexit et fere respondit ad singula, que dixerat[v] dominus papa, et mirabiliter excusare[w] videbatur imperatorem[t] et asseruit multa mala[x], que fecisse[y] et[z] procurasse dicebat ecclesiam contra eum, et ostendit super hiis plurima paria[a] litterarum; et multis eius responsio fuit grata. Sed dominus papa respondit[b] ad singula bene, ac si providisset[c], se et ecclesiam excusando. Et sic[d] illius[e] diei fuit sessio terminata.

(5) Secunda sessio fuit die Mercurii[f] ad octo dies postea, et quoad sessionem et[g] ad officia idem fuit factum quod in prima. Quibus peractis statim[h] episcopus Calinensis[i] Cisterciensis[i*] ordinis de regno Apulie[k], qui exul erat, surrexit[l] et mirabiliter descripsit vitam[m] malam et ignominiosum[n] progressum dicti imperatoris a pueritia sua, et que erat sua intentio, quia ad hoc intendebat precipue, ut prelati et clerus ad illam reverterentur paupertatem, in qua fuerant tempore ecclesie primitive; quod maxime patebat per litteras, quas per mundum contra clerum et ecclesiam transmittebat. Postmodum surrexit archiepiscopus de Yspania[o], qui multum dominum[p] papam animavit[q] ad procedendum contra imperatorem[1], referendo plurima que contra ecclesiam fecerat, et quomodo tota sua fuerat[r] intentio, ut deprimeret ecclesiam iuxta posse, promittens, quod ipse[r*] ac[s] alii prelati Yspanie, qui multum magnifice ac[s*] generaliter melius[t] quam[u] alia natio ad concilium venerant, domino pape assisterent[v] in personis et rebus iuxta sue beneplacitum voluntatis. Hoc idem promiserunt plures alii prelati[w] in ipsa sinodo[x].

Iul. 5.

(6) Tunc surrexit iudex Tadeus[y] et multa gravia proposuit contra dictum episcopum Calinensem[z], quod non zelo iustitie, sed malivolentia[a] et[w] eo[b], quod ipsum et suos pro manifestis excessibus punierat, talia contra imperatorem proponere procurarat[c]. Et sic in secunda sessione nichil aliud factum fuit. Verumtamen dictus iudex Thadeus supplicabat instanter, quod prorogaretur[d] tercia sessio, pro eo quod imperator[e], prout ipse per certos habebat nuntios — ac ipse, qui in civitate Thaurinensi[f] fuerat, ad[f*] eum plures alios miserat[g] — quod iter arripuerat[h] ad concilium veniendi. Et quia dominus[i] papa hoc quam plurimum affectabat[k], ut possent[l] inter eos pacis federa reformari[m], usque ad diem lune post octabas secunde sessionis[n], que fuerat in die Mercurii, contra multorum prelatorum voluntatem prorogavit[o] terciam sessionem. Quod non fuit sine multorum tedio prelatorum et aliorum, Templariorum et Hospitalariorum, qui multos armatos ad custodiam domini[i] pape et concilii iussi[p] studuerant destinare, et propter pressuram hominum et dubietatem[q], que in ipsa civitate, que[r] custodiebatur per armatos plurimos die ac nocte fortiter, assistebat.

Iul. 17.

**401.** t) *deest* 2. u) Tadeus 2—4. v) dixit 2. w) excurare 1; vid. imp. exc. 3—5. x) *deest* 5. y) *deest* 3. z) *deest* 4. a) ost. hii plurima *lacuna sequente* 3; ost. h(ic) plurima (ex contentis) 4; ost. ibi plurima ex contentis 5. b) respondens 1—3. c) praevidisset 4. 5. d) se 1. e) alterius 2. f) d. M. *deest* 3—5. g) et idem factum fuit 2; et off. i. fact. fuit quod prima 3—5. h) *deest* 2—5, *ubi sequuntur:* surrexit episcopus. i) Calvensis 4; Calmensis 3. 5. i*) Cisters. 3. k) de r. Ap. *des.* 4; et de regno Ap. 2; de Apulia 3. 5. l) *deest hic* 2—4. m) viam 4. n) ignominiosam et 2—5. o) Hisp. 3—5 *semper.* p) *deest* 1. q) contra *add.* 4. r) fuit 3. 4. r*) ipsi 1—3. s) et 3—5. s*) et 3. t) plus 3—5. u) aliqua *add.* 3—5. v) assistere 3. w) *deest* 3—5. x) prelatorum *add.* 2—5. y) predictus iud. Thadeus 2—5. z) Coloñ 3; Calven. 4; Calmensem 5. a) ex malivolentia 2—5. b) ex eo 2—5. c) curavit 5. d) prolongaretur 3; non prolongaretur 4. e) imperatorem expectabat 5. f) Taurinensi 2—5. f*) ad — alios *post* ac ipse 1—5. g) fuerant, misit 2; fuerant, miserat 4. 5. h) aripuerat 1. 3. i) *deest* 1. k) affectebat 3. l) posset 3—5. m) reformare 4. 5. n) octavam sessionis secunde 3. 5; octavam dictae sessionis secundae 4. o) prolongavit 3. 4. p) missi 3; missos 4; *deest* 5. q) dubitationem 3—5. r) *deest* 3.

1) *Fortasse oratio huius archiepiscopi Hispanici est ea, quam e codice Vaticano Palat. 953 nr. 47 edidit Winkelmann 'Acta imperii inedita' I, 568 nr. 723.*

(7) Et quia pro certo domino[s] pape constitit, quia[t] ipse non veniebat nec cum mandato sollempniter facto aliquos principes destinabat, dicto die lune constituit terciam sessionem. Et peractis officiis, ut in prima, post multa dicta et hinc inde audita, antequam ad sententie prolationem[u] accederet[v], nativitati[w] beate[x] Virginis gloriose ordinavit octavam[1], sacro concilio approbante. Deinde dominus[i] papa quasdam constitutiones, que pro recuperatione Terre Sancte ac alias[y], que pro subsidio Romani imperii, et etiam alias[z], que contra Tartaros[a] facte[b] fuerunt[c], fecit legi. Item postmodum dominus[d] papa dixit, quod omnia privilegia Romane ecclesie, que a[e] principibus mundi tam ab imperatoribus quam[f] regibus concessa fuerant, eadem[g] exemplari fecerat[2] et in eis apponi fecit[h] sigilla omnium[i] qui aderant prelatorum, et volebat[k], quod vires[l] haberent sicut ipsa originalia, que inibi lecta erant[m]. Tunc surrexerunt nuntii regis Anglie et pro autenticatione[n] quorundam privilegiorum concessorum a rege Anglie ipsi ecclesie, que asserebant facta preter consilium principum terre, licet in[o] privilegiis illis contrarium diceretur, ad futurum pontificem et pro[o] quibusdam constitutionibus, que pro subsidio faciendo ecclesie facte[p] fuerant[q], appellarunt[r].

Matth. 3, 9.

(8) Tunc surrexit iudex Thadeus[s] percipiens, quod iam securis erat posita ad radicem, pro multorum privilegiorum autenticatione[t], et si contra predictum imperatorem vellet procedere, appellabat[u] ad futurum pontificem et concilium generale. Ad que dominus papa respondit humiliter et benigne, quod illud erat concilium generale, quia tam principes seculares quam ecclesiastici[v] ad illud fuerant invitati; sed omnes, qui in iurisdictione imperatoris fuerant, ad illud eos accedere non permisit; propter quod appellationem non admittebat eandem. Et statim recitare incepit, quantum eum dilexerat, antequam esset in papam assumptus, et quantum sibi detulerat[w] postmodum et etiam[x] postquam fuerat concilium ordinatum, et[y] eum super verbis mirabiliter honorabat; ita quod[z] vix credebatur ab aliquibus, quod aliquam deberet[a] ferre sententiam contra eum. Et statim incepit[b] omnia promere oretenus et ferre sententiam contra eum, privans ipsum omni honore et imperio et aliis regnis suis. Et postmodum sententia in scriptis in ipsa synodo lecta fuit; qua lecta dominus[c] papa surrexit et incepit 'Te deum laudamus', quo ympno[d] decantato per omnes fuit concilium dissolutum[e]. Sed est diligenter attendendum, quod papa in illis diebus consilium petierat singulariter a prelatis, utrum posset vel deberet procedere per ea, que manifesta fuerant contra eum, et quantum ad depositionem eius omnes concordarunt; et statim ipsi sententie, que scripta erat, sigillum cuiuslibet faciebat apponi, ita quod in prolatione sententie circa C et L sigilla ipsi sententie fuerant appensa.

**401.** s) *deest* 1. 2. t) quod 2. 4. 5. u) lationem 3. 4; *pro* sent. prol. 5: festum. v) accederetur 4. 5. w) nativitatis 5. x) Mariae *add.* 4. 5. y) aliis 1. 3. 5. z) aliis 1; ac etiam alia 2; et alias 4. a) Thataros 1. b) facta 1—3. c) fuerant 2—5. d) *deest* 1. e) que a *des.* 3; que *deest* 4. 5. f) a *add.* 3—5. g) eidem 3—5. h) opponi fecerit 1. i) hominum 1. k) volebant 1. l) vigorem 3—5. m) erat 3; que — erant *des.* 4. n) acceptatione 2. o) *deest* 3—5. p) facta 1. 3. 4. q) fuerunt 3. 4. r) appellaverunt 2; *deest* 3—5. s) Tadeus 2. t) autenticationem 2. u) apellaret 3—5. v) clerici 3—5. w) demiserat 3; dimiserat 4. 5. x) ēēt 3. y) *deest* 4. 5. z) Itaque 4. a) facere *add.* 3. 4; ferri facere 5. b) cepit 3. 4. c) *deest* 1. d) ymno 3; hymno 4. 5. e) *hic finiuntur* 2—5.

1) *scilicet celebrandam in futurum.* 2) *V. supra p. 514 n. 1.*

# 402. ALEXANDRI IV. EPISTOLA AD RICHARDUM REGEM DE ELECTIONE DISCORDI.

(c. 1258. in.)

*Sistimus e* 1) *codice Wilheringensi pars I, nr. 6, quem exemplavit Chmel, et* 2) *codice Vindobonensi 590 (Philol. 305) fol. 39 ep. 10, quem exemplavit Goldhann, recognovit vir cl. Wattenbach. Ex exemplo Goldhanniano nuper eam edidit Winkelmann 'Mittheilungen des Instituts für österreichische Geschichtsforschung' XIV, 99. De tempore cf. notitias viri cl. Winkelmann in Regestis imperii. — Böhmer, Reg. imp. V, 9140. (P. deest.)*

Alexander etc. regi R(ichardo) etc.

(1) In supremo speculationis vertice, cui nos licet indignos apostolice dignitatis gradus pretulit, constituti cogimur universa fere[a] mala, quibus terrarum orbis atteritur, quasi nostris subiecta conspectibus intueri, subditorum incommoda ex animo compatiendo sentire, aliena quasi nobis ipsis imminentia formidare pericula, sollerter[b] intendere pavidis, sed sollicitius metuere inprovidis et securis, quos nonnumquam irremediabilius[c] inopina[d] discrimina obruerunt. Ex hoc veram et irrefragabilem experimur auctoritatis fore sententiam, omne quod hic eminet plus meroribus affici quam honoribus iocundari. Ecce dum ex hac celsitudine undique trepidi circumspicimus, quod ad ultionem peccatricis carnis armetur iaculis indignatio ire Dei, peccantium[e] audaci provocata contemptu, et animum conterit iustus dolor et sensum opprimit dignus timor, maxime cum stupidi homines sic videantur attoniti, ut percussi non doleant, perterriti[f] non pavescant. Sed indomita imbecillitatis[g] humane superbia[h] insatiabiliter furit in sanguinem, implacabiliter spirat[i] in cedem et insanabiliter gestit[k] in mortem. (2) Ubique dolemus[l] plurimos hominum in concertationis[m] insane prorupisse[n] dementiam, qui gratis pacem odiunt socialem omnibus rebus accomodam[o] et alterno studentes exitio contra salutem et vitam videntur impie conspirasse cum morte. Sed illas[p] dissensionum[q] pestes amarissimo miseramur affectu, quibus videmus[r] imperii Romani viscera laniari. In quo adversus mala quecumque christianis populis communiter impendentia precipuum oporteret presidium inveniri. (3) Recogita corde quesumus, fili carissime[s], et conpatiens suspira nobiscum, quam periculose inter difficiles motus orbis iactatur humana mortalitas, grave factura naufragium, nisi Dei[t] spiritus communibus periclitantium suspiriis, ut adversis imperet flatibus, suscitetur. His[u] nempe collisa[v] divulse[w] plebis expectatio ad aliquod tranquillitatis commodum suspirabat; quod utique, si unanimitatis vota[x] principum ipsius imperii coartassent[y] affectus et in singularitatem communis capitis convenissent, ac per hoc discrepantia languentis imperii membra in unius exsurrexissent formam corporis, sperabatur. Sed pacem invocantibus proh dolor pax non venit et bona querentibus materia turbationis increvit, dum effusa contentio[z] super eosdem principes ipsorumque in diversa dissectio ubique plus quam civilia bella[1] movit. Hinc siquidem in populis seditionum scismata, incendia simultatum[a], irritamenta bellorum

402. a) ferre 1. b) solerter 1. c) irremediabilis 1. d) inopia 2. e) precantium 1. f) et territi 2. g) imbelliciditatis 2. h) suberbia 2. i) spiret 2. k) gestat 2. l) debemus 2. m) contricacionis 2. n) prerupisse 1. o) accomodamus 2. p) illos 2. q) dissessionum 2. r) videmur 2. s) kar. *semper* 2. t) domini 2. u) Hiis *semper* 2. v) *deest* 1. w) divise 2. x) nota 2. y) coartassent — imperii *des.* 2. z) intentio 1. a) si multorum 1.

1) *Cf. Lucan. Phars. I, 1.*

et ruine multiplicis scandala preparantur[b]; preter hoc[c] contentio partium, quarum neutra cedit alteri vel concedit, de regni iure disceptat[d] nec super eo ullum[e] requiritur, sed potius recusatur cogitationis[f] iudicium, per quod electionis merita[g] quoad factum eligentium[h] panderentur. (4) Sed utrimque[i] duntaxat a nobis gratificans favoris approbatio postulatur, licet nulla dissentiat ratio equitatis, quin de regni iure[k], quod imperialem conscendendi celsitudinem gradum ponit, prius[l] inter disceptantes esset dirimenda contentio, quam[m] competitionis palma unius voto cum alterius scrupulo referenda[n]. Num quesumus* censes, in tanto[o] talique concursu nimium utrique lateri metuendum et cavendum propensius, ne in gravissimam vixque curabilem christiani populi iacturam offendatur alterutrum et per leve compendium ad letale dispendium veniatur. Si ergo nos, qui tantis periculis debemus subtrahere, non prebere materiam, rebus sic se habentibus, favorem alterutri non impendimus[p] postulatum, de quo fomes odii, provocatio animorum, animarum[p*] perditio, corporum strages et irreparabilia rerum dispendia metuuntur[q], in hoc Dei nutum prosequi et obsequium nos prestare[r] iustitie, que nulli quod suum est adimit, sed inviolabili equitate custodit, quisquis sane sapit, quisquis prudenter intelligit, iudicabit. (5) Inspecta igitur temporis qualitate, consideratis circumstantiis personarum et difficultate negotii estimata, cogitationes pacis in tanto dissidio cogitare compellimur, per quam iurgiosi[s] strepitus silentium in medium inducatur, quoniam[t] officiosa ecclesie[u] communis matris est pietas, arma, que inter cogitationis[v] filios contentionis zelus incitat, interiectu materni pectoris impedire. Impellunt nos quippe ad utile ac expediens pacis remedium exquirendum[w] non solum ecclesiastice concussio libertatis fideique necessitas, quibus tuendis Romani principatus brachium divina providentia specialiter delegavit, sed et preter[x] innumera discrimina, que in attritionem humani generis innovantur, pavenda nimis communiter omnibus gentibus iam iamque christiano populo impendentia[y] de vicino pericula, que induxisse videntur ṣevera indignationis divine iudicia super terram. (6) Ecce namque hominum peccata impia[z] divino excandente furore[a] eruperunt in flagellum universe carnis, Tartarorum[b] crudelissime nationes[c], qui de potentia innumere[d] multitudinis presumentes feraliter seviunt, non deferunt statui nec sexui nec honori. Hi[e] armantes contra omnes filios hominum manus suas absque acceptione gentis et generis, sine discretione conditionis et gradus, absque reverentia ordinis vel etatis humanum sanguinem persequuntur[f]. Et sicut locuste, que de abyssi puteo[1] emerserunt, egressi universa vastare, subiugatis sibi fere omnium partium orientalium nationibus et regionibus conculcatis, orbem a septemtrione concusserunt et austro et nunc regni Ierosolimitani[g] fines et Terram Sanctam in Christi sanguine salvationi[h] humani generis dedicatam iam pulsasse dicuntur, et ad exterminandos[h*] non solum exinde, sed et[i] de universe terre facie, aut iugo impietatis sue intollerabili subiugandos christianos principes et populos aspirare. (7) Quid[i*] tibi quesumus[k], fili carissime, videtur, si hec que de imperii iure incidit[l] altercatio[m] largum barbaris nationibus aditum pandat ad interniciem populi christiani? Quid[i*], si duorum principum[n] interesse communis interitus causa fiat? Quam rationem effundendi sanguinis posset reddere coram Deo, qui statum imperii Romani, per quod aditus inmanibus hostibus ad fidelium excidium nationum, si in se ipso dissideat[o], aperiri potest et obstrui,

**402.** b) preparentur 2. c) hec 2. d) discrepat 1. e) illum 2. f) cognitionis 1. g) nuata 1. h) negligentium 1. i) utrumque 1. k) iure regni 2. l) primum 2. m) vel 2. n) diferenda 2. o) creato 1. p) impendamus 2. p*) amicorum, amicorum ? 2. q) metiuntur 1. r) parare 1. s) uergiosi 2. t) quam 1. u) ecclesia 2. v) *deest* 2. w) exinquirendum 2. x) propter 2. y) impendent 1. z) impio 1. a) exaudiente fervore 2. b) Tarth. 2 *semper*. c) nationis 1. d) in munere 2. e) Hii 2. f) prosequuntur 2. g) regnum Ierosolimitañ 2. h) salvatorem 1. h*) exterminandas 1. 2. i) *deest* 1. i*) Quod 1. k) quis 1. l) decidit 2. m) articatio 1. n) proprium 1. 2. o) dissiderat 1.

1) *Cf. Apoc.* 9, 2.

si bene consistat, roborari ad communem tutelam[p] non sineret consilio pacis suo? Convulso certe[q] predicto imperio et disiectis partibus fluctuante, cum violentissimi et sevissimi hostes ingruerint[r], aliorum regnorum fidelium continentia circa opportunam resistentiam vacillabit. Si vero statum eius et reconciliationem[s] partium et communicationem[t] pacis erexerit, crudeles ferocium[u] impetus hostium fidelis populus fortiter[v] excipiet et, ut confidimus, Deo preside superabit. Igitur converte considerationis oculum[w] ad causam publicam[x] propter Deum et miserans universale discrimen, quod intrinsecus a diebus malis, extrinsecus vero ab eisdem maxime Tartaris statui videtur, immo iam certis sensibus perpenditur instare, communi succurre, fili, quin occurre tot malis beneficio pacis tue, que potest efficax prebere curationis auxilium morbis mundi et obstaculum obicere periculo ingruenti. Te namque pacis bono communi pia miseratione favente[y], ferrum, quod acuitur in populo ad intestine cedis piaculum, salubriter recludetur, adversus hostes inmanissimos multo melius multoque nobilius exerendum. (8) Quoniam sat erit, quod vix absque Dei succedet auxilio, illis resistere etiam in commune collatis omnium[z] viribus potuisse, fovendum paci procul dubio credimus et magnopere deprecamur, verentes plurimum, ne res eo irarum causas dubia sub sorte producat, ut gravi mole tantarum[a] utrimque virium agitata dubio Martis incerti[b] examine dirimatur. Hinc nimis credimus formidandum, ne prefati imperii decus irrecuperabiliter[c] decidat violenta partium allisione contritum, seu dum de[d] sceptro[e] regni contenditur populus[f] affligatur, id forsitan equanimiter non laturus. Nec[g] enim in comparatione virium certum sumitur de futuro huiusmodi[h] rerum eventu iudicium, quia[i] licet quis omne secum virtutis incredibilis robur trahat, fortuna tamen belli semper ancipiti loco manens nulli colluctantium certam iocundi exitus fidem facit. Nil nempe pudebit alterutrum nilque pigebit[k], his causis urgentibus pacis admisisse[k*] consilium, quin potius gratiam publice laudis acquiret discordibus, acquievisse nobis orantibus divine maiestatis arbitrio et privatae voluntatis affectum[l] communis necessitatis[m] profectui subiecisse. Neque enim videretur[n] filiis indecorum[o], si etiam carnalis nedum spiritualis[p] mater ante inmedicabilis doloris incursum in medias exterminii comunis partes prosiliens et[q] iam strictum gladium de manibus altercantium confidenter eripiens per auctoritatem fieret inter eos[q] imperiosa placide pacis auctrix. (9) Propter quod cum carissimus in Christo filius noster . .[r] rex Castelle illustris post alios diversos nuntios, quos pro eodem negotio ad nostram presentiam miserat[s], nunc demum dilectum filium nobilem virum Emanuelem germanum suum cum[d] venerabili fratre[d] nostro . .[t] Segobiensi[u] episcopo et dilectum filium magistrum Iohannem archidiaconum Compostellanum cum multis sollempnibus nunciis ad sedem apostolicam destinarit[1], per eos instanter postulans, ut eum[v] ad coronam evocaremus imperii et ad hoc deberemus[w] sibi statuere certum diem, nos in tam urgentis competitionis instantia tutum[x] medium eligentes, responsum ad petita suspendimus, donec ad eundem regem nuntium specialem miserimus, per quem sibi curamus studio quo[y] possumus pacis consilium suadere. (10) Hinc est itaque quod[z] dilectum filium magistrum Albertum notarium nostrum, quem procul dubio credimus tibi fidum, quia bonorum tuorum fidelem cognovimus zelatorem[a], de quo etiam nos et fratres nostri, quibus eiusdem et fides et sinceritas atque prudentia[b]

**402.** p) tutellam 1. 2. q) terre 2. r) ingruerunt 2. s) reconciliacio 2. t) communicacio 2. u) fericium 2. v) sortitus 1. w) occulum 1. x) puplicam 1. y) faciente 2. z) omnibus 1. a) tantorum 2. b) incerta 1. c) irreparabiliter 2. d) *deest* 1. e) ceptro 2; sceptus 1. f) populis 1. g) Det 2. h) et *add.* 2. i) quod 1. k) piebit 2. k*) admisse 1. 2. l) effectum 2. m) necessitas 1. n) videtur 2. o) in decorem 1. p) specialis 1. q) et — inter eos *des.* 1. r) noster . . *des.* 1. s) miserit 2. t) vestro 2; . . *des.* 1. u) Egobiensi 1. v) eos 1. w) debemus 1; sibi deberemus 2. x) tuum 2. y) qua 2. z) quod itaque 1. a) agnovimus relatorem 2. b) pudencia 2.

1) *De hac legatione cf. Capitula Alfonsi supra nr. 397 c. 35.*

**multis est experimentorum indiciis approbata, specialem et certam fiduciam obtinemus, ad te duximus de ipsorum fratrum consilio destinandum. In cuius ore super premissis referenda tibi posuimus[c] verba nostra, cui circa hec indubitatam fidem et pronum consensum te trutinantem premissa[d] subtiliter quesumus adhibere.**

---

# 403. URBANI IV. EPISTOLA AD EPISCOPUM CONSTANTIENSEM DE NON ELIGENDO CONRADINO.

(1262. Iun.)

*Praebuerunt* 1) *codex Vindobonensis 409 (Philol. 61) fol. 61′ in collectione dictaminum, quae Baumgartenbergensi succedit;* 2) *codex Wilheringensis pars I nr. 37;* 3) *codex Vindobonensis 590 (Philol. 350) fol. 55 cp. 41. E codice 1 eam edidit Bärwald 'Fontes rerum Austriacarum' II, tom. 25, 422, e codicibus 1 et 2 Böhmer 'Acta imperii selecta' 681 nr. 977. In priore parte enuntiata epistolae Alexandri IV. a. 1256. Iul. 28 (ed. Rodenberg III, nr. 440) usurpata sunt, quae minoribus litteris indicanda curavimus. — Potthast, Reg. pont. Rom. 18347. Böhmer, Reg. imp. V, 9287. (P. deest.)*

**Urbanus[a] episcopus etc. Constanciensi[b] episcopo etc.**

Patens est et cognitum toti orbi, qualiter quondam Fridericus[c] imperator eiusque progenitores et posteri erga matrem ecclesiam[d] se gesserint et qualem ei retribucionem[e] de beneficiis ab ea perceptis impenderint, quoniam[f] hii aliorum persecutorum excedentes[g] tyrannidem gravioribus eam affecerunt iniuriis et oppressionibus[h] durioribus afflixerunt, et velut in cedem et[i] exterminium eius tendentes, furoris arcum et feritatis gladium acuentes, diris eam ubilibet[k] tribulavere flagellis et usque ad interiora profundis illatis vulneribus sauciarunt. Nam in hoc pravo genere patrum in filios cum[l] sanguine derivata malicia, sicut[m] carnis propagacione, sic imitacione operum nati[n] genitoribus successerunt[o]. Ex quo liquide perpendi et conici potest, si ex ipso alique posteritatis reliquie remanserunt, quid sperandum sit in futurum de illis, quidve in posterum expectandum. Vita namque et gesta predecessorum perversa iniquitatem prenunciant successoris[p], nec[q] horribilis eorum memoria quidquam boni de ipsorum posteritate credere vel sperare permittit[r]; de[s] colubro quidem[k] egreditur regulus et arbor mala noxios fructus profert pravumque principium nunquam bonum pollicetur[t] effectum[u]. Et ideo de Conrado[v] puero nato quondam Conradi dicti[k] Friderici[w] filii est precavendum omnino, ne ullo modo **nec ullo unquam tempore ad Romani culmen imperii sublimetur, quia in ipso procul dubio pro advocato ipsius ecclesie impugnator et pro defensore assumetur offensor publicus[x] et turbator. Verum quoniam[y] intelleximus[z], quod tu puerum ipsum, quod[a] non decuit absque**

Is. 14, 29. Matth. 7, 18.

**402.** c) possumus 2. d) promissa 2.

**403.** a) *pro* Urbanus — episcopo etc. 1: Papa episcopo Constanciensi. b) Constantino 2; Constant̃ 3. c) Fr. 2. d) sanctam *add.* 3. e) tribulacionem 3. f) quomodo 2; quam 3. g) extendentes 3. h) compressionibus 3. i) *pro* in cedem et 1: intendentes in; 2: incendere vel. k) *deest* 1. l) *deest* 3. m) *deest* 2. n) successoribus *add.* 1. 2. o) succ. gen. 1. 2. p) successorum 1. q) ut 3. r) promittit 2; permittat 3. s) quia de 1. t) poll. bonum 1. 2. u) finem 1; affectum 3. v) Chunrado *similia semper* 1. w) Fr. 2; F. 3. x) publ. et turbator *des.* 2. 3. y) quia 2. 3. z) intellexerimus 3. a) vos *add.* 2. 3.

licentia sedis apostolice, sub tua tutela et[b] proteccione pro tue assumens libito voluntatis magnis[c] studiis totisque[d] procuras laboribus, ut idem puer ad eiusdem apicem imperii eligatur[e] et ipsius[f] imperii[g] obtineat principatum, nos consideratis tue[h] antique devocionis et fidei meritis, quibus inter ceteros imperii principes ecclesiasticos claruisti[i], pensatis etiam persecucionibus, angustiis et pressuris, quibus progenitores eiusdem pueri personas et ecclesias tuas[k] multipliciter vexaverunt, dignam utique ac iustam de hoc ammiracionem in mente concepimus, cum in eisdem progenitoribus perpendisse debueris, quid de ipso puero posses[l], si solium imperiale conscenderet, expectare[m]. Volumus igitur et fraternitatem tuam monemus et hortamur ac[n] per apostolica scripta tibi[o] in[p] virtute obediencie et sub pena suspensionis[q] et excommunicacionis, quas exnunc in te proferimus et quas eo ipso te incurrere volumus, si contra huiusmodi nostrum preceptum[r] venire temptaveris, districte precipiendo mandantes, quatenus nullo unquam tempore procures per te vel per alium, quod idem Conradus puer in regem vel imperatorem eligatur, nominetur vel quomodolibet[s] assumatur, nullamque ad hoc opem impendas[t] vel operam, quin immo eius eleccionem vel[g] nominacionem, si de illa tractari contingerit[u], toto posse impedire procures; sub eadem quoque[v] pena tibi auctoritate apostolica prohibemus, ne ipsi Conrado circa occupacionem aliquarum terrarum ad Romanum imperium pertinencium consilio, auxilio vel favore quoquomodo assistere presumas[w], attencius provisurus, ne tibi de puero[x] ipso contingat, quod[y] ei[z], qui serpentem in sinu, ignem in gremio et murem in pera nutrivit[a], contingere consuevit.

---

# 404. URBANI IV. EPISTOLA AD ALFONSUM REGEM DE NEGOTIO IMPERII.

## 1263. Iul. 23.

*Epistolam non registratam dedit Holder-Egger e duobus codicibus dictaminum Berardi de Napoli:* 1) *bibliothecae Vallicellianae C 49 saec. XIII, fol. 6' et* 2) *bibliothecae Vaticanae 3977 saec. XIV, fol. 156'*[1]. *Excerptum dedit Posse 'Analecta Vaticana' 21 nr. 250. — Böhmer, Reg. imp. V, 9338.* *(P. deest.)*

Carissimo in Christo filio . .[a] regi Castelle ac Legionis illustri.

Venerabilium fratrum nostrorum . .[2] Siluiensis[b, 3] et . .[c, 4] Abulensis[5] episcoporum et dilectorum filiorum magistrorum Iohannis archidiaconi Compostellani[d] capellani nostri et Radulfi[e] de Podio Bonizi, qui ad prosequendum pro parte tua[f] imperii negocium ad nostram presenciam accesserunt, merito[g] laudamus industriam et fidelem super

**403.** b) seu 2. 3. c) cunctis 2. 3. d) cunctisque 3. e) el. ap. 2. 3. f) ipsiusque 2. 3. g) *deest* 1. h) vestre 2. 3. i) claruistis 2. 3. k) vestras 2. 3. l) *deest* 2. 3. m) possetis *add.* 2. 3. n) attente 3. o) tibi scr. 2; tibi *deest* 3. p) *pro* in virt. ob. 2: vo. o. q) dispensionis 2. r) prec. nostr. 2. 3. s) quolibet 3. t) impendatis 2. 3. u) contingeret 2; contigeret 3. v) que 1; *deest* 3. w) presumatis 2. 3. x) ludo 1. y) ut 2. 3. z) illis 2. 3. a) nutriunt 2. 3.

**404.** a) .n. (nostro) 2. b) Silieñ 2. c) . . *des.* 1. d) cōpostostellañ *corr.* 1; Compostellaneñ 2. e) Radūj 2. f) *deest* 2. g) meritam 1.

1) *Cf. 'Archiv' V, 448. Epistola nostra legitur praeterea in tribus aliis Berardi codicibus, ut latius exposuit Kaltenbrunner 'Mittheilungen des Instituts' VII, 558 nr. 33.* 2) *Garsiae.* 3) *Silves.* 4) *Dominici.* 5) *Avila.*

ipsius prosecucione negocii diligenciam comendamus. Ipsi namque[h] in nostra et fratrum nostrorum presencia constituti post exposita clara regie magnitudinis ac[i] progenitorum tuorum merita ius, quod in eodem imperio tibi conpetere asserunt, pro viribus fulcientes circa id quedam, que tibi putaverunt utilia[k], tuo nomine pecierunt. Unde nos cum predictis fratribus proposita coram nobis[l] debita deliberacione discussimus et super memorato negocio de ipsorum consilio[m] ad te nuncium et litteras[1] decrevimus in proximo destinandos, per quos quid[n] nostra et eorundem fratrum deliberacio circa sepefatum[o] negocium, ipsius circumstanciis qua decuit meditacione pensatis, faciendum providerit, serenitati tue plenius innotescet. Predictos autem episcopos ad te cum benediccionis nostre[p] gracia redeuntes de mora, cui causam tanti negocii qualitas et occupacionis nostre necessitas prestiterunt[q], habere debet non inmerito regalis magnificencia excusatos.

Dat.[r] apud Urbemveterem, X. Kal. Aug., pontificatus nostri anno secundo.

---

# 405. URBANI IV. EPISTOLA PRIORIS FORMAE AD RICHARDUM REGEM DE NEGOTIO IMPERII.

(1263. c. Aug. 27.)

*Insignem hanc epistolam, qua pontifex refert de electione discordi anni 1257 et de consuetudinibus in electione regis Romanorum observatis, in qua primum mentio fit septem principum electorum, ad Richardum regem re vera transmissam esse, negandum est*[2]. *Neque enim in Regesta Urbani recepta*[3] *neque in codicibus signo chronologico insignita est. Cum epistola in solis dictaminum Berardi Neapolitani codicibus nobis servata sit et pars eius magna fere ad verbum concordet cum epistola Urbani a. 1263. Aug. 27 data et registrata in Registri tomo I, 114, lib. II, f. 27, ep. 212 (ed. Rodenberg 'Epistolae selectae' III, nr. 560 I), vir cl. Rodenberg prius contenderat, nostram iis quibus abundat locis a Berardo ipso, qui erat notarius apostolicus, interpolatam esse. Equidem magis consenserim iudicio, quod vir doctus postea protulit, epistolam nostram priorem formam esse, quae iussu pontificis mutata et abbreviata fuit in eam formam, quae in Registro legitur. Nam vel in iis partibus, quae fere ad verbum cum epistola registrata concordant, sententiae nonnullae et minutiae leguntur, quae comprobare videntur, et ipsas has partes postea revisas et in minutiis variatas esse. Quod ut omnibus patefiat, in editione nostra omnia ea, quae cum epistola registrata ad verbum conveniunt, litteris minoribus excudenda curavimus, adiecta eius varia lectione in adnotationibus sub littera* R. *Ea certe quibus epistola nostra abundat, e libellis partium, Richardi videlicet et Alfonsi, curiae Romanae porrectis ad*

**404.** h) itaque 2. i) et 2. k) utilio 2. l) coram nobis *in* 1 *evanuerunt.* m) *evanuit in* 1. n) per quas quidem 2. o) sepefactum 1. p) grē 2. q) prestitur 2. r) Dat. — secundo *des.* 2.

1) *Cf. Rodenberg III, nr. 560 II a. 1263. Aug. 27.* 2) *Cf. imprimis ea quae nuper disseruit vir cl. Rodenberg 'Neues Archiv' X, 172 et 'Epistolae e Regestis selectae' III, 546 not. 4.* 3) *Bzovius, quamquam in Annalibus ecclesiasticis a. 1263 § 2 in margine posuit:* Ep. 212, apud Urbemveterem 6. Cal. Sept., *tamen solam Suritae editionem repetivit, quem in margine § 1 etiam laudavit.*

*verbum repetita esse, recte iudicavit Rodenberg. Quod probatur scripto illo, quod capitula a. 1267 ineunte a procuratore Alfonsi proposita continet, supra nr. 397.*

*Editionem instruximus subsidiis quae sunt haec:* 1) *codex Vallicellianus C. 49 saec. XIII, fol. 9 nr. 12, dictamina Berardi Neapolitani continens*[1], *quem pariter ac* 5 *codicem 4 contulit Holder-Egger;* 2) *codex tabularii Vaticani, iam in serie tomorum Registri tom. 29 A, saec. XIII, nr. 41 cum rubro:* Forma citationis parcium coram papa cum allegationibus utriusque partis; *contulit Tangl;* 3) *editionem Suritae in libro 'Indices rerum ab Aragoniae regibus gestarum' (Caesaraugustae 1578. 4°) p. 131, quae est optima et certe nititur codice quodam Berardi*[2]; 4) *codex bibliothecae Vaticanae 3977* 10 *saec. XIV, nr. 26, minoris pretii. In codicibus 1. 2. 4 epistolam nostram praecedit epistola registrata (1 fol. 7 nr. 11; 2 nr. 40 cum rubro:* Littere super citatione partium cum duo tendant ad imperium scilicet rex Riccardus frater regis Anglie et rex Castelle; *4 nr. 26). Ideoque cum magna pars nostrae concordet cum littera registrata, iam Berardus ipse ut videtur hanc partem omisit et ad textum registratae lectorem reiecit; cf. c. 1 not.* b *et* 15 *c. 14 not.* l. *Quare vir cl. Holder-Egger has partes, nempe c. 1 usque c. 5 med. et c. 14 med. usque ad finem, ex epistola registrata contulit. Ceterum Suritam, qui epistolam integram praebet, partes in codice suo omissas ope epistolae registratae, quae et ipsa in codice suo nostram sine dubio praecessit, supplevisse crediderim*[3].

*Suritae editio est princeps; repetivit eam Bzovius a. 1263 § 2. Tum Raynaldus in* 20 *Annalibus ecclesiasticis a. 1263 § 53—60 textum codicis 1 excudi fecit, dans ibidem sub § 46—52 epistolam registratam e Registro Urbani IV. sub falso die 'II. Kal. Septembris'. Qua re factum est, ut editores, qui Raynaldi editionem repetiverunt*[4], *scilicet Leibnitius 'Codex iuris gentium, prodromus' p. 12, Lünig 'Deutsches Reichsarchiv' IV, 173, Olenschlager 'Neue Erläuterung der goldenen Bulle' II, 46, Rymer 'Foedera' I, 2, 77 (I, 1, 430),* 25 *lacunas epistolae ex epistola registrata supplentes etiam diem falsum ex ipsa intruderent. Leibnitii editionem repetivit Dumont 'Corps diplomatique des traités' I, 216 addita varia Suritae lectione; Rymeri editionem idem I, 404 et 'Bullarium magnum Romanum' (Luxemburgi) IX, Addenda p. 19.* *(P. deest.)*

Ricardo[a] in Romanorum regem electo.

30 (1) Qui celum terramque regit, is nimirum celi[b] novit ordinem et in terra potest celestis ponere ordinis rationem[5]. Is exempla de superioribus ad inferiora derivans, sicut in firmamento celi duo[c] luminaria magna constituit, ut mundum vicibus suis illustrent[d], sic et in terris maxima dona sua, sacerdotium[e] videlicet et imperium, ad plenum spiritualium mundanorumque regimen, ad firmamentum ecclesie militantis[f] instituens, utriusque potestatis ita discrevit officia, ut eorum 35 officiosa diversitas nulla sibi adversitate dissentiat, set in[g] commissi executione regiminis ex officii debito in voti unitati concordet[h] et ipsorum procul dubio profutura concordia alterutrius alternis[i] fulta presidiis ac utriusque mutuis fota favoribus, opus iustitie liberius operetur, pacem mundo pariens, tranquillitatem[k] inducens et nutriens unitatem. Imperium siquidem ad salutem sacerdotali auctoritate dirigitur et ipsius adiutum suffragiis, sedatis procellosis interdum immi- 40 nentium[l] tempestatum turbinibus, tranquillum redditur et quietum. Sacerdotium vero pium et

**405.** a) Vrbanus episcopus servus servorum Dei R. 3. b) *abhinc in* 1. 2. 4 *collata est epistola prior (Rodenberg III, nr. 560, p. 545, l. 11); pergunt enim ita:* et cet. ut supra usque peti et etiam procurari. c) dua 1. d) illustraret 3. e) sacerdotum 4. f) universalis *R.* g) et 4. h) comcordet 2; concordent 4. i) *deest* 4. k) tramquillitatem 2, *similia saepius;* transquillitatem 4. l) imin. 1; inuenciū 4.

45 1) *Cf. Kaltenbrunner 'Mittheilungen des Instituts' VII, 558 nr. 35.* 2) *In bibliotheca Escurialensi iam nunc asservatur codex Berardi P II 7 saec. XIV, qui et epistolam nostram et registratam continet; cf. 'Neues Archiv' VI, 263.* 3) *Verba initii* Urbanus episcopus servus servorum Dei *sane suo Marte adiecit.* 4) *Inter quos non est Sbaralea 'Bullarium Franciscanum' II, 506, qui epistolam registratam ad Alfonsum datam (Rodenberg III, nr. 560 II) e Registri ep. 213, non vero nostram edidit.* 5) *Cf. Iob 38, 33.*

tutum habere debet refugium, imperialem mansuetudinem[m] cum sua veneratione coniunctam[n], ut imperii Romani fastigium[o] et eius culmini presidens specialis advocati et defensoris precipui circa ecclesiam gerat officium et in ipsius[p] fortitudine brachii[1] defensentur ecclesie libertates et iura manuteneantur ipsarum, extirpentur[q] hereses, cultus christiane fidei amplietur et inimicis consternatis eiusdem in pacis pulchritudine[r] sedeat populus christianus et in requie opulenta quiescat. (2) Verum humani generis inimicus, pacis impatiens[s], amator litium, discordie seminator, utriusque profectibus invidens, clare memorie Willelmo[t] Romanorum rege rebus humanis exempto[u], inter te et carissimum[v] in Christo filium nostrum[w] regem Castelle ac Legionis illustrem in Romanorum[x] regem electum circa optinendam eiusdem[y] imperii dignitatem contentionis materiam suscitavit, ut vobis[z] circa hoc[a] contendentibus careret imperialis regiminis commodis orbis terre et tanti brachii tam utilis, tam necessarii, tam cari carentiam ex ipsius imperii vacatione diutina molestam admodum et nocivam, dampnosa experientia, ecclesia predicta sentiret. Sentit[b] utique[c], sentit[b] mater ecclesia tam populi sibi commissi[d] quam suam gravem de huiusmodi contentione iacturam. Crevit namque perversorum audacia et ipsorum habundante malitia, dum eodem[e] vacante imperio ipsi ecclesie defensionis debite suffragia subtrahuntur[f], liberius peccatis insistitur, hereses pululant, scandala suscitantur, multiplicantur cedes et strages, iniurie invalescunt, in persecutionum turbinibus Petri navicula fluctuat; et interdum qui fidelium ipsius censeri nomine gloriantur, in arcum perversum, fidei debitum non servando, conversi eam[g] in suis iuribus iniuriose impetunt et molestant, illa nunc denegando pro libito, nunc illicite occupando. Propter quod eadem ecclesia non immerito[h] huiusmodi vacationem deplorat imperii et de animarum periculis, que peccandi libertas ingerit, ex intimis longa trahens suspiria ingemiscit. Ex eo insuper quam dure, quam graviter[i] materna eius viscera quatiuntur, quod ipsa tam caros filios, tam inclitos principes in suo sentiens utero collidentes, prudenter advertit[k] tuam et predicti regis potentiam, in Christi[l] blasphemos et inimicos nominis christiani potenter et magnifice more solito[m] exercendam, in proprium et grande domesticorum fidei detrimentum talibus contentionibus implicari.

Ps. 77, 57.

(3) Hec igitur[n] et alia incommoda dissensionis[o] huiusmodi eadem ecclesia materno pensans affectu, in hiis auxilii sui dexteram non substraxit, sed vigilavit attentius[p], attentione sollicita vigilanter[q] intendit multaque sollicitudine pervigil laboravit, ut discriminibus tantis occurreret[r] teque ac ipsum regem a discordiarum dispendiis preservaret. Et licet inter vos[s] iudicis partes assumere non sine causa distulerit, presertim cum[t] tam tui quam ipsius regis nuntii in recordationis felicis[u] Alexandri pape predecessoris nostri[v], nostra et fratrum nostrorum presentia constituti[w] super predictis iudiciarium apostolice sedis examen expresse usque ad hec tempora declinarint: dilationem tamen huiusmodi illa etiam[x] utilitatis[y] utriusque[z] partis consideratio et paterne pietatis cautela pro vobis consilium capiens persuasit[a], ut vestris animis ad hoc habilitatis interim ad reformanda inter vos amicitie federa congruentia tempora captarentur et remedia promptiora paterent, per que discordie occasione sublata vos glutinum solide[b] caritatis uniret, ac in vestre soliditate concordie, quam tractatus, qui super hoc inter[c] vos dicebantur haberi, promittere videbantur, sub sui principis ducatu pacifico daretur eidem sabatismus imperio, et sedatis scandalis ipsius subditis[d] quietis optate[e] iocunditas proveniret, pestis exterminaretur heretica, animarum pericula vitarentur, ecclesia cesareo[f] munita presidio et ab hostilibus erepta persecutorum in-

**405.** m) ad imp. masuet. 4. n) cum||iunctam 4. o) fastigio *R, cui desunt* et eius culmini. p) eius *R.* q) extirpantur *alio atramento corr.* 1. r) pulcritudine 1; plenitudine 4. s) inpacies 4. t) Vvilielmo 3. u) erepto 3. v) ca. 1. 3. w) .n. 1. 3; .N. 2. x) Romanū 1. y) *deest* 4. z) nobis 4. a) ho 4; haec 3. b) sensit *R.* c) itaque 3. d) comissi 1. e) eorundem 3. f) subtrauntur 2. g) tam 3. h) . . . . . . to 1, *litteris prioribus putretudine deletis.* i) quam grav. quam dure 4. k) auertit 4. l) Christo 1. 2. m) ex⁵cionibus implicari *add., sed expuncta* 1. n) legitur 4. o) dissencionis 1. p) et *add.* 3. q) uigillanter 1. r) occurret 4. s) nos 4. t) pro ea maxime quod *R.* u) fe. re. 4. v) .n. 4. w) *deest* 4. x) etiam illa 2—4. y) utilitas *corr.* 1. z) *bis scriptum, alterum deletum* 1. a) non persuasit 4. b) solite 2. c) in 1. d) ips. sub. *des.* 3. e) obtate 1. f) imperiali *R.*

1) *Cf. Iob 22, 8.*

cursibus respiraret ac eorum, qui sub simulate fidelitatis audacia nocent fidentius[g], temeraria nocendi confidentia refrenata suorum iurium integritate gauderet. (4) Hec quidem hactenus expectavimus anxii, hec desideravimus anxia expectatione diutius. In hiis predecessoris, nostra et fratrum nostrorum[h] sollicitudo non defuit, secundum apostolice circumspectionis iudicium de contingentibus nil[i] omittens. Et quamquam, ut votis nostris satisfieret in hac parte, hucusque non fuerit ex alto concessum, tamen ad id nostra semper suspiravit intentio, ad id plenis desideriis anxiamur, non proponentes a ceptis desistere, quin circa negotium huiusmodi sub spe illius, qui facit magna et inscrutabilia, qui facit concordiam in sublimibus, prosequi pacis semitas intendamus, quicquid per nuntios et procuratores partium coram nobis novissime hiis diebus propositum, petitum[k] fuerit et responsum.

Iob 5, 9. Iob 25, 2.

(5) Et quidem venerabilis frater noster Laurentius[l] episcopus et dilecti filii[m] Willelmus[n] archidiaconus Roffensis[o] ac Robertus de Baro, procuratores et nuntii tui a te plenariam potestatem habentes, ut in nostro consistorio tua proponerent negotia et peterent cum[p] sollempnitate qua conveniret vocationem tuam sollempniter ad coronam ac universa et singula circa hec gererent, agerent[q] fideliter ac[r] procurarent, que per veros nuntios ac procuratores ad hoc specialiter deputatos legittime possent agi, peti ac[s] etiam procurari, coram nobis et eisdem fratribus proponere curaverunt quasdam consuetudines circa electionem novi[t] regis Romanorum in imperatorem postea promovendi apud principes vocem in huiusmodi electione[u] habentes, qui sunt septem[v] numero, pro iure servari et fuisse hactenus[w] observatas a tempore cuius memoria non existit. (6) Secundum quas infra annum et diem, postquam vacat imperium, talis debet electio celebrari, quacumque parte ipsorum anni et diei, quam ad hoc iidem principes duxerint deputandam. Et ad[x] archiepiscopum Maguntinum[y] et comitem palatinum Reni[z] vel ipsorum alterum, altero nequeunte vel forsitan[a] non volente, pertinet ad[b] electionem ipsam celebrandam diem prefigere ac ceteros electores principes convocare. Quibus omnibus vel saltem duobus ex ipsis die prefixa convenientibus apud opidum de Frankeneford, intus[c] vel extra ipsum opidum, in terra que dicitur Frankeserde[d] — loca[e] quidem ad hoc deputata[e] specialiter ab antiquo — ad electionem ipsam procedi potest et debet secundum morem ipsius imperii[x] approbatum; et electione taliter celebrata electus, si electioni consenserit, ante Aquisgrani[f] per dies aliquos facta mora infra annum et diem post celebratam electionem eandem[g], quando electus voluerit, per Coloniensem archiepiscopum, ad quem id ex officio suo spectat, inungitur, consecratur et etiam coronatur. Quo facto cuilibet[h] via precluditur contra electionem vel electum iam regem Romanorum effectum dicendi aliquid vel etiam opponendi; sed idem electus predicto modo inunctus[i], consecratus et coronatus pro rege habetur et ei tamquam regi debet a subditis et vassallis[k] imperii obediri, suo more homagia et fidelitatis iuramenta prestari, assignari civitates opida, castra et specialiter castrum de Treveles[l.1] ac[m] alia iura imperii infra annum et diem a tempore coronationis eiusdem, ita quod si qui de vassallis[n] imperii ei[o] homagia non prestiterint consueta et non reddiderint civitates, castra et alia supradicta, illis que[p] ab imperio tenent eodem sunt eo ipso[q] privandi. (7) Et si votis principum, ad quos spectat eligere, ad eligendum convenientium divisis in plures, duo in discordia eligantur, vel alter electorum per potentiam optinebit vel ad predictum

**405.** g) fitentius 2. h) ipsorum 3. *R.* i) nihil 3. k) petitumve 3. l) Laur. 3. m) dilectus filius 1. 2. 4. n) Willermus 4; Guilielmus 3. o) Roffenses *R.* p) eum 1. q) *deest* 3; et ag. 4. r) et 4. s) et 3. *R.* t) in noui 4. u) in elecc. hui' 4. v) VII 1. 3. w) actenus 1. x) *deest* 4. y) Maguntiñ 1; Maguntineñ 4. z) regni 4. a) forsan 4. b) ea *add.* 4. c) intus — Frankeserde *des.* 4. d) Frankeferde 2; Frankforde 3; Francheserde *Rayn.* e) loco — deputato 3. f) Aquisgrā 4. g) eamdem 1. 3, *similia saepius.* h) *deest* 3. i) unctus 4. k) vasillis 1. l) Treueris 3. m) et 4. n) vasallis 1. o) ea 3. p) qui 4. q) puniendi seu *add.* 4; *pro* eo ipso 3: et ipsi.

1) *Trifels.*

comitem palatinum tamquam ad huius[r] discordie iudicem est recursus habendus; nisi[s] forsan super electione vel coronatione huiusmodi suborta discordia per appellationem vel querelam predictorum principum ad examen sedis apostolice — quo casu ipsius[t] est in tali causa[u] cognitio — deferatur. Intelligitur autem is electus esse concorditer, in quem vota omnium electorum principum vel saltem duorum tantummodo in electione presentium diriguntur. In discordia vero is etiam reputatur electus, de quo in loco non solito electio celebratur et in termino de communi consensu dictorum principum non statuto. Quem si forsan predicti principes infra annum et diem a tempore[v] vacantis imperii concorditer statuant, licet non exprimant, quod ipsum peremptorium esse velint[w], terminus tamen ab eis prefixus taliter peremptorius reputatur.

(8) Porro iidem procuratores hiis et aliis quibusdam prelibatis consuetudinibus adiecerunt[x]: quod vacante Romano imperio, die per omnes predictos principes pro celebranda regis Romani in[y] imperatorem postea promovendi electione statuto in octavis epiphanie[z] anno Domini MCCLVI. apud memoratum opidum de Frankeneford[a] quinque tantum de dictis principibus tum per se tum per alios, videlicet bone memorie Coloniensis[b] archiepiscopus pro se et bone memorie Maguntino[c] archiepiscopo[d], qui[e] legitimo impedimento detentus ipsi Coloniensi archiepiscopo ea vice in hoc[f] commiserat[g] vices suas, et dilectus filius nobilis vir . .[h] comes palatinus apud Frankeneford[i], bone memorie vero[k] Treverensis archiepiscopus et dilectus filius nobilis vir . .[h] dux Saxonie intra dictum opidum convenerunt. Cumque iidem Treverensis archiepiscopus et dux Saxonie prefatos archiepiscopum Coloniensem et comitem nec ipsum opidum intrare permitterent nec ad eos exire vellent super hoc sepius requisiti, dicti archiepiscopus Coloniensis et comes attendentes ex lapsu temporis periculum imminere[l], si forsan non fieret electio illa die, que[m] ad hoc fuerat peremptorie constituta — presertim cum de anno et die post vacationem imperii quindecim dies solummodo superessent, infra quos nullo modo potuissent propter locorum distantiam et alias facti circumstantias prefati principes iterum convenire — cum prelatis, ducibus et aliis[n] ibidem presentibus deliberatione prehabita de ipsorum communi consilio et assensu ad electionem procedere decreverunt. Et tandem prefatus Coloniensis pro se ac[o] dictis[p] Maguntino[q], cuius vices gerebat, et comite presente ac consentiente, divino[r] nomine invocato, te in regem Romanorum[s] elegit et mox electionem huiusmodi magnatum et aliorum astantium copiose multitudini publicavit. (9) Cui electioni per carissimum in Christo filium nostrum[t] . . regem Boemie illustrem post paucos dies consensu prestito, demum tu ad tuorum electorum et aliorum imperii optimatum[u], qui propter hoc ad te in Angliam accesserunt, instantiam et requisitionem instantem eidem electioni post diligentem super hoc tractatum habitum consensisti. Ac personaliter Alamannie regnum ingressus et moram apud Aquisgrani quantum decuit faciens nec inveniens resistentem, postmodum fuisti[v] per sepedictum Coloniensem archiepiscopum, ad cuius id spectabat officium, consecratus, inunctus, coronatus ac intronizatus regio more in sede magnifici[w] Karoli, nullo se inibi coronationi tue realiter aut verbaliter opponente. Recepisti quoque homagia magnatum regni eiusdem ac fidelitatis etiam iuramenta, obtinuisti ornamenta et insignia imperialia, quibus rex Romanorum[x] solet

1256. Jan. 13.

**405.** r) ab huiusmodi 2. s) ni 3. t) ut *hoc loco manu scribae super lin. add.* 4. u) casu 3. v) die 3. w) terminum *add.* 3. x) adicerunt 4. y) *deest* 1. z) octabis epyph. 4. a) Frankenford 3. b) Coloniensis — memorie *des.* 3. c) Maguntiñ 1; Maguntinus 2. 3; Maguntineñ 4. d) archiepiscopus 2—4. e) qui — archiepiscopo *des.* 1. f) casu *add.* 4. g) comiserat 1. h) . . *des.* 3 *semper;* dil. fi. no. vi. . . 1. 2. 4. i) *sic* 3; Frankeserd 1; Frankeferd 2; Franqueneford 4. k) . . *add.* 2. l) iminere 1; inire 4. m) quo 4. n) alii 4. o) et 3; pro se ac *des.* 4. p) dictus 4. q) Maguntiñ 1; Maguntin' 2; Maguntineñ 4. r) Dei 3; de 4. s) Romañ 1. t) .n. 1; no. 4; . . *des.* 3. u) obtimatum 2; aptimatium 3; clemenciam 4. v) inuenies fuisti postmodum 4. w) magni 3. x) Romañ 1.

ornari, cum Rome inungitur[y], consecratur per manus summi pontificis et sacrum imperii suscipit diadema, et sine quibus aliquis ad inunctionem[z], consecrationem et coronationem huiusmodi nec[a] solet nec debet admitti. Reddita insuper tibi fuerunt[b] quamplura opida, castra, ville ac[c] iura imperii tamquam regi, tuque ipsius regni possessionem adeptus ipsam tenes et per sex[d] annos et amplius tenuisti.

(10) Ex hiis autem procuratores tui arguere nitebantur[e], quod cum memorati[f] Treverensis archiepiscopus et dux Saxonie recusando dicta[g] die procedere, reliqui vero non veniendo ad terminum concorditer assignatum se alienos ab electione reddiderint[h] ea vice, tu ab omnibus principibus vel saltem ab hiis[i], in quos totaliter ius eligendi reciderat, censeri debes electus; et[k] pro certo ac indubitato ponentes, ius in regno et imperio supradictis tibi, electo[1] predictis consuetudinibus observatis, ubi et a quibus id fieri debuit, et nulli alii acquisitum ac regium nomen et imperii diadema indubitate deberi, supplicaverunt instanter et[l] humiliter petierunt, tibi et huiusmodi nomen ascribi — maxime cum antedictus predecessor id tibi de fratrum suorum consilio asscripsisset[m], te in eisdem regno et imperio quibuslibet aliis preferendo, sicut per ipsius litteras[2] ostendere nitebantur — teque per nos inungendum, consecrandum et coronandum in Romanorum[n] imperatorem, advocatum ac[o] defensorem ecclesie, ad ipsum diadema de nostris suscipiendum manibus sine dispendio ulterioris[p] more vocari et apostolicum tibi favorem impendi; presertim cum non tantum maior pars principum predictorum, immo omnes — excepto nobili viro[q] marchione[r] Brandeburgensi, qui etiam paratus est tibi obedire — ut iidem nuntii proponebant, electioni[s] de te facte consentiant et tibi tam ipsi quam alii magnates Alamannie generaliter tamquam suo regi obediant et intendant; petitionem suam illa indubitata sicut asserunt in imperio et iure munita consuetudine fulcientes, qua dicunt, electo[t] in regem Romanorum[u] secundum solitum morem imperii ubi et[v] a quibus debet[v] et postmodum per supradictum Coloniensem archiepiscopum inuncto, consecrato et coronato eo ipso regium nomen acquiri et, si electe persone impedimenta non obvient, vocandum sine dilatione aliqua per summum pontificem ad coronam; ad id non solum morem imperii approbatum, set etiam quondam[w] felicis recordationis Innocentii pape tercii[x] predecessoris nostri[y] decretalem epistolam[3] allegantes ac dicentes, per contradictionem memorati regis Castelle[z] vel electionem, que de ipso facta dicitur, petitionem premissam non debere aliquatenus impediri, cum secundum predictas consuetudines sit[a] ei iam cuiuslibet contradictionis via preclusa et electio ipsa nulla fuerit ipso iure, utpote post annum et diem contra easdem imperii consuetudines et termino ad hoc[b] statuto de communi[v] principum predictorum[c] consensu transacto et post[4] electionem tuam legittimam, non cassatam, a solo nominato Treverensi, qui propter nova pedagia, que in terra sua imposuit, erat tunc excommunicatione ligatus, nulla omnino forma servata, in camera eiusdem Treverensis archiepiscopi, contemptis aliis[d] principibus, clandestine[e] attemptata[f], cum nullam ab eisdem principibus super hoc potestatem haberet; quam si etiam[g] ab aliquibus habuisset, sicut quedam pro parte altera exhibite littere innuebant[h], formam tamen ipsius, que secundum tenorem litterarum ipsarum

**405.** y) ac *add.* 3. z) unctionem 3. 4. a) non 3. b) *deest* 4. c) et 3. 4. d) VI 1. e) videbantur 3. f) *deest* 4. g) dicto 1. h) reddiderunt 3. i) iis 3. k) *deest* 3; ac 4. l) ac inter alia *R.* m) ascripsisset 2—4. n) Romañ 1; Romanū 4. o) et *R.* p) despendio ulterius 3. q) no. ui. 1. 2. 4; . . *add.* 2. r) marchionis 4. s) eleccōne 1. t) qua dicta electione 3. u) Romañ 1; Romanum regem 3. 4. v) *deest* 4. w) quandam 1. x) III. 2. 3; *deest* 4. y) .n. 1. z) *deest* 3. a) sit — consuetudines *des.* 3. b) term. adhuc 4. c) de omni pred. princ. 4. d) alii 4. e) clamdestine 1. f) acceptata 3. g) etiam si 3. h) iuuabant 4.

1) *Cf. Rodenberg III, p. 547, lin. 4 sq.* 2) *Sunt litterae Alexandri IV. ad Richardum datae a. 1259. Apr. 30; ed. SS. XXVII, 482 (Böhmer, Reg. imp. V, 9196).* 3) *'Venerabilem' cf. supra nr. 398.* 4) *Cf. Rodenberg III, p. 547, lin. 14.*

ad certam diem se tantummodo extendebant, non eligendo ipsa die minime observavit.

(11) Ex parte vero supradicti regis Castelle[i] per venerabiles fratres nostros[k] Garsiam Silvensem et fratrem Dominicum Abulensem[l] episcopos ac dilectum filium[m] magistrum Iohannem capellanum nostrum, archidiaconum Compostellanum[n, 1], ipsius procuratores, actores et negotiorum gestores generales et speciales omnes in solidum, ita quod occupantis non sit melior conditio[2], mandatum habentes ab ipso[o] ad petendum pro eo[p] et suo nomine a nobis et predictis fratribus nostris coronam imperii et assignari sibi diem ad recipiendum ipsam et ad agendum[q], respondendum[r], defendendum et tractandum iura sua et imperii et quicquid honori eius[r*] expedire viderent[s], sive in ordinario sive in extraordinario iudicio ageretur, fuit econtra propositum: quod predictus dies octavarum epiphanie[t] non ad eligendum, set ad[q] tractandum super electione futuri regis et imperatoris et ad assignandum diem ad celebrandam[u] electionem eandem non per omnes, sed[v] quosdam ex ipsis principibus extitit assignatus. Qua[w] die prefati Treverensis archiepiscopus[x] et dux Saxonie pro[y] se ac[z] dilecto filio nobili viro[a] marchione Brandeburgensi, qui eidem Treverensi archiepiscopo vices suas commiserat, nec non et . .[b] procurator[c] memorati regis Boemie ad predictum opidum tamquam viri pacifici[d] accesserunt. Supradicti vero[e] Coloniensis archiepiscopus et comes cum ingenti armatorum multitudine ad loca circumvicina ipsi opido venientes[3], requisiti per Treverensem archiepiscopum, ducem et procuratorem[f] predictos, qui eorum impressionem verisimiliter[g] formidabant, ut idem[h] opidum intrarent cum societate decenti, de assignanda die ad electionem celebrandam, prout terminus exigebat, si ad hoc essent habiles, una cum ipsis pacifice[i] tractaturi[k], non solum id facere contempserunt, verum etiam proprii prosecutores[l] arbitrii presumpserunt te in regem Alamannie[m] non sine multo contemptu aliorum principum nominare. Memorati autem Treverensis archiepiscopus, dux et procurator nominationem huiusmodi attendentes penitus esse nullam — presertim cum dicti Coloniensis archiepiscopus pro eo, quod in[n] bone memorie P(etri) Sancti Georgii ad Velum aureum diaconum cardinalem, tunc legatum in Alamannie partibus[4] manus iniecerat ac venerabilem fratrem nostrum Padeburnensem[o] episcopum presumebat detinere captivum, propter quod per eundem etiam legatum excommunicatus extitit[p], comes vero propter clericorum et religiosorum cedes[q] et notorias captiones et quia contra sententiam felicis recordationis Innocentii pape IIII. predecessoris nostri quondam Friderico[r] olim Romanorum[s] imperatori et[t] Conrado[u] nato eius prestiterat publice consilium, auxilium et favorem[5], erant ipsius electionis[v] tempore tam a canone quam ab homine[6] variis[w] excommunicationibus innodati, et Maguntinus[x] archiepiscopus, cuius idem Coloniensis archiepiscopus se vices gerere asserebat, in vinculis teneretur, propter quod carens arbitrii libertate prestare non potuit, prout iura exigunt, liberum in electione consensum, nec etiam de facto[y] prestitit ad electionem celebrandam — certum terminum statuerunt[z] subsequentem domini-

Ian. 13. — Apr. 2.

**405.** [i]) regis Cast. suprad. 4. [k]) F. N. 3. [l]) ambuleñ 4. [m]) et dilectos filios *R.* [n]) Compostolanum 4. [o]) eodem rege *R.* [p]) ipso *R.* [q]) *deest* 4. [r]) recipiendum 4. [r*]) *deest* 4; suo *R.* [s]) uiderit exped. 4. [t]) ephiphanie 1; epyph. 4. [u]) celebrandum 1. [v]) per *add.* 3. [w]) qui 4. [x]) eps̄ 4. [y]) per *cum sequentibus accusativis* 3. [z]) et 4. [a]) . . *add.* 2. [b]) . . *des.* 3. 4. [c]) procuratores 3. [d]) pacifico 4. [e]) Suprad. vero *des.* 4. [f]) procuratores 3. 4. [g]) naturaliter 4. [h]) iidem 1. [i]) ipsis pac. *des.* 4. [k]) tractatū 4. [l]) persecutores 3; *pro* pros. arbitrii 4: presumpsisse *suprascripta voce* uacat 4. [m]) Alamanie 2. 3. [n]) *deest* 3. [o]) ven. F. N. Podebiuñ 3. [p]) *deest* 3. [q]) sedes 1. [r]) Frederico 3. 4. [s]) Romañ 1; Romano imperatore 4. [t]) *deest* 4. [u]) Corrado 2—4. [v]) elecc. ipsius 4. [w]) uarii 4. [x]) Maguntineñ 4. [y]) *deest* 4; de futuro 3. [z]) statuerant 3.

1) et Radulphum de Podio Bonizi *abundat R.* 2) *Cf. L. 32, Dig. De procuratoribus (III, 3) et L. 19, Dig. De re iudicata (XLII, 1). ROD.* 3) *Cf. supra nr. 397 c. 2.* 4) *Cf. supra nr. 397 c. 11.* 5) *Cf. ibid. c. 16.* 6) *Cf. ibid. c. 10.*

cam Passionis; quo quidem termino usque ad proximam dominicam[a] Palmarum conti- Apr. 9. nuato de die in diem, et memoratis Maguntino[b] tunc a vinculis liberato, Coloniensi archiepiscopo et comite requisitis et nolentibus interesse, dictus Treverensis archiepiscopus, a predictis rege Boemie, duce et marchione sibi[c] super hoc potestate commissa, dictum regem Castelle suo et illorum[d] nomine publice ac[e] sollempniter in eodem opido de Frankeneford[f], Dei nomine invocato, in Romanorum[g] regem et imperatorem elegit et electionem ipsam[h] omnibus astantibus publicavit. Idemque[i] rex Castelle, ipsa electione sibi per quamplures[k] magnates imperii ad ipsum propter hoc in Ispaniam accedentes postmodum presentata, electioni[l] consensit eidem.

(12) Ex premissis sane iidem procuratores et nuntii prelibati regis Castelle dicentes electionem ipsam ubi et a quibus debuit celebratam legittime, allegabant electionem eandem impediri non potuisse per tuam, que sicut dicunt nulla extitit ipso iure. Nam cum predictus dies octavarum non ad eligendum, sed ad[h] tractandum de Ian. 13. statuenda[m] die et ipsam statuendam ad electionem celebrandam novi regis fuerit non[h] per omnes[h] predictos principes, sed per aliquos ex eis ut premittitur assignatus — qui etiamsi ad[n] eligendum statutus fuisset, per maiorem partem[h] eorundem principum, minoris partis non obstante contradictione, mutari et prorogari potuit et extitit prorogatus — constat electionem de te maxime per pauciores de ipsis principibus excommunicatos ipsa die octavarum factam nullam penitus extitisse. Excommunicationem etiam contra memoratum archiepiscopum Treverensem obiectam et consuetudinem, que de celebranda a tempore vacantis imperii infra annum et diem regis Romanorum electione proponitur, ac alias[1] omnino negantes allegabant, quod si veritate huiusmodi propositio fulciretur, electio tua, que quindecim diebus de ipso tempore adhuc extantibus[o] celebrata fertur, ex hoc etiam nulla esset, cum non licuerit minori parti, maiore contempta, diem ultimam ipsius temporis prevenire. Per que apparere dicebant, quod electores eiusdem regis Castelle, nolendo die illo eligere, non fuerunt eligendi iure privati, nec si etiam, ut pars adversa proponit, ad minorem partem renuissent[p] exire. Nam cum intra[p*] predictum opidum de Frankenford[q] Romani regis et imperatoris, et non alibi, debeat electio celebrari, minor pars non poterat ad locum alium coartare[r] maiorem. Adiecerunt preterea inunctionem[s], consecrationem, coronationem[t] ac[u] possessionem predictas — quam quidem possessionem omnino negabant — et cetera pro parte tua inducta, cum ex electione tua, que ut predicitur nulla extiterat, secuta fuerint[v], tamquam nulla, nullum potuisse tuo munimentum afferre[w] aut eiusdem regis Castelle iuri[x] preiudicium generare; subiungentes, Coloniensem archiepiscopum supradictam[y] consecrationem vel inunctionem seu coronationem, que ius tribuant[z], dare non posse nisi ei qui a maiori et saniori parte predictorum[a] principum est electus; alioquin illa sequeretur absurditas, quod solus Coloniensis archiepiscopus precibus inductus vel corruptus pretio[b], cui vellet[c] imperium dare posset. (13) Quod autem de litteris supradicti predecessoris Alexandri premittitur, in quibus tibi regium nomen dicebatur ascriptum teque in predictis regno et imperio aliis[d] fuisse prelatum, multipliciter confutabant. Tum quia quotiens coram ipso predecessore Alexandro ac fratribus suis de imperii negotio agebatur, idem predecessor Alexander[e] publice asserebat, quod super eodem negotio nichil in dicti regis Castelle preiudicium attemptaret; quod etiam ipsi

**405.** a) dom. prox. 3. b) Maguntineñ 4. c) hoc *add.* 4. d) aliorum 3. e) *deest* 1. 2. 4. f) Frankenford 2; Frankford 3. g) romanum 4. h) *deest* 4. i) Ideoque 3. k) complures 3. l) eleccione 4. m) statuta 1. n) id 1. o) astantibus 2. 4; restantibus 3. p) tenuisset 4. p*) infra 1—4. q) Frankeford 3; Frankeneford 4. r) cohartare 2; coarctare 3. s) unccionem 4. t) *deest* 3. u) et 4. v) fuerunt 4. w) aufferre 4. x) iur̄ 4. y) supradictum 3. z) tribuūt 4. a) *deest* 4. b) precipio 4. c) cui vellet *des.* 4. d) *deest* 3. e) A. 4.

1) *sc. consuetudines.*

regi Castelle per litteras et quondam A(ndream) de Ferentino[f] suum[a] capellanum et nuntium intimavit. Propter quod predicte pro te inducte littere merito sunt suspecte nec credende de eiusdem predecessoris A(lexandri) conscientia emanasse; tum etiam quia, si de ipsius conscientia et fratrum suorum consilio processissent, cum iniuriose sint, debent merito revocari.

(14) Unde iidem regis Castelle procuratores et nuntii electionem de ipso factam, electione tua predicta et hiis que pro te fuerunt[g] obiecta nequaquam[h] obstantibus, fore legittimam utpote celebratam a maiori parte ipsorum principum — quos iidem procuratores et nuntii variare non potuisse allegant et variasse non credunt —, immo fictione iuris ab omnibus, cum alii utpote inhabiles electioni non potuerint[i] vel saltem noluerint[k] in loco solito et tempore debito interesse, ac ipsum potiorem in predictis regno et imperio arguentes, cum[1] instantia postularunt, ipsi regi Castelle consuetum favorem et[1] debitam in huiusmodi negotio iustitiam exhiberi, apertius exprimentes, hanc fore iustitiam debitam, hunc esse favorem in talibus consuetum, videlicet quod, quando aliqui ad imperium in discordia principum eliguntur[m], sedes apostolica illum, qui electus est a parte maiori, persone impedimentis cessantibus, denuntiat electum canonice ac regem nominat, parte aliqua non citata, et ei favorem prestat illique terminum ad recipiendam[n] coronam assignat[o], etiamsi alter taliter[p] electorum regni possessionem presumpserit occupare; sicut in electionibus Lotharii et[q] Conradi[r], Ottonis et Philippi ac aliorum plurium observatum fuisse dicebant; ad hoc predictam decretalem epistolam[2] inducentes.

(15) Eisdem autem prefati regis Castelle nuntiis petitioni predicte super debita iustitia exhibenda porrecte insistentibus, nos memoratum Roffensem[s] episcopum et alios tuos[t] procuratores de predictorum fratrum consilio duximus requirendos[u], si vellent super premissis subire tuo nomine nostrum et apostolice sedis examen. Qui habito consilio responderunt, quod cum[v] sis princeps catholicus, nobis et ecclesie Romane devotus, ipsam caput christianitatis et fidei tuamque matrem et dominam recognoscens, nec intendas illius declinare iudicium, in quibus illud subire debes[w] et de iure teneris, et in imperio ius habeas ac regni Alamanie[x] et eius iurium possessionem obtineas, parati erant, in quantum predicti mandati, quod a te habebant[y], se vires extendunt[z], pro te ac tuo nomine, tamquam pro rege vero ac legittimo possessore[a], iudicium nostrum et ecclesie Romane subire, si quis appareret, qui te super premissis velit impetere aut aliquid quocumque modo proponere, per[b] quod tibi possit aliquod preiudicium generari, salvis semper[c] in omnibus et per omnia iurisdictione, potestate, officio, auctoritate, dignitate, honore ac[d] libertate sacri Romani imperii eiusque principum, ad quos specialiter spectat Romani regis electio et quibus preiudicare non intendebant vel alias quomodolibet derogare, petitionem tuo premissam nomine nichilominus repetentes.

(16) Ecce, fili carissime, dum ad petitionem iustitie ab una parte proceditur nec ab altera iudicio ceditur, set ipsius prosecutioni[e] constanter[f] instatur, nos qui sperabamus, quod per tuam et ipsius regis concordiam et concordem supradicti ordinationem imperii desiderate quietis nobis serenitas arrideret, in iudiciorum inquietos anfractus ingerimur et expetite[g] iustitie instantia[h] in ipsorum nos fluctus impellit. Ecce pacem expectavimus[3], et non venit; quesivimus[i] bona, et[k]

**405.** f) ferentiñ 1. g) fuerint 4. h) non 3. i) potuerunt 4. k) noluerunt 4. l) *abhinc in* 1. 2. 4 *collata est epistola prior (Rodenberg III, nr. 560, p. 547, l. 31); pergunt enim ita:* et cet. ut in alia usque observatum fuisse dicebant. Ad hoc predictam decretalem epistolam inducentes. Eisdem autem prefati regis Castelle nunciis peticioni (nuncii peticionis 4) predicte et cet. ut in alia usque in finem. m) eligungtur *corr.* 1. n) recipiendum *R.* o) prestat *subpunctum* 4. p) talium 2. q) *deest* 3. r) Corradi 2—4. s) Rofensem 3; Roffreñ 4. t) *deest* 2. u) inquirendos 4. v) *super lin. add.* 1. w) debet 4. x) Alamãnie 4. y) habent 1. 2. z) extendant 4. a) priore 3. b) propter 3. c) tamen 4. d) et 4. e) psecucioni 4. f) instanter 4. g) expedite 3. h) constantia 3. i) requisivimus 3. k) *pro* et — offertur *R:* sed illorum cupitus successus nostris desideriis non accessit.

1) *Cf. Rodenberg III, p. 547, lin. 31 sq.* 2) *Innocentii III. 'Venerabilem', supra nr. 398.* 3) *Cf. Ierem. 14, 19.*

**turbatio strepitus iudicialis offertur.** Profecto non id desiderabat ecclesie imperiali auxilio relevanda necessitas; non id exigebant lacere[l] partes imperii occupatricibus[m] exposite manibus direptorum[n]; non id requirebat christianitatis maxime[o] hiis temporibus miseranda conditio, quam[p] intrinseca plus quam civilia[q] bella[1] concutiunt[r] et inhumaniter efferarum[s] immanitates gentium ac
5 precipue[t] Tartarice feritatis affligunt. Quibus potius debebatur[u], ut per tractatus pacificos cesarei culminis acceleranda provisio in unitate capitis viribus[v] reintegratis imperii contra tot discrimina provideret. (17) Nos itaque pacis cogitationes[w] sollicite cogitantes ac de illius sperantes omnipotentia et inmensa virtute, sub quo curvantur qui portant orbem, qui ventis imperat, et ad eius nutum stat spiritus procellarum[2], pacis tractatibus providimus insistendum. Et ideo hinc
10 inde propositis a nobis et predictis fratribus nostris in discussionem[x] exacte deliberationis[y] inductis, de[z] ipsorum consilio tam ad magnificentie[a] tue presentiam quam ad ipsum[b] regem Castelle nuntios deliberavimus destinandos, qui vos ad pacem invitent. Ad quod dilectum filium magistrum Guillelmum[c] capellanum nostrum archidiaconum in ecclesia Parisiensi, virum utique providum, consilii maturitate conspicuum et[d] nobis ac eisdem fratribus plurimum merito sue probitatis
15 acceptum, de cuius industria et fidelitate nos et ipsi fratres plene confidimus[e], ad tuam magnificentiam specialiter destinamus. Et nichilominus cum simus omnibus in iustitia debitores nec debeamus eam personis denegare sublimibus[f], qui super ipsa etiam ab humilibus requisiti nostri partes officii non negamus, te ac[g] eundem regem Castelle citandos decrevimus et te de sepedictorum[h] fratrum consilio peremptorie presentium tenore citamus, ut secundo die Maii primo[i]
20 venturi apostolico conspectui per procuratores ydoneos te presentes, qui tue conscientie conscii legittimum et plenum a te mandatum habeant ad pacis tractatum, si Dominus dederit, ineundum[k] et ad procedendum in ipso negotio, prout honori ecclesie ac pensata talis et tanti conditione negotii sine offensa iustitie videbimus expedire.

Iob 9, 13. Matth. 8,26.

Mai. 2.

---

# 406. CLEMENTIS IV. EPISTOLA
25 # CONTRA ELECTIONEM CONRADINI.

## 1266. Sept. 18.

*Supersunt* A *autographon archiepiscopo Bremensi missum iam in tabulario regio Hannoverano asservatum (sign. arch. Bremen und Verden Nr. 290), quod praelo dedit Sudendorf 'Registrum' I, p. 111 nr. 61 et quod denuo contulimus; bulla plumbea appendet,*
30 *in dorso litteris fugitivis scriptum est* Archiepo Brem̄. B *apographa exemplaris archiepiscopo Coloniensi missi, et quidem* 1) *apographon quod inclusum est bullae Clementis a. 1266 Nov. 18*[3], *quam e Registri tomo I, p. 121 lib. II, cur. 17 dederunt Posse 'Analecta Vaticana' p. 143 et Rodenberg III, p. 668;* 2) *codex Panormitanus principis Fitaliae saec. XIV. in. fol. 41 cp. 34, quem excussit b. m. Pertz; inscribitur* Venerabili fratri
35 Cononiensi salutem etc.; *in fine leguntur verba* ut autem etc., *quibus probatur hunc*

**405.** l) lace 4. m) occupantibus 2—4. n) directorum 4. o) *deest* 1. p) et *add.* 2. 3. q) civilia — gentium ac *des.* 1. r) comcurrunt 2. 4. s) effrenarum 4. t) 7mpue 1. u) dicebatur 4. v) iuribus Romani *R.* w) cogitatus 3. x) deliberationem *R.* y) discussionis *R.* z) *deest* 4. a) magnifice 4. b) dictum 3. c) Guilielmum 3. d) a 1. e) confidentes 3.
40 f) similibus 2. g) ad 1; et 3. h) praedictorum 3. i) proxime 3. k) *deletum in* 1.

1) *Cf. Lucan. Phars. I, 1.* 2) *Cf. Ps. 106, 25.* 3) *Hanc bullam, quae deest in Potthastii Regestis pontif. Roman., sub die falso dedit etiam Winkelmann in 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XV, 384.*

*textum desumtum esse e bulla Nov. 18; textus minoris pretii est;* 3) *codex Wilheringensis pars I, ep. 98, qui et ipse bullae isti innititur, quippe qui in fine sententias quasdam ex ea descriptas praebeat* (ut — divulgatur); *inscribitur bulla nostra solummodo* Clemens etc., *textus mendis et omissionibus scatet;* 4) *codex Vindobonensis 590 (Philol. 305) fol. 136' ep. 197, eiusdem plane indolis ac 3;* 5) *codex Vindobonensis 409 (Philol. 61) fol. 36, ubi in libro dictaminum Baumgartenbergensi continetur bulla, quae inscribitur* Papa archiepiscopo Coloniensi; *hoc exemplar ex eodem fonte fluxisse ac 3 et 4, iisdem omissionibus arguitur; secuti sumus editionem viri d. Bärwald 'Fontes rerum Austriacarum' II, tom. 25, 201.* C *exemplar archiepiscopo Maguntino destinatum, cuius editionem paravit Schannat 'Vindemiae literariae' I, 207 nr. 58 e codice suo Moguntino, id est copiario Hildesheimensi iam deperdito. Hanc editionem repetiverunt Lünig 'Codex diplomaticus Italiae' II, 971 et Bullarium Romanum ed. Taurin. III, 765. — Potthast, Reg. pont. Rom. 19815. Böhmer, Reg. imp. V, 9729.* *(P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei venerabili fratri .. archiepiscopo Bremensi[a] salutem et apostolicam benedictionem.

1. Cor. 3, 11. 12. (1) Fundata domus Domini super immobile fundamentum, quo[b] secundum apostolum aliud ponere nemo potest, a columpnis stabilibus sub decenti locatis ordine pulcritudinem recipit et splendorem, quarum implent officium, qui prelationis ecclesiastice ministerium assecuti spirituale sustinent edificium et venustant[c]. Inter hos sane, quanto in credita tibi provincia locum obtines celsiorem, quanto pondus structure sustines amplioris, tanto te decet gravitate[d] maiori in omnibus et per omnia stabiliri, ut nec nutes[e] nec devies a rectitudine tui status, ne dilapsus in partem alteram, eo ruas[f] periculosius, quo tecum plures traheres ad ruinam. Verum ad iusti pariter et honesti soliditatem propositi preter commune debitum, quo te Deo vehementer astrictum intelligis, cuius in[g] ministerii tui vocatus sorte[g*] in partem sollicitudinis vicem geris, accumulata te nichilominus[h] obligant beneficia, que cum aliis prelatis Alamanie a sede nosceris apostolica recepisse, cuius larga benivolentia largitasque[i] benivola vobis[k] hactenus semper affuit et quasi fons indeficiens vobis et vestris ecclesiis gratiarum fluenta communicans, vos instruxit consiliis, roboravit auxiliis, vallavit presidiis et privilegiis honoravit. Iustum est igitur et conveniens pietati[l], ut ad matrem levetis[m] oculos universi et cura pervigili studeatis eius obviare periculis, que, si sua vel vestra diximus, sua tamen rectius dicemus et vestra, cum dolente capite non sit in membris sanitas, nec[n] maternis infixi visceribus matre possint quiescere laborante. (2) Ceterum quantum ecclesiam flagellaverit, quantum concusserit, quot pro bonis ei mala reddiderit domus impii[o] Frederici[p], nedum ecclesiis et principibus Alamanie notum extitit, sed et mundo notorium universo. Unde iusto dampnatus iudicio et tam imperii quam regni Sicilie iure pariter et honore privatus, diem miserabiliter claudens extremum, sui tenuem reliquit memoriam, cum sublatis e medio filiis in domo tanti nominis unica[q] scintilla remanserit[r], etatis scilicet[s] adhuc tenere, premature tamen malitie, prout[t] fida relatione didicimus, Corradinus[u], cuius[v] congauderemus profectui, si suis contentus iuribus[w] reprobatum avum pro meritis nollet in suis vitiis[w] imitari, nec ausu temerario moliretur infringere, que contra avum eundem exigente iustitia felicis recordationis

**406.** a) Coloniensi *B* 1; Moguntino *C.* b) cuius *C.* c) venustatem *B* 1. *C.* d) quantitate *C.* e) mutes *A.* f) corruas *B* 2—5. g) *deest C.* g*) sorte vocatus *B; cf. Ephes. 1, 11.* h) nova *C.* i) largitas quoque *C.* k) tibi et illis *B.* l) piet. conv. *C.* m) elevetis *B* 3—5. n) nec — laborante *des. C.* o) imperatoris *male C;* quondam *add. B.* p) olim Romanorum imperatoris *add. B* 1. 2; imperatoris *add. B* 5; Fridericus imperator *B* 3. 4. q) tantum *add. C.* r) remansit *C.* s) *deest C.* t) prout — didicimus *des. B* 3—5. u) Conradinus *B* 1, *similia semper;* Conradinum *C.* v) cuius *usque* beneplacitis se coaptet *des. B* 3—5. w) *deest C.*

predecessor noster Innocentius multis spectata[x] oculis, multis probata[y] sensibus, approbante sacro concilio, diffinivit. Sed iam ecce[z] prodit in publicum non transfusa[a] cum semine patris iniquitas, sed avite potius ambitu magnitudinis, cuius ei sepe memoria refricatur[b], ad nepotem improvidum temere propagata. Sicque multum prepropere tumidus adolescens iam[c] se scribit regem Sicilie et cum aliquibus inimicis ecclesie, Lombardis, Marchianis et Tuscis, Apulis etiam atque Siculis fraudulentis se commerciis[d] implicat[e], potestatem ecclesie non considerans, que sicut avum eius nudavit imperio suis meritis exigentibus atque regno Sicilie, sic et eum iure ac honore regni Ierosolimitani aliisque dignitatibus, bonis[f] et iuribus, si qua[g] habet, privare poterit[h], nisi sibi consilio meliore provideat et sedis apostolice beneplacitis se coaptet[v]. (3) Porro non sine magna cordis amaritudine nuper accepimus[i], quod nonnulli ex hiis principibus et prelatis, ad quos ius pertinet eligendi Romanorum regem, in[k] imperatorem postmodum promovendum, in eam devenerunt[l] audaciam, ut super electione Corradini eiusdem ad imperium occultos audeant et apertos inire tractatus, sue salutis immemores, hostes iustitie et quietis publice turbatores, cum non solum deberent[m] attendere, quod assumere ineligibilem nulli licet[n], verum[o] etiam diligenter advertere, quomodo nunc eis[p] personam quamlibet, etiam[p] omni exceptione maiorem, non[q] liceret eligere, maxime pendente duarum electionum negotio coram nobis, que fuerunt de carissimis in Christo filiis nostris . . rege Castelle et Riccardo comite[r] Cornubie, viris[s] illustribus et magnificis per eos, ad quos ius eligendi pertinet, in discordia celebrate[o]. Hunc autem esse probat[t] ineligibilem etatis infirmitas, que inhabilem eum efficit ad honores, cumque[u], etiamsi legitimum terminum attigisset, talem[v] tamen[w] eligi non deceret, qui de persecutoribus ecclesie manifestis, tam veteribus quam modernis, trahens originem iusta posset hac sola ratione repelli; quem[x] tamen aggravat ipsius manifesta temeritas, qua se parat, ut evidentibus patet indiciis, ad Romanam ecclesiam contra se merito provocandam. (4) Quocirca, cum officio nostre servitutis incumbat fraudibus et malitiis perversorum occurrere, ne, quod absit, neglecta valeant incendia vires sumere, que in ipsis initiis levius extinguntur, nos in omnes et singulos, cuiuscumque dignitatis vel excellentie, archiepiscopalis etiam vel episcopalis aut alterius ecclesiastice vel secularis existant[y], cuiuscumque sint gradus, condicionis vel ordinis sive sexus, qui per tractatus publicos vel occultos seu quoscumque alios modos[z] procurabunt dicti Corradini promotionem in Romanorum regem vel[a] imperatorem, aut huiusmodi tractatibus consenserint, vel hoc[b] procurantibus dabunt consilium, auxilium vel[c] favorem, et in omnes, qui ad id procurandum vel agendum convenerint, excommunicationis sententiam promulgamus et, anathematis eos vinculo innodantes, terras eorum[d] ecclesiastico subicimus interdicto. Siqui vero ad ipsius electionem[e] processerint, si principes fuerint, eos et heredes eorum[f] perpetuo[d] omnibus feudis et honoribus, que[g] ab ecclesiis vel personis ecclesiasticis[h] obtinent, et tam eos quam posteritatem eorum usque ad quartam generationem iure[i] eligendi Romanorum regem apostolica auctoritate[k] privamus et insuper eorundem[l] filios clericos usque ad quartam generationem reddimus prorsus inhabiles ad dignitates vel beneficia ecclesiastica obtinenda. Si vero

**406.** x) conspecta *B* 1; inspecta *B* 2. y) comprobata *B* 1. 2. z) ecce iam *C.* a) transsumta *C.* b) revocatur *C.* c) iam — et *des. C.* d) . . . . . *C.* e) applicat *C.* f) *deest C.* g) que *C.* h) pot. priv. *C.* i) recipimus *C.* k) ad *C.* l) venerint *C.* m) deb. non solum *B* 1. 3. 5. *C.* n) liceat *C.* o) verum — celebrate *des. B* 5. p) eis paratum quemlibet et *C.* q) *deest A. B* 1. *C.* r) rege *C.* s) *loco* viris — magnificis *B:* in Romanorum reges electis. t) prob. esse *C.* u) cuius *A. C;* et ut *B* 2. v) eum *B* 1. 3–5. *C; deest B* 2. w) talem *add. C.* x) quam *A. B* 1; quem — provocandam *des. C.* y) existat *C.* z) qui pretactis publicis vel occultis seu quibuscumque aliis modis *C.* a) vel — favorem *des. B* 3–5. b) his *C.* c) et *C.* d) *deest C.* e) el. ipsius *C.* f) ipsorum *C.* g) quos *C.* h) eccl. pers. *C.* i) iure — generationem *des. B* 4. k) auct. ap. *C.* l) eorum *C.*

electores huiusmodi prelati fuerint, ipso facto depositi ac nudati remaneant omni dignitate archiepiscopali et episcopali et omni ecclesiastico beneficio sine spe restitutionis aut gratie aliquo tempore obtinende. Omnes[m] etiam, qui predicto Corradino astiterint vel[n] eidem[o] impenderint consilium[p], auxilium vel[n] favorem contra carissimum in Christo filium nostrum, C(arolum)[q] verum[r] regem Sicilie a sede apostolica constitutum, in quo novum[s] et nobile opus[t] ecclesie favor divine dextere signis evidentissimis comprobavit, excommunicationis sententia innodamus. In omnes quoque, qui cum eodem Corradino vel pro ipso aut in eius auxilium contra ecclesiam vel prefatum C(arolum)[q] Sicilie regem in regnum Sicilie seu quecumque illius[u] loca vel in Italiam seu quascumque Italie regiones vel partes accedere aut inibi[v] dictum Corradinum iuvare[w] presumpserint, excommunicationis sententiam proferentes, terras ipsorum[x] ecclesiastico supponimus interdicto, contra eos gravius processuri, prout excessus meruerit eorundem[m]. Licet autem de tue devotionis et fidei puritate firmam geramus fiduciam, quod in hiis et[y] aliis tue providebis saluti et te nostris beneplacitis coaptabis, quia tamen calcar adhibitum[z] equum admissum magis excitat[a] quam molestet[b], fraternitati tue[c] per apostolica scripta in virtute obedientie firmiter precipiendo mandamus, quatinus a predictis laqueis et[d] periculis non solum tibi caveas, sed et alios, ne[e] in ea possint[f] incidere, reddas sollicite cautiores et has nostras sententias[g] totumque presentium tenorem in tuis civitate, diocesi et provincia, convocatis clero et populo, facias singulis mensibus, vel[h] si expedire videris, pluries publicari.

Dat.[i] Viterbii, XIIII. Kal. Octobr., pontificatus nostri anno secundo.

---

# 407. CLEMENTIS IV. PROMULGATIO VICARII IMPERII GENERALIS IN TUSCIA.

## 1268. Mai. 2.

*Dedit Kehr ex autographo tabularii Vaticani, Arm. II c. V nr. 4, cuius bulla plumbea filo canapis appendet; in plica leguntur:* Iac̄ Scin . . . us. *Prius edidit Böhmer 'Acta imperii selecta' 691 nr. 987 e codice Vallicelliano B 12 fol. 387. — Potthast, Reg. pont. Rom. 20331. Böhmer, Reg. imp. V, 9900. (P. deest.)*

Clemens episcopus servus servorum Dei dilecto filio fratri Guillelmo[a] de Tuningo ordinis Predicatorum[b] salutem et apostolicam benedictionem.

Hoste pacis ab olim angulos Tuscie turbationum malleis impetente, status partium illarum pacificus corruptionis vulnera pertulit et in cordibus gentium succensis ignibus odiorum ac dissensionibus undique suscitatis quies inibi periit, bellicus labor invaluit, et non solum bellis civilibus sed etiam intestinis contigit[c] illam diutius provinciam sautiari ac preter innumera personarum rerumque dispendia, que iugiter ex guerrarum

**406.** m) Omnes — excessus meruerit eorundem *des. B* 3—5. n) aut *C.* o) *deest C.* p) vel *add. C.* q) C. *A;* Karolum *C.* r) necnon *C.* s) novam *C.* t) opem *C.* u) eius *C.* v) ibi *C.* w) adiuvare *C.* x) eorum *C.* y) in *add. C.* z) *deest C.* a) exc. magis *C.* b) molestat *C.* c) vestre *C.* d) vel *C.* e) qui *C.* f) possent *C.* g) cautiores hanc nostram sententiam *C.* h) vel — pluries *des. B* 3—5. i) Dat. — secundo *des. B.*

**407.** a) Guill̄o *or.* b) Tuningo ordinis Predicatorum *in rasura et litteris late distractis scripta or.* c) *rasura inter litteras* i *et* g *or.*

discriminibus evenerunt, fidelium devotio tepuit et cultus divini nominis traditus neglectui reperitur. Conspicientes itaque regionem ipsam sic positam in maligno eamque de tam hostili plaga eripere cupientes, ad christianissimum principem carissimum in Christo filium nostrum C. Sicilie regem illustrem, Christi pugilem indefessum, direximus fidu-
5 cialiter nostre considerationis intuitum et eum, in cuius desideriis geritur pacificare discordes et ad viam salutis reducere per devium oberrantes, nuper in partibus Tuscie Romano subiectis imperio vicarium eiusdem imperii generalem solido regimine destituti duximus statuendum. Ideoque discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatinus te ad partes illas personaliter conferens, dilecto filio nobili viro I. de Bray-
10 silua marescallo dicti regis, cui de beneplacito nostro commisit idem rex plene in dictis partibus vices suas, sanum consilium prebeas ad earundem partium statum pacificum conservandum. Illos autem, qui pacis turbatores in partibus illis extiterint, ad viam salutis reducere studeas monitis salutaribus et mandatis, in eos, si super hiis tibi parere contempserint, censuram ecclesiasticam exercendi plenam et liberam tibi
15 concedimus auctoritate presentium potestatem. Non obstantibus aliquibus privilegiis vel indulgentiis communiter vel divisim quibuscumque personis ab apostolica sede concessis, per que nullum contra premissa cuiquam volumus presidium adhiberi.

Dat. Viterbii, VI. Non. Maii, pontificatus nostri anno quarto.

---

# 408. CLEMENTIS IV. EPISTOLA
20 AD REGEM BOHEMIAE DE NOVA REGIS ELECTIONE PROHIBENDA.

1268. Nov. 7.

*Epistolam non registratam nobis praebuerunt tres dictaminum Berardi Neapolitani codices: 1) Vallicellianus C. 49 saec. XIII, nr. 29 fol. 20'; contulit pariter atque 3 Holder-*
25 *Egger; 2) tabularii Vaticani, in serie tomorum Registri tom. 29 A, saec. XIII. nr. 50; contulit Tangl; 3) bibliothecae Vaticanae 3977 saec. XIV. nr. 35 fol. 17'*[1]*. E codice 1 partem tantum dedit Raynaldus in Annalibus ecclesiasticis a. 1268 § 43, e codice 2 item Emler 'Regesta Bohemiae' II, 243. — Potthast, Reg. pont. Rom. 20497. Böhmer, Reg. imp. V, 9946.* *(P. deest.)*

30 Clemens[a] et cet. regi Boemie[b] illustri et cet.

(1) Dilecti filii magistri Iohannes archidiaconus Olomucensis[c] et Augustinus subdiaconus noster Pragensis canonicus[d], tui capellani ac nuntii, — nobis tue serenitatis litteris, apostolice sedis affectum ad progenitores tuos tuamque magnitudinem continuatum ab olim grata recognitione fatentibus ac asserentibus constans tue devotionis
35 sincere propositum ad beneplacita ipsius sedis et nostra ipsisque nuntiis precipue super quibusdam articulis fidem adhiberi petentibus[e] — ex parte tua inter cetera retu-

**408.** a) Clemens — et cet. *des.* 3. b) beoemie 1. c) clamoceñ 1. 2; claromonteñ 3. d) con[cus] 1. e) presentibus 3.

1) *Alios Berardi codices, qui epistolam nostram continent, adnotavit Kaltenbrunner 'Mittheilungen*
40 *des Instituts' VII, 563 nr. 113.*

lerunt, quod nonnulli principes Alamanie, ad quos regis Romanorum[f] in imperatorem postmodum promovendi spectat electio, per carissimos in Christo[g] filios[h] nostros[i], A(lfonsum) regem Castelle ac Legionis illustrem et Ricardum[k] in Romanorum[l] regem electos, nec non Romanam[g] ecclesiam, in eo quod alterutrius illorum electionem confirmare vel utramque, si iustitia suadebit, infirmare distulit, sibi conquerentes illusum[m], die statuto ad electionem de[n] tertio celebrandam te, ut eodem die cum ipsis ad id convenias, citaverunt, variis nichilominus ad hoc suggestionibus inducentes. Unde dicti nuntii nobis humiliter supplicarunt, ut quid tibi sit super tanto negotio faciendum, in quo, ut dicebant, contra nostrum beneplacitum procedere tamquam devotionis filius non intendis, nostris tibi exponere litteris curaremus. (2) Sane, fili carissime, gaudenter accepimus, te affectionem, quam semper ad personam tuam et progenitores ipsos[o] eadem gessit ecclesia, tam[p] humili confessione[q] fateri, et excellentie tue quam plurimum congaudemus, quod ad proprie salutem anime, ad tui commodi[r] et honoris augmentum, ad regalis exaltationem nominis, indefesso[s] proposito ipsius matris ecclesie honorem prosequi, eius et nostris obedire mandatis ac ea promovere sollicite devota et prompta intentione disponis. Verum de predictorum querela et conatu principum, intendentium ad electionem tertiam, dum inter memoratos electos super duabus celebratis de ipsis questio agitur, promovendam, de premissa etiam tua[t] circa id dubitatione non sufficimus admirari. Nullum enim fere angulum ipsius latere debet[u] imperii, quod de predictis electis, huiusmodi electionibus in discordia celebratis et electis ipsis non curantibus subire iudicium, set propriis se velle inniti viribus[v] expresse dicentibus, eadem ecclesia felicis recordationis Alexandri et Urbani Romanorum pontificum predecessorum nostrorum[w] temporibus attente considerans et amare deplorans inmensa pericula, que de huiusmodi fluctuatione imperii non solum ipsi ecclesie, principibus totique imperio predictis, set et[x] universo commisso eidem ecclesie populo tam quoad animas quam quoad corpora et bona etiam iminebant[y] — licet partes ab initio ad suum subeundum iudicium, sicut nec decuisset nemine provocante, tam subito non artarit — tamen ad reformanda[z] inter eas[a] pacis federa et negotium non solum pro earundem utilitate partium, set ecclesie, totius imperii, principum et populi predictorum in concordia terminandum varias vias excogitans, ad celerem ipsius ordinationem imperii multipliciter et sollicite laboravit. (3) Et demum memorati regis Castelle procuratoribus ipsum regem, prefati[b] vero Ricardi[c] specialibus ad hoc nuntiis eundem R(icardum) petentibus inter cetera tempore dicti predecessoris Urbani[d] ad[e] recipiendum de ipsius predecessoris manibus eiusdem imperii diadema vocari et eis consuetam[f] in talibus iustitiam exhiberi, dictus predecessor[g] eorundem electorum concordiam et[h] pacificam ipsius ordinationem imperii tamquam toti mundo perutilem sibique ac ecclesie predicte valde votivam multo affectu desiderans deliberavit, sic huiusmodi petitioni exhibende iustitie, quam earundem partium instantia[i] exigebat[k], annuere, quod tractatus concordie[l], ad quam semper eiusdem ecclesie[v] suspiravit et[m] adhuc suspirat intentio, nequaquam inter illos negligere censeretur. Sicque ad ipsos electos speciales nuncios, viros quidem magne auctoritatis, discretos et providos capellanos suos[1], qui eos[n] ad pacis unitatem inducerent, de fratrum suorum[o] consilio destinavit.

**408.** f) Romañ 1. g) ipo̅ (ipso) 1. h) filium 3. i) *deest* 3. k) Riccardum 2. l) rom̃ 1; romanum 3. m) illusũ 3. n) die 3. o) tuos progenitores 3. p) in 2. 3. q) confeccione 3. r) comodi 2. 3. s) indefenso 3. t) *eadem manu in marg. suppl.* 1. u) deberet 3. v) *deest* 3. w) nr̄i 3; fe. rec. alex̄ et urbañ Romañ pontific̄ predec̄ . n. 1. 2. x) *deest* 2. 3. y) iminebant 1. 2. z) reformandam 3. a) eos 2. 3. b) p̄ *add.* 1. c) Ric̄ 1; Ricc̄ 2. d) dc̄e predec̄ urbañ 1; pred. *deest* 3. e) ipsius *add., sed expunct.* 1. f) conseuetam *corr.* 1. g) dc̃os predecessor̄ 1. h) ad 3. i) iusticia 3. k) exhigebat 1. l) comcordie 2. m) et adh. suspirat *des.* 1. n) eas 2. 3. o) f. s. 1. 3.

1) *Guillelmum archidiaconum Parisiensem et Garinum decanum Catalaunensem.*

Et ne quid deesse[p] ipsorum predecessoris[q] et[r] ecclesie sollicitudini ad accelerandam expeditionem eiusdem negotii putaretur[s], eosdem electos peremptorie[r] fecit ad certum terminum et sub certa forma citari[1]. Set eodem pendente termino, turbatione valida in regno Anglie insurgente, contigit eundem R(icardum) electum, sicut satis credimus esse notorium, taliter impediri, quod nemine pro ipso in dicto termino comparente, in eodem negotio nullus processus est habitus, sed idem terminus, omnibus in suo statu manentibus, iustitia exigente dilatus. (4) Huiusmodi quoque dilatione durante dicto predecessore[t] Urbano sublato de medio, nos eidem in apostolatus officio prout Domino placuit substituti, licet tanto[u] magis celerem ipsius finem negotii plenis desideremus affectibus, quanto ex[u] eius dilatione plura toti[v] christianitati novimus imminere[w] discrimina et maiora de illius expeditione commoda provenire — propter quod super hoc constanter firmato proposito intendebamus et adhuc intendimus non deferendo contra communem utilitatem votis singularibus partium idem negotium, prout Dominus nobis ex alto concesserit, celeriter expedire — tamen quia, quamquam nos supra ius providentia divina statuerit, propterea iustitiam offendere vel negligere nec volumus nec debemus considerantes, quod etsi omnis numerus edictorum fuisset ab eodem predecessore[t] finitus, unum tamen nichilominus dari a nobis iustitia exigebat, partes easdem peremptorie iterato citavimus certo eis iterum, prout postulabat negotii qualitas, termino prefinito[2]. In quo eorundem electorum procuratoribus comparentibus coram nobis et varios articulos[x] offerentibus, quos ad fundandam intentionem suam se probare velle dicebant, nos ipsos de fratrum nostrorum consilio admittentes, ad probandum illos procuratoribus ipsis diem competentem[3] prefiximus, deputatis nichilominus per nostras litteras examinatoribus testium et alias sic eidem proviso negotio, quod nullum defectum[y] quantum in[z] nobis esset ipsius iuxta nostrum desiderium acceleranda decisio pati posset. (5) Verum invidit nostro[a] tam utili[b] adversa fortuna proposito et votis nostris casus fortuiti vel infortunati potius obstiterunt[c]. Siquidem dilectus filius magister Rodulfus[d] de castro Podiiboniçi[e] memorati regis procurator et nuntius, qui articulos predictos[4] obtulerat, prefixum ut premittitur ad probandum ipsos receperat terminum et secum ut dicitur litteras nostras super hoc confectas ac[f] omnem aliam instructionem ad productionem testium pertinentem habebat[g], gravi subito infirmitate percussus et in castro predicto, quod carissimus[h] in Christo filius noster C(arolus) rex Sicilie illustris regali potentia tenebat obsessum, longa obsidione detentus, sepefatum regem Castelle super huiusmodi processu cum eodem magistro per nos habito instruere, tam evidenti necessitate vetante, nequivit. (6) Et ideo adveniente predicto super hoc statuto termino, licet nulli[i] essent producti testes nec munimenta[k] exhibita, pars eiusdem regis Castelle asserens, pro eo[l], quod erant[m] premissa impedimenta notoria, nullam sibi contumaciam vel negligentiam imputandam — presertim cum bone memorie[n] Siluensis episcopus[o, 5], qui citra[p] eundem terminum pro parte regis Castelle predicti ad sedem eandem cum nonnullis instrumentis ad probationem iuris ipsius ut fertur facientibus accedebat, in partibus Tuscie a quibusdam nefandissimis inumaniter[q] interemptus —

1264. Oct. 2.

**408.** p) deesset 3. q) predec̄ 1; prec̄c̄ 3. r) *deest* 3. s) *deest* 2. 3; *lacuna in* 2. t) predec̄ 1. u) *deest* 1. v) noti 1. w) iminere 1—3. x) art. uarios 3. y) in *add. sed deletum* 1. z) *superscriptum* 1. a) nō 3. b) nostro *add.* 3. c) astiterunt 3. d) Rod. 1; Rodulphus 3. e) Podiobonici 3. f) ad 3. g) habeat 3. h) carissimo 1. i) illi 3. k) monimenta 1; munimenta *corr. in* monimenta 2. 3. l) pro eo *des.* 3. m) *deest* 3. n) . . *add.* 2. o) episcopus Siluenen̄ 3. p) circa 3. q) Imanimiter 2.

1) *Ad diem 2. Maii a. 1264; cf. epistolas Urbani IV. ad Richardum et Alfonsum datas a. 1263. Aug. 27, Rodenberg III, nr. 560 I. II.* 2) *Die 7. Ianuarii a. 1267; cf. Rodenberg III, nr. 653. Böhmer, Reg. imp. V, 9675. 9676.* 3) *Diem 26. Martii a. 1268; cf. Rodenberg III, nr. 661. Böhmer, Reg. imp. V, 9775.* 4) *Cf. eos supra nr. 405 c. 11—14.* 5) *Garsia.*

novam et sufficientem dilationem sibi concedi ad probandum premissos pro se oblatos articulos instantissime postulabat, parte altera multa[m] in contrarium replicante. Nos autem, omnibus pro utraque parte propositis cum eisdem fratribus plena deliberatione discussis, licet desiderii nostri suasio et iustitie[r] rigor in deliberationis nostre scrutinio confligentes deliberantium iudicium alternarent, cum ecclesie, imperii ac[s] principum predictorum nobis admodum votiva tranquillitas verisimiliter ex ipsius imperii ordinatione speranda viam omnino precludi quibuslibet[t] dilationibus suaderet, iustitie vero auctoritas procul dubio non contempnenda suggereret[u], quod cum terminus alias ut premittitur ad probandum articulos iam admissos cum cause cognitione concessus per casus fortuitos et inopinatos eventus frustratus debito fuisset effectu[v], non erat ad probationem eorundem articulorum nova saltem de bono et equo dilatio deneganda, quantumcumque inviti protractionem eiusdem negotii patiamur, eligentes tamen maxime in tali negotio potius obtemperare iustitie, quam votis nostris cum alicuius preiudicio indulgere: dilationem pro eiusdem regis Castelle parte[w] petitam, nostro tamen moderatam arbitrio, quam denegari iustitia non permisit, duximus concedendam, Kal.[x] Iunii proximi[y] futuri partibus terminum peremptorium prefigentes. Quo adveniente, sic proponimus viam quibuslibet dilationibus, quantum unquam iustitia permiserit[z], Deo auctore precludere, quod huiusmodi negotio terminato celeriter legittimi principis et gubernatoris indubii commodis[a] idem potietur imperium et cunctis[b] Alamanie[c] principibus ceterisque ipsius imperii subditis sub sui cesaris ducatu pacifico iocunditas quietis obtate proveniet et eadem ecclesia contra persecutorum incursus cesareo, prout anxia desiderat, presidio munietur.

1269. Iun. 1.

(7) Tecum igitur, fili, attenta meditatione considera, quid in hiis possit eidem pie matri ecclesie imputari. Numquid[d] quod dicti principes memoratos electos in discordia elegerunt, an quod iidem electi ius, quod sibi per electiones huiusmodi acquisitum reputant, non omittunt, vel quod eadem ecclesia tantorum maxime principum iura precipiti non precipitavit iudicio seu perverso forsitan non subvertit, an quod casibus fortuitis, quibus non potest diligentia humana resistere, non occurrit? Profecto, licet eadem ecclesia electionis tunc instantis preveniendo tempora electores eosdem ad concordiam sedulis monitionibus invitarit[e], naturalem tamen ad dissentiendum facilitatem hominum in eis non potuit impedire; nec electos artare decuit, immo nec licuit, ad cedendum, sicut nec ipsorum pervertere aut precipitare iustitiam; nec prohibere seu etiam previdere potuit casus varios postmodum incidentes. Hec si memorati principes, qui de tertia electione, ut supra exprimitur[f], satis inconsulte cogitare dicuntur, consultius attendissent, puderet eos[g], super iure[h] imperii eiusdem inter electos ipsos, quos constat eosdem principes elegisse, pendente iudicio, non sine nimio variationis obprobrio et inconstantie nota in vanum talia cogitare; cum scire debeant, quod si eodem[i] non terminato iudicio ad illa presumptuosis, quod vix credere possumus, conatibus prosilirent, et[k] ipso iure[l] foret irritum[m] et nos nichilominus decerneremus, et nimirum ex nunc decernimus, quicquid sic presumptum[n] fuerit, irritum et inane; tam tibi quam ipsis[o] nichilominus inhibentes, ne contra huiusmodi decreti nostri tenorem aliquid attemptetis, firma spe ac fide tenentes indubia, quod id semper eadem egit[p] ecclesia, id etiam nos et hactenus gessimus et adhuc puro gestamus in pectore, quod idem negotium sine ipsorum electorum et principum eos eligentium quavis iniuria expeditionem celerem ad totius eiusdem pacem imperii sortiatur. (8) Nec

**408.** r) iustice 1. s) et 3. t) suasionibus 3. u) suggeret 3. v) affectu 1. w) per te 3. x) kł 1. 2; kłis 3. y) proximo 3. z) promiserit 3. a) comodis 2. 3. b) cuntis 1; cūnctis 2. c) ptibus *add., sed del.* 1. d) nōquid 3. e) invitaverit 2. 3. f) exprimuntur 3. g) illos 3. h) iur̄ 1; iura 2. i) eunđ 1. k) eo 3. l) iuret *corr.* 1. m) *deest* 1. 2; *in marg. suppletum* 3. n) presuptūs *corr.* 1. o) ipsi 3. p) egit eadem 3.

**intentionis ecclesie ipsius aut nostre umquam extitit vel[q] existit, ius eligendi, quod tibi et eisdem principibus competere non negamus, quoquomodo minuere aut tibi vel ipsis circa illud aut eius libertatem in aliquo derogare; quin potius in votis gerimus et cordi nobis[r] est admodum, sic illud vobis conservare integrum penitus[s] et illesum, 5 quod sive alterutram predictarum electionum confirmari sive utramque cassari iustitia cogente contingat, idem ius perinde[t] omnino inminutum[u] habeatis et liberum, sicut tibi et illis[v] vestrisque predecessoribus competisse dinoscitur ab antiquo. (9) Premissa quoque si excellentie tue prudentia debito discussisset examine, tua etiam dubitatio, que tamen[w] filialis devotionis signa pretendens ad paternum, sicut decuit, devote 10 recurrendo consilium, in eo potissime[x] grata pervenit, quod gaudemus et volumus te in tuis beneplacitis ad nos cum omni securitate recurrere, quievisset[y]. Siquidem ignorare non debes, quod cum in utrumque dictorum electorum tua vota, licet successive, direxeris, illorum saltem alterutrum velut[z] efficax tibi, tertio consentiendo, in alterum revocare non licet: set est potius, dum de illorum iuribus pendet discussio, 15 ab electione[a] tertii et propter iuris exigentiam et propter etiam decentiam omnimodis abstinendum. (10) Quocirca serenitatem regiam rogamus, monemus[b] et hortamur attente, sano tibi consilio suadentes, quatinus provide[c] pensans[d], quod huiusmodi tam presumptuosa conamina nullum sortiri possent effectum, aures sinistris suasionibus te ad sic enormes presumptiones impellentibus non inclines, set ab illis tam tuum quam 20 aliorum, quantum in te fuerit, animos studio attente sollicitudinis et sollicite attentionis avertas, ut devotionis, quam nobis et eidem ecclesie frequenter litteris obtulisti, te operibus prosecutorem exhibeas, et dum eam, in aliis etiam illam procurando, promptus exequeris, apud nos meritos laudis titulos assequaris.**

**Dat. Viterbii, VII. Id. Novembr., pontificatus nostri anno quarto.**

25 **408.** q) ext. vel *des.* 3. r) nostro 3. s) pen. cons. int. 3. t) proinde 3. u) imminumitum 3. v) illius *corr.* 1. w) cum 3. x) potissimum 2. 3. y) quieuisses 1. z) velud 2. a) electionem *corr.* 2. b) monemus rogamus 2. c) *deest* 3. d) pensatis 3.

# APPENDIX II.

# ACTA SICULA.

## 409. FRIDERICI II. IMPIGNORATIO INNOCENTIO III. FACTA.

1210. Iun.

*Dedit Huillard-Bréholles 'Notices et extraits' XXI, 2, 347 nr. XXI e codice Parisino 8990 saec. XVIII, apographa Rotulorum Cluniacensium continente (Rot. XIV; cf. ibid. p. 295 nr. 56). Exstat etiam in apographo Rotulorum istorum a. 1413 facto, quod in tabulario Vaticano Instr. misc. C. Fasc. 37 Nr. 1 D. I (sig. VII) asservatur*[1]. *Summarium codicis Ottoboniani 2546 v. apud Marteneum 'Collectio amplissima' II, 1236. — Böhmer, Reg. imp. V, 631.* *(P. decst.)*

In nomine Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi, amen. Fredericus divina favente clementia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Cum summe sit providentie merita respicere singulorum, sic debent librari singula ut sua retributione gaudeant universa. Tunc enim decentius gradimur, quando beneficiis non solum fideles allicimus, sed illis precipue respondemus ad votum quorum auxilium utile sensimus et de bono in melius nobis et regno nostro necessarium experimur. Attendentes igitur affectum benignitatis et gratie, quam sanctissimus dominus et pater noster dominus Innocentius summus pontifex circa personam nostram habere dinoscitur, considerantes etiam quod pro salute et custodia persone nostre et nichilominus regni nostri defensione suis non pepercit laboribus et expensis, immo graves et plurimas sollicitudines et anxietates sustinuit et sustinet incessanter, volentes eidem domino pape et apostolice sedi sic in posterum providere, ut ipsius gratie plenitudinem amplius et peramplius obtinere possimus, pro expensis ipsis quas fecisse dinoscitur, tum pro regni nostri defensione, tum persone nostre tutela pariter et salute, obligamus ei in pignore totam terram tam monasterii Casiniensis quam dominorum Aquini necnon et Riccardi comitis Sorani, ita videlicet ut dum pignus duraverit, guerram et pacem faciant, sicut unquam fecerunt, iuxta nostrum beneplacitum et mandatum et salva per omnia fidelitate et honore nostro. Cum autem de ipsis expensis et sancte Romane ecclesie et eidem domino pape fuerit satisfactum, terra ipsa ad ius nostrum et dominium libere rever-

1) *Cf. Kehr 'Neues Archiv' XIV, 373.*

tatur. Ad huius autem nostre obligationis memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium per manus Aldoini notarii et fidelis nostri scribi et maiestatis nostre sigillo iussimus insigniri, anno, mense et indictione subscriptis.

Datum in civitate Messane, anno dominice incarnationis MCCX, mense Iunii, 5 XIII. indictionis, regni vero domini nostri Friderici Dei gratia gloriosissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue anno tertio decimo, feliciter amen.

---

# 410. FRIDERICI II. IMPIGNORATIO ROMANAE ECCLESIAE FACTA.

1210. Dec.

10 *Dedit Huillard-Bréholles 'Notices et extraits' XXI, 2, 348 nr. XXII e codice Parisino 8990 sacc. XVIII, apographa Rotulorum Cluniacensium continente (Rot. XIV; cf. ibid. p. 295 nr. 57). Exstat etiam in apographo Rotulorum istorum a. 1413 facto tabularii Vaticani* [1]. *Maxima pars diplomatis e nr. 409 transscripta est. Summarium codicis Ottoboniani 2546 v. apud Marteneum 'Collectio amplissima' II, 1236. — Böhmer, Reg.* 15 *imp. V, 639.* *(P. deest.)*

In nomine Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi, amen. Fredericus divina favente clementia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Cum sit providentie summe merita respicere *etc. sicut in praecedenti nr. 409 usque ad* pro expensis ipsis quas usque ad summam duodecim millium octingentarum unciarum auri fecisse dinoscitur, tum 20 pro regni nostri defensione, tum pro persone nostre tutela pariter et salute, obligamus ei et ecclesie Romane titulo pignoris totum ius, utilitatem et usum, que habemus vel habere debemus tam in monasterio Casinensi et omnibus terris ipsius quam in omnibus terris dominorum Aquini et Guillelmi Pagani[a] necnon et Riccardi comitis Sorani fidelium nostrorum, ut amodo quamdiu pignus ipsum duraverit, super hiis omnibus eis tanquam 25 nobis ipsis intendant et fidelitatis exhibeant iuramenta, ita dumtaxat ut etiam pignore ipso durante faciant guerram et pacem pro nobis ad domini pape mandatum. Cum autem de ipsis expensis ei et ecclesie Romane fuerit satisfactum, dicta pignoris obligatio vacuetur[b] et ad pristinum statum redeant universa. Ad huius autem obligationis nostre memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium per manus Aldini[c] notarii et fidelis 30 nostri scribi et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus insigniri, anno, mense et indictione subscriptis.

Datum in urbe felici Panormi, anno dominice incarnationis MCCX, mense Decembris, quartedecime indictionis, regni vero domini nostri Frederici Dei gratia magnifici et invictissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue anno tertio decimo, 35 feliciter amen.

**410.** a) *correxi;* Pagini *c.* b) vacaverit *c.; correxi secundum diploma a. 1212. Apr.* c) *sic c.*

1) *Cf. supra ad nr. 409.*

# 411-413. FRIDERICI II. PACTUM CUM INNOCENTIO III.

1212. Febr.

*Fundamentum Pacti Friderici II. certe Pactum illud fuit, quod mater eius Constantia a. 1198 mensibus Octobris et Novembris cum pontifice condiderat*[1]. *Ex eius actis modo supersunt duae epistolae Innocentii III. Nov. 19 ad imperatricem datae, quarum altera concedit matri et filio feudum regni Siciliae*[2], *per alteram electiones episcoporum de novo ordinantur*[3]. *Quae epistolae cum ad manus imperatricis Nov. 27 mortuae non pervenerint*[4], *valde dubium est, num privilegia epistolis illis respondentia ab imperatrice unquam emanaverint. Privilegia sequentia Friderici II. ergo ad instar epistolarum Innocentii III. confecta esse videntur.*

## 411. *IURAMENTUM FRIDERICI II. REGIS.*

*Descripsit vir d. Kehr e* 1) *Transsumto Lugdunensi a. 1245. exarato in tabulario Vaticano asservato Arm. I caps. X nr. 2; et vir d. Molinier contulit* 2) *codicem Parisinum 8990 saec. XVIII. apographa Rotulorum Cluniacensium continentem (Rot. IV; cf. 'Notices et extraits' XXI, 2, 295 nr. 59). Iuramentum Friderici certe formatum erat ad instar iuramenti Constantiae matris, cuius forma anno adhuc 1366 in tabulario Vaticano servabatur*[5]. *Constantiae autem iuramentum Wilhelmi II. regis, non vero Tancredi formulam transscripsisse, ex ipso Friderici iuramento patet. Quare litteris minoribus ea insignivimus, quae cum iuramento Wilhelmi II. supra tom. I nr. 415 congruunt*[6]. *— Huillard-Bréholles I, 200. Böhmer, Reg. imp. V, 651. (P. deest.)*

Ego Fr. Dei gratia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Ab hac hora[a] et deinceps ero fidelis[b] beato Petro et sancte Romane ecclesie ac tibi domino meo pape Innocentio tuisque catholicis successoribus. Non ero in consilio vel consensu vel facto, ut vitam aut menbrum perdatis vel mala capti sitis captione. Consilium quod michi credideritis et contradixeritis, ne illud manifestem, non pandam alicui ad vestrum dampnum me sciente. Et bona fide adiuvabo vos honorifice papatum Romanum terramque sancti Petri tenere. Quod si tu* ante me migraveris ex hac vita, secundum quod monitus fuero a melioribus cardinalibus sancte Romane ecclesie, adiuvabo ut ad honorem sancti Petri papa eligatur et ordinetur. Hec omnia supradicta observabo tibi et sancte Romane ecclesie recta fide. Et fidelitatem etiam observabo successoribus tuis canonice intrantibus, qui michi et heredibus meis, si in me non remanserit, firmaverint quod* in privilegio tuo est michi concessum.* Sic me Deus adiuvet et hec sancta Dei evangelia.

## 412. *PRIVILEGIUM FRIDERICI II. REGIS. Febr.*

*Proponimus e* 1) *Transsumto Lugdunensi tabularii Vaticani Arm. I caps. X nr. 4, quod descripsit Kehr, et* 2) *cod. Parisino 8990 supra laudato (Rot. XII; cf. 'Notices et*

**411.** a) ora 2. b) *littera* i *secunda in rasura c.*

1) *Cf. Winkelmann 'Philipp von Schwaben' I, 120 sq. Sentis 'Die Monarchia Sicula' p. 79 sq.* 2) *Reg. Innocentii III. lib. I, ep. 410 (ed. Baluze I, 241; Huillard-Bréholles I, 17).* 3) *l. c. lib. I, ep. 411 (Huillard-Bréholles I, 19).* 4) *Gesta Innocentii III. c. 22.* 5) *Cf. Catalogum chartarum Romanae ecclesiae apud Muratorium 'Antiquitates Italiae' VI, 104:* Litera d. Innocentii p. III. plumbo bullata, continens qualiter d. Constantia regina Siciliae praestitit iuramentum fidelitatis d. Innocentio. Et est sine data. 6) *Nescio quo iure nostra iuramenti formula in codice Cencii Parisino 4188 saec. XV. diei 13. Febr. a. 1211 adscribatur; cf. 'Archiv' XI, 345.*

*extraits' XXI, 2, 295 nr. 58), quem contulit Molinier. Capitula privilegii secundum epistolam Innocentii III. supra laudatam primam confecta esse, iam diximus; nonnulla vero recedunt ad privilegium Tancredi supra tom. I nr. 417, seu mavis Wilhelmi II. deperditum, quae litteris minoribus exprimenda curavimus. — Huillard-Bréholles I, 201.*
5 *Böhmer, Reg. imp. V, 652.* *(P. deest.)*

In nomine Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi, amen. Reverentissimo patri et carissimo domino Innocentio Dei gratia sancte Romane ecclesie summo pontifici Fredericus Dei gratia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue.

(1) Inter universa, que gerimus in desideriis nostris precipue[a], hoc principaliter
10 affectamus, ut vobis et sacrosancte Romane ecclesie gratum[b] inpendamus obsequium et devotum exhibeamus honorem, ne unquam beneficiorum vestrorum, quod avertat[c] Dominus, inveniamus ingrati, cum post divini muneris[d] gratiam non solum terram, sed vitam per vestrum patrocinium nos fateamur[e] habere. Licet igitur antecessores nostri clare memorie reges Sicilie apostolice sedi fideles fuerint et devoti, nos tamen tanto
15 fideliores et devotiores ei desideramus existere, quanto plura et potiora beneficia nos ab ea cognoscimus percepisse ac inposterum percepturos esse speramus. (2) Vos enim nobis et heredibus nostris, qui in regnum successerint, concessistis regnum Sicilie, ducatum Apulie ac principatum Capue cum suis pertinentiis universis, Neapolim, Salernum et Amalfiam cum pertinentiis suis, Marsiam et alia que ultra Marsiam debemus
20 habere ac reliqua tenimenta, que tenemus a predecessoribus nostris hominibus sacrosancte Romane ecclesie iure detenta, et contra omnes homines honorifice manutenere iuvabitis. (3) Pro quibus omnibus coram carissimo amico nostro domino Gregorio Sancti Theodori venerabili diacono cardinali, apostolice sedis legato, fidelitatem vobis vestrisque successoribus et ecclesie Romane iuravimus, sicut in duobus similibus capi-
25 tularibus[1] est expressum, quorum unum penes nos vestro sigillo et alterum penes vos nostro sigillo aureo munitum habetur, firmiter promittentes, quod quia presens presenti debet hominium exhibere, quandocunque vos aut successores vestri nos in aliquam partem regni, quam secure possimus adire, ad vestram presentiam vocaveritis, accedemus ligium hominium prestituri, nisi certum impedimentum aut evidens necessitas
30 intervenerit, quibus cessantibus veniemus sine fraude ad ligium hominium[f] faciendum. (4) Censum vero sexcentorum squifatorum de Apulia et Calabria, quadringentorum vero de Marsia vel equivalens in auro vel argento nos et heredes nostri vobis et successoribus vestris annis singulis persolvemus, nisi forte aliquod impedimentum intervenerit, quo cessante census ex integro persolvetur. (5) Electiones autem secundum Deum per totum regnum canonice fiant  c. 12.
35 de talibus quidem personis, quibus nos et heredes nostri requisitum a nobis prebere debeamus assensum. (6) Hec autem omnia sicut nobis, sic[g] etiam et heredibus nostris, qui in regnum successerint concessistis, quique sicut nos vobis et successoribus vestris ac ecclesie Romane fidelitatem facere queve prescripta sunt voluerint observare. (7) Ut autem que supra diximus tam vestro[h] quam successorum vestrorum[i] tempore perpetuam obtineant firmitatem et ne  c. 13. c. 14.
40 vestris nec heredum nostrorum temporibus alicuius valeant presumptione turbari, presens privilegium per manus Bonihominis de Gaieta notarii et fidelis nostri scribi et bulla aurea tipario nostre maiestatis impressa precepimus communiri, anno, mense et indictione subscriptis.

Dat. in civitate Messanensi[k], anno dominice incarnationis MCC undecimo, mense Februarii, quintedecime indictionis, regni vero domini nostri Frederici Dei gratia
45 gloriosissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue anno quartodecimo; feliciter amen.

**412.** a) precipua 2. b) *in rasura* 1. c) *in rasura* 1; advertat 2. d) mumeris 1. e) fateam' 1. f) homagium 2. g) *corr. ex* sic̄ (sicut) *in* 1. h) nostro 1. i) nostrorum 1. k) Messañ 1. 2.

1) *Cf. supra nr. 411.*

### 413. *PRIVILEGIUM FRIDERICI II. DE ELECTIONIBUS. Febr.*

*Autographon tabularii Vaticani Arm. XIV caps. IX nr. 4, bulla aurea*[1] *filis sericis rubris appendente excellens, descripsit Kehr; in plica alia manus scripsit:* coll Jo Gereones. *Exemplar privilegii legitur in eodem Rotulo Lugdunensi ac privilegium praecedens et in apographo Rotulorum Cluniacensium Parisino, Rot. XII (cf. 'Notices et extraits' XXI, 2, 295 nr. 60). Capitula privilegii congruunt cum epistola Innocentii III. supra laudata secunda. — Huillard-Bréholles I, 203. Böhmer, Reg. imp. V, 653.*

*(P. deest.)*

† ‖ In nomine Dei eterni et salvatoris nostri Iesu Christi, amen. Reverentissimo ‖ patri et carissimo domino Innocentio Dei gratia sancte Romane ecclesie summo pontifici Fredericus Dei gratia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Ne ulla de cetero inter vos vel successores vestros et nos vel heredes nostros super electionibus celebrandis dissentio suscitetur, que nonnunquam inter ecclesiam et regnum rancoris et indignationis fomitem ministrabant, modum et ordinem electionis in posterum faciende presentibus litteris curavimus explicare, in quibus sic canonice libertati deferimus, ut dignitatem regiam non ledamus. Sane sede vacante capitulum significabit nobis et heredibus nostris obitum decessoris, deinde convenientes in unum invocata Spiritus sancti gratia secundum Deum eligent canonice personam idoneam, cui requisitum á nobis prebere debeamus assensum, et electionem factam non different publicare. Electionem vero factam et publicatam denuntiabunt nobis et nostrum requirent assensum; set antequam assensus regius requiratur, non intronizetur electus nec decantetur laudis sollempnitas, que intronizationi videtur annexa, nec antequam auctoritate pontificali fuerit confirmatus, amministrationi se ullatenus inmiscebit. Volumus igitur et concedimus, ut secundum prescriptam formam electiones de cetero per totum regnum nostrum libere celebrentur, nullo prorsus obstante rescripto á sede apostolica impetrato. Ad huius autem nostre concessionis memoriam et robur perpetuo valiturum presens scriptum per manus Bonihominis de Gaieta notarii et fidelis nostri scribi et bulla aurea tipario nostre maiestatis impressa precepimus communiri anno, mense et indictione subscriptis.

‖ Data ‖ in civitate Messane, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo undecimo, mense Februar., quintedecime indictionis, regni vero domini nostri Frederici Dei gratia gloriosissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, anno quartodecimo; feliciter ‖ amen ‖.

---

## 414. FRIDERICI II. IMPIGNORATIO AMPLIOR ROMANAE ECCLESIAE FACTA.

### 1212. Apr.

*Adhibuimus* 1) *apographon Rotuli XIV. Cluniacensis a. 1413 factum, quod exstat in tabulario Vaticano Instr. misc. C. Fasc. 37 nr. 1. D. I, exemplatum a viro d. Kehr;* 2) *apographon eiusdem Rotuli quod legitur in codice Parisino 8990 saec. XVIII. editum ab Huillard-Bréholles 'Notices et extraits' XXI, 2, 349 nr. XXIII*[2]*;* 3) *fragmentum apo-*

1) *Est bulla aurea nr. 7 secundum Philippi 'Beiträge zur Geschichte der Reichskanzlei' p. 65.*
2) *Cf. ibid. p. 296 nr. 61.*

*graphi Rotulorum Lugdunensium, quod continet cod. Ottobonianus 2546 saec. XIII. ex. fol. 23 a viro d. Donabaum descriptum. Privilegium dictamen privilegii a. 1210 m. Dec. (supra nr. 410) imitatum est, nonnulla ad verbum ex illo transscripta sunt. — Böhmer, Reg. imp. V, 661. (P. deest.)*

5 Fredericus Dei gratia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, in Romanorum imperatorem electus et semper augustus. Regali celsitudine preditum taliter esse convenit in[a] omnibus circumspectum, ut iuxta variorum negotiorum merita regie autoritatis provisio dissimiliter disponatur. Cum igitur sanctissimus pater et dominus noster Innocentius summus pontifex pro nostris et regni nostri utilitatibus anxietates 10 multiplices subierit et expensas, sic nos decet, ex puro mentis[b] affectu eidem iuxta nostre possibilitatis modulum respondere, ut pro receptis beneficiis gratos nos esse monstremus et eius[c] favorem et gratiam uberius mereamur. Nam nichil sibi dare sed reddere nos potius extimamus, cum ei, per quem post[d] Deum omnia obtinere cognoscimus, de nostris aliquod[e] impertimur. Licet autem pro expensis, quas ob persone 15 nostre[f] salutem atque custodiam et nichilominus pro regni nostri defensione[g] idem dominus papa fecerat, que usque ad summam duodecim milium[h] octingentarum unciarum auri procul dubio pertingebant, tam universam terram monasterii Casinensis quam dominorum Aquini et Guillelmi Pagani nec non et Riccardi Sorani[i] comitis nostrorum fidelium ei et apostolice sedi olim pignori curaverimus obligare, prout in 20 nostro privilegio super hoc confecto[1] plenius continetur, quia tamen[k] supradicte terre ipsi non sunt lucro sed oneri, cum earum proventus ad nos spectantes vix ad munitionum et aliorum locorum expensas sufficiant, quedam alia obligationi adiecimus supradicte, tam pro pretaxatis expensis quam pro expensis aliis, quas pro regni nostri utilitatibus nuper idem dominus papa fecit[l], totum comitatum Fundanum et universam 25 terram citra Garillanum cum omni iure, utilitate ac usu et rationibus[m], que habemus vel habere debemus in eis, eidem domino pape ac sancte Romane ecclesie titulo pignoris obligando, ut amodo quamdiu pignus ipsum duraverit, super hiis omnibus eis tanquam nobis ipsis intendant et fidelitatis exhibeant iuramenta, ita dumtaxat ut etiam pignore ipso[n] durante faciant guerram et pacem pro nobis ad domini[o] pape mandatum. Cum autem de ipsis 30 expensis ei et ecclesie Romane fuerit satisfactum[p], dicta pignoris obligatio vacuetur[q] et ad pristinum statum redeant[r] universa. Ad huius autem obligationis nostre memoriam* presens privilegium per manus Petri notarii et fidelis nostri scribi precepimus et sigillo nostro aureo iussimus roborari, anno, mense et indictione subscriptis.

Datum[s] Rome, anno dominice incarnationis MCCXII[t], mense Aprilis, quinte decime 35 indictionis[u], regni vero domini nostri Fr.[v] Dei gratia magnifici regis Sicilie, ducatus[w] Apulie et principatus Capue, in Romanorum imperatorem electi et semper augusti anno quartodecimo; feliciter amen.

**414.** a) in omnibus *des.* 2. b) meritis 2. c) enim 1. d) preter 2. e) aliquid 2. f) *deest* 1. g) deffensione 1. h) millium 2. i) Reccardi Sotani 1. k) cum 2. l) *hic in-* 40 *cipit* 3. m) racionibus 1. n) isto 2. o) adni 1. p) sattisffactum 1. q) vacuerit 2. r) reddeant 1. s) Dat. 3. t) *abhinc in* 1 *multa evanuerunt, numerus* II *cognosci iam non potest.* u) April. XV. indictione 3. v) Frederico 2. w) *loco* duc *foramen in* 1; ducatus Apulie *des.* 3.

1) *supra nr. 410.*

# 415. FRIDERICI II. DONATIO COMITATUS FUNDANI.

1212. Apr.

*Damus e codicibus Libri Censuum Cencii camerarii,* 1) *cod. bibliothecae Vaticanae 8486 saec. XIII. in. fol. 74, quem contulit benevole vir d. Ludovicus Meyer, et* 2) *cod. tabularii Vaticani dicto S. Angeli Arm. III ord. II nr. 2526 saec. XIII. ex. fol. 173, quem excussit Pertz. — Huillard-Bréholles I, 208. Böhmer, Reg. imp. V, 662.* 5

*(P. 223.)*

Sanctissimo patri et domino Innocentio summo pontifici Fredericus Dei et sui gratia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, in Romanorum imperatorem electus et semper augustus. 10

De gratia vestra, quam frequentissime sumus experti, indubitatam fiduciam obtinentes, presenti pagina duximus concedendum, quatenus[a] cum dilectum fidelem nostrum Riccardum[b] Fundanum comitem cedere[c] in fata contigerit, tam de comitatu Fundano quam universa terra citra Garelianum posita libere disponatis, ipsam donando vel obligando, retinendo vel concedendo seu committendo cuicumque persone iuxta vestre beneplacitum voluntatis. Ad huius autem concessionis nostre memoriam presens privilegium per manus Petri notarii et fidelis nostri scribi precepimus et sigillo nostro iussimus roborari, anno, mense et indictione subscriptis[d]. 15

Dat. Rome, anno dominice incarnationis MCCXII, mense Aprilis, XV. indictione. 20

---

# 416. FRIDERICI II. DONATIO COMITATUS SORANI.

1215. Oct. 11.

*Proponimus e codicibus Libri Censuum Cencii camerarii,* 1) *cod. bibliothecae Vaticanae 8486 saec. XIII. in. fol. 153', quem contulit vir d. Ludovicus Meyer, et* 2) *cod. tabularii Vaticani dicto S. Angeli Arm. III ord. II nr. 2526 saec. XIII. ex. fol. 145, quem excussit Pertz. — Huillard-Bréholles I, 427. Böhmer, Reg. imp. V, 836*[1]. 25

*(P. 226.)*

Fredericus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus et rex Sicilie dilecto fideli suo Riccardo comiti Sorano[a] gratiam suam et omne bonum. 30

Licet ad retribuendum digna pro meritis beatissimo patri ac domino nostro Innocentio summo pontifici, germano tuo, nos insufficientes et[b] impares reputemus, ne tamen iudicari debeamus ingrati, si nichil egerimus, quod gratie sue debeat esse gratum, nos

**415.** a) quot 2. b) R. 1. c) credere 2. d) subscripta 2.
**416.** a) de Sorano 2. b) et impares *des.* 2. 35

1) *Cf. ibid. 6036.*

facientes ad presens quod possumus, in posterum dante Domino maiora facturi, omne ius quod habemus in civitate Sorana cum rocca Sorelle, Arpino[c], Arce, Fontana, Pesclosodulo[d], Brocco et Rocca de Vivo, quas dudum tibi concessimus et heredibus tuis cum Insula, Castellucio, et terras Iohannis Pagani, quas etiam tibi concesseramus in baronias, 5 sacrosancte Romane ecclesie, a qua predictas terras fatemur et recognoscimus nos habere, imperpetuum concedimus et donamus; ita tamen, quod tu et heredes tui terras ipsas cum omnibus pertinentiis et iuribus suis a Romana dumtaxat ecclesia de cetero teneatis, fidelitatis sibi prestito iuramento, servientes eidem de ipsis, prout nobis servire tenebamini. Ne vero super hoc aliqua possit in posterum dubitatio suboriri, 10 presentem cartam aurea bulla nostra communitam tibi et heredibus tuis in testimonium duximus concedendam.

Huius rei testes sunt: Theodoricus Treverensis archiepiscopus, Berardus Panormitanus archiepiscopus, Conradus Metensis episcopus imperialis aule cancellarius, comes Adolfus de Scowenburc[e], Henricus comes de Geminoponte et alii plures.

15 Actum est hoc anno incarnationis Domini MCCXV, indict. IIII, regnante domino Frederico secundo divina favente gratia Romanorum rege et semper augusto et glorioso rege Sicilie, anno Romani regni ipsius tertio.

Datum apud Spiream, anno et indictione supradictis[f], V. Idus Octobris.

---

# 417. FRIDERICI II. EPISTOLA 20 AD HONORIUM III. DE EDICTO CAPUANO.

## 1221. Mart. 3.

*Damus e* 1) *Transsumto Lugdunensi a. 1245 tabularii Vaticani Arm. I. c. X. nr. 3, quod descripsit Kehr;* 2) *codice Parisino lat. 8990 saec. XVIII. fol. 133 apographa Rotulorum Cluniacensium continente (Rot. VI.)*[1], *quem descripsit Molinier;* 3) *apographo* 25 *eorundem Rotulorum a. 1413 facto, in tabulario Vaticano asservato Instr. misc. C. Fasc. 37 nr. 3 D. I, collato a viro d. Kehr;* 4) *editione Huillardi in Historia diplomatica II, 139, quae adhibuit codicem Parisinum lat. 4188 saec. XV, Librum Censuum Cencii continentem, fol. 161. — Huillard-Bréholles II, 139. Böhmer, Reg. imp. V, 1295. (P. deest.)*

Predilecto in Christo patri[a] domino H. Dei gratia sacrosancte Romane sedis summo 30 pontifici F. eadem gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie benedictionis sue gratiam promereri.

Pervenit ad nos, sanctissime pater, vestre beatitudini fuisse suggestum, quod edictum[b] illud in sollempni[c] curia pridie[d] Capue celebratum de resignandis nobis privilegiis imperatoris et imperatricis recolende memorie parentum nostrorum et nostris 35 serio factum[e] fuerit, ut per ipsum privilegia[f] dudum a nobis ecclesie Romane indulta deberent penitus irritari. Super quo paternitati vestre per alias litteras nostras scripsisse recolimus, qualiter pro eo, quod predictus imperator pater noster multa de regno

**416.** c) apino 2. d) Pesclo sodulo 2. e) sowenbruc 1. 2. f) suprascriptis 2.

**417.** a) *post* patri *vox* et *erasa videtur* 1. b) tum *in rasura* 1. c) solempni 2. d) *sic* 1—4; 40 *leg.* pridem. e) m *in rasura* 1. f) *radendo corr. videtur e* privilegium 1.

1) *Cf. 'Notices et extraits' XXI, 2, 297 nr. 66.*

sub spe revocationis concesserat, que debuerat retinere, et post obitum imperatricis[g] de sigillo suo privilegia multa falsa inventa sunt, quibus maior pars nostri demanii fuerat occupata, omnia privilegia ipsa ad manus nostras precepimus pervenire, similiter et nostra, que a diversis dominis quibus detinebantur[h] et sub diversis sigillis ad totius regni perniciem aperte noscuntur fuisse confecta[i]. Sed de proposito et firma voluntate, quam habuimus et habemus erga beatissimam[k] personam vestram et sanctam Romanam ecclesiam, ex eo certiores esse potestis, quia requisita privilegia post ipsam constitutionem paternitati vestre curavimus destinare.

Dat.[l] apud Tranum, tertio die mensis Martii, indictionis none[m].

---

# 418. 419. FRIDERICI II. CONCORDIA FACTA CUM COMITE CELANI.

## 1223. Apr. 25.

### 418. *FORMA CONCORDIAE.*

*E Registro Honorii III. Vol. IV, 76—77 Lib. VII, 230*[1] *olim exemplari fecit b. m. Pertz, ubi legitur inserta epistolae ad pontificem datae, quae inscribitur:* Littere ad dominum papam. — *Huillard-Bréholles II, 357. Böhmer, Reg. imp. V, 1485.*

*(P. 250.)*

Beatissimo patri domino Honorio Dei gratia sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici Fridericus etc. ut supra. Quia cuncta negotia nostra, que actore Domino terminamus, ad audientiam et notitiam vestram volumus pervenire, ecce quod formam concordie, quam cum comite Thomasio de Celano fecimus, sanctitati vestre presentis scripti serie declaramus, cuius continentia talis est:

1. Dominus imperator restituit comiti Thomasio, filiis suis, Raynaldo de Aversa et omnibus, qui cum eis sunt vel fuerunt hactenus, gratiam suam, remittens eis omnes questiones et omnes obiectiones, que[a] eis ab aliquibus obici possent tam pro domino imperatore, quam pro aliquo alio homine de omnibus que commiserunt hucusque; concessit etiam eis et omnibus, qui cum eis sunt vel fuerunt, ut omnia mobilia, que habent tam apud se quam apud alios, tam in deposito quam pignore, salva sint et secura ad opus eorum. Et si aliqui eorum, qui res ipsas habuerint, ad restituendum contradicere vellent, dominus imperator debet eos cogere ad restitutionem.

2. Persona comitis et omnium supradictorum debent esse salve et secure per manus Romane ecclesie.

3. Dictus vero comes debet reddere castra que tenet, scilicet Turrim Celani, Serram Celani, Ovinulum et Sanctum Potitum, in manibus domini imperatoris vel nuntii, qui pro parte domini imperatoris fuerit constitutus.

4. Dominus imperator debet restituere omnibus vassallis, qui cum eodem comite fuerunt vel sunt, tam clericis quam laicis, tam illis qui sunt in Regno quam illis qui

417. g) imperatoris 4. h) detinebamur 4. i) *littera* f *in rasura* 1; confectas 4, *ubi* Sed *deest.* k) karissimam 2—4. l) Datum 2—4. m) indictione none 2. 3; *spatio intermisso add.* 1: N.

418. a) quas *c.*

1) *Cf. Rodenberg I, nr. 222.*

sunt extra Regnum, omnia feuda et patrimonia eorum, que iuste tenuerunt et possiderunt, antequam guerra inciperetur inter dominum imperatorem et dictum comitem, salvo servitio quod inde debetur.

5. Comes debet iurare domino imperatori, quod si rex Ierosolimitanus in proximo passagio transierit, et ipse transibit et morabitur in ultramarinis partibus per tres annos. Si vero rex non transierit, ipse comes in proximo Augusto recedet de Regno et ibit in Lombardiam et de Lombardia non recedet, ut Regno appropinquare debeat, nisi cum voluerit ultra mare transire. Et postquam transierit, debet moram facere per tres annos, infra quos tres annos, si dominus imperator transfretaverit, comes, donec dominus imperator in partibus ultramarinis fuerit, non recedet sine speciali mandato suo; set si contingeret dominum imperatorem reverti, extunc si comes revertitur, extra Regnum ubi voluerit permanebit nec Regnum sine speciali mandato domini imperatoris intrabit.

6. Comes filium suum et filium Renaldi de Aversa dabit in manus magistri Teutonicorum tali tenore, quod si forte comes sacramentum predictum non observaret, domus Teutonicorum filium dicti comitis in manibus domini imperatoris vel eius nuntii assignabit, et filium Renaldi de Aversa similiter assignabit, si Renaldus sacramentum, quod domino imperatori faciet, non servaret.

7. Si vero aliquis vassallorum iamdicti comitis vellet ire cum eo, quicumque remanet loco sui, redditus terre sue percipiat, tamquam si terre dominus presens esset. Et si aliquis ipsorum, qui cum comite sunt, voluerit cartam specialem securitatis habere, dominus imperator ei fieri faciet.

8. Dominus vero imperator debet dare comiti Thomasio, uxori eius et suis heredibus imperpetuum comitatum Molisii cum civitatibus, baroniis, feudis et cum omnibus pertinentiis, iustitiis et rationibus suis tam in demanio quam in servitio, salvo servitio quod inde debetur, preter fortelitias castrorum, quas ipse dirui voluerit, et preter Roccam Buani tantum, quam dominus imperator in manu[b] sua tenebit, donec imperator[c] ab ultramarinis partibus revertetur. Dictus autem comes non serviet de demanio comitatus, donec extra Regnum fuerit; et si aliquis baronum comitatus nollet eidem comiti servitium facere sicut debet, dominus imperator debet ipsum cogere ad faciendum.

9. Concedit etiam dominus imperator eidem comiti et heredibus suis iustitiariatum comitatus eiusdem cum omnibus iustitiis et rationibus iustitiariatui pertinentibus, preterquam de baronibus et militibus comitatus ipsius. Qui licet velit, quod de omnibus, que ad iustitiariam pertinent, eidem comiti respondeant et intendant, tamen ut fides et devotio, quam imperatorie serenitati opponendo se predicto comiti constanter et firmiter servaverunt, ipsis prodesse in aliquo videatur, statuit, quod cum aliquis ipsorum de aliqua causa appellatus fuerit, pro qua honorem, personam et terram ammittere debeat, questio coram comite vel coram eo qui pro comite fuerit ventiletur, comes vero vel ille, qui statutus fuerit loco sui, que ex utraque parte proposita fuerint vel allegata, in scriptis redigi faciet et domino imperatori vel eius curie presentabit. Curia vero domini imperatoris, iuxta quod ordo iuris exegerit et expedire decreverit, sententiam promulgabit.

10. Et ut donatio ipsius comitatus firma et rata permaneat, dominus imperator faciet fieri dicto comiti privilegium bullatum bulla aurea iuxta ordinationem magistri domus Teutonicorum.

11. Faciet etiam dominus imperator restitui dicto Renaldo de Aversa patrimonium suum et omnia que iuste possedit, antequam guerra inciperetur, salvo servitio quod inde debetur.

12. Et ut omnia ista que dicta sunt firma et rata permaneant, dominus imperator debet facere publicari omnia pacta coram baronibus et militibus exercitus et coram

**418.** b) manus suas *c.* c) *sic c.; nonne legendum est* comes?

nuntiis, quos comes super hoc miserit, videlicet quod dominus imperator ea que dicta sunt spontanea voluntate fecit et faciet inviolabiliter observari. Archiepiscopi vero et episcopi curie domini imperatoris, dux, marescalcus et omnes comites exercitus iurabunt super animas suas, quod rogabunt et consulent sine malo ingenio dominum imperatorem, quod omnia supradicta faciat observari, nec erunt in consilio, quod pacta ista aliquatenus infringantur. 5

13. Omnia vero pacta ista de verbo ad verbum dominus imperator scribi faciet et domino pape significabit et in fine litterarum debet dominus imperator promittere domino pape et cardinalibus, quod omnia ista sine malo ingenio faciet et legaliter observabit. Ut autem que ex parte comitis dicta sunt inviolabiliter observentur, idem comes statim assignabit filium suum in manibus magistri domus Teutonicorum, tali tenore quod, si vellet a pactis aliquatenus resilire, domus Teutonicorum assignabit filium iamdicti comitis domino imperatori vel eius nuntio. Si vero contingeret, quod ecclesia Romana iuxta preces imperatoris nollet hec super se recipere, vel dominus imperator a pactis huiusmodi resiliret, domus Theutonicorum restituet comiti filium suum, et in statu suo erunt omnia sicut prius. 10 15

Dat. apud Piscariam, XXV. Aprilis, indictionis XI.

### 419. *PROMISSIO IMPERATORIS ROMANAE ECCLESIAE FACTA.*

*Ex iisdem Regestis Vol. IV, 75 Lib. VII, 228*[1] *dedit Pertz, cuius exemplari usus est Winkelmann in Actis imperii ineditis I, nr. 256. Conferas velim epistolam imperatoris Apr. 24 ad pontificem datam in eodem libro editam I, nr. 255*[2]. *— Böhmer, Reg. imp. V, 1486.* *(P. deest.)* 20

Sanctissimo patri domino Honorio Dei gratia summo pontifici Fr. eadem gratia Romanorum imperator semper augustus et rex Sicilie salutem et reverentiam filialem. Ea que comiti Thomasio de Celano, Raynaldo de Aversa et fautoribus eorum in pacto compositionis duximus promittenda, plene continent scripta nostra, que sigillo nostro munita paternitati vestre dirigimus intuenda, coram sanctitate vestra et venerabilibus fratribus vestris, cardinalibus sacrosancte Romane ecclesie universis, tenore presentium promittentes, quod eadem pacta, que in eisdem scriptis nostris sigillo nostro munitis seriatim et expressius sunt inserta, firmiter et legaliter absque malo ingenio attendemus. 25 30

Dat. Piscarie, XXV. Aprilis, XI. indictionis.

---

# 420. FRIDERICI II. DONATIO GAIETAE CONRADO FILIO FACTA.

1233. Mart. 35

*Adhibuimus 1) transsumtum Lugdunense a. 1245 exaratum, quod asservatur in tabulario Vaticano, Arm. I c. X nr. 3; contulit vir d. Kehr; 2) codicem Parisinum 8990 saec. XVIII. apographon Rotulorum Cluniacensium continentem (Rot. VI.) in editione*

1) *Cf. Rodenberg I, nr. 223.* 2) *Cf. ibid. nr. 221; Böhmer V, 1484.*

*Huillardi 'Notices et extraits' XXX, 2, 355 nr. XXIX*[1]; 3) *apographon eorundem rotulorum a. 1411 factum, quod exstat in tabulario Vaticano, Instr. misc. C. Fasc. 37 nr. 3 D. I, exemplatum a viro d. Kehr;* 4) *editionem in Böhmeri Actis imperii selectis 265 nr. 301, qui usus est Platinae Libro privilegiorum Romanae ecclesiae saec. XVI. in. tom. I,* 5 *fol. 34 eiusdem tabularii*[2]. *Praeterea in usus vertimus sub sigla* B *editionem Rodenbergii I, 439 nr. 542 II derivatam e Registro Gregorii IX. tom. IV, 62—63 lib. VII, 211—214, ubi privilegium nostrum annexum est epistolae pontificis Iun. 21 Gaietanis directae. Quem textum qui ab altero omissionibus quibusdam differt, vir d. Rodenberg innovationem privilegii inter menses Apr. — Iun. factam esse contendit; equidem tamen eum nil nisi ex-* 10 *cerptum esse censuerim, quod pontifex Gaietanis de iis quae ad ipsos pertinuerint miserit*[3]. *— Böhmer, Reg. imp. V, 2017.* *(P. deest.)*

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. Cum inter cetera beneficia, que coniunctis sive bene meritis collocantur, illud redundet uberius in gratiam conferentis, quod pater elargitur filio, non indigne illos 15 providimus beneficiorum[a] primitiis honorare, quos etiam preter obsequii merita imperiali gratie gratos efficit favor nature. Inde est igitur quod nos inspecto pure dilectionis obtentu, qua pater filium, sicut innate beneficio[b] gratie una persona censetur, dignis tenetur premiis ampliare, de paterne benivolentie et provisionis affectu concedimus, damus et tradimus tibi regi Conrado karissimo filio nostro et heredibus tuis imper- 20 petuum civitatem nostram Gaiete cum omnibus pertinentiis, iustitiis et rationibus suis. Concedimus[c] etiam et damus tibi in[d] vassallos cum omnibus terris, villis et castris eorum Rogerium de Gallutio, Raynonem de Prata, dominos Popleti, Theodinum de Amiterno, Conradum de Lucinardo et omnes alios barones, qui tempore turbationis inter nos et ecclesiam[e] mote contra nos ipsi ecclesie adheserunt[f] et usque hodie sub 25 forma pacis existunt, salvo servitio quod exinde curie nostre debetur[g] et[h] salvo mandato et ordinatione nostra. Ad huius autem concessionis et donationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium per manum[i] Iacobi de Lentin.[k] notarii et fidelis nostri scribi et bulla aurea typario[l] nostre magestatis[m] impressa iussimus communiri, anno mense[n] et indictione subscriptis.

30 Datum apud Policorium[o], anno dominice incarnationis MCCXXXIII[p], mensis[q] Martii, sexte[r] indictionis, imperante domino nostro Frederico[s] Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege gloriosissimo, anno imperii eius tertio decimo, regni Ierusalem octavo, regni vero Sicilie tricesimo quinto; feliciter amen.

35 **420.** a) benefficiorum 3. b) benefficio 3. c) Concedimus — pacis existunt *des. B.* d) *deest* 4. e) eclesiam 3. f) adheserint 4. g) debent 4. h) et — nostra *des. B.* i) manus 4. *B.* k) Lentiñ 1; Lentino 2; Lintin 4; Iacobi de Lentin. *des. B.* l) tiparyo *B.* m) maiestatis 2. 4. *B.* n) etc. *B, ubi reliqua desunt.* o) Policorum 4. p) millesimo ducentesimo tricesimo tertio 3. q) mense 4. r) *reliqua des.* 4. s) Friderico 2.

40 1) *Cf. ibidem p. 297 nr. 67.* 2) *Cf. 'Notices et extraits' l. c. 277 not. 2.* 3) *Vir cl. Winkelmann autem, Reg. imp. V, 14718, Rodenbergium secutus arbitratur, hunc textum esse ingrossatum istius innovationis; cf. ibid. p. 2176 nr. 2017.*

# 421. MANFREDI REGIS PROMULGATIO VICARII GENERALIS PER MARCHIAM ANCONITANAM, DUCATUM SPOLETI ET ROMANIOLAM.

1258. Oct. 5

*Edictum superest in transsumto ipsius vicarii generalis Percivalli de Auria dato 1259. Mart. 6 Iesii, in tabulario municipii Fabriano asservato, quod exscripsit iam olim b. m. Bethmann. Cuius exemplari usa est etiam editio princeps viri cl. Winkelmann in Actis imperii ineditis I, 415 nr. 498. Sententiae potestatem vicarii respicientes congruunt cum mandato supra nr. 217 edito, finis autem cum mandato nr. 344. — Böhmer, Reg.* 10 *imp. V, 4681. (P. deest.)*

Manfridus Dei gratia rex Sicilie prelatis ecclesiarum, comitibus, potestatibus, capitaneis, consiliis, communitatibus terrarum et universis per marchiam Anconitanam, ducatum Spoleti et Romagniolam constitutis, fidelibus et devotis suis, gratiam suam et omne bonum. 15

Dum clarum divi augusti[a] domini patris nostri propositum, quod circa regionis eiusdem regimen versabatur, memori meditatione pensantes, sedatis iam regni turbidinibus, que[b] curas nostras hactenus requirebant, erga bonum et pacificum statum vestrum paterne sollicitudinis libenter efficimur successores et tamquam liberiores solito cogitamus, qualiter ipsam sub felicis nostri dominii tempore salubriter reformemus; ut igitur 20 tam laudabilis intentionis nostre propositum efficaciter prosequamur: ecce nobilem virum Percivallum de Auria, dilectum affinem, socium familiarem et fidelem nostrum, de cuius industria, fide et prudentia plene confidimus ab experto, vicarium generalem ipsius provincie duximus statuendum et ad vos tamquam magnam lateris nostri partem specialiter destinamus, plenam auctoritatem, iurisdictionem, merum ac mistum imperium 25 concedentes eidem, ut loco et vice nostri pro salubri reformatione regionis ipsius iustitie copiam singulis administrans, fideles in bono et pacifico statu faveat et tranquillo conservet, et ut facinorosos animadvertere valeat, gladii sibi dedimus potestatem, plena nichilominus ei tradita potestate creandi iudices et tabelliones, dandi tutores et curatores et interponendi decreta ac de apellationibus cognoscendi, quotiens in civilibus 30 vel criminalibus causis ab ordinariis iudicibus fuerit appellatum; promittentes nos ratum habituros et firmum et inviolabiliter servaturos, quicquid idem vicarius noster universitatibus et communitatibus terrarum aut singularibus personis promiserit et tam per sua privilegia quam alio modo convenerit cum eisdem, acsi nos ipsi totum hoc personaliter faceremus. Quocirca devotionem vestram requirimus et hortamur attente mandantes, 35 quatenus de universis et singulis, que ad ipsius vicarie officium spectare noscuntur, eidem Percivallo devote parere et intendere studeatis tamquam vicario ipsius provincie per nostram magnificentiam constituto.

Datum apud Lacum Pensilem per manus Gualteri de Ocra, regnorum Ierusalem et Sicilie cancellarii, anno dominice incarnationis MCCLVIII, mense Octubris, secunde 40 indictionis.

421. a) agusti *ed.* b) qui *ed.*

# 422. MANFREDI REGIS PROMULGATIO VICARII GENERALIS TUSCIAE.

(1261. ex.)

*Dedit vir cl. comes Cipolla e codice bibliothecae publicae Taurinensis 748 saec. XIV, fol. 62'* [1], *e quo prius partem ultimam ediderat Schirrmacher 'Die letzten Hohenstaufen' 626 nr. 23, exemplo usus viri d. Claretta Taurinensis. Dictamen sententias usurpavit cum mandatorum Friderici II. supra nr. 216. 217 etc., tum mandati ipsius Manfredi supra nr. 421. Textus in codice admodum corruptus cum vel coniecturis nostris totus sanari non posset, varias lectiones editionis prioris sub siglo* S *adnotavimus. — Böhmer, Reg. imp. V, 4733. (P. deest.)*

Post mundi machinam, quam rerum opifex provida deliberatione formavit et de limo terre [2] hominem condidit, quem ad ymaginem sui [3] fabricans ad eius formam [a], ut precederet in terre gremio creaturas, nobilem sui partem infudit, rationem videlicet, quam [b] velud dignitate prestantior discretionis evaginate [c] secerneret universa. Quapropter ut eam [d] superna [e] provisione receptam semper haberet pre oculis, ipsius vultum erectum ad sidera creatum instituit, ut sicut animalibus ceteris omni fuit nobilitate superior, sic emineret universis animalibus prono vultu terram spectantibus ipse prior. Ut igitur iuris norma, que ratione dirigitur, inter homines servaretur, divino placuit nutui, ut ex ipsis veluti nobiliori specie animalium haberent principem et rectorem, qui ipsorum excessus corrigeret, recta in suis terminis incorrupta servaret et iustorum extolleret merita servantium semitas mandatorum [4], ut promiscuis rectitudinis gradibus iustitiam concordia saperet cum natura [f]. Et sic homo prelatus est homini, ut gratiorem prelaturam efficiat identitas speciei [g. 5]. Cumque ob peccata primi parentis, qui consuetis [h] vitio a dominico deviavit edicto, bonitas summa statueret [i], ut vite exitus mortis calculo finiretur, insolubilibus nexibus inter homines regulam statuit naturalem, indesinens scilicet ministerium parentele, ut sacre necessitudinis vinculo defunctorum defectus per posteros suppleretur. Et quia lege premissa desinunt reges et principes orbis terre, genus mortalium ordinavit, ut filius patri succederet, et qui natus in linea parentele propinquior, deficiente preside recuperaret officium presidatus. Quamvis enim carissimum genitorem nostrum imperatorem Fredericum inclite recordationis et fame ad solvendum nature debitum series fatorum eduxerit, nos tamen utpote ex ipsius nobili sanguine derivatos ad supplendum ipsius defectum [k] substituit sacra provisio deitatis. Qui assidua provisione pensantes ipsius patris nostri salubre intentionis propositum, quod ad manutenendum et in statu pacifico reformandum totam Tusciam utpote nobile membrum imperii in eius mente laudabili versabatur, de quibuslibet nostri regni partibus tribulationibus [l] convulsis [m] eodemque statu pacifico reformato, paternam curam circa provinciam reficere procurantes [n], successionis ordine ad manutenendum et reformandum eamdem quasi ex naturali linea inducimur debitores. Ut prosequamur igitur quod debemus: ecce quod revocato nuper ad presentiam nostram Iordano de Anglano comite Sancti Severini, dilecto consobrino, familiario et fideli

**422.** a) forā c. b) *locus corruptus; an legendum est* qua *aut* per quam *aut* quatenus? c) *an* evagate? d) ea c. e) supna c. f) n̄ā c. g) spec̄ c. h) *corruptum.* i) statuerat c. k) defectūs c. l) tribulis c. m) coeuulſis c. n) pertinentes c.

1) *Cf. 'Neues Archiv' V, 383.* 2) *Cf. Gen. 2, 7.* 3) *Cf. Gen. 1, 27.* 4) *Cf. Ps. 118, 35.* 5) *Haec congruunt cum dictamine nr. 216. 217 aliorum.*

nostro, pro serviciis nostris circa latus nostrum moraturo, et quod novi matrimonii per eum contracti quietibus[o] et solatiis potiatur, Franciscum Simplicem avunculum, familiarem[1] et fidelem nostrum, de cuius fide, legalitate et industria confidimus ab experto, generalem vicarium nostrum ipsius[p] provincie duximus statuendum et ad vos[q] velut os de ossibus nostris et carnem de carne nostra[2], tamquam nostre ymaginarium visionis, ilariter destinamus, ut provinciam ipsam in statu gubernans pacifico et reformans, universis scilicet[r] maioribus[3] et minoribus, quibus universalia iura succurrunt, iustitie copiam debeat ministrare[s] et fideles favore debito prosequatur et etiam in statu tranquillo ordinet et disponat. Cui merum et mixtum imperium concedentes et gladii potestatem volumus, ut in[t] facinorosos et[u] devios et eos[v] maxime, qui stratas[w] et itinera publica violare presumunt, animadvertere valeat[x] et exercere gladium ultionis. Plenam sibi[y] insuper auctoritatem committimus, ut loco et vice nostra creare[z] valeat iudices et tabelliones, ut moris est et imperium consuevit.

---

# 423. URBANI IV. EPISTOLA DE CONDITIONIBUS CAROLO COMITI FACIENDIS.

## 1263. Nov. 19.

*Autographon in tabulario Vaticano asservatum Arm. XIV c. VIII nr. 54 exemplavit Kehr. Appendet bulla plumbea filo canapis; in dorso membranae adnotationes antiquissimae erasae sunt; vir doctus adhuc agnovit haec in imo margine scripta:* Ista est duplicata et[a] est signata per O. est eadem . . . signata per O., *porro* XIII. Kal. Decembr. *In rasura praenotata iam scripta sunt:* De modificatione quorundam articulorum et aliorum amotione super regno Sicilie per dominum Vrbanum IIII. Dat. apud Urbemueterem XIII. Kal. Decembr. pont. dicti domini Vrbani anno tertio, *et inferius:* Registrata R̨. XI *(numerus in rasura); in imo margine:* In Tertio volumine a fol. 188; *et in latere altero* fol. 93[b]. *Summaria tantum epistolae nostrae dederunt Muratori 'Antiquitates Italiae' VI, 105 e catalogo chartarum archivi Romanae ecclesiae a. 1366 confecto et 'Analecta iuris pontificii, Série XI' (1872) p. 1075 e codice Vaticano 244. Epistola spectat ad conditiones super negotio Siciliae primitus a. 1263. Iun. 17 factas et earum immutationes; Rodenberg III, nr. 539 I et II. — Potthast, Reg. pont. Roman. 18715. Böhmer, Reg. imp. V, 9369. (P. deest.)*

Urbanus episcopus servus servorum Dei dilecto filio magistro Alberto notario nostro salutem et apostolicam benedictionem.

(1) Nuper nobis quandam misisti cedulam tuis litteris interclusam quatuordecim continentem articulos, de apostolica littera tibi tradita super conditionibus negotii regni Sicilie dilecto filio nobili viro Carolo Andegauie ac Prouincie comiti ostendendis ex-

**422.** o) gaudiis *S.* p) ipsi *S.* q) nos *male S.* r) filiis *S.* s) amministrare *S.* t) *add. S.* u) *deest S.* v) reos *S.* w) strata *c.* x) presumpserint traducere velit *male S.* y) et *S.* z) edere *C;* exercere *S.*

**423.** a) et — O. *iam oblitterata.*

1) *Sequentia sapiunt mandatum Manfredi supra nr. 421.* 2) *Cf. Gen. 2, 23.* 3) *Cf. nr. 217.*

cerptos, ex quibus aliquos, ut asseris et ipsius cedule series manifestat, idem comes sub certa forma modificari postulat, quosdam vero penitus amoveri; et est eiusdem cedule tenor talis:

(2) (I) Primus articulus de terra retinenda qui incipit 'Remanebit ecclesie 5 tota terra etc.'[b] totaliter amoveatur et ponatur 'census' loco 'terre', ac super censu fiat moderatio talis: 'Quod si contingat, dominum comitem vel eius heredes expendere proventus totius Regni in defensione Regni vel ecclesie, fiat remissio census totaliter illo tempore; si vero contingat, ipsum vel heredes suos expendere partem proventuum Regni in defensione Regni vel ecclesie, fiat ipsius census 10 remissio pro rata, sicut fieret, si terra petita ecclesie remaneret'. (II) In[c] tertio articulo qui incipit 'Idem autem comes et sui heredes etc.' petitur ut addatur: 'in Regno, ne si filii sui qui non debent succedere in Regno aliquid contra huiusmodi articulum attemptarent, fieri possit preiudicium illi qui succedet in Regno'. (III) In[c] sexto articulo qui incipit 'Item totum eiusdem regni residuum' vult comes, 15 quod expresse dicatur, quod omnes a domino comite et filiis et filiabus et sic deinceps exeuntes sive in recta linea sive ex transverso admittantur ad successionem Regni, moderatione per dominum papam magistro Alberto tradita nichilominus remanente. (IV) In[c] septimo capitulo quod incipit 'Item pro toto generali censu etc.' petitur, ut locus tutus et certus ponatur, in quo fiat solutio census 20 eiusdem, quia cum census ipse sit decem milium[d] unciarum, non potest secure ita de facili portari ad quemlibet locum; petit etiam, quod prorogetur tempus, in quo possit purgare moram super solutione predicta. (V) In[c] decimo capitulo, ubi loquitur de numero equitaturarum, quod incipit 'Item quandocumque Romanus pontifex etc.' petit, ut amoveatur numerus equorum, cum sufficiat dicere: 'bene et 25 decenter munitos et paratos'. (VI) In[c] duodecimo capitulo quod incipit 'Item dictus comes et eius heredes etc.' fiat moderatio per dominum papam magistro Alberto concessa. (VII) In[c] tertiodecimo capitulo quod incipit 'Item ipse et singuli heredes sui etc.' petitur, ut exprimatur, quod si ille, qui debet in Regno succedere, propter imperium, ad quod forte electus fuerit, vel propter quamcumque 30 aliam causam successionem recusaverit dicti Regni, dictum Regnum ad ipsius recusantis fratrem seu proximum alium devolvatur, qui a comite supradicto descenderit quoquo modo, legitimo tamen. (VIII) In[c] vicesimo secundo capitulo quod incipit 'Item nullas tallias vel collectas etc.', ubi dicitur in fine 'rebus eorum', petitur ut addatur: 'ecclesiasticis, salva nichilominus eorum libertate in rebus patri- 35 monialibus de Regni consuetudine, si quam habent'. (IX) In[c] vicesimo sexto capitulo quod incipit 'Item nullam confederationem seu pactionem vel societatem faciet etc.' petitur ut addatur: 'scienter, et si etiam faceret ignoranter, teneatur ad mandatum ecclesie revocare'. (X) In[c] vicesimo octavo capitulo quod incipit 'Super comitatibus vero et aliis etc.' petitur, ut ubi loquitur de concessionibus, 40 addatur: 'legitime factis et que debent valere de iure', salva moderatione per dominum papam magistro Alberto concessa. (XI) In[c] vicesimo nono capitulo quod incipit 'Item idem comes veniet etc.' petitur, ut ubi loquitur de numero militum, amoveatur ipse numerus, si dictus comes in propria persona vadat, quia non vult, quod sibi, si personaliter vadat, certus numerus prefigatur, quia multo maiorem 45 duceret quam dicatur. Set si forte personaliter non iret, bene placet eidem, quod predictus numerus statuatur et ubi dicitur, quod quilibet habeat quatuor equitaturas, addatur: 'secundum magis et minus, ita[e] scilicet quod mille milites habeant ad minus quatuor milia equorum'. (XII) In[c] tricesimo capitulo quod incipit

**423.** b) et c̄ *semper or.* c) *praecedit signum § in or.* d) decemmilium *or.* e) ita — mille 50 *in rasura or.*

'Item dictus comes usque ad annum etc.' petit addi: 'nisi fuerit legitimo impedimento detentus, de quo dominus papa cognoscere debeat et prout expedire videbitur iudicare'[f]. Item in eodem capitulo, ubi dicitur 'morte preventus', similiter addatur: 'vel alio detentus impedimento legitimo, de quo similiter dominus papa cognoscat et iudicet, prout secundum Deum fuerit faciendum'. (XIII) Item[c] tricesimum primum capitulum[g] quod incipit 'Item postquam dictus comes predicta regnum Sicilie ac terram habuerit etc.' petitur totaliter amoveri, quia contumeliosum esset comiti et homines Regni essent minus obedientes eidem; daretur etiam per hoc hominibus dicti regni occasio, contra regem insurgendi; et quia non fuit cum suis nuntiis de hoc tactum aliquid in tractatu; et quia satis ligatus est comes per precedentia ad premissorum observationem et, quod gravius est, dominus rex Francie et ipsius consilium nullatenus consulunt nec etiam consentirent, immo graviter gerit istud capitulum, quod petitur a comite supradicto. Nam videtur eisdem, quod tale quid esset ab infidelibus et sepe contumacibus exigendum, et non a fideli aliquo christiano. (XIV) Item[c] petitur, quod ubicumque sit mentio de amissione Regni, si non paruerit[h] monitionibus sibi factis, addatur 'vel si noluerit stare iuri'; petitur etiam, quod augeatur tempus monitionis hoc modo: 'quod si in propria persona monitus fuerit, habeat sex menses, si per procuratorem vel publice, habeat annum, quia posset esse, quod illis temporibus esset ultra mare vel in remotis partibus orientis vel occidentis'. Alia omnia capitula absolute et simpliciter conceduntur.

(3) Deliberatione igitur cum fratribus nostris habita, licet conditiones, quas tibi tradidimus, exacta diligentia fuerint exarate et de fratrum nostrorum consilio tibi tradite, equitatem per omnia nostro iudicio continentes, quia tamen et ipsum comitem super hiis instare scripsisti nec non et carissimum in Christo filium nostrum Ludovicum[i] illustrem Francorum regem, qui conditiones easdem audire voluit et discutere singillatim, super dictis articulis quos misisti sic tibi duximus respondendum:

(4) In[c] primo quidem articulo dicte cedule qui incipit 'Primus articulus de terra etc.' et in quarto qui incipit 'In septimo capitulo etc.' et in octavo qui incipit 'In vicesimo secundo[k] capitulo etc.' et in duodecimo qui incipit 'In tricesimo capitulo etc.' et in quartodecimo seu ultimo qui incipit 'Item petitur etc.' nichil duximus immutandum, set omnes in eo tenore permaneant, quo tibi fuerunt traditi, prout in data tibi littera plenius continetur, salvis modificationibus, si quas tibi tradidimus super illis vel aliquo eorundem. (5) Verum[c] in sexto articulo eiusdem cedule qui incipit 'In duodecimo capitulo etc.' nichil intelleximus novum peti et idcirco quod petitur duximus concedendum. (6) In[c] quinto articulo qui incipit 'In decimo articulo[l] etc.', in quo de trecentis militibus dicitur, quod singuli quatuor equitaturas habeant, addi volumus: 'vel tres ad minus'. Nec enim esset de paucioribus tolerandum. (7) In[c] nono articulo eiusdem cedule qui incipit 'In vicesimo sexto capitulo etc.'[m] et in decimo qui incipit 'In vicesimo octavo etc.' moderationes admittimus, quas petit ut asseris idem comes. (8) Ceterum[c] ut ad illos qui magis videntur impliciti redeamus, ad secundum articulum eiusdem cedule qui sic incipit 'In tertio articulo etc.' respondemus, nostre intentionis existere, heredes omnes eiusdem comitis in perpetuum in regno Sicilie vel etiam in terris aliis successuros eidem ab universis et singulis, que predictus articulus continet, prohiberi et prohibitos cohiberi; cum tamen ad consumationem venerit Deo favente negotium, sic eundem articulum moderabimur, quod delictum heredis in terris vel rebus aliis quam in Regno suum tenebit auctorem, nec in penam heredis, qui in Regno succedet, aliquatenus extendetur. (9) Ad[c] tertium autem articulum dicte

**423.** f) *sequitur rasura or.* g) lum quod in *in rasura or.* h) patuerit *or.* i) Lud *or.* k) vicesimono *or.* l) *potius* capitulo. m) etc. *in rasura or.*

cedule qui sic[n] incipit 'In sexto articulo etc.' declarationem hanc addimus: quod si comes Regnum a nobis receperit, descendentes per rectam lineam ex eodem et ipsius heredibus Sicilie regibus in perpetuum mares et femine in eodem Regno succedent, sic tamen, quod de liberis duobus maribus in eodem gradu per eandem lineam con-
5 currentibus primogenitus et de duabus feminis primogenita et de mare ac femina in eodem gradu similiter concurrentibus masculus omnibus aliis preferantur. Si vero quod absit, ipsum comitem sine liberis mori contingeret, succedent ei dilectus filius nobilis vir Alfonsus comes Pictauie et filius regis Francie post illum qui succedet in regno Francie prior natu iuxta formam que in littera moderationum nostrarum tibi
10 tradita[1] continetur. Si vero aliquem de successoribus eiusdem comitis regem Sicilie sine prole legitima sui corporis mori contingeret in futurum, succedent ei servatis gradibus si superstites fuerint hec persone, videlicet regis sine prole legitima sui corporis decedentis frater vel soror innupta, fratris filius aut etiam innupta filia, nepos etiam sive neptis innupta[o] ex filio vel filia fratris, aut sororis regis premortui descen-
15 dentes; et sicut inter has personas gradus servari volumus, ut scilicet prior gradus posteriori gradui preferatur, sic et in eodem gradu pluribus concurrentibus priorem natu posteriori et marem femine in huiusmodi successionibus volumus anteferri. Personarum autem huiusmodi nulla superstite, regnum predictum ad Romanam ecclesiam libere revertatur. Que autem de rege decedente sine liberis diximus et succedentibus
20 eidem in Regno, dicimus de regina, si contingeret Regnum ad feminam casu quocumque devolvi. (10) In[e] septimo articulo qui sic incipit 'In tertiodecimo capitulo etc.' moderationem huiusmodi duximus adnectendam, ut si forte in posterum regem Sicilie in imperatorem contingat eligi, postquam Regni possessionem adeptus iuramentum prestiterit Romano pontifici, cuius forma in littera, quam tibi dedimus, plenius continetur[2],
25 prestitum iuramentum observet nec transeat ad imperium, alioquin publice nuntietur periurus et nichilominus in penas incidat in littera conditionum, quam tibi dedimus, comprehensas[3]. Quod si Regni possessione predicti nondum agnita seu obtenta et iuramento predicto non prestito in imperatorem electus transire voluerit ad imperium, in manu prius Romani pontificis vel illius, quem ad hoc idem pontifex duxerit desti-
30 nandum, eundem filium cuiuscumque fuerit etatis emancipet et Regno renuntiet, nichil iuris in eo retinens clam vel palam nec cuiuslibet etiam potestatis, nec ipsum filium ad servitium vel subsidium aliquod faciendum iuramento vel voto, stipulatione vel pacto sibi vel successoribus suis astringat; sicque factus filius sui iuris ab eodem Romano pontifice vel alio destinato ab ipso protinus investiatur de Regno: ad[p] cuius
35 regis successionem, si forte decederet sine liberis, nullo tempore pater veniat imperator existens; et si dictus filius sic ad Regnum assumptus maior annis decem et octo fuerit, libere administret; set quamdiu minor extiterit[q], tam ipse quam regnum ipsius in custodia Romane ecclesie maneat, donec rex idem impleverit supradictam etatem, fructibus et obventionibus Regni regi conservandis eidēm et lucro alterius ratione
40 custodie non cessuris. Que vero de filio diximus, ut ei videlicet Regnum possit sub observatione premissa a patre ad imperium transeunte dimitti, in filia, sive nupta sive innupta fuerit, penitus prohibemus. Verum si rex non habens filios in imperatorem electus ante prestitum Romano pontifici iuramentum predictum ad imperium transire voluerit et de personis, quas supra diximus liberis non extantibus in Regno posse succe-
45 dere, mares aliqui superstites fuerint, que de filio preordinavimus, observentur in illis, excepto emancipationis articulo, que in solis illis procedere poterit, qui[r] capaces eman-

**423.** n) sic incipit. In *in rasura or.* o) *littera* a *in rasura or.* p) ad cuius — veniat *in parvo spatio in rasura cum compendiis exarata or.* q) *in rasura or.* r) que ? *or.*

1) *Cf. Rodenberg III, p. 519 ad 6.* 2) *Ibidem p. 513 c. 12.* 3) *Ibidem c. 13.*

cipationis existent ratione patrie potestatis. (11) Declaramus etiam in articulo de imperio, quod si regi Sicilie sine filio decedenti superstes sit filia, que imperatori, dum pater viveret, fuerit desponsata vel nupta, non succedat in Regno; et si Regno sibi delato imperatori nupserit, cadat protinus ab eodem, nisi vir eius imperio, prorsus renuntians Regnum, solummodo sit contentus. In primo autem casu, repulsa filia, ad personas illas servatis gradibus Regnum perveniat, quas prenotavimus in Regno posse succedere, si regi premortuo liberi non supersint. In secundo autem casu regnum ipsum ad Romanam ecclesiam devolvatur. (12) In[c] articulo vero penultimo dicte cedule, in quo de iuramento agitur, in hoc volumus comitem honorare, quod postquam ipse suum nobis prestiterit iuramentum, iuramenta baronum et hominum dicti Regni semel tantum in vita ipsius prestentur, set post decessum eiusdem iurabunt Romano pontifici successores ipsius et nichilominus barones et homines dicti Regni iuxta formas in conditionibus, quas tulisti, diligentius exaratas, iuramentis dictorum baronum et hominum de decennio in decennium renovandis. (13) Quod[c] vero de quinquaginta milibus marcarum remittendis eidem tam ab ipso quam a rege postulari scripsisti, nulla vidimus ratione petendum, cum sit satis modica quantitas, et sint onera maxima sedis huius; cum tamen negotium, de quo agitur, Deo dante feliciter consumari contigerit, petitionem eiusdem comitis ex parte saltem aliqua, de qua nobis ad grates teneri debeat, audiemus. Hec sunt que apud nos plena deliberatione statuimus, in quibus qualiter et quo tibi sit ordine procedendum, per aliam litteram, quam cum ista tue discretioni transmitttimus[1], plene poteris edoceri, in qua rationes urgentes invenies, que ad firmandam responsionem huiusmodi nos moverunt.

Dat. apud Vrbemueterem, XIII. Kal. Decembr., pontificatus nostri anno tertio.

---

# 424. MANFREDI REGIS EPISTOLA AD ROMANOS.

## 1265. Mai. 24.

*Epistolam insignem, per quam Manfredus ad imperium anhelavit, servavit solus codex Panormitanus principis Fitaliae saec. XIV. in. ep. 27, e quo eam iam olim exemplavit Pertz. Idem codex usui fuit editioni viri d. Capasso 'Historia diplomatica regni Siciliae inde ab anno 1250 ad annum 1266' p. 274 nr. 460. Rubrum epistolae in codice praemissum est tale:* Rex Manfredus scribit senatui populoque Romano et dicit quod Romana ecclesia non habet se intromittere ad coronandum vel dandum alicui imperii diadema, set urbs tantum Roma maxima mundi capud et mater imperii hoc facere debet auctoritate sui senatus, proconsulis et comunis, et premittit eisdem salutem cum salutis proprie nocione. *Cognita fuit epistola Francisco Pipino, qui in Chronici l. III, c. 6 (Muratori 'Scriptores rerum Italicarum' IX, 681) exordium* (Armonia — arbitrio) *et partem capitis 15 ac caput 16* (Cesset — sancta Dei) *affert et etiam rubro usus est. Textum admodum depravatum et in codice, ut videtur, multotiens vix legibilem castigare temptavimus, lectionibus Pertzii et Capassi sub siglis* P *et* C *notatis; compluribus in locis etiam Pipini lectio nos adiuvit. Attamen non omnia nos absolvisse confitemur. In investigandis locis, qui e Corpore iuris petiti sunt, Iohannes Merkel collega sudavit. — Böhmer, Reg. imp. V, 4760.* *(P. deest.)*

1) *Quae hucusque in lucem venisse non videtur.*

(1) Armonia celestis imperii, sue cunctipotencie solio singula causantis proprie[a] dispensacionis arbitrio, magnificencie nostre cordis auribus divina instillacione insonuit, ut circa salubrem reipuplice statum ac imperialis celsitudinis augmentacionem felicem cunctis nostris intendamus vigiliis, ne imperii singule regiones guerrarum cunabulis agitate crudelius, diversis langoribus repercusse frequencius, amaris calamitatibus reverberate atrocius, longis persecucionibus lacessite fervencius ac sceleritatis in fluctibus enormiter diminute depereant, hominumque spiritus salutis proprie inmemores ex frequentibus al[terca]cionis pestifere motibus de momento in momentum stimulati, locorum ubilibet ut aves, deceptivis escis appositis, periculis propriis avidi conquassentur. (2) Nos itaque os de osse ac caro de carne[1] antiquissime cesaree monarchie attendentes, qualiter pervigili studio nec minus longis laboribus divi augusti victoriosissime recordacionis magnificencie[b] nostre pater, avus, proavus, attavus, trittavus[c] et ceteri progeniei nostre duodecimo numero retro temporibus orbi terrarum felicissime imperantes, circa imperii ac reipuplice triumphalem promotum[d], mundi quietem hominumque salutem singulis[e] studuerunt sollerciis, heriditario debito relativis sollicitati affectibus ad imperialis culminis gloriam serenitatis nostre aciem direximus, ut qui speciali prerogativa imperandi, constitucionis[f] infixa forma nostris ossibus a primevo[g] ex antiquorum imperatorum nostra prosapia, pre ceteris mundi regibus prefulgemus, non autem accidentis coloris sophisticacione subcingimur, imperiali[h] dyademate divino favente auxilio feliciter gloriemur. (3) Et quia tocius nostre intencionis versabatur intencio[i] et alcius nunc[k] versatur, ut per nostre potencie apices imperialis celsitudinis promoveatur fastigii meritum, ut mundi fluctuantis exposcit neccessitas, ac felix genus reipuplice Romanorum singulis preponatur orbis nacionibus, ut legum demandat auctoritas: ecclesie Romane cupiditas, siquidem nullo cavente[l], que sub honeste castitatis aspectu humilitatisque ficto velamine pellis mansuetudinis se indutam ostendens superficiem, in[m] aperto vicariam[n] se intonat christi Dei, aliud in calendario sue mentis clandestino[o] incolit et observat, non attendens quod scriptum est 'diligite iusticiam qui iudicatis terram' (Sap. 1, 1.) et iterum 'si vere utique[p] iusticiam loquimini, iuste iudicate filii hominum'; (Ps. 57, 2.) set solummodo accepti[q] nostri thesauri suam elatam degluviem[r], nostre intencionis felix propositum reipuplice augmentande[s] perturbare disposuit et nequiter attentavit. Invocavit namque impia illa mater, novercali abusu non autem pietate materna procedens, per universas Ytalie regiones tocius sue potencie apparatus cuiuscumque generis et honoris, ut avaricie sue yatibus, inregulate cupiditatis affectibus ac irruentis[t] apparencie .....[u] conatibus hereditarii regni nostri singulos aperiendos thesauros su[i barathri][v] gutture[w] detruderet, ut assolet ubi potest, non observans gloriosissimam[x] [Christi[y] hu]milis benignitatis doctrinam, cuius se dicit gerere vicariam, qui paupertatem diligens suis ait discipulis: 'vendite singula que possidetis et date elemosinam'[z]; (Luc. 12, 33.) set more angeli elati ruinosam superbiam incolentis ait: 'possideamus hec omnia[a] regna regis et ab aquilone sedem nostram in regno Apulie[b] ut[c] regi filio .......nus[d] similes imponamus'. (4) Nec quippe ipsa Romana ecclesia in Petri petra hedifica[ta

**424.** a) *loco* causantis proprie *Pipinus male:* concessit pape. b) manificencie *P;* munificencie *C.* c) actavus, trictavus *cod. similia plerumque.* d) promotionem? e) singularibus? f) *medela insufficiens;* constituunt *c.;* constituti *coniecit C.* g) primeva *C.* h) ut imperiali *c.* i) attencio? k) nec *C.* l) carente *c.* m) *sic C;* superficie cum *sed dubitans P.* n) vicarium *C.* o) clandestine *C.* p) itaque *P.* q) accepiti *P;* ... piti *C.* r) ingluviem? s) augumentando *c.* t) *loco* affectibus ac irruentis *C:* ac ... entis. u) *locus non legibilis;* effrenis *coniecit P.* v) sı *legerunt P. C;* sui barathri *coni. P.* w) gucture *P;* .. ucture *C.* x) gloriosissimi *C.* y) *coni. P;* Domini nostri *coni. C.* z) eleemosinam *C;* pauperibus *coni. P.* a) *non lectum a P.* b) *supplendum videtur* erigamus. c) ac *C.* d) ... n' *P; post* filio *supplendum esse* imperatoris *seu* cesaris *patet.*

1) *Cf. Gen.* 2, 23.

sanc]tissime[e] a[f] sue sedis principio, que suorum lapsu[g] postea prelatorum dicte sanctita[tis ge]nus dilucidum apparenter[h] in eius contrarium transtulit, memoriam inc[ole]bat ill[ustriss]imi[i] Petri primi pontificis, summi patris, qui ait: 'aurum et argentum non habeo[k], set quod habeo tibi do; surge igitur[l] in nomine patris et ambula in pace', set volans super pennas ventorum et tunc[m] navigans in flumine Babilonis[1] letargo ... trad[idit] dictum Christi: 'pax vobis', set loco evangelii 'estote humiles et pacifici' demandantis in hereditario regno nostro 'guerram, guerram' atroci sui tumultus lascivia puplice predicabat. (5) Set ne de tanto suo enormi excessu inani gloria diu extolleretur ad nebulas vanitatis impia illa mater, solite condigne nostre potencie maximis excitatis vigoribus confidentes, quia iusticia est constans et perpetua voluntas ius suum cuique tribuens, et quoniam[n] scriptum est: 'cum fortis armatus custodierit atrium suum, omnia sunt in pace que possidet', et iterum: 'cum rex iustus sederit super sedem, non adversabitur sibi quicquam malignum'[2], ad celum erectis manibus ayamus[o]: Memento Domine Deus noster quod scriptum est: 'cor regis in manu Dei est, et ubi voluntas fuerit, inclinabit illud'. Et sic pacis ac iusticie quam semper coluimus muniti presidio, divina nobis favente gracia, prosiliencium ecclesie prelatorum irregulatam superbiam eiusque complices et sequaces triumphabiliter debellando fugavimus, sicut hostium predictorum excidium [per] universi mundi climata puplicavit. (6) Porro habita de predictis felici victoria et triumpho eciam glorioso, prefatos extra tocius regni nostri confines licenciatos proscribentes[p], ut eorum superbiam decuit, quia eiusdem ecclesie Romane temeritas Anglie Riccardum comitem ac Anfusum regem Castelle, viros potentes utique et famosos, ad imperii fastigium invitaverat, ut nostrum perturbaret propositum singulis vigilancie sue conatibus, magnificencie nostre potentissimas alas[q] ad Marchie ac Tuscie provincias porreximus. In quibus ex innata nobis ab antiquo imperandi natura, orbis tocius regibus singulis quiescentibus — quia imperii iura defendimus, iuste agimus pacemque[r] colimus — maiores sub Dei dextera triumphos percepimus[s], quam[t] habiti fuerint hactenus debellacionis tempore[u] Ressiuallis[v, 3], sicut ipsarum provinciarum regiones et terre nostro[w] reducte felici dominio rerum apparenti essencia evidencius attestantur[x]. (7) Sane considerans ecclesie Romane cupiditas, quod nec per suas subdole machinacionis manus irretitas doloris aculeis, nec per[y] predictorum comitis et regis invitate subgestionis adventus nostris felicissimis ad imperii celsitudinem concurrentibus gressibus chaos aliquod firmare potuit nec vallum impediendi nostri victoriosi adventus[z] per eosdem vallare sperabat, more solito excogitatis sue nequicie fraudibus tercium, videlicet K(arolum) comitem Provincie, virum utique generis nobilis et potentis, tunc[a] ad donacionem regni nostri, donacionis Guilielmi de Orenga[4] imitantem vestigia, contra nostrum, reipuplice, senatus, populi et comunis honorem studiis singulis convocavit. (8) Nos vero, qui sub Dei dextera victricis aquile nostre[b] signis clarissimis non solum singulas quasi regiones Ytalie possidemus, set eciam Sardinie ac Tunisy maris insulis dominamur et maiori[c] parti Romanie precipimus, nec non innumerabili nostri thesauri copia hominumque patenti potencia christianum quemlibet superamus, dominantes[d] ubique viriliter, ipsorum de apparatibus in aliquo non curantes, risimus et ridemus et, nonnullis ipsorum depopulatis, tantum

Marginal references: Act. 3, 6. — Luc. 24, 36. — Luc. 11, 21. — Prov. 21, 1.

**424.** e) *loco* Petri — sanctissime *C:* imperium in terra hedificavit . . . issime. f) ac *c.* g) lapsa *C.* h) apparent *C.* i) beatissimi *C.* k) est mihi *C.* l) ergo *C.* m) tunc et *C.* n) quum *male C.* o) manibus manibus . . . . *C.* p) *conieci;* licenciantes pro sapientibus *c.;* lic. proscripsimus *coni. C.* q) alias *c.* r) pacem quod *P;* pacem *C.* s) *corr. manu recentiore in* percipiemus *P.* t) quod *C.* u) tempora *P.* v) Percivallis *coni. C.* w) nostre *P.* x) actestatur *c.* y) *deest P.* z) adventu *C.* a) tam *c.* b) nostris *P.* c) maiorie *P.* d) set dominantes *c.*

1) *Cf. Ps. 17, 11 et 136, 1.* 2) *Cf. Prov. 20, 8.* 3) *Roncivallis certe intelligitur, ubi pugnavit Rolandus.* 4) *Wilhelmi de Baucio, ut videtur, de quo cf. supra nr. 54 et Böhmer, Reg. imp. V, 14043.*

provise[e] lascivie[f] vanis rumoribus, Parisius seu Bononie scolis parvo tempore studendo didicimus, tum quia eorundem ac ipsorum cuiuslibet non ignoramus potenciam, tum quia simili[g] ferventis incitacionis precipue[h] per antigradum[i,1] et deinde per regem Guilielmum, viros Germanicos utique ac excelsos plurimum et facundos, adversus divum augustum genitorem nostrum hactenus Romana ecclesia insudavit. (9) Verum ne impia illa mater de sue illicite superbie lascivia glorietur et sui ferocis excessus malum non transeat absque pena, cum lege Iulia[2] predicante[k] 'pena unius metus debeat esse multorum', ad puplicandam[k*] cognicionem sue apparencie imponentis et conculcandam superbiam sue fraudis, tam contra[l] nostre maiestatis preconia quam tocius reipuplice statum dudum concepte asperrime, in gremio sui nidi, videlicet in patrimonio sancti Petri, ad terras illustris viri Petri de Vico[3] dilecti fidelis nostri victoriosissimam nostre serenitatis maysnadam in eiusdem ecclesie Romane oculis satis prope[m] direximus, ut cum dicte nostre milicie[n] Theotonicis de iuris[o] apicibus disputet et contendat. (10) Et sic, dilecte nostre[p] alme Urbis dilecti, utique per nostre potencie dexteram vestro antiquo felici statui restaurandi, sicut et nos cupimus, si vestram excitatis memoriam, invenietis essenciam veritatis: illustrissimam magnificenciam nostram tanto vehemencius maximi nostri vigoris potenciores semper reassumpsisse processus et spiritus contra impiam diram matrem ac suos complices et fautores cuiusque generis, nacionis, quanto ipsius ecclesie ferventis temeritatis audacia suorum satellitum apparatu suisque agressibus, retrocedentis cancri naturam habentibus, necnon sentenciarum atque processuum suis fulminacionibus contra nostre potencie apices frequencius insultavit. (11) Prelibata[q] namque audiencie tue ideo[r] denotanda previdimus[s], felicissima urbs Roma, mundi ac imperii capud necnon sacrosancte matris ecclesie fundamentum, ut tue ymaginative discrete memorie partibus excitatis, circumspecte astucie indignacionibus, argute[t] subtilitatis intellectu perspicuo necnon intellectus sollicitudine animadvertas qualibet, quis dudum fuerit[u] excogitate caliditatis motus Romane ecclesie prelatorum, ut maiestatis nostre gloriam, vitam, felicissimo proposito de calamo nostri cordis ascripto, status imperii ac reipuplice restaurandi, turbaret et turbet. (12) Respondet in promptu ab inferioribus terre sitibus dolorosissimi plantus stridor conceptus, per medios[v] emanando meatus in superficie arida[w], ululatibus magnis[x] clamans, ut salus mundi, templum iusticie, imperii dignitas non resurgat. Clamat, clamat itaque tocius orbis amarus[y] anelitatis a vena[z] cordis decurrentis singultus nec tepescit sanguinis producio lacrimarum per quamlibet mundi partem[a] sue querule intestini ac inpacientis doloris decapillacionis capud devolvens et ait: 'O vos omnes qui transitis per viam, vos populi christiani, attendite et videte, si dolor meus est sicut tuus[b] dolor[4] et fletus meus fletibus[c] incolendus'. Contradicit enim impia facta[d] mater, que hactenus omnis sanctitatis speculo prefulgebat, imperii sacri affectare resurreccionem per singulas partes orbis, ut sola, suo[e] viduata consorte, latenti sue cupiditatis insidia quicquid est in orbe degluciat et lugubribus indumentis et[f] tecta sub velamine castitatis, in aperto ut vidua plorans virum, in abscondito, ut singula possideat, de ipsius obitu glorietur. (13) Prodeat ergo e celo iusticia et puniat delinquentes, quoniam[g] iusticie vetante docimine suis altaribus imminet prophanus avaricie

**424.** e) perverse? f) lascive *P.* g) filii *C male; desideratur nomen.* h) principio? i) *i. e.* antigravium, lantgravium. k) predictante *P.* k*) puplicandum *c.* l) *deest C.* m) puplice *C.* n) malicie *P.* o) *sic P;* viris *C; an legendum:* milicie viris de Theotonicis apicibus? p) dilecti nostri *P.* q) Prelibate *P.* r) iam *P.* s) providimus *C.* t) arguit *P.* u) fuit *c.* v) medicos *P.* w) aride *P.* x) magis *P.* y) amatus *P.* z) auena *P.* a) pro qualibet mundi parte *C.* b) suus *C.* c) *an supplendum* tuis? d) sancta *P.* e) sua . . . . *C.* f) *deest C.* g) quum *male C.*

1) *i. e. landigravium, Heinricum antiregem.* 2) *c. 1 C. I. 9, 27 (= c. 3 C. Th. 9, 27 ad l. Iul. repetundarum).* 3) *Cf. Böhmer, Reg. imp. V, 14062. 14072.* 4) *Cf. Thren. 1, 12.*

ardor, et de humilitate pacifica beati Petri primi pontificis hodie sacrosancte Romane prelati ecclesie, in Neronis impie superbie trono translati, pro[h] innumerabilibus miraculis olim in terra proditis virtute sanctorum pontificum antiquorum, nunc animarum luctus educati cunabulis, pro remissione peccatorum excidia predicantes, milia milium tristium animarum christiane fidei orthodoxe, nequaquam confessione pandita peccatorum, sathane conspectui representant. Heu, heu! dicit enim populus christianus: 'vere audita est vox in Rama, ululatus et plantus[1], et vere genus in genere pestibiliter in temporalibus est conversum'. (14) Quid plura? Universa ligare cupit in temporalibus renovata ecclesia, cui tantum in spiritualibus solvendi et ligandi[i] pariter potestatem Christus [ceteri] singula[k] dereliquid, nec est contenta suo nomine dignitatis ac fastigio sue sedis, in qua[l] tam sanctissimus pontifex vicarius Dei Petrus quam filii beatitudinis [ceteri][m] gloria in choro angelorum sanctissimo coronati retro temporibus consederunt. Ait ecclesia imperatrix, cornix[n] pennis[n*] sophistice[o] pavonis [induta]: 'Fungamur, fungamur utroque officio, imperii scilicet et papatus, et persequamur[p] cesareum sanguinem Friderici, ut illo repulso, cui antiqua consuetudine imperandi antonomasice[q] natura imperii arridebat, et inde suis filiis fecundabat, in fluctibus[r] potentis ecclesie percussus resileat et eiusdem exemplo ceteri gradus imperii acquirere non presumant[s]; et nos, quibus est utique potestas dominii a nostris predecessoribus derelicta ac eciam possessus[t] ex donacione[u] cesaris Constantini, ex plenitudine potestatis tam regibus singulis et eciam universis terre cunctis terminis, quam celestibus imperemus'. (15) Heu, heu populo christiano! quam surdum videatur et durum, Romana ecclesia impia facta matre[v], illud philosophicum[w] iuris scriptum: 'dum utrumque festinat, neutrum bene peragit'[x], non est opus probare divinis[y] exemplis, cum ipsis iudiciis mundi attestentur pericula; sic utinam affuissent. Cessent, cessent itaque[z] Romane prelati ecclesie falcem eorum mittere in segetem alienam, quoniam[a] non est[b] eorum agere quod dictum cesari reperitur: 'ecce do tibi merum imperium et gladii potestatem', cum[c] alibi[2] scriptum sit: 'que Dei[d] Deo, que autem sunt cesaris reddantur cesari'. (16) Quamquam[e] post mortem divi augusti genitoris nostri contra Deum et iusticiam hoc[b] usurpare temptaverunt[f] Romane prelati ecclesie, de piis impii, de sanctis iniqui, de pacificis bellici enormiter transformati[g], cum hoc[h] non possint nec debeant quoquomodo, ut sanctorum practica[i] et iuris theorica conprobatur. Nam ille inprovidus Constantinus temptans sacerdotibus[k] submittere alienum, nullius servitutis caracterem inponere potuit futuris imperatoribus, quibus solummodo iudicare[l], non autem leges imponere concedit, Codice . . l.[m] 'digna vox'[3]. Cum eciam par in parem[n] nullum imperium habeat, ut iure legitur Digestorum s. ff. de arbi. l. 'nam et magistratus'[4], preterea cum augustum ab augendo dici mandaverit legislator, iam dicto Constantino donante, non autem imperium ut tenebatur augente[o], fuit donacio illa nulla, cum et iuris alieni donacio in preiudicium domini vel cuius intersit[p] nullius iuris valletur auxilio, si Digestorum et Codicis volumina exquiruntur[q]. Vere quippe velocitati ventorum tradiderunt Romane prelati ecclesie, cum[r] prefate donacionis in-

**424.** h) pre *C.* i) agendi *c.* k) ceteris in gloria *c.; ceteri hoc loco delendum esse videtur; cf. not.* m. l) quo *C.* m) *deest c.; petivi e nota* k. n) corvinis *P;* corvina *C.* n*) pellis *c.* o) sophistica *P.* p) prosequamur *C.* q) antonomastice *male C.* r) inflictibus *C.* s) presummat *P.* t) possumus *c.* u) donacionis *P.* v) mater *c.* w) philosophi cum iuris *C; an* philos. cuiusvis? x) peragat *P;* quod *add. c.* y) diversis *C.* z) Cessent itaque cessent *Pipinus.* a) quum *C.* b) *sic Pipinus; deest c.* c) quum et *Pip.* d) sunt *add. Pip.* e) igitur *add. Pip.* f) temptaverint *C.* g) transformari *P.* h) *deest c.; adest Pip.* i) *sic Pip.;* patriarcha *c.* k) *sic Pip.; deest c.* l) indicare *P.* m) . . l. *des. P.;* de . . Lege *Pip.* n) in parem *superflua videntur.* o) non autem ut tenebatur imp. adaugente *Pip.* p) interest *Pip.* q) exquirantur *C. Pip.* r) cum — aspiraret *des. Pip.*

1) *Cf. Matth. 2, 18.* 2) *Cf. Matth. 22, 21. Marc. 12, 17. Luc. 20, 25.* 3) *c. 4 C. I. 1, 14.* 4) *l. 4 D. 4, 8:* nam magistratus.

valide ipso iure transgressionem aspiraret[s], vocem angelicam tunc dicentem[1]: 'hodie diffusum est venenum in ecclesia sancta Dei'. Ha Deus, quanta inani gloria extollitur hodie dira mater, que pro divinis celebrandis officiis, quibus et ipsa mater ecclesia sacrosancta et eiusdem prelati fuerunt divinitus dedicati, earum[t] cultu guerrarum 5 eterne dampnacionis viam christiano populo iugiter amministrat[u]. (17) Attendas igitur, mater imperii urbs Roma[v], cuius pestifere questionis exposite dudum pendens litigium auctoritate tui populi terminabitur[w], ut est iuris; nonne post tempora Constantini Iustinianum tunc[x] augustum Iohannes ipso tempore pontifex suis litteris premittebat, et idem in suis eundem postponebat pontificem? Certe legitur inter claras[y] 10 et liquet igitur, Codice 'de fide catholica'[2] dilucide approbante[z]. Qua ergo sue frontis audacia Romana ecclesia iura imperii poterit attentare? Certe non aliud ipsam[a] in tanti presidatus usurpacionem[b] hucusque prefert nisi pusillanimum Romanorum tolleracio inprovisa, que oblita sui nominis et honoris novercalis matris insidiis longevis iacuit offuscata temporibus, necdum in lucem et tramitem veritatis ob suorum familia- 15 rium longa discrimina resurrexit. Expergiscatur igitur stupefacta imperialis culminis tuis educato[b*] cunabulis solacio destituta; exurge quidem, o Roma, et intra claustra tui pectoris frequenti meditacione revolve, qualiter hactenus tuorum decurionum decreto, senatus auctoritate ac tui populi affirmacione in puplico in sede imperii cesar electus, nullo actu interveniente Romane prelatorum ecclesie, coronabatur[c] coram[d] tuis procon- 20 sulibus ab illustri Urbis prefecto[e]. Et nunc dictorum omnium Romana ecclesia te fecit penitus alienam; et prefati iuris privilegiorum suis[f] abusibus facta expers, ut pupilla non restituta in integrum usque ad fatalia tempora iacuisti. O radix felicissima invencionis imperii, primum concipiens cesarem, Roma maxima, mundi caput, nunc capite cares. Imperabas singulis terminis orbis terre, nunc vero imperiali nudata presidio 25 prostrata iacens intestinis guerrarum intus et extra iugiter stimularis aculeis. Universos mundi terminos [in] tranquillitate pacis[g] regimine tue gubernabas[h] industrie, nunc [te vero] ipsam gubernantis auxilio sic[i] privata[k] gubernare ignoras. In te fuit actenus sedes ac habitacio continua ecclesie sacrosancte, intra tuos sacros muros pontifex eligi consuevit; nunc vero per peregrinas civitates et villas Romana ecclesia fuit destituta 30 predictorum omnium incolatu. Considera igitur quid fecisti, et erubesce, animadverte que nunc es et agis, et ingemisce, quoniam[l] Romana ecclesia, ut tenetur affeccione materna, in nullo te respicit, set[m] tue reipuplice statum novercali sua insidia novercatur. (18) Et ideo ex mansuetudine serenitatis nostre tibi compacientes quam plurimum, te docere intendimus restitucionis in integrum titulum tibi modis omnibus opor- 35 tunum, ut te urbem inclitam, ad quam occulos maiestatis nostre dirigimus, solite tue dominacionis antiquo felicissimo statui restauremus, ut cupimus et nobis desuper[n] dandum divino consperamus[o] iudicio, cum scriptum sit: 'quod omnis potestas a Domino Deo est'[3], et iterum: 'omne datum optimum, omne donum perfectum de sursum est descendens a patre luminum', rursus: 'omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est 40 nichil'. Cuius equidem dextera maiestatis nostre gloria feliciter imperabit. Hec tecum agere intendimus, Roma maxima, mundi capud, ut tam auctoritate tui senatus, populi

Iac. 1, 17. Ioh. 1, 3.

**424.** s) transgressio aspiravit *c.* t) eorum *P.* u) amministrant *c.* v) Romana *P.* w) terminabiliter *C.* x) esse *C.* y) *sc.* litteras; claros *C.* z) approbatur *P.* a) ipsa *C.* b) usurpacione *C.* b*) educata *c.* c) coronabant *P.* d) cum *C;* tam *P.* e) . . . *add. C.* f) tuis *P.* g) . . . *add. C.* 45 h) gubernacionis *c.* i) set *P.* k) penitus *c.* l) . . quum *C.* m) tunc *add. c. ortum ex bis scripto* tue. n) te super *C.* o) conspiremus *C.*

1) *Huius narrationis documentum antiquissimum esse videtur carmen Waltheri de Vogelweide (ed. Lachmann p. 25); deinde adnotatio margini fol. 64 codicis Vindobonensis Hist. eccl. 29 manu saec. XIII. illata, quam repetivit Haupt ibid. p. 148 ex 'Archiv' VII, 475.* 2) *c. 8 C. I. 1, 1* (de summa trinitate 50 et de fide catholica) *continet epistolas Iohannis papae et Iustiniani imperatoris.* 3) *Cf. Rom. 13, 1.*

et communis imperii iura resurgant et magestas nostra imperii solio preponatur, quam, imperiali nostra potencia privilegiis renovatis, antiquissime tue sedis dominabilem gloriam reassumas[q], in qua olim singulis dominando tuorum imperatorum presidio duorum milium annorum curriculis et ultra si bene recolis presedisti. (19) Nec enim prefata sunt iuri contraria, set[r] consona racioni, cum legum voluminibus exquisitis intra sacrorum murorum tuorum[s] felicem circuitum illam eamdem hodie contineas potestatem, quam habuisti hactenus a primevo ad similitudinem iuris cessi, cuius[t] accio, cedentis ossibus radicata, transit utilis, non directa, et ideo in casibus quatuor, si cedens in agendo cedatarium[u] antecedat, apertissime iuri[v] Codicis[1] subiacet[w]. Nec tue[x] potest contradicere maxime potestati Lex Regia[2], qua cavetur, omne imperium omnemque potestatem Romanum populum in cesarem transtulisse, cum illa in iure condendo, non[y] enim circa eleccionem et formam imperii alloquatur[z]. Et sic predictis racionibus et aliis plurimis brevitatis reclusis[a] silencio donacio illa inprovida Constantini, si aliqua dici potuit, non tenuit in preiudicium alienum, utpote imperatorum subsequencium — ut in corpore Autenticorum[3] 'quomodo oporteat episcopos' circa principium est notatum — et eciam alme Urbis, a cuius primordiis imperii dignitas emanavit. (20) Preterea non est novum, si potencia nostre maiestatis[b] vult et esse debet predictorum omnium operatrix, cum legamus[c] Iulium Cesarem, suo motu invenientem primordia[d] imperialis fastigii, nullius auctoritatis suffragio primitus coronam[e] possedisse[f] imperii[g], eciam vestro invito senatu, quod potest forcius reputari, et hoc illud poete testatur Lucani[4]: 'traximus imperium quamvis nolente senatu'. Si predictus igitur, non tante nativitatis, dignitatis atque potencie sicut nostra prefulgens maiestas, a se ipso novitatis formam eduxit, multo racionabilius nos, editi de antiquissimo sanguine cesaris christiani[h], forme reddere possumus imperium reformandum, tum quia prerogativa nostre nativitatis cesarea ac imperii possessione amplixima christianum quemlibet superamus, tum quia tibi Rome[i] maxime nostre potencie confinibus confinamus[k], tum quia nostre prosapie non est novum, circa imperii libertatem se viriliter agere ac cunctis votis intendere. (21) Si victoriosissimi proavi nostri acta triumphorum felicium Romanorum industria perscrutetur, illuminetis namque, si curiosius indagatis, qualiter divus augustus primus dominus Fridericus proavus noster, eodem livore invidie a Romane prelatis ecclesie fatigatus, quo et maiestatem nostram torvis oculis nunc aspicit dira[l] mater, Mediolanum nolens ipsum in imperatorem recipere, potencia sua magna obsedit ipsumque taliter edomuit, quod ipsam civitatem, nitentem calcaneum erigere contra cesarem, finaliter tripertivit in burgos. Te ipsam Romam, seduccionibus Romane prelatorum ecclesie prefatum proavum nostrum in cesarem recipere recusantem, durissimis exagitatis preliis exquisivit ad ianuas, et te ipsam Romam, Romane prelatis ecclesie impugnantibus toto posse cesaree sue potencie, victorioso ac violento ingressu [intrando], intra[m] eciam muros tuos varia genera hominum triumphabiliter debellando, in ecclesie[n] sancti Petri altari divinitus dedicato imperii coronam per se ipsum et principes suos, edicto proposito quod nullus assisteret clericorum, principum, comitum, baronum et nobilium, proceribus[n*] ministrantibus feliciter, ut negocii natura poscebat, suo imposuit magnifico capiti, suis ac terre quibuscumque volentibus feliciter imperavit. (22) Et ideo nostre potencie monarchia, de tanto

**424.** q) reassummas *P.* r) si *C.* s) tuum *P.* t) iuris cessicius *P.* u) cedetarium *C.* v) iure *c.* w) sublicet *P;* subligat *C.* x) tunc *C.* y) nec *C.* z) alloquitur *C.* a) reclusit *c.* b) potencie nostre maiestas *P.* c) legimus *C.* d) primordiis *P.* e) corona *C.* f) presedisse *c.* g) imperio *C.* h) Christi *c.* i) Roma *C.* k) confirmamus *C.* l) respicit diva *C.* m) inter *C.* n) ecclesia *C.* n*) procerum *c.*

1) *De cessione agitur in Cod. I. 4, 39. Controversiae cuidam glossatorum alludi videtur.* 2) *Cf. c. 1 D. 1, 4.* 3) *V. Nov. Iust. 6.* 4) *Pharsal. I, 274 sq.*

proveniens sanguine, victoria[o] ac triumpho, tue sollicite obediencie, inclita urbs Roma, annunciat quod est scriptum: 'vobis[p] enim datum est nosse misterium regni Dei', tam imperii restaurandi quam tue reipuplice resanande, 'ceteris autem aliis in parabolis'[q]. Quis Germanicus, quis Yspanus, quis Anglicus[r], quis Francus, quis Provincialis, quisve cuiuslibet generis, nacionis nobis nolentibus tibi Rome poterit dominari et tui regiminis salubriter ministrare officium ac regimen tui populi et senatus? Quippe nondum spiritum produxit in ortum[s]. Que genera hominum advenientibus nostre potencie magnis paratibus resistere poterunt, quin[t] nostro arbitrio capitolium ascendamus? Incognita prorsus sunt populo christiano. Cuius potencie brachia cadavera tua, singulis sue denervacionis conglutinacionibus dissoluta, iacencia prostrata, dudum desperata, per singulos recolligere illaque recolligendo sanare [poterunt], quin eiusdem de malo in peius obducte iterum pateant cicatrices? Respondet mundi deposcens neccessitas: nemo[u] nisi maximi filius cesaris, cui predicta feliciter agere natura ex sanguine imperii edita tam antonomasice[v] quam evidencius amministrat. (23) Quare vos cives et incolas inclite alme Urbis, qui vestrorum[w] civium Brancaleonis Bononiensis[1], Manuelis de Maio[2], Boncontis Urbeveterani[x.3] necnon illustris comitis R(ichardi)[y.4] regimine[z] probavistis diminucionem[a] atque defectum vestri senatus pocius quam augmentum, quod patenter[b] ostenditur tam vestrorum hedificiorum ruina quam aliis maximi senatus preconiis diminutis atque sopitis, attencius requirimus et ortamur, quatenus sicut umquam diligitis statum vestre reipuplice restaurandum, non[c] autem nostre[d] magnificencie aculeis afflicionum acrius ac frequencius stimulandum, sub tuicione alarum nostre tonantis potencie quamtocius[e] accedentes, dicti comitis licencietis vicarium et exaltacioni nostri nominis totaliter intendentes, illud Codicis[5] ad vestram memoriam reducatis: 'ideo e celo Deus divinum proposuit imperium, ut eidem singule subiaceant naciones', quoniam[f] pro iam[g] dicta restauracione imperii ac reipuplice Romanorum ad sacri sumendum[h] dyadema imperii auctoritate sui senatus, populi et comunis [cum] maxime nostre potencie commitiva, Christi nomine invocato, advenire [ad] te Romam matrem et capud imperii properamus.

Marc. 4, 11.

Data Fogie, XXIIII. Madii, octave indiccionis.

**424.** o) victorie *P.* p) nobis *P. C.* q) aliis inparabilis *P.* r) quis Anglicus *des. P.* s) in ortum *P;* mortum *C.* t) potuerunt qui *P;* in *add. c.* u) necessario *C.* v) antonomastice *C.* w) nostrorum *c.* x) urbe veteram *P.* y) B. *c.; est Richardus de Cornubia rex.* z) regimina *P.* a) diminutionis atque defectus v. s. p. q. augmenti *c.* b) potenter *C.* c) nec *C.* d) vestris *c.* e) quam cicius *C.* f) quum *C.* g) tam *P.* h) summendum *P.*

1) *Brancaleo de Andalò a. 1253 (non vero 1252) m. Aug. senator creatus in triennium, a. 1255 m. Nov. captus, a. 1256 c. m. Aug. liberatus et a. 1257 c. m. Mai. iterum creatus, a. 1258 mortuus est; v. Mathei Parisiensis Chronica maiora SS. XXVIII, 332. 356. 359. 361. 377. 385 cum notis; Schirrmacher 'Geschichte der letzten Hohenstaufen' 44 sq., Gregorovius 'Geschichte der Stadt Rom im Mittelalter' V, 280 sq. Post Brancaleonis mortem avunculum eius senatorem creatum esse, auctor est Matheus p. 385, quem Castellanum de Andalò fuisse dicunt Gregorovius et Schirrmacher.* 2) *Manuel de Maio seu de Madio a. 1256 in. senator creatus a parte Guelfica, a. 1257 fugatus est; v. Matheum Parisiensem p. 368 et 377 cum notis et libros modo laudatos. Gregorovius V, 315 eum in bello civili a. 1257 occisum esse contendit, at in Regestis imperii V, 14062 adhuc a. 1258 senator M. occurrit.* 3) *De hoc nil compertum habemus; fortasse fuit senator a parte Guelfica post mortem Manuelis creatus. Capasso p. 283 not. 3 Boncontem fuisse suspicatur eundem atque Iohannem Poli Conte.* 4) *V. Romanorum epistolam ad Richardum regem c. 1261. mense Apr. datam, quae infra in Appendice Variorum prodibit.* 5) *In Corpore iuris reperiri non poterat.*

# APPENDIX III.

# SCRIPTA PACIS.

---

## 425. PAX COMITATUS HAINOENSIS.

### 1200. Iul. 28.

*Dedit vir cl. Arndt ex autographo tabularii Montensis et vulgavit in SS. tomo XXI, 619. Ediderunt prius Marteneus in 'Thesauro anecdotorum' I, 767 ex manuscripto Camberonensi et cartario Hasnoniensi dominorum de Avesnis, van Lokeren 'Chartes de St. Pierre de Gand' I, 221 nr. 410 e 'Cartulario Nr. 10 p. 89'', ex autographo Faider 'Coutumes du pays et comté de Hainaut' I, 7, qui animadvertit, sex sigillorum, quae olim appendebant, duo modo superesse, nempe Waltheri de Avesnes et Alardi de Chimay, item Devillers 'Description analytique de cartulaires et chartriers utiles à l'histoire du Hainaut' IV, 16, qui autographon in latere dextero vocem* CYROGRAPHV *gestare dicit. — Böhmer, Reg. imp. V, 10642.* *(P. deest.)*

Hec est forma pacis in toto comitatu Hainoensi, quam dominus comes Flandrensis et Hainoensis Balduinus et viri nobiles et alii milites iuramentis suis assecuraverunt et confirmaverunt appositisque sigillis suis tam domini comitis quam virorum nobilium roboraverunt:

1. De hominibus igitur, qui milites vel filii militum non fuerint, mortuum pro mortuo, menbrum pro menbro. Filii vero militum qui usque ad vicesimum quintum etatis sue annum non fuerint facti milites, post vicesimum quintum annum tales erunt ad pacem quam rustici.

2. Si quis homo hominem invaserit quod vulgariter assallire dicitur, et homo qui assalitus erit supra corpus suum defendendum interfecerit illum qui eum assalaverit, pacem firmam inde debet habere erga dominum et erga amicos occisi.

3. Si quis in custodia fructuum terrarum suarum vel nemorum vel aquarum per se vel per servientem suum panna seu vadia accipere voluerit, et ei pannum vel vadium denegatum id est sconditum fuerit, et inde inter eum et illum qui vadium denegarit id est scondiverit, quem supra suum invenerit, rixe et contentiones vel conflictus moveantur, et ille, cuius fuerit terra vel nemus vel pratum vel aqua, illum interfecerit, quem supra suum invenerit, nulla in eum fiet vindicta, nec ille faciet emendationem aliquam, sed pacem firmam habere debet.

4. Si homo hominem interfecerit et ille homicida aufugerit, eius amici et proximi eum abiurare et foriurare debent, et sic pacem habere debent. Qui vero foriurare noluerit, talis erit qualis et homicida, qui aufugerit, quousque eum foriuraverit. Si quis cum homicida fugerit, vel occasione illa se absentaverit et patriam exierit, quod homicidam abiurare noluerit, infra annum redire potest et foriurationem facere, post annum vero non plus redire potest, quam ille qui malefactum perpetraverit, et infra annum illum, dominus in cuius iusticia manserit, mobilia illius habebit ubicumque fuerint illa in comitatu Hainoensi.

5. Amici autem et cognati illius hominis, qui occisus fuerit, debent assecurare omnes homines illos qui homicidam foriuraverint, qui vero illos assecurare noluerit, in eodem puncto erit, quo et ille qui malefactum fecerat, hoc tamen addito quod postquam ammonitus fuerit de assecuratione illa facienda, de die in crastinum usque ad vesperam patriam potest exire, et dominus in cuius iusticia manserit, mobilia illius habebit, sicut predictum est. Si vero post ammonitionem patriam non exierit de die in crastinum, de eo fiet idem, quod de illo deberet fieri, qui malefactum perpetraverat; hic etiam infra annum redire potest ad assecurationem faciendam.

6. De menbro ablato erit ad pacem eodem modo ad valentiam facti, videlicet de ablatione menbri et de foriuratione et de assecuratione.

7. Homicide, qui fugerit, et illius hominis, qui alii menbrum abstulerit et aufugerit, dominus, in cuius iusticia manserit, mobilia omnia ubicumque fuerint in comitatu Hainoensi et fructus terre unius anni habebit. Fugitivi quidem vel banniti hominis terram ultra annum dominus tenere non potest, sed transacto anno propinquus heres illius hereditatem et terram eius habebit, si eum abiuraverit.

8. De occiso homine mortuam manum habeat ille, cuius servus vel de cuius advocatia fuerit.

9. Si homo fugitivus, qui hominem interfecerit vel homini menbrum abstulerit, vel bannitus in patriam redierit, nulla villa libera nullusque dominus vel homo illum tueri vel garantire potest, quin ubicunque inventus fuerit eum capere possit omnis, qui pacem iuraverit; captum vero debet presentare illi, supra cuius iusticiam captus fuerit, ut ille inde iusticiam et vindictam predictam faciat. Quod si ille non fecerit iusticiam et vindictam, dominus comes Hainoensis eam facere debet.

10. Si homo vulneratus fuerit vel graviter lesus, unde de morte vel menbri perditione dubitetur, vulnerator vel lesor tenendus est et custodiendus, quousque visum fuerit, quid de vulnere illo vel lesione evenerit. Si miles hominem illum tentum in custodia habuerit et ei evaserit, miles iurare debet se tercio militum, quod absque culpa sua ei evaserit, salva tamen bona pacis veritate. Si autem villico alicui vel baiulo vel cuilibet homini, qui miles non fuerit, homo ille tentus et custodiendus evaserit, se septimo hominum iuret, quod absque culpa sua ei evaserit, salva tamen bona pacis veritate.

11. Qui cultellum cum puncta portaverit, nisi sit venator vel coquus vel macellarius vel alienus homo transiens per patriam, emendare debet per sexaginta solidos denariorum illi, in cuius iusticia inventus fuerit; si autem pre paupertate emendationem illam solvere non potuerit, auris ei amputetur.

12. Emendatio malefactorum in omnibus villis, in quibus forum non currit, de vicino scilicet contra vicinum, tam in hominibus domini comitis quam aliorum, hec est: De homine roisnato vel de menbro fracto quinquaginta solidi denariorum dandi sunt, unde homo lesus triginta solidos habeat, dominus vero, in cuius iusticia manserit homo lesus, viginti solidos; de effusione sanguinis triginta solidi, de quibus homo lesus medietatem habeat, dominus vero, in cuius iusticia manserit homo lesus, aliam medietatem; de capillatione vel percussione sine sanguine quindecim solidi, unde

capillatus vel percussus medietatem habeat, dominus vero, in cuius iusticia manserit, aliam medietatem. Hec omnia per bonam veritatem comprobanda sunt, si vero veritas non comparuerit, ille, qui alterum inculpaverit, iuret solus, quod ille eum leserit aut percusserit vel capillaverit, alter vero se tercio iuret quod inde culpabilis non sit, et per hoc pacem debet habere. In iuramentis istis nulle occasiones sunt ammiscende que gitta dicuntur.

13. Si quis hominum, quorum emendationes sunt in quinquaginta solidis[a], vel triginta vel quindecim, missus fuerit illi, ad quem pertinet iusticia pro homine suo, qui lesus fuerit, si infra quindecim dies emendationem solvere non potuerit vel noluerit, dominus iusticiam inde faciet secundum malefactum; si autem ille aufugerit, fugabitur, sicut alii banniti, et cum fugabitur, amici eius pacem habebunt. Per has emendationes pax firma debet esse inter dominos et vicinos et homines, tam de hominibus domini comitis quam aliis.

Hec omnia dominus comes Flandrensis et Hainoensis Balduinus et homines sui viri nobiles et alii milites quorum subsecuntur nomina tactis sacrosanctis se plenarie observaturos iuraverunt: Philippus videlicet marchio Namucensis sepedicti domini comitis germanus, Henricus etiam eiusdem comitis germanus, Walterus de Avethnis, Alardus de Cimaco, Rasso de Gaura, Gerardus de Iace, Eustachius de Ruez, Nicholaus de Barbencione, Willelmus prefati comitis patruus, Egidius de Trasiniis, Willelmus de Kevi, Renerus de Trit, Nicholaus de Ruminio, Engelbertus de Aenghien, Arnulfus de Morelmerz[b], Godefridus de Tuin, Willelmus de Hausi, Alulfus filius eiusdem Willelmi, Walterus de Villa, Walterus de Kauren, Nicholaus de Condato, Hugo de Gaia, Bernerus de Roucurt, Nicholaus de Manwat, Hugo de Beverna, Egidius de Brena, Henricus frater eius castellanus Binciensis, Osto de Wadripont, Nicholaus de Flamengeria, Henricus castellanus Montensis, Gillenus castellanus Bellimontis, Osto de Arbro, Balduinus de Sancto Remigio, Walterus de Sotenghien, Arnulfus de Aldenarda, Gerardus de Sancto Oberto, Henricus patruus sepedicti comitis, Adam de Walencurt, Egidius de Berlenmont, Hugo de Sancto Oberto, Gerardus prepositus Duacensis, Walterus castellanus Duacensis, Petrus de Duaco, Stephanus de Deneng, Iohannes de Semeriis, Iohannes de Herirpont, Balduinus de Strepi, Alardus et Nicholaus et Walterus filii eiusdem Balduini, Egidius de Hovis, Ulbaldus de Haruen, Balduinus de Valencenis, Renardus de Strepi, Robertus de Loviniis, Nicholaus de Montinio, Hugo de Harven, Walterus de Harven, Franco de Feslui[c], Fastredus de Cambron, Renerus de Montibus, Karolus de Cruce, Drogo de Quarinun, Romundus de Quarinun, Gossuinus prepositus Sonegiensis, Walterus de Blanden, Gerardus filius eius, Obertus de Fantiniis, Egidius de Montibus, Willemus de Montinio, Balduinus de Curtisolra, Alardus de Grandirivo, Gillebertus Cornutus, Willelmus Flaons.

Actum anno verbi incarnati millesimo ducentesimo, Montibus in castro, V. Kal. Aug., feria VI. ante festum sancti Petri ad vincula.

---

# 426. PAX EPISCOPATUS BRIXINENSIS.

**1229. ante Sept. 1.**

*Haec pacis forma, quam iam ante hos octoginta annos 'ex archivio aulico Brixinensi' vulgavit Hormayr 'Beyträge zur Geschichte Tirols im Mittelalter' I, 2, 170 nr. 78,*

425. a) solid' *or.* b) Morelmeiz *F. D.* c) Fellui *F. D.*

*viros doctos adhuc omnino latebat. Nobis sollicitantibus vir cl. Oswaldus Redlich, operis nostri benevolentissimus adiutor, apographon saec. XVII. in tabulario praefecturae Oenopontano exstans primum detexit et exemplavit; deinde eo mediante vir rev. Ammann professor Brixinensis autographon, quod adhuc superstes est in tabulario aulico episcopi Brixinensis, contulit. Cui appendent loris membranaceis sigilla comitis Tirolensis, episcopi, capituli.* *(P. deest.)*

Anno dominice incarnationis MCCXXVIIII, indictione II. Hec est forma pacis facta per dominum venerabilem episcopum Heinricum Brixinensem, annuentibus et consulentibus dominis canonicis, scilicet domino Win.[a] preposito et domino H.[b] decano et universo capitulo nec non et domino comite Alberto Tyrolensi eiusdem ecclesie advocato simul et universis ministerialibus ecclesie Brixinensis, a proximo die nativitatis Domini per triennium observanda, sicut iuratum est a melioribus et maioribus. Dec. 2.

1. Primum vero dominus episcopus simul cum comite fide data in manus domini H.[c] decani laudaverunt, quod quicquid dominus prepositus et decanus et comes et dominus H. de Tufers et dominus F. de Skoneck et dominus Arn(oldus)[d] de Rodanck et dominus W. de Velturns et dominus . .[e] de Castelrut et dominus Ver(nerus)[f] de Skenkenberch dixerint et invenerint ad hanc pacis formam observandam, ratum habebunt et firmum et promovebunt; et sibi invicem usque ad predictum terminum dominus episcopus et comes favebunt et asstabunt et neuter alterum in hoc derelinquet sub eodem laudamento et iuramento, neuter eorum etiam nullam facere debet cum aliquo conspirationem, altero nesciente et dominis prenominatis.

2. Isti sunt termini infra quos hec pax debet observari: a castro Niwenburch usque ad terminos Tridentini episcopatus et ex alio latere usque ad lacum in Mittenwalde. Omnes, qui in terminis hiis constituti, universaliter pacem hanc[g] iurare debent. Quod si quis non faceret, se termino[h] sciente, extra pacem erit, et nemo in illo pacem violabit.

3. Omnis homo quicquid proprietatis et feudi iuste et rationabiliter quiete possidet, secundum formam pacis et iustitiam possideat; et si vero ab aliquo impetitur, coram iudice conveniatur. Quod si quis non fecerit, pacem violavit.

4. Si quis aliquem occiderit, si se iuste et legitime defendendo personam suam expurgare non poterit, capite plectatur. Si quis aliquem vulneraverit, manu truncabitur, si se similiter non poterit expurgare. Si vero quis super hiis a iudicio declinaverit legitime citatus, iudex de omnibus suis se intromittet et passo iniuriam de hiis satisfaciet, et omnes qui pacem iuraverunt illum persequantur. Si quis[i] ab aliquo deprehensus fuerit, iudicio presentetur.

5. Mercatores et viatores universi per stratam publicam pacem habeant et securitatem. Si vero aliquis illos offenderit aut aliquid eis abstulerit aut impignoraverit, iudice non requisito, pacis violator erit et tanquam strate raptor punietur.

6. Unusquisque proprietates suas et feoda et omnia bona sua et honorem suum quiete possideat, et si ab aliquo in hiis gravatur indebite et contra iustitiam, de hoc coram iudice querimoniam deponat, et si infra XV dies reus commonitus ab iudice non satisfaceret iniuriam passo, pacem violavit.

7. Si aliquis inimicus est alterius, propterea ipsum non debet offendere in aliquo nec gravare nec captivare, iudice non requisito; quod si quis faceret, pacis violator erit.

**426.** a) Winthero *supplevit apographon.* b) Henrico *supplevit apogr.* c) Heinrici *supplevit apogr.* d) Arñ *or.; supplevit apogr.* e) H. *supplevit apogr.* f) Ver*s* *or.;* Wernerus *apogr.* g) *supra lin. add. or.* h) tercio *incertum or.;* triõ *apogr.; legendum esse videtur* terminos. i) $\bar{\eta}$ *seu* $\bar{q}$ *incertum or.;* quis *apogr.*

8. Secundum statutum huius pacis infra terminos prenotatos nullus miles, nullus servus nec aliquis alius cultellum aut . . . .[k] ferre debet preacutum[1] aut lanceam; quod si quis fecerit agnita forma pacis, libras V Veronensis monete solvat. Si aliquis deprehensus fuerit portans cultellum acutum in absconso, manum perdet.

9. Quicunque infra muros civitatis Brixinensis sive alienus sive indigena gladios, cultellos et alia arma in hospicio relinquat; quod si quis non faceret monitus ab hospite, libras V solvat iudici. Si vero hospes ipsum non ammonuerit, libras V solvet. Quicunque Brixine in nocte in armis deprehensus fuerit aut aliquid violenter abstulerit, pacem violavit.

10. Quicunque aliquem depilaverit aut percusserit aut fustigaverit aut quocunque alio modo leserit, preter effusionem sanguinis, libras X solvat iudici. Omnis iudex in suo districtu predictam pene pecuniam recipiat.

11. Quicunque pacem iuravit, si alicui abstulerit aliquid violenter, duplum reddat leso et iudici tantum quantum accepit; lesus autem, postquam dampnum acceperit, non se debet aliquo modo vindicare, sed iudicium et iudicem requirere.

12. Omnis homo qui potest arma deferre, pacem iuret, et omnes sive viri sive femine pacem habeant.

13. Postquam dominus episcopus sub sigillo suo hanc formam pacis in quocunque loco notam fecerit, abinde ad tres dies hec pax initium habebit.

14. Quisquis miles habens redditus XV marcarum ultra dextrarium infra epyphaniam proxime venturam habeat et cooperturam. Si neglexerit, C libras iudici solvat et extra pacem erit. Similiter quisquis servus habens in redditibus ad XV marcas et in domo propria hospes existit, infra predictum terminum habeat dextrarium cum coopertura; quod si non habuerit, consimili pena punietur. Quisquis miles vel servus equum suum vendiderit, infra dies XV alium rehabere debet.

1230. Ian. 6.

15. Hec pax ita statuta et iurata et confirmata est, ut omnes homines pacem habeant, divites et pauperes, clerici et laici, iuvenes et senes. Et quisquis pacis huius violator erit, periurus est et pro periurio debet excommunicari et proscribi ab illo, in cuius iudicii[l] districtu manet; et dominus episcopus et comes advocatus et omnes unanimiter debent ipsum persequi. Si quis vero ipsum observaret aut aliquod refugium prestaret, tanquam pacis violator habebitur et consimili pena puniatur.

16. Quicquid supradicti VIII viri simul cum episcopo et comite excogitare poterunt adhuc melius et utilius quod faciat ad hanc pacem, similiter debet ab omnibus observari.

---

# 427. PAX BAWARICA.

## 1244. ante Iul. 25.

*De scriptis huius Pacis et illius anni 1256 (infra nr. 438), postquam a. 1867 egregie egit vir cl. de Rockinger 'Abhandlungen der bayerischen Akademie' X, 410 sq., idem vir doctissimus, iam inspecto et excusso codice, nuper a. 1891 fusius et diligentius disseruit in libello 'Denkmäler des baierischen Landrechts vom 13. bis in das 16. Jahrh.' II, 10 sq.,*

**426.** k) sle.aipum *incertum or.*; clypeum *male apogr.*; *legendum videtur* cnipum. l) iudicio *or.*

1) *Cf. Pacem Bawaricam a. 1244 infra nr. 427, c. 93. 94; Pacem Bawaricam a. 1256 infra nr, 438, c. 69.*

*quem etiam nova scriptorum ipsorum editione adornavit. Ad has clarissimas dissertationes reicientes lectorem, qui plura de fatis et de ratione horum monumentorum cognoscere vult, ea tantum hoc loco ex illis exhibemus, quae ad codicis indolem et ad editionem nostram recte intelligendam pertinent.*

*Servata sunt monumenta nostra in solo codice notissimo tabularii Vindobonensis 581 (Reichs-Sachen 14 A) saec. XIII, qui collectionem Hermanni abbatis Altahensis continet. Et quidem Pax a. 1244 primitiva (c. 1—81)*[1] *comprehenditur foliis CX′—CXII′, excepta ultima paginae CXII′ tertia parte, ubi sequuntur in spatio parvo prius vacuo relicto, quod clauditur per cartam Hermanni abbatis, capita 82 et 83, in margine exteriore c. 84 et in imo margine c. 85 post addita, scripta altera manu*[2]*, quae ultimo c. 85 presso pede adnotationem subiunxit:* Reliqua de forma pacis require ante XXIII folia. *Quam adnotationem spectare ad folium XXXVI, argute coniecit vir cl. Rockinger. Hic eadem altera manu leguntur capita 86—97. Folia CX′—CXII (excepta pagina CXII′) iam cancellata sunt, fortasse quia normae ibi scriptae post Pacem a. 1256 constitutam vim amplius non habebant. Praeterea textus*[3] *Pacis primitivae multoties manu illa altera variatus, auctus seu decurtatus est*[4]*, duo capita (c. 50. 67) addita, duo capita (c. 19. 21) oblitterata sunt, quorum unum caput 19 capite 87 post addito expletum est*[5]*. Cum omnes hae immutationes itemque additamenta ad textum Pacis a. 1256 vergant, vir cl. Rockinger recte iudicavit, ea orta esse e scripto Pacis, quae inter a. 1244 et 1256 erecta esset, forte a. 1247, quo anno terminus Pacis a. 1244 exivisset. Huic scripto fortasse, ut disseruit vir doctissimus, ea tantum vindicanda sunt, quibus primitivus Pacis a. 1244 textus variatus est et insuper capita 82—85; capita 86—97 recedunt ad scriptum Pacis posterioris, quae a. 1250 fortasse constituta est. Cum etiam in his capitibus 86—97 immutationes nonnullae appareant, quae textum Pacis a. 1256 sapiunt, hae scripto Pacis a. 1253 ictae deberi videntur. Res certe difficilis est ad diiudicandum, praesertim cum omnes immutationes et additamenta eodem tempore exarata esse, exploratum non sit. Lemmata, quae capitibus pacis provincialis inde a capite 13 in margine a manu illa altera addita sunt, scripto Pacis genuino propria certe non erant, potius normas facilius inveniendi gratia posita esse videntur.*

*Pacem a. 1244 Ratisbonae constitutam esse, testantur Annales S. Rudberti Salisburgenses (SS. IX, 788) his verbis:* Dominus dux Bawarie curiam Ratispone, presentibus Eberhardo Salzpurgensi archiepiscopo et aliis principibus, celebravit; ubi pro reformatione status terre aliqua instituta edita fuerunt.

*Ediderunt Pacem e codice Chmel 'Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen' I, 44, Wittmann 'Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Geschichte' V, 77 nr. 36, optime Rockinger l. c. 37 sq. Ad editionem nostram parandam codicem (exceptis capitibus 86—97) denuo contulit diligentissime v. cl. Holder-Egger, cui debemus etiam ea, quae de codicis indole et de manibus variis diversa a descriptione Rockingeriana proponuntur. Textum nostro more capitibus distinximus, quorum numeri aliquantum abhorrent a numeris capitum editionis Wittmannianae et plus a numeris articulorum et paragraphorum editionis Rockingerianae. Quare numeros Wittmannianos primo, Rockingerianos secundo loco uncis inclusos nostris adiecimus et in margine capita Pacis a. 1256 congruentia posuimus. Quae in textu capitum 1—81 uncis inclusimus, ea omnia altera illa manu textui priori addita esse nec unquam textus prioris propria fuisse bene*

1) *Si Pacem primitivam hoc loco capitibus 1—81 concludimus, excipias volumus capita in margine foliorum CX′—CXII′ post addita, quae in dinumeratione nostra cum primitivis numeravimus.* 2) *Quae manus utrum scribae prioris, qui post decem vel viginti annos minus accurate alioque ductu scribebat, an alterius hominis fuerit, discerni non potest.* 3) *In solis capitibus 14 et 57 nonnulla verba supra lineam addita sunt priore manu, ut correcturas capitum 2. 7. 13. 45. 50. praetermittam.* 4) *Cf. imprimis c. 22. 24. 27. 37. 42. 49. 51. 54. 63. 69.* 5) *Caput 47 non oblitteratum capite 85 expletur.*

*scias. Lemmata codicis, quamvis genuina non sint, in linea posuimus, quippe quae ad normas singulas inveniendas apta esse videntur. Caput unum pacis provincialis, quod in codice aberravit inter capita 11 et 12, quae pariter ac capita 1—10 de treuga manuali agunt, Pacem a. 1256 secuti aptiore loco (c. 59) posuimus. — Böhmer, Reg. imp. V, 11437.*
*(P. deest.)* 5

Anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quarto Otto comes palatinus Rheni dux Bawarie hanc formam pacis iuramento confirmavit â festo beati Iacobi per tres annos, iurantibus secum Eberhardo Salzeburgensi archiepiscopo, Rvdgero Patauiensi, Sifrido Ratisponensi, Chunrado Frisingensi, Friderico Eihstetensi, Heinrico Babenbergensi episcopis, simul universis comitibus ac nobilibus cum ipsis 10 iurantibus.

De[a] treugis id est hantfrid.

c. 1. 1. (1. I, 1.) Sic de treugis manualibus est constitutum: ut si aliquis treugas manuales inter duos inimicos fecerit et unus illorum eas violet, ille qui treugas fecit si tercius violationem probaverit[1], violator exlex iudicetur, ita ut sentencia nec expurgatio 15 eius deinceps super aliquo admittatur.

c. 2. 2. (1. I, 2.) Si vero factor treugarum violatorem causa dilectionis quietum dimittere conatur, iudex vel comes[b], in cuius est comitîa, ipsum qui treugas fecit inpetens ad XIIII dies citet. Et[c] si se die assignata iudicio[d] non presentaverit vel legitimum inpedimentum non probaverit, eidem pene teneatur, cui et is qui pacem violat[e]. Et 20 iudex potestatem habeat, tercius probare contra violatorem eundem excessum. Si vero factor[f] treugarum legitimum inpedimentum vel quod dies sibi non fuerit intimata pretenderit, propter quod non potuit exequi citationem, alia dies ut iustum est ipsi assignetur.

c. 3. 3. (1. I, 3.) Item si talis vel tantus est qui pacem violat, quod is qui eam fecit 25 non audet inpetere, iurare debet quod metu persone ipsum non auderet inpetere nec super tali excessu contra eum inducere probationem.

c. 4. 4. (1. I, 4.) Vel si forte treuge violate sunt illo nesciente qui eas fecit, similiter eius iuramentum quod eas nescierit violatas accipiatur.

c. 5. 5. (2. I, 5.) Item si aliquis dat treugas inimico suo pro se et suis fautoribus et 30 unus fautorum eas violaverit et non fuerit emendatum, is cuius fautor est, postquam sibi constiterit, eum â se penitus excludens se debet expurgare, quod sine sua consciencia et voluntate factum sit, et pro lesi voluntate contra ipsum stare. Et si[g] postmodum ipsum resumpserit, reus erit cum fautore treugarum violationis.

c. 6. 6. (3. I, 6.) Item si duo inimici, qui treugas[h] inter se fecerunt, sibi invicem occur- 35 runt et cum altero eorum est inimicus alterius, qui cum eo treugas[h] non habet, et ille presumens de socio inimicum vult ledere, comes suus, qui amicus est alterius vel qui cum eo treugas[h] fecit, hoc debet intervenire. Quod si non potest, debet eum adiuvare. Quod si non fecerit, pacem vel fidem violat.

c. 7. 7. (4. I, 7.) Item si duo amici vel inimici treugas[h] inter se habentes sibi invicem 40 occurrunt, et unus illorum ducat aliquem, qui cum obviante treugas[h] non habet, metuens quod obvians comitem suum ledere velit, vadat ad eum dicens: 'Talis est mecum cum quo treugas[h] non habetis, deferte michi hoc in tempore, ne ipsum penes me ledatis[i]'. Et si[i*] obvians propterea non desistet, ipso inmittente, si inimicus, treugas[h], si vero amicus, fidem violat. 45

427. a) De — hantfrid *alia manu in margine c.* b) com̄ *c.* c) *praecedit signum paragraphi? c.* d) *eadem manu superscriptum c.* e) uiol' *similia semper c.* f) *bis scriptum, prius deletum c.* g) p'tq̄ (postquam) *add., sed deletum c.* h) treuḡ *c.* i) ledetis *eadem manu corr.* i*) *deest c.*

1) *Cf. Heinrici regis constitutionem a. 1234 supra nr. 319 c. 5 et Pacem Moguntinam supra nr. 196 c. 3.*

8. (5. I, 8.) Item si contra[k] violatorem treugarum necessarius est testis aliquis excommunicatus vel proscriptus, pace et securitate sibi per eandem diem facta ab omni impeticione et a iudice dato sibi conductu de loco ad locum probationis, nec attestatio eius super casu excommunicationis[l] et proscriptionis debet repudiari. c. 8.

9. (6. I, 9.) Item nullus, postquam treuge facte fuerint, eis renunciare debet ante terminum statutum. Qui autem fecerit, pacem violat. c. 9.

10. (7. I, 10.) Item cum duo inimici treugas[m] inter se fecerint, et unus illorum aliquem fautorum vel hominum suorum de treugis[m] excluserit, pro quo forte nequit vel non vult treugas[m] stabilire, debet eum a se removere et excludere penitus nec contra[k] eum, cum quo treugas[m] iniit, aliquod ei, quamdiu treuge durant, auxilium prestare. Quod si fecerit, pacem[n] violat. c. 10.

11. (8. I, 11.) Item si quis sub treugis[m] lesus fuerit, sine querimonia se non vindicet. Quod[o] si fecerit, pacem violat[p]. c. 11.

12. (10. I, 12.) Item si treuge inter duos inimicos facte fuerint et unus eorum alicui infra terminum treugarum occasione consanguinitatis vel stipendii contra[k] reliquum prestiterit[q] auxilium, pacem violat. c. 12.

Explicit[r] der hantfrid.

Hec est forma de generali pace provincie.

13. (11. II.) De nociva domo. Si qua domus vel castrum denunciatum[s] fuerit publice super aliqua rapina, specialiter exprimi debet, quis fecerit vel quomodo factum sit. Tunc dominus domus hunc removebit qui fecit, decuplo rapinam restituens, vel puniendum ipsum iudici offeret. Si dominus domus extra provinciam est, domus in qua rapina facta est eiciatur de castro et exuratur. c. 13.

14. (12. III, 1.) De hiis qui servant malefactores. Item quicumque servaverit malos homines et convictus fuerit de ipsis, plenam ab eis exhibeat iusticiam. (III, 2.) Set si ab eo recesserint, nichilominus ipse erit satisfacturus super universis que fecerunt, dum secum essent; nec idem dominus propterea erit infamis vel homo dampnosus denunciabitur[t], taliter satisfaciens. c. 14.

15. (13. IV, 1.) De raptoribus. Item de raptoribus denunciatis, si die prima sibi â iudice data cum suis fideiussoribus se iudicio absentaverint, iudex eos statim proscribet, et episcopus cuius sunt dyocesani eos exconmunicabit. (IV, 2.) Sed si diem statutum se non percepisse vel legitimum inpedimentum probaverint, alia dies eis assignabitur ad statuendos eorum ut antea fideiussores. c. 15.

16. (14. V.) De nociva domo. Item si in foro vel in villa una domus vel plures denunciabuntur, exuri debent sine dampno aliorum domuum, vel de licentia iudicis[u] estimari et vendi, et de hac pecunia respondere querelantibus. c. 16.

17. (15. VI.) De nocivis hominibus. Item hominum dampnosorum vel proscriptorum nec dux nec episcopus aliquem per contractum, resignationem feodorum vel contradictionem allodiorum debet eum assumere, ut ipsum ab huius iudicii liberet statutis. c. 17.

18. (16. VII.) De homicidis. Item qui hominem occiderit, pro eo capite plectatur, nisi tercius quod se defendendo fecisset probaverit. c. 18.

19. (17. VIII.) De raisa. Item[1] qui manifestam reisam fecerit, capite privetur.

20. (18. IX, 1.) De advocatia. Item si duo guerram inter se habuerint, neuter alterius advocatiam invadat[2]; alioquin pacem violat. c. 21.

427. k) cc̈ *c.* l) excōis *c.* m) treug̈ *c.* n) p. uiol'. *c.* o) ꝗ ſ. f. p. v. *c.* p) *hic sequitur in codice caput* De pignore, *quod infra c. 59 posuimus. Vide praefationem.* q) pstitſıt *c.* r) Expl. der h. *om. c.* s) den. fuerit *eadem manu in margine suppl. c.* t) denuciabitur *c.* u) iud' *c.*

1) *Hoc caput oblitteratum in codice, postea auctum et emendatum est in c. 87; cf. Pacem a. 1256 c. 20. Cf. etiam Pacem Saxonicam supra nr. 280 c. 17.* 2) *Cf. Heinrici regis pacem a. 1224 nr. 284 c. 18, Pacem Moguntinum nr. 196 c. 2.*

21. (19. IX, 2.) Omnis[v] nisi iure redditibus advocatie utatur; alioquin pacem violat.

c. 23. 22. (20. X.) De hospite violento. Si quis per vim apud aliquem hospitatur, pacem violat, [nisi[w] det valorem[x] et cet.]

c. 26. 23. (21. XI.) De exconmunicatis. Item si aliquis episcopus aliquem inbannaverit, et ille contumaciter XL diebus inbannatus perseveret, duci per litteras suas insinuet, et dux ipsum statim proscribet. E converso dux de contumaci proscripto nunciet episcopo. Et nec inbannatus nec proscriptus absolvatur, nisi ab eo qui prius ipsum ligavit. Nisi probaverit, quod temere vel ob invidiam ipsum episcopus absolvere negaverit; statim[1] a duce secundum ius absolvatur.

c. 25. 24. (22. XII, 1.) De proscriptis. Item si quis proscriptus fuerit in domum alicuius agitatus, dominus domus eum adiuvabit[2], ut sine lesione exeat domum suam; nec hospes ideo proscribetur. (XII, 2.) Siquis autem proscriptus in domo alicuius inventus fuerit, et hospes se expurgare non poterit, nisi eum scierit esse proscriptum, dominus[y] domus[z] cum omni familia velut proscriptus puniatur[a].

[dominus[b] domus proscribatur; et sit in discrecione iudicis, si sit aliquis de familia illa preter uxorem et pueros parvulos proscribendus.]

c. 24. 25. (23. XIII.) Idem. Item si quis fuerit proscriptus et infra XIIII dies non fuerit absolutus, preco ipsum in foro et in foribus ecclesie sub testimonio denunciet; et cuncte eius possessiones conburantur.

c. 36. 26. (24. XIV.) De episcopis. Item nunciis episcoporum extra provinciam positorum pro quacumque re querimoniam moventibus in iudicio, iudicium eis fiat tamquam dominis suis presentibus.

c. 30. 27. (25. XV.) De clericis. Item nullus iudex secularis violenter de clerico [quantum ad personam vel spiritualia][c] iudicet, nisi prius a suo episcopo fuerit degradatus. Postea sentencia dictante iudex contra[d] ipsum procedat.

c. 31. 28. (26. XVI.) De molendinis. Item[3] monasteria, cimiteria, dotes, molendina et apes in alvearibus suis secure consistant. Si quis ea invaserit, pacem violat.

29. (27. XVII.) De pomeriis. Item nullus pomeria vel vineas exsecare presumat suo inimico; aut pacem violat.

30. (28. XVIII.)[g] De servis. Item nullus servus[e] servum suum equitem habeat, nisi redditus V talentorum[f] habeat; aut pacem violat.

31. (29. XIX.)[g] Item[4] de hiis qui vulgo dicuntur ysenchnappen sic est institutum, ut ubicumque tales inveniantur, iudex vel comes, in cuius sunt comitîa, ipsis diem prefigat infra tempus statutum, ut vel militent vel ab hoc resiliant errore. Quod si non fecerint, proscripti denuncientur.

32. (30. XX.) De proscriptis. Item quicumque in proscriptione est, extra pacem erit, nisi a proscriptione secundum ius fuerit absolutus.

c. 32. 33. (31. XXI.) Nullus iudex iudicio sine prescripta forma [theutonice][c] presideat; alioquin duci V talenta[f] solvat.

**427.** v) Omnis — violat *oblitterata in codice, et in Pace a. 1256 non leguntur.* w) nisi — cet. *alia posteriore manu add. c.* x) uaÎ 7 cᶳ *c.* y) *deest c.; supplevit Rockinger.* z) domus — puniatur *oblitterata, supra linea posita sunt* preter uxorem etc. *c.* a) *sequitur alia manu in linea posteriore* p. v. et cet. b) dominus — proscribendus *in margine alia manu addita, posito signo post* proscriptum *c.* c) *alia post. manu supra lin. add. c.* d) cc̈ *c.* e) *delendum certe est.* f) t̄ *c.* g) *in marg. capitum 30 et 31 positum est signum crucis, forte indicans, capita esse transponenda seu delenda; praeterea inter textum capitum linea ducta est c.*

1) *Ad sensum melius intelligendum cf. versionem Pacis a. 1256 c. 26.* 2) *Cf. nr. 284 c. 17, nr. 196 c. 25.* 3) *Cf. nr. 280 c. 2; nr. 284 c. 2.* 4) *Cf. nr. 280 c. 15.*

34. (32. XXII.) De ecclesiis. Item ecclesie dicate â granis et scrineis evacuentur, quia omnis homo rebus et persona firmam pacem habebit.

35. (33. XXIII.) De venatione iniusta. Item compeditores, laquearii et nisos et accipitres de nidis accipientes et nocturni venatores erunt extra pacem. c. 33.

36. (34. XXIV.) De taberna. Item nullus vinum vel alium potum nisi in legitima taberna vendat; alioquin pacem violat. c. 34.

37. (35. XXV.) De animalibus. Item nullus animalia emat, ut ea extra provinciam ducat [nisi tempore epidimie][h]. Si autem â quocumque detinentur[i], pacem non violat; sed comiti[k] vel iudici, in cuius est iudicio, animalia cum personis presententur.

38. (36. XXVI.) De preda et rapina. Item[1] quicumque predam in publica strata[h] commiserit, vel quicumque [scienter][h] emerit[2], infamis et exlex uterque perpetue subiacebunt proscriptioni. Si autem aliquis impetitur super rapina, si est homo bone fame, cum V denominatis testibus, si non, cum VII denominatis se expurgabit; ita tamen, si captivus iudicio non est oblatus. Si captivus, LXXII testes ipsum non expurgabunt. c. 19.

39. (37. XXVII.) De infamibus. Item infamis persona et aliquando denunciata et postmodum absoluta, de quacumque re ille postea impetitur, cum VII se denominatis testibus mundabit.

40. (38. XXVIII.) Idem. Item infamis persona de cetero numquam suo iuramento, sed cum tribus procedet conpurgatoribus.

41. (39. XXIX.) De usurariis. Item nemo pecuniam suam conmodet ad usuram aut victualia emat, ut ea processu temporis carius vendat; alioquin pacem violat. Et celantes eos excommunicentur. c. 37.

42. (40. XXX, 1.) De haimsv̊ch. Item[3] quicumque alium odiose domi quesierit et de hoc cum VII conparum suorum [vel cum conscientia][h] convincitur, in proscriptione erit. (XXX, 2.) Si absolvi voluerit, dampnum estimatum suo iuramento et duorum suorum conparum secum decuplo restituat. Insuper V talenta passo et iudici X persolvet. c. 22.

43. (41. XXXI.) De incendiariis. Si quis per tres ydoneos testes de incendio convictus fuerit, in proscriptione erit vel similiter absolvatur.

44. (42. XXXII.) De monachis et clericis. Ubicumque clerici, monachi, mulieres pro pace in se violata conquesti fuerint, iudicium eis sine mora fiat, non requisitis eorum advocatis. c. 35.

45. (43. XXXIII.) De mundleut. Item[4] de hiis, qui habere solent vassallos vulgô muntliut, ab huiusmodi cessent dominio, percepto statuto; alioquin violatores pacis habeantur. Et ille vassallus[l] V talenta[f] solvat aut in corpore in generali foro comitie diris castigetur verberibus. c. 38.

46. (44. XXXIV.) De conductu. Item[5] nullus conductum prebeat altericumque, sed quilibet securus vadat auctoritate ducis et huius statuti. Qui autem fecerit, pacem violat et capite privetur. c. 39.

47. (45. XXXV.)[6] De iurando pacem. Item qui pacem iurare noluerit, nemo ei iusticiam exhibeat, et ipse cuicumque respondere conpellatur. c. 76.

48. (46. XXXVI.) De redditibus castrorum. Item nullus habeat castrum vel aliquod munimen, nisi redditus habeat ad illud XXX librarum[m]. c. 40.

49. (47. XXXVII.) De armis in placito. Item nullus ad placitum comitis vel iudicis armatus veniat, nisi de voluntate ipsius; alioquin in continenti humilietur [et X libras[n] solvet][h]. c. 41.

**427.** h) *alia post. manu supra lin. add. c.* i) ducat aut â q̊cũq; d'tñti pa. ñ. v. *c.* k) com̄ *c.* l) vassallos *eadem manu corr. c.* m) libꝫ *c.* n) lb̄ *c.*

1) *Cf. nr. 284 c. 13.* 2) *Cf. nr. 196 c. 27.* 3) *Cf. Heinrici regis constitutionem a. 1234 supra nr. 319 c. 11.* 4) *Cf. nr. 196 c. 13.* 5) *Cf. nr. 196 c. 12, nr. 319 c. 12.* 6) *Hoc caput postea variatum est in c. 85.*

c. 60. [50. (48. XXXVII, 1.)[o] Item si homo alicuius domini intrat civitatem alterius ad standum ibi, et si repetierit eum infra annum et diem, restituet eum sibi. (XXXVII, 2.) Sin autem, remanebit in eadem civitate, et domino cuius erat debita servitia vel competentia exhibebit. (XXXVII, 3.) Et si defunctus ibidem fuerit habens uxorem et pueros, due[p] partes bonorum[q] cedent, tercia domino cuius erat.]

c. 42. 51. (49. XXXVIII.) De pernoctationibus. Item nullus comes vel iudex in suo iudicio sepius preter voluntatem inhabitantium nisi ter in anno, semel in hieme, bis in estate pernoctet[r], ita ut in villicatione [et in molendino][s] duo, in huba unus equus pabuletur. Si magis, pacem violat.

c. 43. 52. (50. XXXIX.) De clamore. Item si quis iudex vel alius fuerit insecutus furem vel latronem aut proscriptum, audito clamore si quis non armis vel fustibus accurrerit, II talenta dabit.

53. (51. XL.) De spoliatoribus. Item si quis spoliaverit episcopum vel ecclesias sive quoslibet privatos infra tempus illud, quo iudicium habere non poterunt, in duplo restituat, si vult effugere penam statutam.

c. 44. 54. (52. XLI.) De coitu violento. Item si quis conmiserit raptum virginis vel cuiuslibet mulieris bone fame, et de hoc cum VII [IIII][t] cuiuscumque conditionis testibus convictus[u] fuerit, vivus sepeliatur [nisi expurgaverit se cum tribus nominatis, si prius cum ea dormiverit][h].

c. 27. 55. (53. XLII.) De proscriptis. Item quicumque proscriptus alium proscriptum parem vel maiorem iudicio presentaverit, oblatus puniatur et offerens absolvatur.

c. 45. 56. (54. XLIII.) De weisunge. Item quicumque vult ius ostensionis habere quod vulgô dicitur weisung, vel inquisitionem quod vulgô dicitur aische, iurare debet quod sine dolo vel fraude fiant.

57. (55. XLIV.) De captivatis. Item quicumque captivaverit hominem alterius, reus ubique veluti leso de[v] rebus et persona domino respondere tenetur.

c. 46. 58. (56. XLV, 1.) De possessione probanda hominum et rerum. Item quicumque possessionem obtinere voluerit, cum VII eam obtineat testibus[w], qui sine fraude nominentur. (XLV, 2.) Similiter de his quicumque hominem obtinere voluerit, si non plures, tres vel duos sibi consanguinitatis linea astrictos eius apponat lateri.

c. 47. 59. (9. post XLV.)[x] De pignore. Item[1] nemo pignus alicui sine vronboten auferat; alioquin pacem violat.

c. 48. 60. (57. XLVI.) De furtis. Item quicumque res sibi subtractas apud aliquem deprehenderit, et ille auctorem se habere asserit, hunc iuramento in instanti nominet sine dolo, et secure lesum in suis expensis illuc ducat et reducat.

c. 49. 61. (58. XLVII.) De periurio. Item quicumque de periurio cum VII suorum conparum vel maiorum convincitur, statim manu mutilatur.

c. 28. 62. (59. XLVIII, 1.) De exconmunicatis et proscriptis. Similiter quicumque victus fuerit, quod diem et annum in excommunicatione vel proscriptione perstiterit, c. 29. exlex iudicetur. (XLVIII, 2.) Item quamdiu aliquis in excommunicatione vel proscriptione manserit, nec feoda conferre nec infeodari licet. Si autem factum fuerit, cassetur.

**427.** o) *hoc caput alia post. manu in imo margine add. c.* p) *pro* due — cuius erat *prius scripta erant* tercia pars bonorum suorum cadet domino cuius est civitas, altera cuius erat proprius, *iam oblitterata et eadem manu correcta c.* q) eisdem *excidisse videtur.* r) *deest c.; supplevit Rockinger.* s) *in cod. sic:* in uillicōne [*suprascr.* et in molendino duo] duo; *vox* duo *bis legitur.* t) fū (fuit) *add., sed deletum c.* u) *numero* VII *post* IIII *superscriptus est c.* v) de — persona *ab eadem manu supra lin. add. c.* w) *hoc loco sex verba superscripta erasa sunt, quorum adhuc leguntur:* et XXX de . . . . . bus . . melioribus. x) *hoc caput in cod. aberravit inter capita 11 et 12.*

1) *Cf. nr. 196 c. 14.*

63. (60. XLIX.) De schahraup. Item schahroup[1] [et strazraup][y] nullum auctorem habeat; sed apud quem comprehendatur, iudex contra[z] illum procedat [si prius[y] fuerit infamis; vel[a] tercius expurgabit se][y]. c. 73.

64. (61. L.) De vagis et hystrionibus. Item clericos tonsuram laycalem deferentes, videlicet vagos, et etiam laicos istriones, mulieres secum per provinciam ducentes, et quoslibet ioculatores nisi in sua parrochia innatos[a*] ponimus extra pacem. c. 50.

65. (62. LI, 1.) De pabulatoribus. Item servi dominorum, qui tempore messis indebite solent pabulare vel de die segetes cum equis invadere, manu mutilentur aut iudici V talenta solvant. (LI, 2.) Sed si cui legato[b] advene vel provinciali ex itinere equitatura defecerit et in quibuscumque satis idem equum suum recreaverit, ita quantum solo pede inposito incidere poterit, pacem non violat[2]. c. 51.

66. (63. LII.) De possessione. Si quis de sua possessione eiectus fuerit et violentiam cum tribus ydoneis personis probaverit, ante omnia possessio in suam restituatur potestatem.

[67. (64. LIII.)[c] Item in civitatibus qui lumen nocte non portant, pacem[d] violant.] c. 63.

68. (65. LIII.) De armis. Item nullus forensis, filii civium vel alius aliquis post crepusculum noctis in vicis civitatis gladium vel aliquid hostile deferat, preter certum hospitem vel militem, qui suum gladium servo comitanti se contulerit deferendum; alii violatores pacis iudicentur.

69. (66. LIV, 1.) De vulneribus. Quicumque alterius cuiuscumque sanguinem, nisi se defendendo, infra[e] pacem effuderit, V talenta[f] solvat vel manu mutiletur. (LIV, 2.) Manum pro manu, articulum pro articulo statuimus amputandum. [(LIV, 3.) Si sine deffectu membri fiat, de quolibet vulnere solvat conquerenti II libras[g], iudici per totum I libram[g].][h] c. 62.

[70. (66. LVI.) Si quis alium capillaverit vel ad maxillam percusserit vel aliter sine vulnere, leso I talentum et iudici LXXII denarios solvat.][h*] c. 61.

71. (67. LV, 1.) De rusticis. Item rustici cum filiis suis capillos ad auriculas usque precidant. (LV, 2.) Thoraces vel ysenhut vel colliria vel juppas de pukramo vel cultrum latinum aut aliquid catenatum vel hostile — nisi[i] gladium suum hospites et non alii — ante suam deferant ecclesiam[3], privatis diebus non aliud quam stimulum vel reutil deferant. (LV, 3.) Hec autem omnia pro communi necessitate provincie et iudicii exequendi et patriam ab incursu hostium defendendi, si velint, in eorum domibus reservent. (LV, 4.) Item[k] nobiliori quam griseo et viliori plabatico veste non utantur, et calciis bovinis, excepto qui innatum alicuius domini officium obtinuerit. (LV, 5.) Reliqui cum hiis prohibitis spolientur inventi, et persona iudici redimenda pro talento offeratur. c. 57.

72. (68. LVI.) De sale. Item non sepius quam bis in anno nisi duobus in curru equis fontes salis accedant. Et non amplius grani quam suum ponderare currum et theloneis et expensis bene respondere secum deferant.

**427.** y) *supra lin. alia post. manu add. c.* z) cc̈ *c.* a) *prius scriptum erat* sin autem, *iam oblitteratum, et supra lin. addita sunt verba* vel tercius, *ita ut nunc vox* tercius *bis legitur c.* a*) innatis *c.* b) ɫ (vel)? *additum videtur, sed deletum c.* c) *hoc caput in marg. alia post. manu add. c.* d) p. v. *c.* e) infra *usque* solvat *oblitterata;* V talenta solvat *insuper interpuncta sunt; haec sola tria verba, cum sequenti voce* vel *non oblitterata, forte delenda erant c.* f) t̄ *c.* g) lƀ *c.* h) *alia post. manu in imo margine addita, adiecto signo c.* h*) *alia post. manu addita c.* i) nisi — ecclesiam *oblitterata c.* k) Item — deferant *(c. 72) oblitterata; reliqua usque ad finem non oblitterata c.*

1) *Cf. nr. 280 c. 10.* 2) *Cf. nr. 280 c. 8; nr. 284 c. 8.* 3) *Sensus esse videtur: rusticis licitum est, thoraces et alia diebus festis portare, privatis diebus non aliud quam stimulum, hospites autem gladium semper (cf. c. 68). Oblitteratis verbis* nisi — ecclesiam *iam prohibitum esse videtur, ne rustici thoraces et alia unquam portarint; cf. Pacem a. 1256 c. 57.*

73. (69. LVII.) De vestibus. Item eorum matrone veste interposita sericis non utantur. Nec quelibet matrona velamine capitis, nisi partem vestis iuxta suam deferat ecclesiam. Rustice pallia de persat et quintein licenter deferant.

c. 74. 74. (70. LVIII.) De artificibus et operariis. Item VIII de saniori et seniori parte in omni plebe per parrochias in unum ante ecclesiam conveniant cuique artifici [et mercatori][1] per barrochiam commoranti, textoribus, calciatoribus, carnificibus, feniseci, carpentariis, fabris, secundum suum iuramentum ipsis precium condignum inponant, ut si magis exquirant, de violata pace iudicentur.

c. 52. 75. (71. LIX.) De dampnis. Item si quis alium impulsaverit de dampnis que dicuntur etzen, trettin, ubersniden, ubereren, ubermenen zaunbrechen, vel pecus in sua cultura, et ipse tercius non probaverit suam innocentiam, dampnum estimatum, secundum suum iuramentum et duorum secum [duplo][1] restituendo, iudici LXXII den. solvat.

c. 53. 76. (72. LX.) De mensuris. Item mensure indebite ubicumque reperte fuerint, pro maiori mensura, scilicet ulna et metreta, III talenta et LX denarii, pro minori, potu scilicet et sale et huiusmodi, I talentum[m] et LX denarii solvantur. Insuper dampnum decuplo restituat.

77. (73. LXI.)[n] De iniustis piscationibus et aucupiis[o]. Item piscationes venales[p] et aucupes[q] nisi pro certo[r] dominis eorum aut ei qui aliquem[s] velit honorare dominum; alioquin domino, cuius est aqua, dimidium talentum[m] et iudici dimidium talentum[m] solvat.

c. 54. 78. (74. LXII.) De mactando. Item vitulus ad mactandum nisi biennalis vendatur; alioquin vitulo perdito uterque[1] iudici LXXII denarios[t] solvet.

c. 55. 79. (75. LXIII.) De molendinis. Item molendinatores nisi XXX[am] partem accipiant. Quod si amplius, dampno decuplo restituto, iudici talentum[m] solvat.

80. (76. LXIV.) De nocturno dampno. Item nocturni invasores pro quacumque re, dampno decuplo restituto, manu priventur.

c. 56. 81. (77. LXV.) De expurgatione. Item quicumque alium impulsaverit pretendens pacis violationem, pro quacumque re, si[t] VI solidos excessit, vel secundum formam statutam emendet vel se[t] expurget. Si supra[u] VI solidos fuerit, tercius se expurgabit vel dampnum decuplo restituat.

## *Additamenta.*

c. 58. 82. (78. LXVIII.)[v] Item de rebus clericorum mortuorum preco vel iudex se[w] intromittere non presumat.

c. 59. 83. (79. LXIX.) Item nullus christianus accipiat usuras nisi ad Iudeos; alioquin pacem violavit.

c. 59. 84. (80. LXX.) Item nullus Iudeus accipiat plus de talento quam II denarios, vel iudici solvat I talentum.

c. 76. 85. (81. LXXI.)[2] Ultimum[x] capitulum[y]. Qui noluerit iurare pacem servandam, extra pacem sit.

c. 64. 86. (82. LXXII.)[z] Si quis violaverit fidem in domino suo cuius est in hiis, que sunt contra personam vel res vel honorem suum, et de hoc convictus fuerit cum VII testibus

**427.** [1]) *alia post. manu supra lin. add. c.* [m]) t̄ *c.* [n]) *hoc caput oblitteratum c.* [o]) auc̄ *c.* [p]) *sic c.;* venationes *emendat R.* [q]) *sic c.;* aucupia *legendum esse videtur.* [r]) *locus corruptus;* aucupes non nisi procedant *legi vult R.* [s]) *an legendum* cuique alii, quem v. h. dominus? [t]) *deest c.* [u]) *legendum est* infra; *v. Pacem a. 1256 c. 56.* [v]) *capita 82—85 alia post. manu in margine c.; v. praefationem.* [w]) se n̄ intromittere nō pr. *c.* [x]) Ultimum *usque* sit *in imo margine add. c., ubi praeterea leguntur* reliqua de forma pacis require ante XXIII folia. [y]) c̄ *c.* [z]) *capita 86—97 alia post. manu fol. XXXVI c.; v. praefationem.*

1) *scilicet venditor et emptor.* 2) *Cf. supra c. 47.*

militaribus, si est de genere militari, vel cum rusticanis, si est de genere rusticano, ille infamis et exlex iudicabitur, et erunt[a] filii sui harpfani[1] et uxor sua vidua et feoda vacabunt.

87. (83. LXXIII, 1.)[2] Qui raisam manifestam fecerit in provintia contra aliquem qui pacem servare iuravit, auctor raise capite plectatur. (LXXIII, 2.) Si vero extra provintiam raisare voluerit et transiens aliquem dampnificaverit et infra VI septimanas passo non satisfecerit, secundum trium personarum[b] iuramentum de violata pace conveniatur et iudicetur et[c] passo duplum restituat. c. 20.

88. (84. LXXIV, 1.) Si quis spoliaverit aliquem sine diffidatione, quod dicitur widersagen, quem[d] bene salutavit, et cum tribus testibus sibi adiunctis se non poterit expurgare, manu mutiletur et dampnum triplo restituat. (LXXIV, 2.) Et qui impetit eum, debet iuramento probare, quod non in vanum, hoc est mutwillen, impetit eum. c. 65.

89. (85. LXXV.) Item[3] qui diffidat alium, quod dicitur widerbotes, infra tres dies non invadet eum; alioquin pacis erit violator; et e converso. c. 66.

90. (86. LXXVI.) Item ubicumque inventus fuerit incendiarius, si quis eum servat vel detinet a iudicio, pene incendiarii subiacebit. c. 67.

91. (87. LXXVII.) Item qui abducit equum alicuius, in cuiuscumque domo inventus fuerit, equum restituet vel valorem dabit; alioquin pacem violat. c. 75.

92. (88. LXXVIII.) Qui de nocte abducit ligna de silva alicuius vel[e] de forestis principum violenter accipit, pacem violavit. Qui vero violenter abduxerit in presentia custodis ipsius silve, quintuplum restituet. Si vero secreto abduxerit, et postea cognitum fuerit, duplo restituet domino silve. c. 68.

93. (89. LXXIX.) Quicumque portavit cultellum[f] secreto, manu mutiletur. c. 69.

94. (90. LXXX, 1.) Item siquis[g] deferat cultellum[h] in hospitio vel in civitate, perdat cultellum et talentum solvat iudici vel marschalco, nisi domini ducis licentia fiat. (LXXX, 2.) Et hec pena in festo beati Martini inchoetur. c. 69. Nov. 11.

95. (91. LXXXI, 1.) In qualibet cometia, ubi deffectus fuerit liberorum qui dicuntur schepfen, eligantur quatuor meliores et discretiores a iudice vel comite. (LXXXI, 2.) Qui loco schepfen de omnibus testificentur preter dampnationem persone, quam sententiabit preco. (LXXXI, 3.) Et qui ad hoc electus renuerit, XX libras duci solvat. c. 70.

96. (92. LXXXII.) Qui abducit uxorem alterius, vivus sepeliatur. c. 71.

97. (93. LXXXIII.) Si quis proscriptus vel exconmunicatus debet esse gewer vel testis de proprietate, illi detur securitas et pax ad locum et de loco. c. 72.

# 428–437. CONFOEDERATIO PACIS RHENANA.

## 1254–1256.

### 428. *RELATIO DE CONVENTIBUS CONFOEDERATIONIS.*

*Hoc scriptum, quod agit de conventibus confoederationis decem intra spatium a. 1254. Iul. 13 usque ad a. 1256. Aug. 15 celebratis et insuper nomina dominorum et civitatum*

**427.** a) *pro* erunt — harpfani *prius scriptum erat* ponetur exleges heredes *c.* b) *pro* trium personarum *prius scriptum erat* proprium *c.* c) et — restituat *alio atramento sed eadem manu add. c.* d) quem — salutavit *eadem manu supra lin. add. c.* e) vel — accipit *eadem manu supra lin. add. c.* f) knipen *eadem manu supra lin. add. c.* g) *prius* nullus, *eadem manu correctum c.* h) knipen vel stechmezzer *eadem manu supra lin. add. c.*

1) *i. e. orphani.* 2) *Cf. supra c. 19.* 3) *Cf. nr. 196 c. 6; nr. 284 c. 9; nr. 319 c. 10.*

*confoederatarum dinumerat, a Pertzio male disruptum, non collectionem genuinorum gestorum conventuum illorum, sed potius relationem historicam, quae nititur gestis genuinis, esse, primus a. 1879 gloriose comprobavit vir cl. Weizsäcker b. m. in libro egregio 'Der Rheinische Bund'. Idem vir cl. recte censuit*[1], *hanc relationem compositam esse a civitate Moguntina eo consilio, ut per eam civitas Ratisbona, quae a. 1256. Oct. 2 in confoederationem intravit*[2], *ea quae in conventibus antea habitis tractata essent cognosceret. Viri clarissimi vestigia prementes tenorem scripti nostri continuum, qualem codices praebent, sistimus, retentis numeris et capitum (I—XI) et paragraphorum a Weizsäckero inductorum et adiectis inscriptionibus, quae conventus singulos et tempus indicent. Caput VI, quod nomina confoederatorum continet, a suo loco primario aberrasse, nemo non videt; capita II—V. VII—XI excerpta modo gestorum genuinorum praebere, recte Weizsäcker arguit, id quod satis superque evincitur comparato capite IX cum gestis conventus Moguntini a. 1256. m. Martio habiti, quae supersunt (infra nr. 434). De capite I controversia agitur inter viros doctos. Postquam Weizsäcker probare conatus est, hoc caput continere chartam fundationis foederis integram et genuinam, econtra Quidde 'Studien zur deutschen Verfassungs- und Wirthschaftsgeschichte' I, 5—17 gravissimis argumentis contendit, in capite I chartam fundationis variatam esse intercalatis in exordio nominibus civitatum complurium (Coloniensis, Spirensis, Argentinensis, Basiliensis) et in § 2a principum omnium, excepto archiepiscopo Moguntino, qui postmodum demum, post diem fundationis (1254. Iul. 13) in foedus intravissent.*

*Editionem instruximus subsidiis, quae sunt haec:* 1) *rotulus membranaceus magni pretii, qui denuo repertus asservatur in tabulario regni Bawarici, olim tegumentum codicis traditionum Pataviensis existens, quem edidit iam a. 1827 M. de Freyberg 'Sammlung historischer Schriften und Urkunden' I, 513; est apographon ut videtur coaevum scripti originalis vel verisimilius apographi scripti originalis*[3], *sed in initio pars magna deest, nempe capita I—V, 2 usque ad verba* negotio in perpetuum in hunc; *in margine membranae multa iam corrosa legi non poterant; ipse contuli una cum viro d. Schwalm;* 2) *codex tabularii Vindobonensis 581 (Reichs-Sachen 14 A), fol. CXVII—CXVIIII collectionem Hermanni abbatis Altahensis continens, qui nonnisi textum capitum I—X servavit; scripto originali niti videtur eadem ratione ac 1; contulit iam olim vir cl. Wattenbach.*

*Praebent praeter haec caput I* (W) *Annales Wormatienses, M. G. SS. XVII, 57, haud dubie profluum e codice ibi 2) signato, cui protocollum deest, sed sequitur eschatocollum* Actum anno Domini 1254; *nomina capitis VI* (H) *Hermannus Altahensis in Annalibus ad a. 1247, M. G. SS. XVII, 394, quorum varias lectiones adhibuimus.*

*Editio, quam paravit Weizsäcker l. c. 15 sq., iisdem usa est subsidiis, excepto apographo 1, quod solum secundum editionem Freybergianam adhibuit. Textus capitis I nititur textu foederis inter Moguntinam, Wormatiensem, Oppenheimensem civitates a. 1254 initi (Böhmer, Reg. imp. V, 11683), de quorum textuum relatione Weizsäcker l. c. 47 sq. diligentissime disseruit. Paucas lectiones illius foederis sub siglo* VU *(i. e. Vorurkunde) notavimus. — Böhmer, Reg. imp. V, 11685. 11691. 11718. 11723. 11724. 11725. 11727. 11729. 11735. 11739. 11740. 11743. (P. 368—380.)*

### *I. CONVENTUS MOGUNTINUS PRIMUS.* 1254. *Iul.* 13.

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Iudices et consules et universi cives Mogontinenses[a], Colonienses, Wormacienses[b], Spyrenses, Argentinenses, Basilienses ac alie civitates sancte pacis federe coniurate omnibus Christi fidelibus salutem in eo qui auctor est pacis et principium salutis. (1) Cum[c] terrarum peri-

**428.** I. a) Mogontiñ 2. b) Wormaceñ 2. c) *abhinc W.*

1) *V. p. 95—100.* 2) *V. infra nr. 435—437.* 3) *V. Weizsäcker l. c. 10.*

cula et viarum discrimina nonnullos ex nostris iam per multum temporis discursum destruxerint penitus et plerosque bonos et ydoneos traxerint in[d] ruinam, ut innocentes opprimerentur[e] sine calculo rationis, ad obviandum huiuscemodi tempestatibus et procellis modum rimari oportuit et perquiri, per quem nostri saltim termini et districtus[f],
5 omissa equitatis digressione, possint ad pacis orbitam revocari. (2) Hinc est quod nos serie presentis scripti cupimus innotescere universis, quod nos, cooperante Domino Iesu Christo pacis auctore ac amatore, per quem tocius boni exordium est et via, propter culturam pacis et[g] iustitie observationem convenimus unanimiter in hanc formam, prestitis iuramentis[h] nos invicem astringendo a festo sancte Margarete nunc (Iul. 13.)
10 instanti ad decem annos, videlicet anno Domini MCCLIIII.[i] pacem generalem[k] iuravimus firmiter observare. (2a) Quam utique pacem venerabiles patres ac domini G(erhardus) Mogontinensis[l], Conr(adus) Coloniensis, Arnoldus Treuerensis archiepiscopi, Richardus Wormacensis[m], Heinricus Argentinensis[n], Iacobus Metensis, Bertoldus Basilensis[o] episcopi, necnon multi comites et nobiles terre nobiscum iuraverunt, sua thelonea
15 iniusta[p] sicut et nos tam in terris quam in aquis benigne et liberaliter relaxantes. (3) Tanto quoque federe firmitatis[q] servabitur hoc promissum, ut non solum maiores intra nos hoc communi presidio gratulentur, verum universi minores cum maioribus, clerici seculares et omnes religiosi cuiuscunque sint ordinis, laici et Iudei, hac tuitione perfrui se gaudeant et in tranquillitate sancte pacis valeant permanere. (3a) Qui-
20 cunque vero huius pacis violatores ac perturbatores extiterint, contra illos totis viribus insurgemus, ipsos usque ad condignam satisfactionem compellendo. (4) Propter questiones tamen, que[r] iam inter pacis federe coniuratos habentur ac fortassis in posterum emergere videbuntur, ne de hiis, quod absit, nunc aut in futuro fomes discordie vel litis occasio valeat suboriri, inventum est circa hoc remedium salutare, quod videlicet
25 in qualibet civitate vel a[s] quolibet domino[t] nobis coniurato quatuor viri fide digni adiurati[u] super hoc specialiter[v] eligantur, qui, auctoritate plena ipsis super hoc tradita, sub debito iuramenti universas questiones per amicabilem compositionem vel per iustitiam terminabunt. (5) Quod si per ius aut per amicabilem viam has causas discindere nequiverint et sopire, quicumque quatuor iuraverint, quod suus dominus aut sua
30 civitas ad id, quod ei imponitur, non teneatur iuxta iuris ordinem persolvendum, idem dominus vel civitas super eo, quod ei imponitur, penitus absolvatur. (6) Si vero horum quatuor aliquis decesserit[w], alius loco sui substituetur. (7) Si pax in aliquo domino[x] vel in aliqua civitate fuerit perturbata, predicti quatuor a dominis vel a civitatibus ad hoc deputati, pro perturbatione[y] pacis et eciam super negocio pacis trac-
35 tando convenient et[r] de consilio communi tractabunt, qualiter id honorifice valeat refieri et[z] sancte pacis forma possit stabiliri[a].

## *II. CONVENTUS WORMATIENSIS. 1254. Oct. 6.*

In nomine Domini, amen. Anno Domini MCCLIIII. in octava sancti Michahelis convenientibus nobis in unum coniuratis civitatibus tam superioribus quam inferioribus
40 pro pace servanda in civitate Wormaciensi[a], habito colloquio et tractatu diligenti super hiis que paci adtinent generali, ad honorem Dei et sancte matris ecclesie necnon sacri

**428.** I. d) *sic W;* in *corr. ex* et 2. e) *sic W;* exprimerentur 2. f) *sic W;* districtius 2. g) ac *W.* h) *sic W;* p̄stiti iuramenti 2. i) *sic W;* MCCLIII. 2. k) quam *inserendum esse duxit Weizsäcker.* l) Mogontiñ 2. m) Worm̄ 2. n) Argent̄ 2. o) Basileñ 2. p) etiam *add. W.* q) Tanta
45 quoque federis firmitate *ex VU emendavit Weizs.* r) *sic W; deest* 2. s) in 2. t) dño 2; domino *W.* u) et iurati *VU.* v) spiritaliter 2; *deest W.* w) discesserit *W.* x) dño 2; dominio *W.* y) propter perturbationem *W.* z) refi̊||ri 7 2. a) Actum anno Domini 1254 *add. W.*

II. a) Wormac̄ 2.

imperii, cui nunc preest serenissimus dominus noster Willehelmus Romanorum rex, et ad communem utilitatem equaliter divitibus et pauperibus, ordinavimus hec statuta rite et inviolabiliter observanda, ut exinde gaudeant pauperes et maiores, clerici seculares, religiosi, laici et Iudei, nolentes in eorum executione, que visa sunt reipublice expedire, rebus parcere vel personis, interclusis nobiscum principibus et dominis coniuratis. (1) Primo statuimus, quod nullas expeditiones faciemus, nisi sint de consilio sano civitatum[b] et communi, et maxime ad illa loca ubi magis necessarias habuerimus, nos invicem pro viribus adiuvantes et gravamina nostra pariter sustinentes. (2) Item constituimus, quod nulli domino paci resistenti a nobis iurate[c] nulla victualia ab aliqua civitate aut ab aliquo domino nobis coniurato arma vel aliqua subsidia exhibeantur, sive a christianis sive a Iudeis. (3) Item ut nichil eis credatur aut mutuo concedatur in nostris civitatibus, qui paci contrarii sunt et nobis. (4) Item statuimus, ut nullus civium in quacunque civitate familiaritatem cum ipsis habeat aut ipsis prestet consilium, auxilium et favorem, ita quod [si] hoc est notorium et manifestum, sicut per verba ipsius poterit comprobari, extra civitatem eicietur et in rebus et edificiis suis in tantum punietur, ut aliis sit exemplum ea de cetero dimittendi. (5) Item si quis militum extra municionem domini sui nobis adversantis nos persequitur aut gravatur[d] suum dominum contra pacem generalem iuvando, super huiusmodi personam et res, qualiscumque fuerit, respectum habebimus, nos in ipso quocumque modo possumus vindicando. Et si idem in aliqua civitate comprehensus fuerit, tenebitur usque ad condignam satisfactionem. Villani vero, quorum tutores esse volumus et defendere contra iniurias, si pacem nobiscum servaverint[e], si tales contra nos processerint, nos contra ipsos vindicta debita insurgemus et comprehensos in civitatibus sicut malefactores nostros puniemus. (6) Item volumus, ut civitates omnes adtrahant et adducant ad se naves in passagiis sibi vicinis, ut nullum sit passagium nisi ante civitates coniuratas, ne inimicis pacis ullus Rheni transitus concedatur vel aliud exinde comodum valeant reportare. (7) Item statuimus, ut si quis dominorum vel militum pacem nobiscum adiuret promovere[f], et pace[g] pro viribus tueatur[h]; qui vero pacem nobiscum non iuraverit, exclusus a pace generali permanebit. (8) Item statuimus, ut quisquis[i] iacebit in pignore in civitatibus nostris, a civibus et coniuratis pacem in omnibus habeat, ita quod non sinemus eum in nostris civitatibus ab aliquibus, quamdiu in illis fuerit, perturbari; ipsum immo pro viribus defendemus, et habebit pacem intrandi civitatem et exeundi. (9) Item si quis[k] fideiussorum fidem suam violaverit non iacendo in pignore, cum super hoc a civitate coniurata ter commonitus fuerit, creditor vel fidei receptor potest eum per iudices civitatis licite pignorare et in nostras civitates[l] pignora deducere. (10) Super omnia affectamus, volentes summo conamine laborare ad hoc, ut domini et comprovinciales nostri pacem et concordiam nobiscum et nos cum eis feliciter habeamus, ita ut ipsi in suo iure permaneant et nos in nostris iuribus persistamus. (11) Item firmiter sub pena districte inhibuimus, ne aliquis civium dominis, quamvis nostri sint adversarii, nullatenus obloquatur, volentes non eo minus in ipsis nostras iniurias vindicare, tamen ipsos dominos prius commonentes, ut a sua desistant iniuria, ne contra ipsos procedere compellamur. (12) Item ordinavimus, ut de civitate Mogontina[m] civitatibus inferioribus scribatur quicquid tangit hoc negotium, et de Wormacensi civitate superioribus[n]: tam querele quam alia negocia nostra quelibet per eorum litteras exprimantur[o] et nostri iniuriatores commoneantur;

**428.** II. b) civiratum 2. c) *emendavi;* res. et nobis iuramenti 2; et nobis coniuratis *em. Weizs.* d) g̃uit[s] 2. e) iuraverint *correxit Weizs.* f) adiuvet promoveri 2; *emendavit Weizs.* g) pacem 2. h) *sensu passivo.* i) quicquid 2. k) *sequitur* coniuratorum *iam deletum* 2. l) civitatis 2. m) Mogoñ 2. n) superibus 2. o) exprimatur 2.

lesi vero suis expensis mittent nuncios. (13) Item promisimus, quoniam sepe indigemus, ut in quocumque loco colloquium indixerimus, domini et civitates suos sollempnes nuncios mittent illos quatuor qui ad hoc deputati sunt vel partem eorum, secundum quod tractatus negocii tunc agitantis expetit; qui plena auctoritate a suis
5 civitatibus super ordinandis quibuslibet perfruantur et ibidem statuta suis civitatibus revelabunt. Omnes vero cum nunciis civitatum equitantes vel ad ipsos venientes pacem habebunt, ita quod nullo iudicio occupari possunt. (14) Item inhibuimus, quod nulla civitatum sibi assumat cives non residentes, quod vulgo appellatur paleburger. (15) Item promisimus firmiter, quod si quis coniuratorum pacis pacem infregerit, nos vellemus[p]
10 celerius contra eum quam contra extraneum procedere et ipsum ad emendam sufficientem compellere. (16) Item promisimus, nos et dominos coniuratos invicem fideliter litteris[q] nostris premunire super omnibus, que percepimus de emulis nostris vel de aliis qui[r] nobis obesse possunt, ut maturo nobis consilio provideamus. (17) Item statuimus, ut nullus presumat curias aut domos clericorum secularium, religiosorum
15 quorumcumque, griseorum[s], nigrorum, alborum monachorum vel monialium, et aliorum religiosorum, cuiuscumque sint ordinis, ingredi violenter aut ab eis hospicia, victualia aut servicia aut qualiacumque contra eorum requirere voluntatem aut ullatenus extorquere. Si quis autem hoc temere duxerit attemptandum, reputandus et iudicandus est tamquam pacis publicus[t] violator. (18) Item statuimus, quod quelibet civitatum
20 ab hiis, qui pacem nondum iuraverunt, sibi vicinis et propinquis[u] quibuscumque exiget et requiret, ut pacem iurent; quod si facere neglexerint, a pace segregati erunt penitus et exclusi, ita ut nullus pacem in personis et rebus eorum, si contra eos quisquam fecerit, violet aut perturbet. (19) Item volumus, quod omnes coniuratores tam domini quam civitates et alii se preparent âdeo decenter et honorifice armati, ut cum
25 neccesse habuerimus et super hoc requisiti fuerint, omni hora paratos inveniamus. (20) Item statuimus, quod civitates de Mosella usque ad Basileam centum naves bellicas et civitates inferiores quingentas naves bellicas honestas et cum sagittariis preparent[v], et quelibet civitas pro posse se decenter et potenter cum armis, equitariis et peditibus[w] preparet.

30 *III. CONVENTUS MOGUNTINUS ALTER. 1255. Iun. 29.*

(1) Item anno Domini MCCLV. in festo apostolorum Petri et Pauli convenientibus[a] nunciis dominorum ac civitatum confederatarum in Mogontia, presente domino de Waldekn imperialis aule iusticiario, statuimus[1] firmiter sub pena decem marcarum Coloniensium ad fabricam cuiusque civitatis, ubi hoc infringetur, videlicet quod nullus
35 Iudeus plus quam duos denarios ad septimanam de libra reciperet, in eadem quantitate de Coloniensi, Hallensi et Argentoratensi[b]. Si vero ad annum cum ipso pactaretur vel conveniretur, Iudeus recipere debeat quatuor uncias de libra, et sic de singulis. Opus enim erat hiis institutis, quia christiani usurarii excommunicantur et per iudicium ad restituendas usuras coartantur.

40 (2) Item deposuimus ibidem cives qui dicuntur palburger[c] totaliter et de pleno, ita quod de cetero nulla civitatum tales habebit vel recipiet[2]. Illi vero, quos recepimus vel recepturi sumus, residebunt nobiscum una cum uxoribus et familia ipsorum cottidie per totum annum, excepto tamen quod temporibus messium exibunt una cum

**428.** II. p) velle 2. q) 7 *add.* 2. r) q 2. s) criseorum 2. t) publice *correxit Weizs.*
45 u) exiget *add.* 2. v) preparatas 2; *em. Weizs.* w) pedes 2; *em. Weizs.*

III. a) convenietibus 2. b) Coloñ hall 7 argento 2. c) balburger 2.

1) *Cf. etiam acta huius conventus infra nr. 431—433.* 2) *V. infra nr. 431 c. 4.*

Iul. 12. uxoribus suis ad rus pro colligenda annona in vigilia sancte Margarete, et non rever-
Aug. 10. tentur usque in diem Laurentii, ita tamen quod medio tempore relinquant in domibus suis familiam competentem neque carebunt domus eorum igne et fumo et erunt aperte secundum consuetudinem domorum que inhabitantur. Item tempore autumpnali in die
Sept. 22. sancti Mauricii poterunt exire ad rus similiter per tres septimanas vinum suum con- 5
gregando, domibus eorum sicut est prehabitum procuratis.

### *IV. CONVENTUS WORMATIENSIS ALTER. 1255. Aug. 15.*

(1) Item convenientibus civitatibus aput Wormatiam in colloquio generali anno Domini MCCLV. in assumptione sancte Marie[a] virginis gloriose statuimus ibidem, ut in omnibus civitatibus et locis coniuratis ad pacem quilibet hominum, habens in valore 10
bonorum ad quinque libras sue monete et ultra, dabit singulis annis in quadragesima unum denarium; quam pecuniam congregabunt in qualibet civitate viri quatuor ydonei ad hoc deputati et iurati. De qua elemosina edificabitur domus pacis. (2) Usuras eciam ibidem, quantum in nobis fuit et est, condempnamus[b], formam pacis per omnia confirmantes. 15

### *V. CONVENTUS WORMATIENSIS TERTIUS. 1255. Oct. 14.*

Sept. 29. (1) Item indiximus colloquium aput Argentinam in festo Michahelis pro pacis negocio conservando; ad quod accedentes nuncii civitatum captivati sunt ab Emichone comite de Liningen in villa Herde clam et sub noctis silentio, Arnoldus camerarius, Fridericus scultetus[a] Mogontinenses[b], Wolframmus miles, Heinricus Richeri[1] Worma- 20
Sept. 28. tienses[c], et deducti in castrum Landeke, anno Domini MCCLV. in vigilia sancti Michahelis. (2) Postea statim ad habendum tractatum pro eodem convenimus aput
Oct. 14. Wormatiam[d] in die sancti Kalixti. Constituimus quatuor colloquia generalia pro sancte pacis negocio in perpetuum in hunc modum[e] conservanda: primum erit apud[f] Coloniam[g]
Ian. 6. in epiphania Domini, secundum apud Moguntiam[h] in octava pasche; tercium apud 25
Iun. 29. Wormatiam[i] in festo apostolorum Petri et Pauli, quartum apud Argentinam[k] in nativi-
Sept. 8. tate gloriose[l] virginis. Ad[m] que colloquia[n,2] . .

### *VI. NOMINA DOMINORUM ET CIVITATUM CONFOEDERATARUM.*

(1) Nomina[a] dominorum qui sanctam pacem generalem[b] cum civitatibus iuraverunt: Gerhardus[c] archyepiscopus[d] Moguntinus[e], Chunradus[f] archyepiscopus[d] Colo- 30
niensis, Arnoldus Treuerensis[g] archyepiscopus[h], Richardus Wormaciensis[i] episcopus, Heinricus Argentinensis[k] episcopus, Berhtoldus[l] Basiliensis episcopus, Iacobus Metensis[m] episcopus, abbas Wldensis[n], Ludewicus[o] palatinus Rehni et[p] dux Bawarie[q],

**428.** IV. a) M̄ 2. b) contempnamus 2.

V. a) scutetus 2. b) Mogont̄ 2. c) Heinr, Richi Wormat̄ 2. d) Worm̄ 3. e) *hic incipit* 1. 35
f) aput 2 *semper.* g) Colon̄ 2. h) Mogūt *corr. ex* Moguten̄ 1; Mogon̄ 2. i) Worm̄ 1. 2. k) Argent̄ 1. l) beate 2. m) *ante* Ad *punctum in* 1. 2. n) *voci* colloquia *succedit punctum in* 1. 2; *posthac spatium vacuum duarum linearum in* 2; *in* 1 *spatium nullum, at signum paragraphi.*

VI. a) *praecedit signum paragraphi in* 1; *pro* Nomina — iuraverunt *H:* Fuerunt autem subscripti principes et subscripte civitates qui sancte pacis federa iuraverunt. b) *deest* 2. c) Gebehardus 2. 40
d) archiep. 2. *H.* e) Mogunt̄ 1; Mogont̄ 2; Mogontinensis *H.* f) Chunr̄ 1. g) re *et* er *evanuerunt* 1. h) episcopus 2. *H.* i) Worm̄ 2. k) Argent̄ 1. 2. l) Perhardus 2; Perhtoldus *H.* m) Mettensis 2. *H.* n) Fuldensis 2. *H.* o) Ludwicus 2. *H.* p) *deest* 2. *H.* q) Baw̄e 1; Baw̄ 2.

1) *Heinricus filius Richeri obvius est in cartis a. 1233 — 1265; v. Boos 'Urkundenbuch der Stadt Worms' I, p. 439 in indice.* 2) *Hic excidisse normas de puniendis iis qui nuntios caperent, similes iis quae statuuntur in VII, c. 3, recte iudicavit Weizsäcker p. 76 not. 1.* 45

Chunradus[f] comes Siluester, Ditherus comes de Kazenelenbogen[r], Fridericus comes de Liningen[s], Berhtoldus[t] comes de Zigenhagen, Emicho[u] comes Siluester, Gotfridus[v] frater suus, dominus[w] Popo[x] comes de Durnen[y], Ulricus comes de Ferreto, comes de Virneburch[z], domina Sophia langravia Thuringie[a], domina Udilhildis[b] comitissa de Liningen[c], dominus de Trinberch[d], Ulricus de Mintzenberch[e], Gerlacus de Limburch[f], Philippus de Hohenvels[g], Philippus de Walkenstain[h], dominus de Stralenberch[i], pincerne[k] de Erbach[l], Wernherus dapifer de Alezeia[m], Heinricus de Erenberch[n], Rumboldus[o] de Stainahe[p], Gerhardus[q] de Horenberch.

(2) Nomina[r] civitatum confederatarum ad pacem generalem: Maguntia[s], Colonia, Wormacia[t], Spira, Argentina[u], Basilea, Turchgum[v], Friburch[w], Brisacum, Columbaria, Slezestat, Hagenowia, Wizenburch[x], Niewenstat[y], Wimpina, Haidelberch[z], Loutenburch[a], Oppenhaim[b], Frankenvort[c], Frideberch[d], Wetflaria, Geilenhvsen[e], Marburch[f], Agilsvelt[g], Grvnenberch[h], Hirsvelden[i], Voltda[k], Mvlenhusen[l], Aschaffenburch[m], Seligestat[n], Pinguia[o], Dipach, Bacheracum[p], Wesalia[q], Bobardia[r], Andernacum, Bunna, Nussia, Aquis sedes regalis; in Westfalia[s] Munstere[t] et alie civitates plus quam LX cum civitate Bremensi[u].

*VII. CONVENTUS OPPENHEIMENSIS. 1255. Nov. 10.*

Item[a] congregati fuimus coram serenissimo domino nostro Willehelmo[b] Romanorum rege[c] apud[d] Oppenhaim[e] in vigilia sancti Martini et ibi coram ipso et de[f] eius voluntate hec statuimus: (1) Anno Domini MCCLV. in vigilia sancti[g] Martini. In nomine Domini, amen[h]. Ab ipso domino rege nostro[i] quatuor colloquia fuerunt[k] constituta[l]. (2) Et ibidem inter civitates et dominos ac nobiles terre per[m] dominum nostrum regem concordia super omnibus fuit stabilita [ab] utraque parte, sicut in litteris[n] domini regis desuper confectis plenius continetur[1]. (3) Ibidem[1] etiam[o] accedente consensu domini regis statuimus et renovavimus, sub debito iuramenti firmiter conservari[p] promittentes, ut quicunque nuncios aliquos in pacis negocio destinatos captivaverit vel spoliaverit, vulneraverit aut aliquas eis molestias vel gravamina in rebus irrogaverit aut personis, nos continuo omni mora et occasione postposita sine dilatione qualibet totis viribus nostris[q] collectis et universis proclamatis ad perpetuum ipsius malefactoris[q]

**428.** VI. r) Chazenelnbogen 2. *H.* s) Linign̄ 2; Luningen *H.* t) Perhtoldus 2. *H.* u) Emichone *corr.* 2; Encho *H.* v) Gotfr̄ 2. w) dns 2. x) Poppo 2. *H.* y) Duringe 2; Turingia *H.* z) Vir̄burch 1; Virnburch 2. *H.* a) lantgravia Turingie 2. *H.* b) Udelhildis 2; Udulhildis *H.* c) Liniḡ 1; Linnige̅ 2; Linningen *H.* d) Trinperch 2. *H.* e) Minzinberch 2; Minzenberch *H.* f) Limbˢuch 1; Limpurch 2. *H.* g) Herchenvels 2. *H.* h) *corr. ex* Wolkenstain 1; Valchenstain 2. *H.* i) Stralnberch 2. *H.* k) pincerna 2. *H.* l) Erlach 2. *H.* m) Alzeia 2. *H.* n) Eˢnbˢch *ut videtur* 1; Ernberch 2. *H.* o) Rumpoldus 2. *H.* p) Stainah 2. *H.* q) Gebhardus 2; Gerh. de H. *des. H.* r) *nova linea in* 1. s) Mogontia 2. *H.* t) Worm̄ 2. u) Argent̄ 1. 2. v) Thirigum 2. *H.* w) Fridburch 2. *H.* x) Wiezzenburch 2; Weizenburch *H.* y) Nivstat 2; Niunstat *H.* z) Heidelberch 2. *H.* a) Lauternburch 2. *H.* b) Oppenheim 2. c) Franchnfurt 2; Franchfurt *H.* d) Fridberch 2; Friderberch *H.* e) Galenhvsen 2; Galenhausen *H.* f) Marhpurch 2; Marchpurch *H.* g) Agil *vix legibile* 1. h) *deest hic H;* Grunberch *corr. ex* Grunperch 2; Grunperch *H.* i) *deest hic H.* k) Voleda *H.* l) Mulenshusen 2. m) Aschaffenbˢrch 1; Aschaphenburch 2; Aschafenburch *H.* n) Sælistat 2; Soelistat *H.* o) Pinga 2; Pingia *H.* p) Wacheracum 2. *H.* q) Besalia 2. *H.* r) *corr.* 1; Popardia 2. *H.* s) Westvalia 2. *H.* t) Munster *H.* u) Beremsi 1; Berenmensi 2; Bermensi *H, ubi sequuntur* Grunperch, Hirsvelden.

VII. a) *non nova linea, nullum signum paragraphi* 1. b) Wilhelmo 2. c) rege Rom. 2. d) aput 2 *semper.* e) Oppenheim 2. f) *deest* 1. g) beati 2. h) amen *supra lin. add. a correctore, sequitur* Nouˢi *iam subpunctum* 1. i) nostra 2. k) fuˢit 1. l) *legi non poterat* 1. m) dictum *add.* 2. n) littera 2. o) et 2. p) conservare 1. q) *deest* 2.

1) *Editis supra nr. 375.*

exterminium et fautorum sive[r] coadiutorum eiusdem taliter procedemus, ut alii metu pene nunquam audeant similia perpetrare, nullas [excusationes][s] recepturi, set excessus per omnia vindicantes. (4) Adiectum est etiam, si aliqui ex nobis huiusmodi malefactoribus nostris aliqua victualia vel vestes sive[r] aliqua alia mercimonia subministrarent, tales a nostris civitatibus cum eorum familia eiciamus, domos et edificia eorum funditus dirumpentes et eos perpetuo[t] a nobis excludentes.

*VIII. CONVENTUS COLONIENSIS. 1256. Ian. 6.*

(1) Item[a] convenientibus nobis in unum in primo colloquio[b] statuto in civitate Colonia[c] anno Domini MCCLVI. in epiphania Domini, multa utilia[d] de sancte pacis negocio pertractantes statuimus etiam[e] ibidem: quod[f] si aliqua[g] civitatum federe pacis coniunctarum[h] ab aliquo fuerit gravata, ipsa civitas[i], si poterit, hoc[e] per se vindicabit; sin autem, viciniores sibi convocabit ad vindictam. Et si talis fuerit adversarius, quod in hoc non poterunt procedere sufficienter, nos omnes totis viribus nostris coadunatis, sicut proprium diligimus honorem, contra tales insurgemus, nostras iniurias et gravamina communia reputantes. (2) Indiximus[k] etiam ibidem expedicionem generalem super omnes pacis[e] violatores in octava sancte Walpurgis. (Mai. 8.)

*IX. CONVENTUS MOGUNTINUS TERTIUS. 1256. Mart. 12.*

(1) Item[a] post obitum serenissimi domini nostri Willehelmi[b] Romanorum regis pie memorie convenimus Maguntie[c] anno Domini MCCLVI. dominica Reminiscere, ubi etiam multa sancte paci[d] utilia tractavimus. (c. 2.) Et[e] quoniam[1] rege caruimus, statuimus ibidem, (c. 1.) quod quelibet civitas[f] se ad arma pro posse preparet et insuper soldarios[g] et sagitarios haberet, per quos, cum necesse[h] habuerimus, subito invicem in auxilium venire possimus. (c. 7. 8.) (1a) Illis vero dominis, militibus sive[i] aliis, qui pacem non iurassent, nullum auxilium prestaremus. (c. 2.) (2) Bona etiam regalia, quamdiu vacaret[k] regnum, totis viribus defendere promisimus, unicuique in sua possessione permanente. (c. 4.) (3) Ad[l] salutem etiam totius populi et terre statuimus et promisimus ibidem sub debito iuramenti, quod si domini principes, ad quos spectat regis electio[m], forsitan plus quam unum eligerent vel eligant, quod nos nulli ipsorum[n] astabimus verbo vel opere aut aliqua servicia exhibebimus clam vel aperte aut mutuum dabimus, vel in aliquam civitatem intromittimus[o] neque fidelitatem iuramenti prestabimus. (c. 5.) (4) Si vero aliqua civitatum hoc[p] infregerit, periura et carens omni honore reputabitur, et contra illam et [ad] eius perpetuam destructionem totis viribus insurgamus[q]. (c. 5.) (5) Si autem principes unum dominum in regem elegerint, illi continuo sine omni contradictione servicia debita et honores exhibebimus[r]. (c. 12.) (6) Insuper omnia sancte pacis per nos statuta ibidem inviolabiliter servare[s] promisimus.

**428.** VII. r) sui 2. s) *lacuna in* 2; *deest in* 1. t) perpetue 2.

VIII. a) *in eadem linea cum signo paragraphi 1.* b) colloguio 2. c) Colon̄ 1. 2. d) *deest* 1. e) *deest* 2. f) *pro* quod *legitur* eorum *subpunctum* 1. g) aliqua 1. h) coniuratarum 2. i) cuitas 1. k) Induximus 1.

IX. a) *in eadem linea sine signo paragraphi* 1. b) W. 2. c) Mogontie 2. d) pacis 1. e) *deest* 2. f) cuuit̄ 1. g) soldanos 2. h) neccesse 2. i) sui 2. k) vacarent 2. l) *praecedit signum paragraphi* 1. m) eleto̅ 2. n) illorum 2. o) *sic* 1. 2. p) hec 2. q) insurgemus 2. r) exhibemus 2. s) conservare 2.

1) *Capita, quae in margine adnotantur, sunt capita ipsius recessus huius conventus infra nr. 434.*

### *X. CONVENTUS MOGUNTINUS QUARTUS. 1256. Mai. 26.*

(1) Item[a] convenimus in Maguntia[b] anno Domini MCCLVI. in crastino ascensionis Domini tractantes ibidem, qualiter honeste[c] in vigilia sancti Iohannis baptiste (Iun. 23.) tunc instanti Frankenfurht[d] ad electionis terminum a principibus statutum accederemus 5 et omnia ad promotionem[e] sancte pacis ibidem tractaremus, quia sollempnes nuncios et litteras[f] principibus super premissis transmiseramus. (2) Expedicionem etiam in octava sancti Iohannis[g] ibidem super pacis violatores indiximus[h]. (Iul. 1.)

### *XI. CONVENTUS HERBIPOLENSIS. 1256. Aug. 15.*

In[a] nomine Domini amen. Anno Domini MCCLVI. in festo asumptionis gloriose 10 virginis Marie misse sunt littere principum subscriptorum Herbipolin[b] in generale colloquium per venerabilem virum fratrem Waltherum de Solce nunciis civitatum in hec verba:

Albertus Dei gratia dux Saxonie, Angarie et Westfalie dilectis sibi Moguntinensibus, Coloniensibus, Wormaciensibus, Spirensibus, Argentinensibus, Basiliensibus[c], Herpibolensibus[d], Aquensibus, Frankenwordensibus[e], Geilimhvsensibus et 15 Oppinhæmensibus[f], Fridebergensibus, Bopardiensibus[g], Haginowensibus et universitati[h] omnium civitatum sancte pacis federe coniunctis[i] paratam ad beneplacita voluntatem. Studiis vestris bonis et sanctis[i*] in Domino congaudemus, in quibus vos pacem et commune bonum ecclesie[k] ostendistis et ostenditis diligere ac fovere, universitati vestre toto corde gratias referentes ac[l] vita semper et rebus apud 20 vos promereri cupientes, quod sub spe pacis habende et conservande[m] nos et alios principes ad communem et concordem Romani regis electionem tam sollicite instigare[n] curastis, vestrum consilium et auxilium fideliter adhibendo. Quia igitur tam nos quam alii principes vobiscum in eodem proposito concordamus, ut modis omnibus reformationi pacis intendamus, ad[o] presens visum nobis est, aliquem ad 25 tam sanctum propositum posse assumi vel inveniri, sicut illustrem virum dilectum consanguineum[p] nostrum Ottonem marchionem Brandinburgensem; cui[q], si in regem fuerit sublimatus, omni quo possumus auxilio et consilio volumus non deesse; et ipse ad consilium nostrum et aliorum principum et nobilium atque vestrum ac[r] aliorum amicorum suorum omnino[s] hoc recusare de cetero non audebit. 30 Datum et cetera.

Iohannis[t] Dei gratia Brandenburgensis[u] marchio Moguntinensibus[v], Coloniensibus, et ceteris civitatibus ut supra, salutem et sinceram ad beneplacita voluntatem. Studiis vestris bonis et sanctis in Domino congaudemus, in quibus vos pacem et commune bonum ostendistis diligere ac fovere, universitati vestre 35 toto corde grates et gratias referentes et hoc vita semper et rebus aput vestram dilectionem promereri cupientes, quod sub spe pacis habende[v*] et conservande nos et alios principes ad concordem Romani regis electionem tam sollicite commonere curastis, vestrum consilium et auxilium unanimiter adhibendo. Verum quia nos ac alii principes[w] in hoc concordamus, ut modis omnibus reformationi pacis ecclesie[k]

40 **428.** X. a) *in eadem linea sine signo* 1. b) Magunt̄ 1; Mogont̄ 2. c) Frankenfurth *add.* 1; Franchnfvrt *add.* 2. d) Franchenfurt 2. e) ē *manu correctoris add.* 1. f) nostras *add.* 2. g) baptiste *add.* 2. h) induximus 1, *sequitur signum paragraphi; hic finis textus in* 2.

XI. a) *nova linea in* 1. b) herbipolñ 1. c) Mogunt̄ Coloñ Worm̄ Spireñ Argent̄ Basilieñ 1. d) H'pibolʒ *ut videtur* 1. e) frakeñword' 1. f) Oppinhæñ 1. g) Bopdieñ 1. h) universitatis 1. 45 i) coniunctis *a recentiore manu corr. in* coniuratis 1; *legendum est* coniunctarum. i*) dictis 1. k) *delendum esse censuit Weizs.* l) hoc *supplevit Weizs.* m) *emendavit Weizs.;* cōrcord' 1. n) inves‖tigare 1. o) ut ad 1. p) consangueneum 1. q) cuu 1. r) at 1. s) oñ *corr.* oīo 1. t) *sic; in eadem linea mutato ductu* 1. u) bragen̄ *corr.* burgen̄ 1. v) mogūt Coloñ 1. v*) agende 1. w) vobiscum *supplevit Weizs.*

intendamus[x], aliquod capud tam ydonium ad tam sanctum propositum prosequendum poterimus invenire, ut fratrem nostrum Ottonem, quem in regem postposito[y] omni dubio eligemus; et ipse ad consilium nostrum et aliorum principum et nobilium atque vestrum ac aliorum amicorum suorum, omnino[s] hoc recusare de cetero non audebit. 5

Aug. 5. Datum Wolmerstede, Non. Augusti.

A.[z] Dei gratia dux de Brunswic dilectis suis Moguntinensibus[a], Coloniensibus, Wormatiensibus, et ceteris civitatibus ut supra, paratam ad beneplacita voluntatem. Studiis vestris bonis et sanctis in Domino congaudemus, in quibus vos pacem et commune bonum ecclesie[a*] ostendistis et ostenditis diligere ac fovere, 10 universitati vestre toto corde gratias refferentes et hoc vita semper et rebus aput vestram dilectionem promereri cupientes, quod sub spe pacis habende[v*] et conservande nos et alios principes ad concordem Romani regis electionem tam sollicite commonere curastis, vestrum auxilium et favorem[b] unanimiter adhibendo. Verum quia nos et alii principes vobiscum in hoc concordamus, ut modis omnibus refor- 15 mationi pacis ecclesie[a*] intendamus[x], aliquod capud ydoneum ad tam sanctum propositum[c] poterimus invenire, sicut illustrem virum dilectum consanguineum nostrum Ottonem marchionem Brandenburgensem[d]; cui[e], si in regem ut speramus fuerit sublimatus, omni quo possumus consilio et favore volumus non deesse; et ipse ad consilium nostrum et aliorum principum et nobilium atque vestrum ac aliorum 20 amicorum suorum omnino[f] hoc recusare de cetero non audebit.

Datum etc.

O.[z] Dei gratia Brandenburgensis[g] marchio dilectis in Christo Moguntinensibus[h], Coloniensibus, Wormatiensibus, et ceteris civitatibus ut supra, paratam ad beneplacita voluntatem. Cum auctor pacis Dominus noster Ihesus Christus pro 25 pace venerit in hunc mundum ac per aspersionem sanguinis sui que[i] in celo et que in terra sunt pacificaverit, digne in pacis amorem omnis se accingeret creatura. Hinc est karissimi, quod studiis vestris bonis et sanctis, que ad reformanda et conservanda pacis vincula tam unanimiter quam viriliter convertistis, in Domino congaudentes, universitati vestre gratiarum referimus acciones, ac[k] vita semper et 30 rebus apud vos studebimus promereri, quod nos, licet indignos, et alios principes ad concordem Romani regis electionem tam sollicite commonere curastis, assistentiam vestram nobis[l] consilio et auxilio promptam in omnibus promittentes, unde Domino favente pax in terris reddatur et divina clementia conservetur. Vestre itaque notum facimus dilectioni, quod instantie et consilio principum et nobilium 35 ac aliorum amicorum nostrorum tam spiritualium quam secularium, qui honorem Dei in nobis et bonum nostrum affectant, et super omnia voluntati divine ulterius resistere non audemus, quin corpus et animam, res, amicos et omnia que de ipsius gratia nunc habemus aut in posterum sumus habituri, ad honorem regalem in Dei servicio offeramus, anchoram spei nostre figentes[m] in ipso, quoniam nobis 40 iumento suo nullum honus speramus inpositurum, quod leve facere nobis nolit.

Sept. 8. Eciam caritatem vestram rogamus, ut ad curiam in Frankenfvrt in festo beate Virginis celebrandam ita decenter veniatis, ut etiam si inter aliquos ibidem discordia, quod absit, oriatur, pars cui infertur iniuria vestro posset auxilio roborari.

Datum etc. 45

**428.** XI. x) ut *add.* 1. y) *corr. ex* ꝑpotīm? 1. z) *in eadem linea cum signo paragraphi* 1. a) mogn̄ Colon̄ Worm̄ 1. a*) *delendum esse censuit Weizs.* b) fovorē 1. c) prosequendum *supplevit Weizs.* d) bragan̄ *corr.* burgen̄ 1. e) cuu 1. f) on̄ ? 1. g) dinbragen̄ *corr.* denburgen̄ 1. h) mogūnt Colon̄ Worm̄ 1. i) q *corr.* q 1. k) hoc *supplevit Weizs.* l) *corr. ex* uob, *sequente rasura* 1. m) *corr. ex* fingn̄tes 1. 50

(1) Convenientibus[n] in unum omnibus pacis federe coniuratis in civitate Herbipolensi anno Domini MCCLVI. infra assumptionem[o] sancte Marie, promisimus ibidem omnia statuta sancte pacis per omnia inviolabiliter observare et nos invicem totis viribus adiuvare. (2) Statuimus etiam, quod nulli omnino liceat aliquam predam, qualiscunque[p] sit, parva vel mag[na], cuiuscunque sit generis peccorum vel aliarum rerum, emere sive comparare. Si quis vero aliquam rem depredatam emit et circa ipsum inventa fuerit, dono restituatur et gratis, [et pena condigna][q] pu[niatur. Si autem][q] poterit [se iuramento][q] purgare, quod illam predam emerit inscienter credens se iusta bona comparasse, facto et prestito iuramento, reddat predam dono et sine aliqua peccunia illi cui fuit [pred]ata[q]. (3) Statuimus etiam et precepimus, quod quelibet[r] civitas suos honestos nuncios mittat Frankenfurt in nativitate gloriose Virginis ad *Sept. 8.* curiam principum pro electione novi regis indictam. Et quia tunc[s] generale colloquium in Argentina habere debuimus sicut statutum est[1], oportet propter curiam principum, ut illud colloquium sancte pacis usque ad festum beati Michaelis differamus, *Sept. 29.* et precepimus sub debito iuramenti, quod quelibet civitas et oppidum nobis iuratum suos illuc sollempnes nuntios[t] mittant, quia illa IIII statuta colloquia semper ad honorem Dei et sancte pacis incrementum observare volumus. (4) Insuper statuimus et firmiter precipimus, quod quelibet civitas pro posse se ad arma preparet et soldarios[u] constituat, per quos possimus pacis emulis[v] et violatoribus ac inimicis nostris viriliter resistere et potenter; quia ad sancte pacis propugnationem personas exponimus nec rebus parcere volumus et exspensis. (5) Concedimus etiam domino episcopo Herbipolensi et civibus potestatem, quod loco omnium nostrum recipiant in sancte[w] pacis consortium dominos et civitates provinciarum ipsis coniunctarum, quicunque voluerint ad sancte pacis confederationem se astringere iuramento, et[x] Eisteten.[y] . . . . . .[z] et[a] Herpipolen.[b] s . . . .[c] m . . . . . .[d] et firmiter observare promittimus. (6) Sicut in Westfalia et in civitatibus inferioribus, sic et[e] in partibus superioribus constituimus fieri ad honorem et laudem omnipotentis Dei, qui pacis est auctor [et] sine quo nichil est validum vel sanum, ita videlicet, quod quilibet homo residens in civitatibus vel opidis coniuratis, habens valorem V marcarum vel amplius, singulis annis dominica Pal[marum dabit][q] solum denarium illius monete; que elimosina ab illis IIII iuratis[2] congregabitur et presentabitur usque in cenam Domini, et tunc illi IIII consilio bonorum et ydoneorum virorum illius civitatis [in die][q] parasceues illam elemosinam distribuent inter egenos et pauperes, prout melius videbitur tunc expedire, quia merito de nostra sustantia[f] Deum nostrum honorare debemus, qui protector est omnium in se sperancium et a quo bona cuncta procedunt; quod multiplicata super nos misericordia hoc pacis negocium eius gratia inchoatum sanum et validum consistat et perseveret, et ut ipsius clemencia sic[g] transeamus per bona temporalia, ut non amittamus eterna. (7) Item[h] sicut apud Moguntiam[i,3] promisimus, sic et iterato confirmamus, quod si principes, ad quos spectat regis electio, inter se, quod absit, discordaverint, et plures quam unum elegerint, neutri illorum aliqua servicia exibemus vel in civitatem aliquam ingredi permittimus, donec nobis unus presentatur, qui de iure [Roma]no[q] regno debeat preesse[4].

**428.** XI. n) *in eadem linea sine signo* 1. o) assumpstōne *corr.* 1. p) *supra linea add.* 1. q) *uncis inclusa fere evanita supplevimus, plerumque Pertzium secuti.* r) qualib; *corr.* 1. s) *fere evanitum* 1. t) nucios 1. u) suldarios *corr.* 1. v) emulis *corr.* 1. w) e *corr. ex* is 1. x) *supra lineam add.* 1. y) Eistēn 1. z) *5 vel 6 litterae evanitae* 1; *fortasse legendum* episcopatus. a) 7 *supra lineam add. ?, sequitur* nob *in suppuncta* 1. b) Hpipoln 1. c) *3 vel 4 litterae evanitae* 1. d) *6 vel 7 litterae evanitae* 1. e) sicut 1. f) ta *super linea add.* 1. g) sicut *corr.* 1. h) *praecedit signum paragraphi* 1. i) Mogūt 1.

1) *V. supra V c. 2.* 2) *V. supra IV c. 1. WZS.* 3) *V. supra IX c. 3—5. WZS.* 4) *Cf. infra nr. 434 c. 3—5.*

**429.** *IURAMENTUM PACIS COLONIENSIBUS PRAESTITUM. (1254. Dec.)*

*Edidit Ennen 'Quellen zur Geschichte der Stadt Köln' II, 364 nr. 364 ex autographo tabularii civitatis Coloniensis in fine manco, sed sigillato. Pendent septem sigilla, quorum tria fere illaesa sunt. Ex autographo proflua esse videtur etiam editio, quam paravit Schaab 'Geschichte des grossen rheinischen Städtebundes' II, 22 nr. 10, cuius varias lectiones utpote minimi pretii negleximus. Tempus diffinitur ratione ducta rescripti Coloniensium nr. 430. — Böhmer, Reg. imp. V, 11697. (P. deest.)*

G. Moguntinus et C. Coloniensis Dei gratia archiepiscopi, Wormaciensis et Basiliensis episcopi, C. senior ac E. iunior Silvestres comites, Ger. de Lympurg et Ul. de Mincenberg viri nobiles, Moguntinensis, Wormaciensis, Spirensis, Hagenowensis, Argentinensis, Basiliensis, Sletstadensis, Columbariensis, Brisacensis, Frankenvordensis, Geylenhusensis, Wetslariensis, Vridebergensis, Oppenheymensis, Pinguensis, Wesaliensis, Bacheracensis, Dietpacensis et Bobardiensis civitatum cives universi viris providis et honestis iudicibus, scabinis ceterisque consulibus et civibus Coloniensibus salutem cum dilectione sincera. Tenore presencium recognoscimus et publice protestamur, quod fide data promisimus et corporaliter prestitimus iuramentum, quod generalem pacem terre a festo beate Margarete proxime preterito usque ad decem annos futuros inviolabiliter omni studio et pura fide observabimus et pro nostris viribus faciemus eandem ab omnibus fideliter, efficaciter et inviolabiliter observari iuxta formas, conditiones et modos, qui in litteris super huiusmodi pacis observacione confectis[1] plenius continentur. Hec omnia et singula fideliter observabimus et complebimus contra quemlibet hominem nobis aut vobis iniurias vel violencias irrogantem. Ut autem premissis fides plenior adhibeatur, presentem paginam sigillis . . . .

Iun. 13.

**430.** *RESCRIPTUM COLONIENSIUM. 1255. Ian. 14.*

*Ex autographo in bibliotheca civitatis Moguntinae asservato nr. 32 ediderunt Böhmer 'Codex diplomaticus Moenofrancofurtanus' 93, Boos 'Urkundenbuch der Stadt Worms' I, 171 nr. 255, cuius editionem repetimus, minus recte Schaab 'Geschichte des rheinischen Städtebundes' II, 23 nr. 11, qui animadvertit in dorso membranae manu coaeva scriptum esse* Collonia assumit pacem. *Appendet sigillum laesum filis sericis. — Böhmer, Reg. imp. V, 11699. (P. deest.)*

Venerabilibus patribus . . Moguntino, . . Coloniensi archiepiscopis, . . Wormaciensi, . . Basiliensi episcopis et honorandis viris . . seniori et . . iuniori Silvestribus comitibus, G. de Limpurg et Ul. de Mincenberg ac aliis nobilibus, Moguntine, Wormaciensi, Spirensi, Hagenowensi, Argentinensi, Basiliensi, Sletstadensi, Columbariensi, Brisacensi, Frankenfordensi, Geylenhusensi, Wetflariensi, Vridebergensi, Oppenheymensi, Pinguensi, Wesaliensi, Bacheracensi, Dietpacensi, Bopardiensi et universis civitatibus aliis pacis federe copulatis . . iudices, scabini ceterique consules et cives Colonienses quicquid poterunt obsequii et honoris cum salute sincera. Tenore presencium recognoscimus et publice protestamur, quod fide data promisimus et corporaliter prestitimus iuramentum, quod generalem pacem terre, quam vos cooperante Spiritus sancti gratia ad honorem Dei et salutem tocius patrie ordinastis et statuistis a festo beate Margarete proxime preterito usque ad decem annos futuros inviolabiliter observandam, omni studio et pura fide observabimus et quantum poterimus faciemus eandem ab omnibus fideliter, efficaciter et inviolabiliter observari iuxta formas, conditiones et modos, qui in litteris vestris super huiusmodi pacis observatione confectis[1]

Iun. 13.

1) *V. supra nr. 428 I.*

plenius continentur. Hec omnia et singula fideliter observabimus et complebimus contra quemlibet hominem, domino nostro W. rege Romanorum illustri et venerabili patre domino nostro . . archiepiscopo Coloniensi dumtaxat exceptis, quos in hoc specialiter volumus honorare. Si autem ipsi pace huiusmodi non servata nobis vel vobis 5 quod absit iniurias vel molestias irrogarent, nos ad propulsationem talis iniurie vel violentie contra ipsos quantum poterimus opponemus. In predictorum testimonium et firmitatem commune sigillum civitatis Coloniensis presentibus duximus appendendum.

Actum et datum Colonie, anno Domini millesimo CC quinquagesimo quarto, crastino octave epyphanie Domini.

10 **431.** *SCRIPTUM MOGUNTINENSIUM AD CIVITATES WESTFALIAE DIRECTUM. 1255. Iun. 29.*

*Ex autographo in tabulario civitatis Coloniensis asservato nr. 244 dedit Schwalm; pendet sigillum laesum lora membranacea. Ex eodem edidit Ennen 'Quellen zur Geschichte der Stadt Köln' II, 354 nr. 353. — Böhmer, Reg. imp. V, 11719. (P. deest.)*

15 Honorandis viris et discretis . . Susatensibus, Monasteriensibus ac aliarum civitatum in Westfalia civibus universis Ar. camerarius, F. scultetus, iudices, consilium et universi cives Maguntini[a] cum dileccione sincera voluntarium obsequium et honorem.

Noverit vestra dileccio, pacem et treugas inter nobiles ac civitates super generalis pacis observacione ad diem generalis colloquii nuper in die beatorum aposto- 20 lorum Petri et Pauli in Maguncia celebrati[1], cui et vos interfuistis, ordinatas esse in (Iun. 29.) hunc modum: (1) Ita quod ipsi domini ac nobiles usque ad festum Martini proxime (Nov. 11.) nunc venturum medio tempore a bonis ecclesiarum, cuiuscumque fuerint religionis, seu a bonis civium nullas omnino exacciones vel precarias aut census indebitos extorquebunt, nisi tantummodo ea, que scabini et villani qui hubenere vocantur sub iuramento 25 et banno ipsis dominis dictaverint de iusticia esse danda. (2) Item villanos eorum pro eo, quod cum civitatibus sibi vicinis pacem iuraverunt, in nullo penitus molestabunt vel gravabunt; dicti vero villani dominis suis servitia facient, secundum quod ipsis et antecessoribus suis ante quadraginta vel quinquaginta annos facere consueverunt. (3) Item quicumque ex ipsis villanis medio tempore ad aliquam civitatem 30 personali residencia voluerit se transferre, recipi poterit ab eadem iure civitatis per omnia fruiturus, nec exinde pax iudicabitur violata. Si vero aliquis proprius dictas civitates ad manendum intraverit, domino ipsius eum requirenti secundum ius et consuetudinem civitatum hucusque observatam per omnia satisfiet. (4) Item cives qui dicuntur palburgere de cetero nullos habebimus. (5) Item in omnibus et per omnia 35 forma generalis pacis iurata in terra et in aquis ab omnibus conservabitur medio tempore integra et illesa. Si vero medio tempore civitates suos iniuriatores, predones et pacis turbatores debitis vincdictis[b] fuerint prosecuti, pacem violasse ex hoc minime censebuntur. (6) Item ad generalem pacem de consensu parcium est statutum, quod dominus noster rex in suo adventu ex ipsis dominis et nobilibus eliget octo, quibus 40 octo de universis civitatibus adiungentur, qui sedecim mediante domino nostro rege ea, que generalem pacem roborare ac perficere videbuntur, annuente divina gratia concorditer ordinabunt. Quorum ordinaciones et statuta per omnia sunt immobiliter[c] observanda. In horum testimonium ac debitam firmitatem predicti domini ac nobiles presentis scripti tenorem nobis traditum sigillorum suorum munimine roborarunt; nosque

45 **431.** a) Magunt̄ *or.* b) *sic or.* c) Imoblit' *or.*

1) *Cf. supra nr. 428 III.*

ipsis viceversa idem scriptum sigillorum Maguntini[a], Wormaciensis et Spirensis omnium civitatum nomine tradidimus munimine[d] confirmatum.

Act. Maguntie[a] in die apostolorum predictorum, anno Domini MCCLV.

**432.** *LITTERAE CIVITATUM WILHELMO REGI MISSAE. (1255.) Iun. 30.*

*Servavit Iohannes de Beka in Chronico (ed. Buchelius 80 = Fontes rerum Germanicarum II, 439), cuius codicem* 1) *bibliothecae civitatis Vratislaviensis inter Rhedigerianos 183 (S. IV. 1. 22) saec. XIV. fol. 18 exemplavit Schwalm; codicem* 2) *bibliothecae academicae Ultraiectinae Ms. hist. aevi med. nr. 4 contulit vir cl. S. Muller. — Böhmer, Reg. imp. V, 11720. (P. 373.)*

Glorioso domino suo Romanorum regi Wilhelmo consules et iudices plus quam LXX civitatum superioris Germanie[a] reverenciam et obsequium perhennale. Excellencie vestre tenore presencium declaramus, quod nobis apud Magunciam existentibus die XXIX. mensis Iunii ad generale colloquium, mediante nobili viro A. de Waldecke imperialis aule iusticiario, firma pax et treuge stabiles super universis guerris et discordiis sunt statute[1]. Quapropter maiestatem vestram regiam humiliter exoramus et consulimus quantum licet, quatenus pacem terre salubriter inchoatam per litteras magnipotencie[b] vestre iam dignemini confirmare, eo quod vestrum commodum, utilitatem, salutem inportare dinoscitur et honorem. Scientes quod vestre serenitatis adventum nobis salubrem ad partes nostras cum ingenti desiderio prestolamur[c].

(Iun. 29.)

Datum apud Magunciam, ultima die mensis Iunii.

**433.** *CONFIRMATIO TREUGARUM PER CIVITATES DATA. 1255. Iul. 11.*

*Cum autographon neque Karlsruhae neque Confluentiae in tabulariis repertum sit, adhibuimus* 1) *apographon saec. XVIII ex autographo profluum, quod e tabulario regni Bawarici Sponheim liasse II nr. 2 vulgavit b. m. Weizsäcker 'Archivalische Zeitschrift' IV, 273;* 2) *apographon saec. XV tabularii Karlsruhani Kopialbuch 755 fol. 50, cum 1 fere totum conveniens. Quae concordant cum epistola Moguntinensium supra nr. 431, ea litteris minoribus excudenda curavimus. Cf. etiam Annales Wormatienses M. G. SS. XVII, 57. — Böhmer, Reg. imp. V, 11721. (P. deest.)*

Nos Moguntinenses[a], Colonienses, Wormacienses, Spirenses et alie civitates pacis federe coniuncte. Noverint universi presencium inspectores, quod cum quedam discordia super generalis pacis observatione inter nobiles terre ac civitates verteretur, utrique parti dies, videlicet proxima ante octavam beati Iohannis baptiste, in Moguncia est prefixa. In qua die nos in presencia domini A. comitis de Waldeck[b] imperialis aule iusticiarii super universis discordiis firmam pacem et treugas de consensu benivolo partium ordinavimus usque ad festum beati Martini proxime[c] nunc venturum inviolabiliter observandas, confirmantes ipsam pacem et treugas, mediante venerabili patre et domino nostro G. archiepiscopo Moguntinensi, nobilibus ac nobis aput Pinguiam[d] die dominica proxima ante festum beate Margarete tali forma: (1) Quod ipsi domini ac nobiles medio tempore a bonis ecclesiarum, cuiuscunque fuerint religionis, seu a bonis civium nullas omnino exactiones vel precarias aut[e] alios census indebitos extorquebunt, nisi

(Iun. 30. — Nov. 11. — Iul. 11.)

**431.** d) munimime *or.*
**432.** a) debitam *add.* 2. b) magnipotencie 2. c) prestolabamur 2.
**433.** a) Mag. *similia semper* 2. b) Waldecke 2. c) proximo 1. d) Pigwiam 2. e) ac 2.

1) *V. infra nr. 433.*

tantummodo ea, que scabini et villani qui huebenere[f] vocantur sub iuramento et banno ipsis dominis dictaverint de iusticia esse danda. (2) Item villanos eorum pro eo, quod cum civitatibus sibi vicinis pacem iuraverunt[g], in nullo penitus domini molestabunt vel gravabunt; dicti vero villani dominis suis servicia, secundum quod ipsis et antecessoribus suis ante XL vel L annos
5 facere consueverunt, faciant. (3) Item quicunque ex ipsis villanis medio tempore ad aliquam civitatum personali residencia voluerit se transferre, recipi poterit ab eadem iure civitatis per omnia fruiturus, nec ex eo pax iudicabitur violata. Si vero aliquis proprius dictas civitates ad manendum intraverit, domino ipsius eum requirenti secundum ius et consuetudinem civitatum hucusque observatam per omnia satisfiet. (4) Item cives qui dicuntur palburgere de cetero
10 nullos habebimus. (5) Item in omnibus et per omnia forma generalis pacis iurata in terra et in aquis ab universis conservabitur integra et illesa. Si vero medio tempore civitates suos iniuriatores, predones, raptores et pacis turbatores debitis vindictis fuerint prosecuti, proinde pax minime censebitur violata. (6) Item ad generalem pacem propagandam et confirmandam est ordinatum, quod dominus noster W. rex Romanorum illustris in suo adventu
15 ex ipsis dominis et nobilibus eliget octo, quibus* de universis civitatibus octo similiter adiungentur, qui XVI mediante prefato domino nostro W. rege ea, que generalis pacis propagationem et perpetuam confirmationem roborare ac perficere videbuntur, annuente divina gracia concorditer ordinabunt. Quorum ordinationes et statuta tam domini quam civitates inviolabiliter observabunt. Ad premissorum autem memoriam ac debitam firmitatem
20 has litteras sigillo venerabilis patris domini nostri G. archiepiscopi Moguntinensis, Moguntinensium, Wormaciensium et Spirensium nomine omnium civitatum pacis federe coniunctarum fecimus communiri.

Actum aput Pinguiam[h], proxima dominica ante diem Margarete, anno domini MCCLV.

25 **434.** *RECESSUS CONVENTUS MOGUNTINI TERTII. 1256. Mart. 17.*

*Ex autographo in bibliotheca civitatis Moguntinae asservato nr. 25 dederunt Böhmer 'Codex diplomaticus Moenofrancofurtanus' 97 et Boos 'Urkundenbuch der Stadt Worms' I, 177 nr. 266, quorum editiones adhibuimus. — Böhmer, Reg. imp. V, 11729. (P. 377.)*

Universis Christi fidelibus A. camerarius, F. scultetus, iudices, consilium et uni-
30 versi cives Moguntinenses[a], Wormacienses, Spirenses, Argentinenses, Frankenvordenses, Bopardienses, Colonienses, Aquenses, Monasterienses, Susatenses[b] et omnes alii nuncii civitatum congregati Moguncie in colloquio generali salutem et obsequium.

Ad laudem et gloriam Iesu Christi, qui est pacis auctor et humane salutis amator, ad honorem eciam sancte Romane ecclesie matris nostre, que pacem et iusti-
35 ciam amplexatur, pro reverencia quoque imperii, cuius rigore[c] iudicii incorrigibiles ad viam rectitudinis reducuntur, ad salutem eciam[d] pauperum ac tocius populi christiani, qui pacis tranquillitatem summo desiderio siciunt et expectant in nomine Domini, qui sperantes in se nullatenus derelinquit[1], pacem iuratam inviolabiliter bona fide servabimus et ad corroborationem et propagacionem ipsius ex concordi consensu et maturo
40 consilio dominorum et nobilium, qui tunc aderant, fecimus et ordinavimus hec statuta:

1. Quelibet civitates et opida iuxta vires eorum semper erunt parati in equis et armis contra pacis et iusticie turbatores et insuper statuent et tenebunt pro posse suo stipendiarios, qui suldenere dicuntur vulgariter, ut illi ad loca remota horis singulis, quandocunque necesse fuerit, transmittantur.

45 2. Et quoniam nunc vacat imperium et domino et rege caremus, omnia bona imperii, donec vacat imperium, totis viribus tamquam nostra defendere volumus et tueri.

**433.** f) hubenere 2. g) iuraverint 1. h) Pingwiam 2.
**434.** a) Moguntiñ *or.* b) Susacenses *Bo.* c) vigore *Bö.* d) et *Bo.*

1) *Cf. Iudith 13, 17.*

3. Misimus eciam sollempnes nuncios nostros ad principes, ad quos spectat regis electio, rogantes eos sollicite, ut pro salute tocius patrie in unam dignentur concordare personam, ne ex eorum discordia sancte pacis negocium[e] valeat perturbari.

4. Statuimus eciam sub debito iuramenti, quod si in discordia plures electi fuerint, nulli eorum in aliquam civitatem vel opidum pateat aditus[f], fidelitatem vel servicium eis nullomodo prestabimus, victualia eis non ministrabimus, mutuum eis non dabimus nec clam vel palam aliquid ipsis auxilium faciemus. 5

5. Si autem aliqua civitas vel opidum seu eciam singulares persone contra hoc statutum et ordinacionem nostram, quod absit, aliquid presumpserint attemptare, presumptores huiusmodi periuri et[g] infames ac violatores fidei censebuntur, et contra ipsos totis viribus procedemus tamquam contra violatores pacis et nostros publicos inimicos. Et hec omnia unanimiter et firmiter tam diu servabimus, donec nobis unus presentetur in regem, qui de iure regnum Romanum debeat obtinere, cui de concordi consensu et unanimi consilio tamquam nostro regi et domino fidelitatem et servicia debita libentissime faciemus. 10 15

6. Volumus eciam, ut illa quatuor generalia colloquia diu statuta[h] annis singulis observentur. Propter colloquium vero, quod nunc in preterita dominica Reminiscere Moguncie habebatur, decrevimus illud colloquium, quod in octavis pasche ibidem habere debuimus, non servari hac vice, sed in dictis octavis pasche erit in posterum annis singulis observandum; statuentes, ut omnes illi, qui ad dicta colloquia non venerint, pena debita puniantur. 20

Mart. 12. Apr. 13.

7. Et quoniam quidam milites et alii in villis et locis aliis residentes pacem iurare non curant et pro corroboracione et conservacione pacis nolunt facere aliqua servicia vel labores et tamen volunt pace gaudere, statuimus, ut illi a pacis commodo penitus sint exclusi nec pax violabitur in eisdem. 25

8. Hoc statutum eciam renovando statuimus, ut nulli dominorum vel cuicunque[i] alii, qui negocium sancte pacis turbaverint, mutuum detur vel victualia de civitatibus vel opidis aliquatenus ministrentur.

9. Item statuimus, ut civitates in eorum passagiis et navibus talem adhibeant custodiam et cautelam, ne ibidem transitus pateat inimicis. 30

10. Volumus eciam, ut expedicio, que apud Coloniam[k] nuper fuit indicta, processum habeat, sicut exstitit tunc condicta.

11. Placet eciam et gratum est nobis, ut nobiles et domini terre libere gaudeant suis iuribus, sicut debent.

12. Omnia eciam statuta, que hactenus ordinata fuerunt, cum omnibus nunc statutis, sicut iuravimus, volumus inviolabiliter observare et in perpetuum mutuis auxiliis nos iuvabimus bona fide. 35

In testimonium autem omnium predictorum presentem litteram sigillo civitatis Maguntine, quo nos ceteri usi sumus[l], duximus muniendam.

Actum Maguncie ad generale colloquium civitatum, anno Domini MCCLVI, in die beate Gerdrudis[k]. 40

## 435. *LITTERAE MOGUNTINENSIUM AD RATISPONENSES DATAE.*

*1256. Oct. 2.*

*Dedit vir d. Hermannus Herre ex autographo, quod asservatur una cum nr. 436 et 437 in tabulario regni Bawarici Regensburg (Reichsstädtisches Archiv) Fasc. 5, cuius sigillum pendens nunc deest. — Böhmer, Reg. imp. V, 11759.* *(P. 381.)* 45

434. e) nego[tium] *Bo.* f) . . . tus *or.; introitus Bö. per coniecturam;* adit[us] *Bo.* g) *deest Bo.* h) die statuto *Bö.* i) cuiusque *Bö.* k) *vix legibile or.* l) usi sumus *vix legibilia or.*

Arnoldus camerarius, Fridericus scultetus, Arnoldus Walpodo, iudices, consilium et universi cives Maguntinenses[a]. Tenore presencium recognoscimus et constare cupimus universis, quod nos honorabiles viros cives Ratisponenses secundum formam pacis generalis in nostrum et omnium civitatum pacis federe unitarum recepimus consorcium, 5 ita quod ipsi formam pacis debeant per omnia inviolabiliter observare, et cum requisiti fuerint a nobis, contra pacis turbatores auxilium impendere oportunum, sicut etiam nos ipsis, quociens nos in suis necessitatibus duxerint requirendos, tenemur assistere vice versa. Preterea ratum tenebimus atque gratum, quoscunque iidem cives secundum formam pacis in suum consorcium duxerint admittendos. In cuius rei testimonium ac 10 debitam firmitatem presentem litteram sigillo civitatis Maguntine[a] duximus muniendam.

Actum Maguntie[a], in crastino Remigii, anno Domini MCCLVI.

### 436. *LITTERAE HERBIPOLENSIUM AD EOSDEM. 1256. Oct. 9.*

*Dedit Herre ex autographo tabularii regni Bawarici, v. supra nr. 435. Sigillum valde laesum pendet filis canapis.* *(P. 381.)*

15 Viris providis et discretis, sculteto et universis civibus in Ratispona sculteti, consilium et universitas civium Herbipolensium obsequii promptitudinem indefessi. Recepimus vestros sollempnes nuncios, quos Argentinam ad colloquium sancte[a] pacis de communi vestro consilio destinastis, ex quorum parte didicimus, quod ipsi apud Mogunciam iuraverint coram Walpotone et aliis civibus civitatum pacis federe iura- 20 tarum, sanctam pacem inviolabiliter observare, et quod ibi vestra civitas recepta sit in consortium sancte pacis. Super quo nos noveritis non modicum gratulari tam de commodo, utilitate ac honore, que vobis inde provenire poterunt, quam super eo, quod Dominus ipsam pacem, quam in terram misit, dignatus est misericorditer dilatare. Et ex quo nobis et omnibus civitatibus estis pacis federe couniti et nos vobis similiter 25 e converso, pro certo scire debetis, quod ad omnia, super quibus nostrum requisiveritis consilium et auxilium, parati erimus subvenire et pro vobis, si necesse fuerit, exponere res et corpus; et idem solatium a vobis, si necesse nobis fuerit, cupimus experiri. Dantes super eo in testimonium presentem litteram sigillo nostre civitatis diligencius roboratam.

30 Datum anno Domini MCCLVI, septimo Idus Octobris, indictione quintadecima.

### 437. *LITTERAE NORIMBERGENSIUM AD EOSDEM. 1256. Oct. 10.*

*Dedit Herre ex autographo tabularii regni Bawarici, v. supra nr. 435. Sigillum fere illaesum pendet lora membranacea.* *(P. 381.)*

Viris discretis prudentibus et honestis, magistro civium, iudici, consilio et uni- 35 versis civibus Ratisponensibus scultetus, consules et universitas civium Nurenbergensium sui servicii paratissimam exhibitionem. Quia constat et manifestum est, nuncios vestros sollempnes in civitate Moguntinensi, domino Walpatone[a] camerario et consulibus eiusdem loci presentibus, pacem sanctam iurasse inviolabiliter a vobis conservandam, et ibidem civitatem vestram ab ipsis in consorcium eiusdem sancte pacis esse 40 receptam, vobis quam plurimum congratulamur, volentes vobis, si oportunum fuerit, consiliis et auxiliis subvenire; et si necesse fuerit, res et personas pro vobis exponere

**435.** a) Magūnt *or.*
**436.** a) . s̄ . *or.*
**437.** a) *sic or.*

**non desinemus, occasione mutue confederationis respectum eundem ad vos habere cupientes. Et in huius rei testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine roboratam vobis condonamus.**

**Datum Nurenberc, anno Domini MCCLVI, VI. Idus Octobris, XV. indictione.**

---

# 438. PAX BAWARICA.

(1256. ante Nov. 11.)

*Servata est in solo codice tabularii Vindobonensis 581 (Reichssachen 14 A) saec. XIII, cui et Pacem a. 1244 supra nr. 427 et Pacem Ottokarianam Austriacam infra nr. 446 debemus, fol. CXXI'—CXXIII, CXXIIII'. De ratione, quae intercedit inter Paces a. 1256 et 1244, et de scriptis mediis, quae praesumi licet, cf. dissertationem viri cl. de Rockinger supra ad nr. 427 citatam. Tempus diffinitur die obitus Heinrici episcopi Bambergensis, 1257. Sept. 15, et die introitus Ottonis Pataviensis, 1255 post Apr. 10*[1]*; quod tempus arctius circumscripsit vir cl. Rockinger l. c. 11 comparato edicto Heinrici ducis a. 1256. Nov. 16 civitati Landshut promulgato infra nr. 439, quod cognationem cum normis Pacis nostrae ostendit. Editiones e codice instruxerunt Chmel 'Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen' I, 61, Wittmann 'Quellen und Erörterungen' V, 140 nr. 59, Rockinger l. c. 37. Ad nostram editionem parandam denuo codicem diligentissime contulit v. cl. Holder-Egger. Numeros capitum editionis Wittmannianae et articulorum ac paragraphorum Rockingeri uncis inclusos et typis minoribus expressos nostris adiecimus et in margine Pacis a. 1244 capita congruentia adnotavimus. Lemmata capitum latina, quae in margine codicis sparsim leguntur, quamquam genuina habenda prorsus non sunt, in linea posuimus. — Böhmer, Reg. imp. V, 11706. (P. deest.)*

**Der frid ist gesetzet zu Strubing und[a] gesworn von dem herzogen Heinr(ichen) und dem bischolf[b] Otten von Pazzawe und dem bischolf Chunr(aden) von Frising und mit des bischolfs Heinr(ichen) brifen von Babenberch und von graven und von frien und dienstmannen, ze behalten von sande Martines tage uber zwei jar.** (Nov. 11.)

(c. 1.) **1. (1. I, 1.) Swer zwischn zwein vinden einen hantfride machet, und der von ir eintwederm zebrochen wirt, jener der den fride gemachet hat der hat den gewalt, jenen anzesprechen der in zebrochen hat. Ob er ez selb dritte uf in bewarn mach, so sol jener der in zebrochen hat rehtlos und elos sin, also daz weder sin urtail noch sin beredung furbaz nieman vernem[c].**

(c. 2.) **2. (1. I, 2.) Ist daz der den frid gemachet hat jenen der in zebrochen hat durich lib niht ansprechen wil, der rihter, in des graschaft[d] er[e] gesezzen ist, sol in ze virzehen tagen laden. Und ob er ze dem tage niht chumt noch ehaft not niht bewaren mach oder ob im der tach niht wirt gechundet, so sol er buzze liden, di jener da liden muz der den frid da hat zebrochen. Und sol der rihter den gewalt haben, daz er selb dritte bewær di schulde ůf dem fridbrachen man. (2.) Ist daz daz der hant-**

438. a) uñ *similia semper c.* b) bischof *corr.* bischolf *c.* c) nem *corr.* v^s^nem *c.* d) *sic c.* e) sitzet *add., sed delet. c.*

1) *Quocum quadrat divisio ducatus Bawarici a. 1255. Mart. 28 facta, per quam Bawaria inferior Heinrico duci cessit.*

fridehafte man ehaft not bewæret, daz er ze dem tage niht mohte chomen oder daz im der tach niht wůrde gechundet, so sol man im ze reht einen andern tach geben.

3. (3. I, 3.) Ist daz der den hantfride zebrochen hat ein sogetan man ist, daz in der der in gemachet hat niht ansprechen getar, so sol er des swern, daz er vor vorhten sines libes in niht geturre ansprechen noch[f] geturre ůf in so getaner schulde[g] bewærn[h].

4. (4. I, 4.) Ob der frid zebrochen wirt an jenes wizzen der in da gemachet hat, so sol der in gemachet hat des swern, daz er sein[i] niht wesse.

5. (5. I, 5.) Ob ein man fride git sinem vinde fur sich selben und fur di sinen, und einer der sinen den fride zebrichet, und niht gebuzzet wirt, so sol jener, des helfer er ist, also er sin inne wirt, sich desselben uzzen und sol sich bereden, daz ez an sinen willen und an sin wizzen si geschehen; und sol mit jenem, den er gelaidiget hat, nach siner bet ůf in sin. Und nimt er in wider an sich, so ist er fridebræche.

6. (6. I, 6.) Ob zwen vinde, di frid an einander habent gegeben, oder zwen friunt einander widervarnt, und mit eintwederm ist einer der des andern frid niht hat, und wil jener sich[i] sines friundes trosten und wil disen anwigen, sin geselle der sin friund ist oder jener der den hantfrid mit im hat sol daz undervarn. Und mag erz niht undervarn, so sol er im helfen. Tůt er des[k] niht, so ist er fridebræch oder triulos.

7. (7. I, 7.) Ob zwen friund oder zwen finde, di fride mit einander habent, ůf dem wege widervarnt, und einer under[l] in mit im furet etwen der frides von jenem niht hat, und furhtet daz er im tůn welle, so sol er hintz im senden und also sprechen: 'der man ist hie mit mir der von iu frides niht hat; lat daz durich mich, daz ir im ze disen ziten bi mir iht tůt'. Und wil er danne des niht, ist er sin finde, so hat er den fride zebrochen; ist er sin friunde, so hat er sin triwe niht[m] behalten.

8. (8. I, 8.) Ob man bedarf geziuges ůf einen der den fride zebrochen hat, und der geziuch in dem banne oder in der æhte ist, dem sol man fride und sicherheit geben fur alle ansprache; und sol man im gelaite geben hintz der stat da er erziugen sol und wider von danne an sin gewarhait. Und darumbe daz er[n] vermainsamt ist oder in der æht, sol er niht werden verworfen.

9. (9. I, 9.) Swo zwischen zwain vinden ein fride gemachet wirt, den frid sol nieman widerbieten e der zit da er hin gemachet ist. Swer ez tůt, der ist fridbræch.

10. (10. I, 10.) Swa zwen viend vrid ein ander gebent, und ir einer etwen siner friunde oder siner lute uz dem fride nimt, fur di er niht enwil noch enmach den fride bestætigen, des selben sol er sich auzzen, noch sol im dehein helfe biten wider jenen[o], dem er frid hat gegeben alle di wil und der frid weren sol. Und uberget er daz, so hat er den frid zebrochen.

11. (11. I, 11.) Swer in dem frid, der im gegeben wirt, gelaidiget wirt, der sol daz an chlag niht rechen.

12. (12. I, 12.) Ob zwischen zwein fienden ein frid gemachet wirt, und ir einer einem sinem mage oder einem[p] durch solt dehein helfe biutet ůf den andern in der zit und der frid gestætiget ist, der ist fridbræche.

Explicit der hantfrid[q].

13. (13. II.) De nociva domo. Swelich haus oder burch offenlichen umbe den raup angesprochen wirt, so sol man beschaidenlichen nennen, wer ez hab getan und wie ez si geschehen. Und sol danne des huses herre den schuldigen von im schaiden und sol den raup zehentvaltigen gelten, oder er sol den schuldigen dem geriht ant-

438. f) noht *c.* g) schude *corr.* schulde; ůf in *abundat c.* h) bewarn? *c.* i) *sic c.* k) dˢs (ders) *c.* l) *bis scr. c.* m) *deest c.;* triwe beschalten *emendat R.* n) *deest c.* o) dˢ (der) *add., sed expunct. c.* p) einen durhc solt *c.* q) Exp. der h. *eadem manu post add. c.*

wurten. Ist der herre in dem lande niht, in des burch der raup geschehen ist, so sol man daz haus auz der burch werfen und sol ez brennen.

c. 14. 14. (14. III, 1.) De nocivis hominibus. Swer schedlich lute behaltet, der sol von in vollez rehte bieten, und sol sich ir niht auzzen. (III, 2.) Entwichent aber si von im, so sol er doch buzzen von in swaz si habent getan, di wil si bei im warn al nach dem fride; noch der herre chumt darumbe in dehainen unliunt[r] noch en wirt gesaget ze einem schedelichen man.

c. 15. 15. (15. III, 3.) Di ze schedelichen luten gesaget werdent, choment di niht ze dem ersten tage mit ir[s] borgen, den in[t] der rihter hat gegeben, so sol si der rihter ze æhte tůn und der bischolf, in des bistum si sint, in den ban. (III, 4.) Wellent aber si daz bewæren, daz in der tach niht si gechundet, so sol man in geben einen andern tach, daz si mit ir borgen vůr chomen.

c. 16. 16. (16. IV.) Ob in einem marchte oder in einem dorfe ein haus oder mer schedelich gechundet wird, diu sol man brennen an schaden andern husern, oder man sol siu schazen und verchoufen mit des rihters urlaub, und sol mit dem gute den chlagern gelten.

c. 17. 17. (17. V.) Der herzog oder bischolf oder chain ritter sol dehain schedelich lute an sich nemen mit heirat oder durch widersagen ir lehen oder friheit, daz si da mit uberwerden der gesatzten reht des gerihtes.

c. 18. 18. (18. VI.) De homicidis. Swer einen menschen ze tode sleht, dem sol man daz haubt abslahen, er műge danne selb dritte mit den genanden daz bewærn, daz er ez notwernd hab getan.

c. 38. 19. (19. VII, 1.) De rapina. Swer einen raup nimt ofenlichen uf der strazze, oder swer in wizzenlichen chaufet, ir itweder sol in der æhte sin und rehtlos. (VII, 2.) Wie aber[u] sich ein man bereden sul des roubes: ist er ein unbesprochen man, er sol sich mit funfen der genanden bereden, ob er niht gevangen fur daz gerihte braht ist; ist aber er e besprochen, so muze er sich darnach mit siben den genanden bereden umb sweu man in ansprichet.

c. 87. 20. (20. VIII, 1.) De raisa. Swer offenlichen raiset wider ieman der den frid gesworn hat, dem raishauptman sol man daz haubt abslahen. (VIII, 2.) Ist aber daz[v] ein man raiset auz dem lande und daz er an dem durhvarn ieman shaden tůt und den niht buzzet in sehs wochen, in sol der chlager selb dritte bi dem aide umbe den frid ansprechen; und sol im sinen schaden zwir gelten.

c. 20. 21. (21. IX.) De advocatia. Ob zwene mit einander chrigent, ir itweder sol des andern vogtai niht angrifen; oder er ist fridebræch.

c. 42. 22. (22. X, 1.) De haimsucha. Swer den andern veindelichen haimsuchet, wirt er des uberredet mit siben geziugen oder mit der gewizzen, er sol in der æht sin. (X, 2.) Wil er davon chomen, so sol er den schaden zehenstunde gelten, den er mit zwain frumen mannen zu im bereden muge. Und darzu sol er dem chlager funf[w] phunt geben und dem richter zehniu.

c. 22. 23. (23. XI.) De violentia hospitandi. Swer mit gewalt uf den andern herberget, der ist fridebræch; ez si danne daz er furbaz niht enmuge, so gelte dem wirt sinen schaden und belibet er unschuldich.

c. 25. 24. (24. XII, 1.) De proscriptis et excommunicatis. Swer in di æhte chumt und in virzehen tagen da von niht chumt ze reht, den sol der scherge chunden vor der chirchen und an dem marchte. Und sol ander virzehen tage frid haben von dem rihter, und niht von dem chlager. Darnah[x] sol man sin hus und allez sin gut brennen.

438. r) unlivt *c.* s) ir riht^c den im d^c borgē hat *corr. c.* t) im *c.* u) ein *add. c.*
v) dan *corr. c.* w) zehen *deletum, in margine eadem manu* funf *c.* x) daznah *c.*

25. (25. XII, 2.) Swelh æhter chumt in eines mannes hus, des hauses herre sol im helfen daz er uz sinem huse an schaden chom; und darumbe sol der wirt niht in der æhte sin. (XII, 3.) Wirt aber der æhter in dem hause funden, und sich der wirt niht mach bereden, er wesse daz er in æhte wær, so sol man daz haus und den wirt in di æhte tůn. Und ste an des rihteres bescheidenheit, ob ieman mer in dem huse si den man darumbe in den ban tun sul, an di hausfrawen und an chleiniu chint. c. 24.

26. (26. XII, 4.) Ob ein bischolf einen man in den ban tůt und[y] der virzehen[1] tage frævellich in dem banne ist, der bischolf sol ez chunden dem herzogen mit sinem brief, und sol danne der herzoge in ze æhte tůn. Gelicher wise sol der bischolf tůn einem den der herzoge in di æhte hat getan. Und enmach weder der æhter noch der bænnige man erloset werden, er werde e erloset von dem der in ê gebunden hat. Ez si danne daz ein bischolf einem manne mit gewalte verzihet losung auz dem banne; mag er daz bringen selb dritte piderber lute, so sol in der herzog auz der æhte lazzen. c. 23.

27. (27. XII, 5.) Ob ein æhter einen andern æhter sinen tiuren oder sinen gelichen ze dem geriht antwurt, der in dar antwurt den sol man uz der æhte lazzen, und uber jenen rihten. c. 55.

28. (28. XII, 6.) Swer mit siben geziugen siner gelich oder siner tiurer uberbunden wirt, daz er jar und tach in dem banne und in der æhte frævellich si gewesen, der sol elos sin. c. 62.

29. (29. XII, 7.) Di weil ein man in dem banne und in der æhte ist, so mag er niht lehen gelihen noch enphahen; geschiht ez daruber, ez hat niht chraft. c. 62.

30. (30. XIII.) De clericis. Dehein werltlich rihter sol mit gewalt rihten von deheinem phafen ze sinem libe oder umb gaistlich dinch, er werde ê entsetzet von sinem bischolf. c. 27.

31. (31. XIV.) Chloster, chirchen, vrithof, widem[z], můl, wingarten, paumgarten und impen in ir vazzen suln gantzen frid haben. Swer si angriffet, der ist fridpræch[a]. c. 28.

32. (32. XV.) Carta. Ez sol chain rihter an dem gerihte sitzen, er hab den frid teusche bi im gescriben; oder er muz dem herzog funf phunt geben. c. 33.

33. (33. XVI.) Venatio. Di mit drauhen, mit strichen, mit netzen bi der naht daz wilt vahent und hæbich und sparber erstigent, di sint ůz dem fride. c. 35.

34. (34. XVII.) Swer win oder dehein trinchen verchauffet an in der ê tavern, der ist fridebræche. c. 36.

35. (35. XVIII.) Monachi. Phaffen, munchen, wiben sol man rihten nach aller ir chlag an ir vogetes vrage und an furzoge, swa si chlagen, daz der frid an in zebrochen si. c. 44.

36. (36. XIX.) Der bischolf boten sol man auch rihten swenne ir herren uz dem lande sint, sam si ze gagewurt wæren. c. 26.

37. (37. XX.) Usurarii. Ez sol dehain man sin gůt aůf gesuch lihen, noch verchauffen daz er tiurer hingebe; oder er ist fridbræch. Und swer[b] wucher und vurchauf hilt, den sol man ze banne tůn. c. 41.

38. (38. XXI.) Muntleut. Ez sol dehein man muntleute haben, oder er ist fridebræch. Und der muntman sol dem rihter funf phunt geben, oder man sol in slahen mit steken. c. 45.

39. (39. XXII.) Conductus. Niemme sol dehein geleitte geben; oder er ist fridbræch, und sol man in enthaubten; wan ein islich man sol von des herzoge gewalt und von disem satze sicherlichen varn. c. 46.

40. (40. XXIII, 1.) Castrum. Ez sol nieman dehain burch haben, er hab darzu drizzech phunt geltes. (XXIII, 2.) Oder man sol di burch brechen. c. 48.

438. y) un c. z) widē c. a) fridp̄r c. b) deest c.

1) *Legendum esse videtur* virzich; *cf. Pacem a. 1244 supra nr. 427 c. 23.*

c. 49. 41. (41. XXIV.) De armatis. Ez sol nieman[c] ze des graven noch ze des rihters taiding an sin urlaup gewaffent chomen; oder er sol dem graven oder dem rihter zehen phunt geben.

c. 51. 42. (42. XXV.) De herberga. Ez sol chein graf in siner graschaf uber der lute willen mer herbergen danne dristunt in dem jar, ze einem mal in dem winder und zwir in dem sumer; und sol danne diu hub ein pfert futern und der mairhof oder diu mul zwai. Swer daz uber griffet, der ist fridebræche.

c. 52. 43. (43. XXVI.) De clamore. Ob der graf oder der rihter oder der scherig einen schedelichen man jaget, alle di umbesæzzen, di daz geschrai horent, di suln nahvolgen. Der des niht tut der sol dem rihter zwai pfunt geben.

c. 54. 44. (44. XXVII.) De violento coitu. Swen man ansprichet, daz er ein maget oder witwen oder ein ander wip, diu gutes liundes ist, genozogt hab, mag si selb funfte in des uberreden, man sol in lebenden begraben, er muge danne selb dritte daz bewarn, daz er ê mit ir willen[d] bei ir gelegen si.

c. 56. 45. (45. XXVIII.) De inquisitione et ostensione. Swer eisch[e] oder weisung haben wil, der sol des swern, daz er si hab an ubel list.

c. 58. 46. (46. XXIX.) Der ein gewer behaben wil, der sol si behabn mit siben genanden, den næchsten und den besten.

c. 59. 47. (47. XXX.) De pignore. Swer den andern pfendet an fronboten, der ist fridebræche.

c. 60. 48. (48. XXXI.) De furto. Bi swem ein man sin gute vindet daz im verstolen ist, biutet er sinen gewern, er sol des swern, daz er in nenne an ubel liste; und sol den, der daz gut floren hat, hintze sinem gewern furn an schaden und herwider.

c. 61. 49. (49. XXXII.) De periuris. Swer des uberredet wirt mit siben siner gelichen oder siner tiurern, daz er[f] einen mainen eit gesworn hab, dem sol man di hant ab slahen.

c. 64. 50. (50. XXXIII.) De vagis. Loterpfaffen mit dem langen[g] hare und spilleut, di diu wip mit in furent uzzerhalb ir pfarre, di sint uz dem fride.

c. 65. 51. (51. XXXIV, 1.) De pabulatoribus. Der herren chneht, di in dem snit mit gewalte futerent, den sol man di hant abslahen; oder si muzzen dem rihter funf phunt geben. (XXXIV, 2.) Ist aber daz ein man oder ein bot einem můden[h] pfærit chorn snidet, daz er mit ainem fuzze in dem wege stet, daz sol man ubersehen.

c. 75. 52. (52. XXXV.) De limitibus. Swer den andern an sprichet umb etzen, tretten, ubersniden, ubermenen[i], ubereren, zounbrechen, mag er selb dritte sin unschilde niht bereden, er sol den schaden zwir gelten, und dem rihter zwen und sibentzech pfenning geben.

c. 76. 53. (53. XXXVI.) De mensuris. Unrehte mazze und metzen swer da mit schaden tut und des uberredet wirt, der sol den schaden zwir gelten, nach sein selbe drittes eide, und dem rihter driu pfunt und sehtzech pfenning.

c. 78. 54. (54. XXXVII.) De vitulis. Nieman sol chein chalp verchouffen ze slahen, ez si zwair jar alt; oder er sol daz chalp flisen und dem rihter zwen und sibentzch pfennig geben.

c. 79. 55. (55. XXXVIII.) De molendinis. Der mulner sol daz drizzigest teil nemen; nimt er mer, so sol er dem rihter zwen und sibenzch phennig geben.

c. 81. 56. (56. XXXIX.) De parvis dampnis. Swer den andern an sprichet, daz er den fride an im zebrochen hab, umb ein dinch daz uber sechs schilling ist, ze des libe sol man rihten, ob er sich niht bereden mag. Ist aber daz dinch under sehs schilling, so sol er sich selb dritte bereden, oder er sol den schaden zehen stunde gelten.

**438.** c) niema *c.* d) willen *alio atram. in marg. suppl. c.* e) eichs *c.* f) ein *c.* g) lagen *c.* h) můdem *c.* i) ubernemen *c.*

57. (57. XL.) De rusticis. Dehein gebour sol tragen pantzir oder isenhut oder pukrames bambeis oder gnippen; oder er sol dem rihter funf phunt geben. c. 71.

58. (58. XLI.) De clericis. Dehein rihter[k] noch dehein scherg sol sich underwinden der pfaffen gutes mit gewalt nach ir tode. Swer daz tut der ist fridbræche. c. 82.

5 59. (59. XLII, 1.) De usuris. Ez sol chein christen gesuch nemen noch pfant auf den schaden setzen, niwan an di Juden; oder er ist fridebrach. (XLII, 2.) Und swelh Jude mer ze der wochen gesuches nimt danne zwen pfennig von einem pfunt, der sol dem rihter ein pfunt geben. c. 83. c. 84.

60. (60. XLIII, 1.) De iure civium. Ob eines herren man in eines andern herren 10 stat vert, vodert er in herwider uz in dem jar, er[l] sol in im herwider uz geben. (XLIII, 2.) Ist aber er jar und tach in der stat unbesprochen, der herre mag in nimmer herwider uz gevodern; er sol im aber doch gevelligen dinst tun. (XLIII, 3.) Und wær er ein sogetaner man und vervůr[m] in einer stat, und wip und chint læt, diu zwai tail sines gutes gevallent dem wib und den chinden[n], daz dritte dem herren, des er 15 gewesen ist. (XLIII, 4.) Læt aber er niht erben, so sol ez halbez sinem herren gevallen und halbez dem herren, des diu stat ist. (XLIII, 5.) Doch sol man vor lazzen[o] swaz der man geschaffet umbe sin sel. c. 50.

61. (61. XLIV.) De raufen et alapis. Swer den andern rauffet oder sleht an daz maul oder anders an wunden, der sol im ein pfunt geben und dem rihter zwen 20 und sibentzch pfennig. c. 70.

62. (62. XLV, 1.) De vulneribus. Swer den andern wundet an lem, der sol im fur islich wůnden ein pfunt geben und dem rihter fur si alle ein pfunt; oder man sol im di hant abslahen. (XLV, 2.) Man sol ein hant wider di andern und ein glit wider daz ander abslahen. c. 69.

25 63. (63. XLVI.) Swer in den steten des nahtes an lihte get, der ist fridebræche. c. 67.

64. (64. XLVII.) De perfidis. Swer sine triwe brichet an sinem rehten herren, an sinem libe oder an sinem gůt oder an sinen eren, wirt er des uberwunden mit siben, di von ritters ewerchen sint, ob er selb von ritters ewerchen ist, oder mit siben gebourn, ob er selb ein gebour ist, der sol rehtlos und elos sin, und sin hausfrawe 30 witwe, siniu chint waisen[p] und elliu siniu lehen ledich. c. 86.

65. (65. XLVIII, 1.) De widerpot. Swer den andern beroube an widerbot, den er wol gegruzzet hat, und sich selb dritte mit dem genanten niht bereden mag, dem sol man di hant abslåhen, und sol den schaden dristunt gelten. (XLVIII, 2.) Und sol sich jener bereden bi dem eide, daz er in niht an můtwille. c. 88.

35 66. (66. XLVIII, 3.) Swer dem andern widerbiutet, der sol im darnah in drin tagen niht tůn, noch er im herwider; oder si sint fridebræche. c. 89.

67. (67. XLIX.) De incendiariis. In swes hause man einen brenner vindet, oder swer in dem gerihte wert, der sol an des brennæres stat sin. c. 90.

68. (68. L.) De silva. Swer mit gewalt holtz nimet in den forsten, mit den 40 fursten gefurstet sint, oder swer ez nimet in cheinem holtze bi der naht, der ist fridebrach. Swer ez nimt mit gewalt uz deheinem holze ze des hutteres gagenwurt, der sol ez funfstunt gelten. Swer ez aber haim bringet, und man sin danne inne wirt, der sol ez zwir gelten. c. 92.

69. (69. LI, 1.) De cultellis. Swer genippen und stechmezzer treit in cheiner 45 stat oder in der herberge an des herzogen urlaub, der sol dem rihter oder dem marschalch ein pfunt geben und sol daz mezzer flisen. (LI, 2.) Swer aber sogetaniu mezzer in den hosen treit oder anderswa verborgen, dem sol man di hant abslahen. c. 94. c. 93.

438. k) sol *add., sed expunct. c.* l) ez *c.* m) veuůr *corr.* veruůr *c.* n) chinde *c.* o) vorlazzen *c.* p) *fol. CXXIIII'.*

c. 95. 70. (70. LII, 1.) De schephen. In swelher graschaft gebrest ist der schepfen, da sol der graf oder rihter vier der eltisten und der beschaidensten nemen. (LII, 2.) Und suln di erziugen umb eigen und umb ander dinch an der schepfen stat; an daz dem man an den lip get, daz sullen di schergen sagen. (LII, 3.) Di vier suln auch warten, daz der rihter an dem gerihte iht sitze an den fridebrif. (LII. 4.) Und swen der graf oder rihter dazu erwelt, wil er sin niht tůn, so sol er dem herzogen zwainzch pfunt geben.

c. 96. 71. (71. LIII.) De raptu. Swer dem andern sin chonwip hinvůrt, den sol man lebenden begraben.

c. 97. 72. (74. LVI.) De gwer. Swer eines dinges gewer sol sein, oder geziuch uber aigen, ist er in dem banne oder in der æhte, dem sol man frid und gelaitte geben zu dem gerihte und von danne.

c. 63. 73. (72. LIV.) De rapina. Schahraup und strazraup sulen chein schup haben. Wan swen man damit vinde, uber den sol man rihten, ob er ê ein besprochen man ist gewesen, oder er sol sich[q] selb dritte mit den genanden bereden.

c. 74. 74. (75. LVII.) De operariis. In islicher stat und pharre sol der rihter mit æchten den besten und den tiurist vor der chirchen bi dem eide setzen den chouf und daz lone smiden, schustern, bebern, zimberluten und den andern allen, swer mer[r] nemen welle, daz man in ansprech umb den fride.

c. 91. 75. (73. LV.) De rapina. Swer dem andern ein ros hinfuret, in swes huse man daz vindet, der sol daz ros wider geben oder er sol ez gelten; oder er ist fridebræch.

c. 47. 85. 76. (76. LVIII.) Swer den frid niht sweren wil, der sei uz dem fride, und sol man doch von im rihten allen chlagern.

---

# 439. HEINRICI DUCIS BAWARIAE EDICTUM DE PACE ET DE MERCIMONIIS.

## 1256. Nov. 16.

*Hoc edictum, quod Heinricus dux Bawariae inferioris pro civitate sua Landshut edidit ideoque a nostro proposito alienum esse videtur, ea de causa hoc loco sistimus, quia nonnullae eius normae ad Pacem a. 1256 supra nr. 438 melius exsequendam datae esse videntur. Superstes est in codice tabularii Vindobonensis 581 (Reichssachen 14 A) saec. XIII. saepius laudato fol. XXXVI et XXXVII et in indice codicis incribitur* Statuta super mercimoniis. *Ediderunt e codice Chmel l. c. 70, Wittmann l. c. 154 nr. 62, Rockinger l. c. 53. Codicem denuo contulit Holder-Egger. (P. deest.)*

Incarnationis Domini anno MCCLVI, feria quinta post Martini proxima statuta sunt hec apud Lantshůt, que usque ad purificationem proximam et ab illa per annum durabunt. (Febr. 2.)

1. Videlicet[1] quod gladios et gnippas inhibuimus ferri infra civitatem. Et quotienscumque[a] portantes ipsos deprehensi fuerint, tociens dabunt ad civitatem VI

438. q) *sic c.* r) *deest c., supplevit R.*

439. a) quotiens usque c.

1) *Cf. Pacem a. 1256 supra nr. 438 c. 69.*

solidos[b] et iudici LX denarios[c]. Qui autem tulerint gnibbas an cultellos[d] nocivos, sententie latronis subiacebunt.

2. Griseum pannum statuimus parari, quod V spannas habeat[e] in latitudine; et optima ulna detur pro X denariis. Secus facientes dabunt civitati VI solidos et iudici LX denarios.

3. Follones contra iusticiam follentes et textores contra iusticiam texentes dabunt LX denarios.

4. Usurarios[1], preemptores, societates, que vulgo dicuntur einung, sub pena V librarum inhibemus et insuper ipsos exleges iudicamus.

5. Statuimus II libras et dimidiam bovinarum carnium dari pro I denario et totidem ovinarum et III libras caprinarum. Qui secus fecerint, dabunt civitati VI solidos et iudici LX denarios.

6. Preemptores sepi et extra civitatem illud vendentes emendabunt ut predictum est. Sepi libra dabitur pro III obulis.

7. Pabulatores in metreta lucrentur I obulum[f] et in feno V denarios.

8. Vragener V denarios lucrentur.

9. Institores fungentes preciorum commercio necnon vragenarii sedentes in platea eadem lege fruantur. Qui secus fecerint, dabunt LX denarios.

10. Statuimus quod ad[g] inducentes mercimonia civitati, nulla fiat emptio extra forum publicum. Item nullus vragenariorum personaliter an per nuncios quicquam conparet infra civitatem. Secus hec mandata facientes dabunt civitati VI solidos et iudici LX denarios. Si non habet pecuniam, amputabitur illi manus.

11. Statuimus quod duo bona salsutia et magna ad modum conpetentem dentur pro I denario[h], que solum debent esse confecta[i] de puris carnibus porcinis. De scrofa nulla facienda sunt. Secus facientes dabunt unam libram et per annum carebunt officio suo.

12. Statuimus quod leprose et scrofine carnes solum VII pedibus a macello vendentur, et cum illis carnes Iudeorum. Transgressores dabunt V libras et per annum vitabunt macellum.

13. Statuimus quod duo panes tocius generis secundum forum annone bene pixti, salsi ac cribrati dentur pro I denario. Panem qui dicitur vriz omnimodis inhibemus. Nullum ordeum miscetur cum simelroken. Prezen solum debent esse simelin. Qui ter excesserint, dabunt I libram et anno carebunt officio suo.

14. Statuimus quod nostri cives urnam latini vini propinent pro V solidis, hospites pro dimidia libra et X denariis. Optimum vinum Franconicum[k] pro LXXV denariis, mediocre pro LV denariis propinabunt. Qui duo vina simul propinat aut miscet et qui mensuram ad mensam non portaverit, dabit civitati VI solidos et iudici LX denarios.

15. Antiqua mensura vini Bawarici detur pro I denario; et similiter medonis pro III obulis.

16. Urnam cervisie pro XVIII denariis effundent publice. Et qui praxat, debet dare pro XV denariis urnam. Quociens[2] iniustam mensuram dederint, tociens dabunt LX denarios civitati et iudici XXVIII denarios.

17. Statuimus quod piscatores omnes pisces suos effundent publice nec abscondent eos apud litus. Transgressores dabunt LX denarios.

**439.** b) soł *similia semper c.* c) deñ *similia fere semper c.* d) cutellos *c.* e) haī *c.* f) obuł *c.* g) *eadem manu superscr. c.* h) 7 (et?) *add., sed delet. c.* i) confecte *c.* k) fraconicum *c.*

1) *Cf. Pacem a. 1256 supra nr. 438 c. 59.* 2) *Cf. ibid. c. 53.*

18. Nullus caupo fideiubebit, quod vulgo dicitur weren, super ebrios concives suos an super vestes filiorum aut servorum civium, quas cingulis suis concludunt. Transgressores dabunt civitati VI solidos, iudici LX denarios.

19. Nullus picator conficiet aliquod picarium preter statutas mensuras civitatis, nec extraneus faciet aliquod absque consilio provisorum civitatis. Transgressoribus digiti[l] amputentur et insuper dabunt LX denarios.

20. Lotricos[1] omnimodo, vagos scolares cum longa coma inhibemus. Hospitantes illos preter solam noctem in libra dampnamus.

21. Statuimus quod nullam emendam preco an aliquis servorum iudicis suscipiat absque notario civitatis, qui ipsas inscribat. Transgressores emendabunt ad placitum provisorum civitatis.

22. Statuimus quod textores faciant tres ulnas rupfein pro I denario, et achambin similiter, et herwein II ulnas pro I denario.

23. Calcifices debent prepedia et plantas[m] inponere pro I denario et plantas pro obulo. Transgressores debent emendare.

---

# 440. OTTOKARI DUCIS PAX AUSTRIACA.

## (1256 – 1261.)

*Legitur in codice tabularii Vindobonensis 581 (Reichssachen 14 A) saec. XIII. fol. XXXIII'—XXXV, e quo eam exemplavit vir d. Martinus Mayr, denuo contulit v. cl. Holder-Egger. Prius edita est e codice a Chmelio 'Archiv für Kunde österreichischer Geschichtsquellen' I, 55 et in libro perraro 'Sammlung einiger bisher ungedruckten oder aus den Urschriften genau gezogenen Urkunden' p. 31 nr. 13, qui liber tomo III. libri Rauch 'Oesterreichische Geschichte' appendicis instar additus est[2]. Capita 1—11 repetunt normas fere omnes decem capitum Pacis Moguntinae Friderici II. imperatoris a. 1235; et quidem, ut primo aspectu patet et ordine capitum comprobatur, non textus Latinus genuinus, sed potius Versio Germanica supra nr. 196a adhibita est. Adnotandum sane est, Bohemum hic imperatoris rationem dicendi usurpasse. Cum in hac parte monumenti nostri duo additamenta obvia sint (c. 3 ex. et c. 4 ex.), quibus iam Versio illa (c. 3 et 22) textum Latinum superat, quae leguntur etiam in Constitutionibus Rudolfi regis inde ab anno 1281, ad sententiam ducimur, haec additamenta aut in textu nostro Latino Pacis Moguntinae casu excidisse aut postea, tamen ante Rudolfi regis tempora, fortasse a Wilhelmo rege adiecta esse. Ex edictis enim Rudolfinis Bohemus certe nihil recepisset, vel si Pax Austriaca ab ipso post annum 1273 constituta esset. At ante hunc annum eam emanavisse, contenderimus. Nam in rubro Ottokaro nomen ducis inditum est, quod librarius codicis sub oculis Hermanni abbatis Altahensis scribens certe nomine regis explevisset, si post regiam coronationem a. 1261. Dec. 25 celebratam scripsisset[3]. Tempus ergo diffinitur die 21. Nov. a. 1251, quo die Austriaci Ottokaro se subdiderunt[4] et die 24. Dec. a. 1261. At arctius id concludere possumus, opinor. Capita 13 et 23 normas scriptorum Pacis Bawaricae a. 1244 et a. 1256 sapiunt, caput 25 certe e scripto*

439. l) digite *c.* m) ⁊ pl'a||cas *delet., et superscr.* ⁊ plant̄ *c.*

1) *Cf. Pacem a. 1256 supra nr. 438 c. 50.* 2) *V. Chmel l. c. p. 3.* 3) *Hermannus ipse in Annalibus suis Ottokarum iam antea nomine regio adornat; v. SS. XVII, 399. 401. 402.* 4) *Cf. Contin. Cosmae, SS. IX, 172.*

*alterutro desumtum est, et quidem e scripto a. 1256, ut comprobatur additamento, quo Pax huius anni abundat. Quocum convenit, quod in capite 24 mentio fit pacis iuramenti, quod iam pridem praestitum sit. Hermannus autem Altahensis in Annalibus ad a. 1254 (SS. IX, 397) haec profert:* Ipse autem Otakerus dux in tribus suis principatibus, 5 videlicet Boemia, Moravia et Austria, tamquam princeps omni probitate preclarus, inopinatam et optimam pacem facit. *Quae ad illud primum pacis iuramentum spectare mihi videntur. Pacis nostrae normas nonnullas receptas esse in Statuta terrae Austriacae (Oesterreichisches Landrecht II.)*[1], *quae a. 1266 Ottokarus promulgavit, probavit nuper vir d. Dopsch 'Archiv für österreichische Geschichte' LXXIX, 54. Litteris minoribus* 10 *insigniri iussimus ea, quae cum Versione Pacis Moguntinae Germanica concordant, numeris capitum ipsius in margine adnotatis.* *(P. deest.)*

## Forma pacis quam instituit Otacharo dux in Austria.

1. Wir[a] setzen und[b] gebieten: swaz schaden iemen geschehe an dehæinerslahte dinge, daz er [des]selbe niht rechhe, er chlag iz e sinem rihter und volge siner chlag nah en ende als reht 15 ist, izn si als verre daz er da enhant niht sei[c], und sines leibes und sines gutes muzze tuen ze notwer. Swer sih anders richet danne hie geschriben ist, swaz schaden er dar umbe tůt, den sol er im gelten mit zwivalt, und swaz schaden im geschehen ist, der sol vlorn sin, und sol nimmer dehein chlag nah dem gwinnen. c. 5.

2. Swer ab[d] siner chlag nah volget als reht ist, wirt[e] dem niht gerihtet, und můz er durch 20 not sinen vienden widersagen, daz sol er tůn ze[f] tage; und von dem tage so er im widersagt hat untz an den vierden tach sol er im dehein schaden tůn weder an libe noh an gute; so hat er vrid drie ganz tag. Derselbe, dem da widersagt wird, der sol auch dehæinen[g] schaden tůn dem der im da widersagt hat unz an den vierden tach an liebe noh an gute. En swelhem dirre satze gebrochen wirt, der sol fur sinen richter varen und sol enen bechlagen der im ê getan hat; 25 dem sol danne der richter selbe furgebieten od[h] mit sinem gwissem boten. Mach sich derselbe, der da angesprochen wirt, niht bereden selbe sibent unbesprochener[2] manne auf den heiligen for dem rihter, so sol er sin êlos und rehtlos ebichlichen, also daz er nimmer mer wider chomen můg ze sinem rehte. c. 6.

3. Wir[a] setzen und gebieten: an swem der hantvride zebrochen wirt, erziuget er daz auf 30 den heiligen vor dem rihter mit dem der den hantvride gemachet het und mit zwæin umbesprochen[1] manne, di ir reht behalten habent, daz der vride an im zebrochen si, der rihter sol enen ze æht tůn, der den vrid zebrochen hat, und sol in nimmer auz der æht lazzen an des chlagers willen, od er vleuset di hant dar umbe. Ez ensi daz er mit dem todesslage den vrid breche; so sol siner mage æiner chlagen diselben tât und sol si auch bereden, als hîevor gescriben 35 ist. Und so er daz beret, so sol derselbe nimmer auz der æht chomen niwan mit dem tode und sol sin êlos und rehtlôs. Wil ab der der den vrid gemachet hat od enphfangen[i] hat im niht gesten des rehtes[k], daz er an im gebrochen si, dem sol der rihter gebiêten bei unsern[3] hulden, daz er im sines rehtes helfe, od daz er sin niht enwizze. Lat[4] er daz durch magschaft od durch dehein ander dinch, er ist uns[5] und dem rihter siner hant schuldich. c. 3.

40 4. Wir setzen und gebieten: daz dehæin rihter imen ze æht tů niwan ofenlichen, und daz dehæin rihter imen auz der æht lazze, er nem di gwishæit, daz dem chlager gerihtet[l] werde nah c. 22.

**440.** a) *littera* W *deest c.* b) uñ *semper c.* c) *locus corruptus.* d) *sic plerumque c. pro* aber. e) wir *c.* f) ze *bis c.* g) dehæinne *c.* h) *sic semper c. pro* oder. i) enphfanget *c.* k) rehstes *c.* l) *corr. ex* gerihteñt *c.*

45 1) *ed. Hasenöhrl 'Oesterreichisches Landesrecht im 13. und 14. Jahrhundert'. Wien 1867.* 2) sentbar *Versio Pacis Moguntinae c. 6.* 3) des keisers *Versio Pacis Moguntinae c. 3.* 4) *Haec sententia, qua iam Versio abundat, obvia est in Constitutionibus Rudolfi regis inde ab anno 1281.* 5) dem keiser *Versio c. 3.*

des landes gwonheit. Tût daz der rihter niht, daz sul wir[1] uber in rihten, als reht ist. Wir[2] loben, daz wir daz selbe behalten.

c. 13. 5. Wir[a] setzen und gebiten: daz niman dehæin mûntman hab.

c. 11. 6. Wir[a] setzen und gebiten: swer auf îemens phfenning falcs slahe oder slahen hæizze, den sol man haben fûr æinen valschær. 5

c. 8. 7. Wir[a] setzen auch und gebiten: swelch herre sin stat od sin burch bauwen welle od dehæin ander bowe tuen wil, der sol daz tuen mit sinem gute od mit siner leute gute, niht von der lantleute gute. Swer dar uber dehæin zol od dehein ungelt nimpt in[3] dehæiner[m] stat od auf dehæiner[m] strazze, uber den sol man rihten sam uber æinen strazzrauber.

c. 1. 8. Wir[a] setzen und gebiten: daz man in den steten, in den dorfern uber elliu unseriu 10 lant[4] sih behalt an gæistlichen dingen, und ob der erzbischolf od der erzbrister geistlich richt, des seî im nimen[n] wider mit deheim unreht.

c. 2. 9. Wir[a] setzen und gebiten vestechlichen und als reht ist: daz aller gothauser vogt vor sin den gotshausen und si schermen auf ir vogttay, als gein got wol ste und als si unser hulde damit behalten wellen, und sich an der goteshuser gut, daz ir vogtay ist, also behalten, daz uns 15 dehein chlage von in iht chom. Swer des niht tût, chumpt uns des chlage, daz welle wir rihten als reht ist, und als veste daz wir daran niemans schonen wellen. Wan swer sin vogtay selbe raubet, di er billich schermen sol, der hat billich di vogtay verlorn. Wir[a] verbiten vestechlich bi unsern hulden, daz nieman durch deheins vogtes[o] schulde noh im ze laide der goteshuser gut, daz sin vogtay ist, weder brenne noh raube noh phfende[p]. Swer daz daruber 20 tût dem vogt ze laide, wirt er des uberziuget als reht ist vor dem rihtær, den sol man ze æht tûn und sol in dar auz nimmer gelazzen, er engelt den schaden drivalt; und suln diu zwei tæil dem goteshuse werden, des[q] daz urber[r] ist[5], dem vogt daz drittæil.

c. 27. 10. Wir[a] setzen und gebiten: swer wizzenlich raub chaufet od diuplich gût od swer rauber und diube wizzenlich wirt ist, daz si zerent in sinem huse, und doch niht æhter sint, und wirt 25 er des uberziuget als reht ist, so sol er der ersten jenem manne[s] gelten sin gut, dem iz da genommen ist, iz sei diufe ode raub. Ist ab daz, daz er des uberredet wirt, daz er iz ze dem andern mal getan hat, ist daz gût danne raublich, so sol man rihten uber in als von reht uber æinen rauber, ist aber daz gût diuflich, so sol man rihten uber in als æinen diep.

c. 25. 11. Wir[a] setzen und gebiten: daz nieman behalte noh herberge dehæinne æhter wizzen- 30 lichen; swer daz dar uber tût, wirt er des uberziuget als reht ist, der ist in den selben schulden, und sol man uber in rihten sam uber den æhter. Ist aber daz[t] er sih des entredet als reht ist vor dem rihtær auf den heiligen mit siben unbesprochen[6] mannen, daz er niht wesse, daz er æin ehter was, so sol er unschuldich sin. Swo man verbiete od angriffe æinen[u] æhter, den sol niman weren; swer den wert, wirt er des uberredet als reht ist, daz er in wizzenlichen hat ge- 35 wert, der sol in denselben schulden sin, und sol man uber in rihten als uber einen æhter.

c. 26. 12. In swelhe stat der æhter chumt, da sol man sin niht behalten, und swer im ubel tuen wil, des sol man in niht schermen. Im sol niman niht geben vergeben noh ze chauffen, und sol ze im niman niht chauffen, man sol in miden an allen dingen. Behalt in dehæin stat ge- mæinlich und wizzenlich, ist si umbmowert, der rihter, in des geriht si da ist, sol sei nider 40 brechen. Uber den wirt, der in behaltet, sol man rihten als uber æinen[v] æhter und sol sin haus zefuren. Ist diu stat ungemowert, so sol si der rihter brennen; daz sol nieman weren.

**440.** m) dehæin *c.* n) nime *c.* o) *sequitur* willen *iam deletum? c.* p) phfenden *c.* q) *praecedit* da' *iam deletum c.* r) des uber *c.* s) *eadem manu in margine suppl. c.* t) dan *corr.* daz *c.* u) æine *c.* v) æine *c.* 45

1) der keiser *Versio c. 22.* 2) *V. p. 605 n. 4.* 3) in dehainer stat od auf dehainer strazze, *quibus iam Versio c. 8 abundat, occurrunt in Constitutionibus Rudolfi.* 4) in allem unserem riche *Versio c. 1.* 5) *Hoc additamentum addit iam Oesterreichisches Landrecht I. a. 1236—37 c. 61 et recepit etiam Landrecht II. a. 1266 c. 80.* 6) sentbar *Versio c. 25.*

Setzet sih diu stat dawider, stat und leut sin rehtlos. Mach daz der rihter, in des geriht daz geschiht, niht gerihten, so sol er uns[1] daz chunden, und sol iz danne mit unserm[2] gwalt tuen.

13. Wir[w] setzen und gebiten[x]: swer[3] den andern sines gutes entwert, mak der chlager daz bringen selbe dritte siner hausgnozze, di des æigens hausgnozze sint, mit dem æide auf den heiligen, man antwrt im di gwer wider. Und sol ims der rihter als lange schermen, als si ener gehabt hat; und swaz er sin gnozzen hat, daz sol er im selbe anderez wider geben.

14. Wir[w] setzen und gebiten: daz dehæin rihter dehæin ander wandel iht nem danne im von den besten werde ertæilt, di ze sinem geriht gênen[y]; nem er da uber iht, daz riht man uber in als uber einen rauber.

15. Wir[w] setzen und gebieten: daz dehæin rihter uber dehæin æigen iht rihte[z], wan daz innerhalb der stat leit.

16. Wir[a] setzen und gebieten: daz dehæin unser rihter dehæin rauber iht lazze, izn si mit der chlager willen; und tůt er iz dar uber, so sol man in an eins raubers stat haben.

17. Wir[a] wellen auch und setzen vier lantrihtær, zwen[b] enhalb Tunowe, zwen dishalb; di suln rihten alle chlag di fur si choment, an uber dienstman leib und æigen und lehen. Wirt aber æin dinstman umb grozze schulde bechleit, den sol der lantrihter bringen in den furban; di æht sol man uns behalten. Uber rittær[c] und uber chneht, di unser sint od unser dinstman æigen sint, od swes si sint, da sol der lantrihter uber rihten, uber leip und uber gůt, als reht ist.

18. Wir haben auch unsern . . .[d] mit zwelf herren auz dem lande.

19. Wir wellen auch, daz zwen lantrihter bei an ander sitzen an dem gerihte, so si mugen.

20. Man sol auch alle schedelich veste brechen, di in dem urleuge gebawen sint, und die veste di gemachet sint auz den chirchen.

21. Wir[a] wellen auch, daz man allez daz guet daz uns ze reht angehöret, daz wir niht gegeben oder verlehent haben, uns lazze mit gemache.

22. Wir wellen auch, daz[e] riche und arme haben daz æin iselicher ze reht haben sol; man behab imz danne ze reht an.

23. Man[4] sol auch deheinen[f] man, der mit reht in die æht wirt braht, niht behalten; behalt in iêmen, chumpt der lantrihter dar und verbiutet in, let er in daruber, so sol er sten an des æhters stat.

24. Wir wellen auch daz man allez daz rihte, daz geschehen ist, sit man alrest lantvride hat vor uns gesworn[6].

25. Iz[5] sol auch nieman dehæin veste bowen, der niht hat drizzech phunt geltes umb di selben veste. Ist[7] aber deheinniu daruber gebowen, di sol man brechen.

26. Wir[a] gebiten auch allen den di in dem lantgerihte sint gesezzen, iz sin dinstman, ritter od chneht, arm od riche, swa di lantrihter irin lanttæidinch hin legen, daz si dar chomen, dem geriht ze helf. Swer daz vrevellich versitzet, der můz darumbe leiden, swaz umb di versaumunge wirt ertæilt.

27. Umb manslaht sol man rihten als gwonlich ist, und als daz reht herbraht hat.

28. Nah brant sol man rihten mit zwæin und sibenczich henden.

**440.** w) *post add. c.* x) *sequuntur* daz dehæin unser rihter *iam deleta c.* y) *i. e.* gên. z) rihten *c.* a) *littera* W *deest c.* b) dis *add., sed delet. c.* c) *praecedit* riter *delet. c.* d) *lacuna nulla; post* unsern *autem in margine signum conspicitur, at nihil postea additum est c.; supplendum videtur* hof. e) dan(?) *corr.* daz *c.* f) deheinne *c.*

1) dem keiser *Versio.* 2) siner kaiserlichen *Versio.* 3) *Cf. Pacem Bawaricam a. 1244 c. 66.* 4) *Cf. supra c. 10 et Paces Bawaricas a. 1244 c. 24, a. 1256 c. 25.* 5) *Cf. Paces Bawaricas a. 1244 c. 48, a. 1256 c. 40.* 6) *V. praefationem p. 605.* 7) *Haec sententia in sola Pace a. 1256 c. 40.*

29. Di lantrihter suln vrag haben schedelicher leûte; und swer ubersagt wirt, uber den sol man rihten als reht ist.

30. Wir wellen auch, daz di lantrihtær æpten, probsten, chlostern, phaffen und allen geistlichen liuten reht foderen alle ir chlage an unsere stat.

31. Wir[a] verbiten auch, daz dehæin lantrihter dehæin gůt iht nem umb dehæin ungerihte; swer iz daruber tůt, der hat unser hulde niht, und wellen iz uber in rihten als reht ist. Amen.

---

# 441. PAX RHENI INFERIORIS.

## 1259. Nov. 14.

*Documentum archiepiscopi Coloniensis damus collato autographo tabularii Dusseldorpiensis. Coloniensem hic Richardi regis in Anglia morantis loco, nomine igitur vicarii imperii egisse, vir cl. Grauert 'Die Herzogsgewalt in Westfalen' p. 164 recte iudicavit. Pax hoc anno in tota Germania iurata esse videtur; prima vice in nostro scripto iudices pacis peculiares occurrunt, qui alias, in Suevia a. 1260, consules pacis appellantur, v. Reg. imp. V, 11854. — Böhmer, Reg. imp. V, 11850.* *(P. deest.)*

Nos Conradus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, Italie archicancellarius notum facimus universis, quod anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, feria sexta post diem beati Martini, ad vocationem nostram convenerunt ad nos nobiles viri Otto Gelrensis, Theodericus filius senior comitis Clivensis, Willelmus Iuliacensis comites et nuntii venerabilis fratris nostri Henrici episcopi Traiectensis et nuntii domine de Monte ac nuntii domine Seynensis comitissarum, et alii quam plures nobiles et ministeriales terre et nuntii civitatum diversarum et quam plurimi cives Colonienses, plenariam potestatem habentes consentiendi in ea, que ad pacem communem terre invenirentur expedientia. Quorum omnium communicato consilio, previa gratia divina in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, placuit omnibus, ut communis pax terre ad honorem Dei et sancte ecclesie ac sacri imperii et domini nostri Rycardi regis Romanorum illustris et ad communem tranquillitatem omnium iuramenti sacramento firmaretur. (2) Nos igitur Conradus archiepiscopus Coloniensis in presentia sanctorum ewangeliorum iuravimus pacem communem tenendam sub hac forma: quod ex nunc inantea pacem tenebimus in terris et in aquis, salvis nobis et ecclesie nostre et generaliter omnibus aliis iuribus, iurisdictionibus, dominiis et libertatibus, ita quod vie tam in terris quam in aquis per districtus nostros transeuntes mercatoribus, peregrinis, viatoribus et quibuscunque aliis sint patentes, pacifice et secure, dummodo in locis constitutis mercatores debita et iusta solvant thelonea seu vectigalia vel pedagia seu quocunque vocabulo alio talia nuncupentur. Deinde statim prenominati comites Gelrensis, Clivensis et Iuliacensis, pacis istius zelatores, tactis sacrissanctis reliquiis iuraverunt, quod salvis nobis archiepiscopo et ecclesie nostre ac unicuique ipsorum et generaliter omnibus aliis ad pacem istam pertinentibus iuribus, iurisdictionibus, dominiis et libertatibus suis pacem ex nunc inantea in terris et aquis servabunt, ita quod vie terrarum et aquarum per districtus suos transeuntes mercatoribus, peregrinis, viatoribus et quibuscunque aliis sint patentes, pacifice et secure, dummodo in locis ad hoc constitutis mercatores debita et iusta solvant thelonea seu vectigalia vel pedagia seu quocunque vocabulo alio talia nuncupentur. Deinde nobiles

alii cum ministerialibus et nuntiis et civibus qui aderant prenotatis eandem formam pacis se servaturos iuraverunt. (3) Ad huius ergo pacis custodiam convenerunt nobiscum predicti comites et alii iurati, quod quilibet dominorum in terris et finibus suis ordinet aliquot viros ydoneos, ad quos violatio pacis, si qua quod absit in terris 5 et finibus suis emerserit, reformanda fideliter deferatur, et illi super eo iurati violationem pacis, quam invenerint, ad dominum suum referent bona fide, et ipse dominus facta ad eum huiusmodi relatione ipsum violatorem pacis ad satisfactionem inducat congruam et compellat. Quod si hoc forte ipsius domini vires excederet, auxilium ad hoc invocabit iuratorum. Si vero posset et nollet violatorem coercere prefatum, vel 10 si forte ipse dominus violator pacis existeret, omnes iurati ipsi adversari pro viribus tenebuntur. (4) Dictum est etiam in pacis huius colloquio, quod quilibet homo legalis pacem desiderans in istius formam federis admittatur. (5) Nos igitur comites prenominati ita nos iurasse sollempniter confitemur, nostra sigilla una cum sigillo reverendi patris domini Conradi archiepiscopi Coloniensis et civitatis Coloniensis appo- 15 nendo in testimonium et robur perpetue firmitatis.

Actum et datum Colonie[a], anno et die predictis.

---

# 442. PAX WERNHERI ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI ET LUDOVICI PALATINI.

## 1264. Iun. 21.

20 *Damus ex autographo tabularii secreti reipublicae Bawaricae, cui loris membranaceis appendent duorum principum sigilla admodum laesa. Ex eodem edita est 'Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Geschichte' V, 201 nr. 84. — Böhmer, Reg. imp. V, 11963.* *(P. deest.)*

In nomine Domini amen. (1) Nos Wernherus Dei gracia sancte Maguntine 25 sedis archiepiscopus, sacri imperii archicancellarius, et nos Lodewicus eadem gracia comes palentinus[a] Rheni, dux Bawarie, recognoscimus et protestamur, quod ad bonum statum hominum et terrarum nostrarum prestitimus corporaliter sacramentum aput Hemmingisbach[1], quod a festo sancti Iohannis baptiste proximo nunc venturo per (Iun. 24.) biennium continuum pacem, que lantfrede vulgariter appellatur, fideliter conservemus, 30 et ita quod uterque nostrum in omnibus suis iuribus, dignitatibus, libertatibus et honore permaneat, sicut fuit predecessorum ac progenitorum suorum temporibus usque modo. (2) Religiosus, prelatus, clericus, comes, liber, fassallus, ministerialis, castrensis, miles, oppidanus, civis, rusticus gaudebunt pace eadem tempore medio iuxta ius suum in terminis Palatii et in terminis ecclesie Maguntine ab aqua dicta Lôna[2] usque ad 35 Neckarum et usque ad terminos Hassie, Thoringie et Saxonie et usque ultra Bissovisheim[3], sicut extenduntur termini ecclesie memorate. (3) Post festum autem sancte Margarete proximum neuter nostrum assumat aliquos vel aliquem ad societatem pacis (Iul. 13.) istius sine alterius voluntate. Ad hoc uterque nostrum de quolibet sibi subiecto iusti-

**441.** a) Colon̄ *or.*
40 **442.** a) paln̄t *or.*

1) *Hemsbach ad stratam montanam prope Weinheim.* 2) *Lahn.* 3) *Bischofsheim ad laevam Moeni ripam inter Moguntiam et Francofurtum.*

ciam vel amiciciam conquerentibus exhibebit. (4) Quilibet eciam comes vel iudex cuiuscunque conditionis habens iudiciariam potestatem faciat iusticiam cuilibet conquerenti constituto infra terminos memoratos, et ad hoc nos communiter sibi totis viribus nostris et cum omnibus, qui pacem iuraverunt servare, cooperabimur bona fide, cum fuerimus requisiti. Quod si idem iudex obmiserit ex malitia, levitate, gracia vel 5 odio seu alia causa quacumque facere iustitiam conquerenti, nos eciam omnes communiter prosequimur hoc contra eum simili ultione, sicut puniendus esset malefactor, de quo iudex neglexit iudicium et iustitiam exhibere. (5) Ad obtinendum etiam iura nostra et honores utrinque in terminis memoratis iuvabimus nos invicem fideliter et amice, domino nostro rege Richardo et imperio dumtaxat exceptis. Nos archiepi- 10 scopus excipimus dominum Treuerensem archiepiscopum presidentem modo dictum de Vinstdingen[1]; excipimus etiam Silvestres comites, quia nostri inimici existunt, nec peccabimus in pacem istam, si fecerimus aliquid contra ipsos. Nos etiam palentinus[b] comes pro parte nostra excipimus eosdem, nec etiam peccabimus in pacem, si ipsos iuvabimus contra archiepiscopum memoratum. (6) Ceterum accipiemus thelonium 15 nostrum aput Vurstenberch vel Bacherach[c], sicut progenitores nostri, avus et pater noster pie memorie, et nos usque ad hec tempora dinoscimur habuisse. Nos archiepiscopus non impediemus dominum ducem in accipiendo thelonium memoratum, sicut superius est expressum. (7) Comes etiam Ditherus[2] suum thelonium accipiet aput Sanctum Gowarum eo iure, sicut pater suus dinoscitur accepisse. Preterea non peccabit 20 in pacem, si fecerit aliquid contra civitates illas que sibi inimice existunt.

Actum et datum aput Hemmingisbach, anno Domini MCC sexagesimo quarto, in die sancti Albani.

---

# 443. PAX DIOECESIS PADERBORNENSIS ET TERRAE HASSIAE. 25

## 1265. Mart. 16.

*Dedit Schwalm ex autographo tabularii regii Monasteriensis, e quo iam prius edidit Finke 'Westfälisches Urkundenbuch' IV, 516. Sigillum deperiit. Innovationem huius Pacis v. infra nr. 445. — Böhmer, Reg. imp. V, 11973. (P. deest.)*

In nomine Domini amen. (1) Nos Simon Dei[a] gratia Paderburnensis episcopus 30 et nos Henricus eadem gratia lantgravius Thuringie[b] et dominus Hassie notum facimus universis, quod attendentes utilitatem, commodum et honorem, que nobis, terris nostris et subditis universis ex virtute pacis poterunt evenire[c], zizaniam discordie, quam inimicus humani generis in populos seminavit[3], exstirpare volentes, ut pullulet virtus pacis, communicato consilio nostro et nobilium terrarum nostrarum generalem pacem 35 Apr. 5. patrie ab hac hora inantea[d] et pascha proximo nunc instante per triennium fide corporaliter prestita ad invicem promisimus inviolabiliter observare. (2) Si quid enim questionis vel discordie emerserit hinc vel inde, ad sedandam eandem questionem XII milites sunt statuti: ex parte videlicet nostri domini Paderburnensis Hermannus nobilis

**442.** b) paꝉ *or.* c) Bacħ *or.* 40

**443.** a) dῑ *or.* b) Thur̄ *or.* c) *corr. e* ꝓvenire, ve *in rasura or.* d) *supra lin. add. or.*

1) *Heinricum II.* 2) *de Katzenelnbogen.* 3) *Cf. Matth. 13, 25.*

dictus Bircule, Hermannus Spigel, Ludolfus[e] marscalcus, Rudolfus de Stenuordia, Helias de Asle et Albero de Wellede, milites; ex parte vero nostri H. lantgravii vir nobilis Albertus comes de Waldensten, viri nobiles Giso et Wer. fratres de Gudensberg, Iohannes de Helfenberg, Giso de Gudenburg et Henricus de Blumensten[f], milites. 5 (3) Qui postquam ipsis questio fuerit intimata, infra quindenam in die et loco competenti convenient, sedantes eandem questionem in amicicia vel in iure. (4) Si vero dampnum sive spolium factum fuerit hinc vel inde et hii, qui dampnum sustulerint, proclamatione debita fuerint subsequuti, communicatis auxiliis ipsum dampnum sive spolium repetemus. (5) Ad hec si quis dampnificatus bona sibi ablata obligaverit 10 in[g] iudiciis nostris et ius sibi fieri postulaverit, nos Henricus lantgravius secundum famam spoliatoris, que in vulgari lumunt dicitur, et nos S. episcopus Paderburnensis[h] secundum consuetudinem et ius terre nostre conquerenti faciemus plenam iusticiam exhiberi. (6) Ceterum predicti nobiles et milites omnes questiones subortas ante consumationem huius pacis competenti loco et tempore decident in amicicia vel in 15 iure et dictis ipsorum parebitur utrobique. (7) Si quis autem ipsorum ex necessitate vel infirmitate absens fuerit, per alios nichilominus questio decidatur. Si autem quis decesserit, alter eque dignus substituetur eidem, quando fuerit requisitus. (8) Nos Arnoldus marscalcus Westfalie nomine venerabilis domini nostri Coloniensis archiepiscopi et nos Ludolfus comes de Dassele et Conradus nobilis de Sconenberg predictam 20 pacem in omnibus articulis, secundum quod superius est predictum, fide corporaliter prestita promisimus inviolabiliter observare. Ut autem hec omnia obtineant roboris firmitatem, presens scriptum sigillis nostris fecimus[i] communiri.

Actum et dat. in campo apud Elsingen, anno Domini millesimo CCLXV, XVII. Kalen. April.

---

25

# 444. PAX DIOECESIS MOGUNTINAE RHENENSIS.

## 1265. Mai. 15.

*Dederunt ex autographo tabularii civitatis Wetzlariensis Böhmer 'Codex Moenofrancofurtanus' 134 (sub die falso Mai. 6), Sauer 'Codex diplomaticus Nassoicus' I, 447* 30 *nr. 757, Reimer 'Hessisches Urkundenbuch' II, tom. I, 294 nr. 401, quorum textus inter se collatos repetimus. De tredecim sigillis, quae olim appendebant, modo octo eaque plus minus laesa servata sunt: archiepiscopi, Gotefridi de Eppstein, Philippi de Falkenstein, Wernheri de Falkenstein, civitatum Frankfurt, Friedberg, Wetzlar, Gelnhausen. — Böhmer, Reg. imp. V, 11976. (P. deest.)*

35 In nomine Domini amen. (1) Hec est forma iurate pacis. Dominus Wer. archiepiscopus Maguntinus, nobiles viri Gotfridus de Eppenstein senior, Heinricus comes de Wilnowe, Reinhardus de Hagenowe, Ph. de Valkenstein, Ph. et Wernherus filii sui, Gerhardus iunior de Eppenstein, sculteti, officiati, scabini et universitates civitatum de Frankenford, Vrideberg, Wetflaria et de Geylenhusen promiserunt fide data 40 et prestiterunt corporale sacramentum et idem fecerunt homines et castrenses eorum:

**443.** e) *corr. e* Rudolfus *or.* f) Blumenst̄ *or.* g) in — nostris *supra lin. add. or.* h) pad' *or.* i) *deest or.*

Iun. 24. quod exnunc usque ad festum beati Iohannis baptiste et extunc ad tres annos servabunt pacem generalem omnibus hominibus secundum ius et conditionem ac consuetudinem necnon honorem cuilibet[a] debitum et antiquitus observatum, immo eciam et Iudeis. (2) Sunt autem hii termini pacis huius servande. Ab extremis terminis pertinentibus ad officium castri Starkenberg[1] directe in Renum, in descensu per Renum usque ad aquam que dicitur Wieschebure[2] prope Lorche; ab illa aqua directe in aquam que dicitur Wilne[3]; ab illa vero directe trans Logenam usque in villam Bischoveskirchen[4] et ab illa villa versus villam Driedorf[5]; ab illa vero usque ad silvam que dicitur Schelterwalt[6] et ab illa silva usque ad aquam que dicitur Salzbuide[7]; ab illa aqua versus claustrum Schiffenberg[b] [8]; ab illo claustro versus villam Loupach[9], ab illa villa usque ad fines silve que dicitur Budingerwalt; ab inde usque ad villam Larhoybeten[10]; ab illa villa usque Aschaffenburg et terminos vicedominatus eiusdem; de vicedominatu Aschaffenburgensi usque Starkenberg et terminos officii eiusdem. (3) Et ne casu aliquo contingente inter nobiles terre, civitates et communitates vel communes homines in predictis terminis commorantes discordia oriatur, sed quilibet prelatus, clericus, nobilis, miles, mercator, burgensis, ruris cultor et Iudeus gaudeat suo iure pariter et honore, de communi iuratorum consilio est statutum: quod si nobilis, miles vel alius quis habuerit contra civem civitatis alicuius aliquid questionis, suam causam prosequetur in civitate secundum ius et consuetudinem civitatis. Idem servetur nobilibus in eorum hominibus in ipsorum iudiciis e converso. (4) Quod si aliquis alteri super bonis aliquibus moverit questionem, is recipiet et prestabit iusticiam et iudicium coram eo iudice, sub cuius iurisdictione bona consistunt. Nec aliquis occasione offense, quam habet contra personam alterius, movebit querimoniam super bona ipsius, nisi super bona iustam et certam habeat actionem. (5) Si quis eciam alium in terminis cuiuscumque iudicii viderit, ibi potest eum licite pro debitis convenire, salvo unicuique iure suo. (6) Nullus eciam aliquem pro alio occupabit, nisi de licencia illorum octo virorum, qui super pace fovenda et exequenda sunt communiter deputati. (7) Ad hec si burgenses, cives aut alie qualescumque persone contra comites, liberos dominos, nobiles sive alios habentes proprias municiones habuerit[c] questionem, illam coram illis octo personis proponent et secundum iusticiam prosequentur. Reus autem quicunque fuerit coram eis tenebitur stare iuri, et si quis talium ad iudicium evocatus contempserit comparere, censendus est pacis publicus violator. (8) Nobiles autem trahent minores personas in causam coram illis iudicibus, sub quorum iurisdictione manent et domicilia noscuntur habere. (9) Nullus eciam alium in campo aut alias auctoritate propria captivare presumat occasione quacumque[d], nisi per prefatos executores licencietur eidem. (10) Item quia nonnulli effrenes homines in civitatibus plerumque — nec parcentes Deo, in cuius passionis memoriam Iudeos sustinet ecclesia sancta Dei, nec eciam imperio deferentes, ad cuius cameram pertinere noscuntur — facile tumultuant et insultum faciunt contra eos, interdum ipsos inhumaniter et miserabiliter trucidantes, statutum est, quod si quis tumultuacionem vel insultum huiusmodi fecerit contra eos, is sicut pacis violator publicus puniatur. (11) Preterea si aliquis per spolium pacem forsitan violaret, licet statim

**444.** a) cuiuslibet *S.* b) Schiffenburg *S. R.* c) *sic or. secundum R pro* habuerint. d) qualicumque *S.*

1) *Starkenburg in saltu Odenwald iuxta Heppenheim.* 2) *Die Wisper, quae in Rhenum influit prope Lorch.* 3) *Die Weil, quae a laeva parte Loganam influit prope Weilburg.* 4) *Biskirchen in dextera parte Loganae inter Weilburg et Wetzlar.* 5) *In montanis Westerwald.* 6) *Silva certe prope Dillenburg, ubi rivus Schelde influit flumen Dill, ubi vici Nieder- et Oberscheld.* 7) *Die Salzböde, quae influit Loganam supra Lollar.* 8) *Schiffenberg prope Giessen.* 9) *Laubach.* 10) *Lohrhaupten ad flumen Lohr a Gelnhausen inter meridiem et orientem.*

restituat spolium, tenetur tamen de temeritate satisfacere, prout executores pacis predicti decreverint iniungendum eidem. (12) Preterea quandocumque iidem pacis executores decreverint procedendum cum armis contra pacis violatores, quilibet pacis consors procedet secundum quod ipsi sibi pro qualitate sue persone decreverint in-
5 ponendum; nec eductus exercitus solvi debet, nisi ipsi eum decreverint esse solvendum. (13) Satisfactio eciam et emenda non acceptabitur, nisi ipsi eam reputaverint esse acceptandam. (14) Item quando executores pacis cuilibet iuxta suum statum expensas dederint de communi, si ille postea plus expendere voluerit, de bursa propria hoc expendat. (15) Quod si aliquis istorum pacis executorum decesserit, is, pro
10 cuius parte idem premortuus fuerat institutus, infra dies quatuordecim alium eque ydoneum subrogabit. (16) Demum in quocumque negocio omnium predictorum supradicti pacis executores nequiverint communiter concordare, stabitur ordinationi maioris et sanioris partis eorundem. Preterea si vota singulorum ab invicem discreparent, eligent aliquem probum virum communiter, et ille tunc habebit potestatem
15 idem negocium terminandi, super quo nequiverant concordare. (17) Ne autem pacis execucio tam extraneis quam indigenis ad commodum et securitatem eorum multipliciter profutura maneat incompleta ex defectu rerum et inpensarum, quas negocium hoc requiret, dominus archiepiscopus Maguntinus dyocesanus et dominus terre statuit de communi consensu et consilio omnium predictorum in subsidium dicte pacis, quod
20 de singulis centum maltris siliginis Maguntine mensure, que per aquas ad vendendum ducuntur, octo denarii Colonienses et de centum maltris avene Colonienses quatuor persolvantur. Item de carrata vini Frankonici quatuor Colonienses, de carrata vero vini Hunici duo tantum. Item de quolibet curru portante annonam vel avenam in civitatem, si fortasse venditur, levis denarius dabitur, priusquam super domos aliquas
25 reponatur. De biga similiter detur assis. De curru eciam exeunte civitatem et deferente annonam vel avenam in civitate emptam unus denarius Coloniensis persolvetur. Similiter de biga denarius levis detur. Item de equo, mulo vel asino portante in civitatem vel eciam asportante annonam vel avenam ad emendum vel vendendum obulus levis detur. Nemo vinum vel annonam, que in bonis suis sibi creverunt, ducens
30 in civitatem et reponens in domos vel vendens de domibus ipsis dabit aliquid de eisdem, sed si volet per aquas vel per terras deducere ad vendendum, dabit inde, sicut superius est expressum. Item de qualibet carrata vini Franconici empti et vendendi, quod per terras ducitur super currus, quatuor denarii Colonienses dari debent, de singulis vero carratis vini Hunici tantum duo. Item quilibet currus aut biga de-
35 ferens mercimonia et per terras transiens de qualibet marca secundum rerum suarum taxacionem debitam contribuet denarium unum levem. De mercimoniis per aquas deducendis quibuscumque estimacione simili de marca qualibet idem detur. De vendendis[e] etiam equis, pecoribus et pecudibus, que per terram ducuntur, taxacione simili detur idem. Sed et terrarum incole, que de propriis domibus in forum animalia sua
40 huiusmodi duxerint ad vendendum, nichil penitus inde dabunt. (18) Quod si contigerit aliquem spoliari, qui dederat contributionem huiusmodi et constiterit eum dedisse, is indempnitatis sue respectum habebit ad dominum archiepiscopum, nobiles et civitates prefatas. (19) In singulis autem civitatibus et opidis eligentur duo viri fide digni, qui iurati obvenciones huiusmodi fideliter colligant et reservent, nulli penitus
45 permittentes facultatem aliquam ordinandi de ipsis, nisi solis dumtaxat pacis executoribus supradictis, qui secundum statum personarum, dampnorum et fracturarum de sic collectis ulcionem et vindictam contra pacis violatores, consilia et auxilia instaurabunt, sicut eis principaliter videbitur expedire. (20) Iidem eciam collectores obvencionum istarum nulli de receptis huiusmodi tenebuntur reddere racionem, sed super

50 **444.** e) *corr.* e venditis *or.*

eis simpliciter credetur eorum iuramento, fidei et honori. Post singulos tres menses in anno venient singuli collectores ad pacis executores et fideliter dicent eis, quid vel quantum collegerint, et de illis collectis facient, quicquid pacis executores duxerint iniungendum. (21) Omnes insuper domini tam maiores quam minores huius iurate pacis consortes quilibet pro se consurget suis viribus, sicut supradicti executores pacis eis duxerint inponendum. (22) Ceterum si contingerit Deo propitio sic collectam pecuniam non haberi necessariam ad pacis execucionem, sed integram et intactam iacere per totum tempus prefinitum ad pacem, sepedicti octo executores pacis habebunt extunc potestatem ordinandi de illa secundum fidem suam et honorem, quod expedire videbitur toti terre ad commodum et quietem. (23) Nos Wer. archiepiscopus Maguntinus, Got. de Eppenstein, H. comes de Wilnowe, R. de Hagenowe, Ph. de Valkenstein et filii nostri, Gerhardus de Eppenstein et universitates de Frankenford, de Vrideberg, de Wetflaria et de Geylenhusen civitatum recognoscimus et publice protestamur, quod iuxta formam predictam fidem dedimus et prestitimus sacramentum et pacem servare inviolabiliter ac ad executionem pacis et non ad aliquid aliud convertere contribuciones huiusmodi sic collectas. Ut igitur universaliter singuli et singulariter universi forcius astringamur ad observacionem omnium predictorum, presentem cartam inde conscriptam sigillis nostris fecimus communiri. Ego Eberhardus comes de Katzenelinboin consencio similiter in hanc pacem.

Actum anno Domini MCCLXV, in crastino ascensionis.

---

# 445. PAX DIOECESIS PADERBORNENSIS ET TERRAE HASSIAE ALTERA.

## 1266. Iun. 6.

*Dedit Schwalm ex autographo tabularii regii Monasteriensis, e quo iam prius edidit minus accurate Finke 'Westfälisches Urkundenbuch' IV, 537. Cum membrana murium dentibus multoties laesa sit, partes textus uncis inclusas habita ratione Pacis prioris nr. 443 vel suo Marte restituit Schwalm; sed non omnia absolvit. In margine ponuntur capita Pacis prioris, quae sunt similis argumenti. — Böhmer, Reg. imp. V, 12000.*

*(P. deest.)*

c. 1. (1) Nos Simon Dei gratia Paderburnensis[a] episcopus et Henricus[b] lantgravius dominus Hassye universis hoc scriptum visuris notum facimus, quod atten[dentes] utilitatem, commodum et honorem, que nobis, terris nostris et subditis universis ex mutuis promotionibus, auxiliis et ex virtute pacis provenire poterunt hi[nc vel i]nde, generalem pacem patrie nostre [et fid]ele auxilium observare promisimus fide prestita corporali contra omnes, exceptis hiis qui inferius sunt excepti. (2) Et si spolium acci- cf. c. 4. derit et pax fracta[c] fuerit, sine more dispendio spoliatores pro nostris viribus prose- cf. c. 5. quemur, quousque consequamur plenam iusticiam ab eisdem. (3) Et si quis in aliquo iudicio [pro quodam][d] spolio sive iniuria obligatus fuerit, in terr[a domini] Paderburnensis[e] reus iudicabitur secundum ius et consuetudinem terr[e; in ter]ra vero lantgravii secundum suam [consuetudinem que dicitur] lumunt. (4) Ceterum si quis motu proprio et contemptis iudicibus sive diffinitoribus ad hoc statutis pignus ullum

445. a) Paderb̄ *or.* b) Henr̄ *or.* c) fc̄a *or.* d) *desunt 5 litterae.* e) Pader̄ *or.*

acceperit ad restitutionem sup[er spolio sive iniuria seu inobedi]ens[f] fuerit vel rebellis, communicato consilio et auxilio generali sicut predo publicus compelletur debitam ad e[mendam] et hec emenda ce[det domino terre, in cuius][g] terra delictum fuerit perpetratum. (5) Ad hec si quis nostrum reliquum in terram suam in auxilium evocaverit, eidem [super] victualibus [provi]debit ....[h] vero ....[h] um [similiter][i] ipsum absque emenda alterius tolerabit. Simile erit de bonis acquisitis, que ....[k] casus se obtulerit ....[l] atus. (6) [Ab omni][m] autem promisso ex parte [domini] Paderburnensis[e] episcopi sunt excepti[n] venerabiles domini Maguntinus et Coloniensis archiepiscopi, comes Godefridus de Cygenhagen[o] et ceteri sui propinqui, [consa]guinei et amici; [ex] parte vero lan[tgravii] venerabiles domini Maguntinus et Coloniensis archiepiscopi supradicti, abbas Fuldensis, dux de [Bru]neswic[1], pueri quondam ducis [Ottonis] fratris[2] sui, lantgravius [Hassie][p,3], comes Hermannus de Hinnenberg et ceteri sui propinqui, consaguinei et amici. (7) Preterea s[i aliqua questi]o[q] super iniuriis sive d[ampnis hinc vel inde][r] emerse[rit imp][p]osterum, ad decidendam ipsam questionem in amicicia vel in iure iudices sunt statuti: ex parte [domini Paderburnensis Albertus] de Scar[den]berg et ....[s] nobilis [Hermannus dictus Bir]cule; ex parte vero [lan]tgravii Giso de Gudensberg et Wernerus de Gudenburc fratres et Otto comes de Everstein iudex ....[s]; qui decident [in amicicia vel] in iure, et maiori parti consentientium parebitur utrobique. (8) Si quis etiam predictorum decesserit, alius iudex infra mensem substituetur eidem. [Ut autem omnia predicta][t] optineant roboris firmitatem, fideiussores hinc et inde sunt statuti, quorum nomina subnota[ta haec sunt, videlicet:][t] ex parte domini Paderburnensis[e] Albertus de Scardenberg, ....[m] de Kalenberg, Thidericus Grope, Volpertus de Eysen, Gerhardus de Dinckelburc[u], Godescalcus de Dinchelburc, Ernestus de Howede, Hermannus de Holthusen, Godesca[lcus] de Welede [et] Bertholdus dictus Somercalfh; ex parte vero lantgravii Giso de Gudensberg et Wernerus de Gudenburc frater eius, Giso de [Guden]burc[v], Iohannes de Helphenberg, Waremunt de Wulfhain, Iohannes de Wiedelberg, Echardus de Tuerne, Everardus et Thidericus de Gudenburc fratres et Hen[ricus de] Blumenstein.

cf. c. 3. c. 7.

Actum et datum in campo aput Elsingen, VIII. Id. Iunii, anno Domini MCCLX sexto.

---

# 446. WERNHERI ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI MANDATUM DE PACE GENERALI.

1269. Aug. 8.

*Sistimus e duobus autographis* 1) *Oppenheimensibus dato, iam in tabulario secreto reipublicae Bawaricae asservato, quod exemplavit vir cl. Ficker; sigillum deperiit;* 2) *Confluentinis dato, superstite in tabulario civitatis, quod depositum est in tabulario regio, nr. 6, cuius sigillum laesum loris membranaceis appendet; contulit vir cl. Ausfeld. Ex autographo 2 edidit Günther 'Codex diplomaticus Rheno-Mosellanus' II, 362 (= Schaab 'Geschichte des grossen rheinischen Städtebundes' II, 54 nr. 39). — Böhmer, Reg. imp. V, 12068.*

*(P. deest.)*

**445.** f) *des. 22 fere litt.* g) *des. 19 fere litt.* h) *des. 7 litt.* i) *? supplevit Finke.* k) *des. 10 litt., in fine* ni *?* l) *des. 4 litt., in fine* m *?* m) *des. 4—5 litt.* n) *supra lin. add. or.* o) Cygenh̄ *or.* p) *des. 5—6 litt.* q) *des. 8—9 litt.* r) *des. 15 fere litt.* s) *des. 8 litt.* t) *des. 12—13 litt.* u) *corr. e* Dinckelenburc *or.* v) *supplevit Finke.*

1) *Albertus.* 2) *legendum* fratres. 3) *Henricus Puer.*

Wer.[a] Dei gracia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, dilectis sibi consulibus et universis civibus in Oppinheim[b] salutem et plenitudinem omnis boni.

Rex pacificus auctor pacis dominus Ihesus Christus pia miseracione[c] considerans statum tocius terre miserabilem et perversum, serenissimum dominum nostrum dominum R. regem Romanorum illustrem omnibus qui pacem diligunt et affectant desideratum contulit defensorem, ut pacis et tranquillitatis concordia, que iam multis temporibus extra mundi terminos exulavit, per eius industriam et ministerium salubriter valeat revocari. Et ecce sicut divine clementie placuit dictus dominus rex in generali suo colloquio nuper[1] apud Wormaciam sollempniter celebrato de nostro et venerabilium dominorum H. Treverensis archiepiscopi et[d] Spirensis ac Wormaciensis episcoporum et . . ducis Bauwarie ac[e] aliorum principum maturo consilio, presentibus eciam comitibus et nobilius aliis ac sollempnibus nunciis civitatum tunc congregatis, ibidem auctoritate regia ordinavit, statuit et mandavit, pacem et concordiam in omnibus finibus imperii generaliter et inviolabiliter observari. Quam nos et omnes alii supradicti servare, defendere et fovere promisimus data fide et contra turbatores et violatores ipsius pacis unanimiter procedere et exurgere totis viribus ad vindictam, prestito nichilominus super hiis omnibus corporaliter iuramento. Ipse eciam dominus noster rex nos sollicitavit specialiter et instanter precibus et mandatis, ut hoc sanctum pacis negocium prosequi et iura ac honorem imperii promovere ac eorum specialem curam auctoritate et vice sua gerere et suscipere curaremus[f]. Nos autem licet honus huiusmodi importabile nobis esset, devicti tamen precibus plurimorum ob honorem Dei precipue et tocius terre profectum, comodum et salutem et specialiter pro reverencia[g] ipsius domini nostri regis curam et honus huiusmodi libenter suscepimus, ut divine miseracionis[h] et vestro coadiuti auxilio execrabilem et effrenatam perversorum tyrannidem contra pauperes innocenter oppressos et quoslibet alios crudeliter sepius attemptatam possimus salubriter refrenare. Et quoniam dictus dominus noster[i] rex, cui hoc sanctum pacis negocium est cordi et cure, nobis auctoritatem et vices suas de novo commisit, prout in litteris suis patentibus videbitis plenius contineri, universitatem vestram rogamus et monemus instanter, auctoritate regia nobis commissa vobis mandantes, quatinus unam navem bellicam sine mora qualibet preparetis et veniatis intrepide contra pacis turbatores, quandocunque vos duxerimus requirendos. Sciatis etiam, quod propter caristiam et communem defectum annone, quem[i*] sustinuerunt in nostris et superioribus partibus civitates et generaliter omnis populus terre nostre, nos fecimus interdici[k], ne ad partes inferiores annona per Reni alveum aliquatenus[l] duceretur; sed ne contra nos sinistre suspicionis[m] materia aliquatenus[l] habeatur, nos interdictum huiusmodi revocamus, ut annonam[n] et alias res[o] ducat quilibet, prout placuerit, et reducat. Nos enim in crastino nativitatis beate Marie virginis proxime nunc futuro vobiscum[i] in[p] Oppinheim erimus Deo dante; ubi super hiis omnibus de principum et aliorum nobilium ac civitatum communi consilio ordinare proponimus, quicquid ad honorem Dei et salutem[q] ac pacem generalem terre iuratam viderimus expedire. [Mittatis ergo quatuor sollempnes nuncios vestros in Oppinheim in termino supradicto.][r]

Sept. 9.

Dat.[s] apud Lacum[2], anno Domini MCCLXIX, VI. Idus Aug.[t]

**446.** a) W' 2. b) *pro* consulibus — Oppinheim 2: . . sculteto, scabynis et universis civibus Confluencie. c) miseratione 2. d) . . *add.* 2. e) et 2. f) curarem̃ 1. g) reverentia 2. h) miserationis 2. i) *deest* 2. i*) quam 1. k) interdi 1. l) aliquatinus 2. m) suspitionis 2. n) annona 1. o) res alias 2. p) apud 2. q) populi *add.* 2. r) *haec in solo* 2. s) Datum 2. t) augusti 2.

1) *Mense Maio; v. supra nr. 391.* 2) *Weiherhof seu Weiberhof prope Aschaffenburg; cf. 'Archiv für Hessische Geschichte' XIV, 745.*

# APPENDIX IV.

# ACTA VARIA.

## 447. PHILIPPI DUCIS SUEVIAE CONVENTIO CUM SPIRENSIBUS.

5 1198. Ian. 21.

*Damus ex ectypo photographico, quod ex autographo bibliothecae universitatis Heidelbergensis instituit Philippi 'Kaiserurkunden in Abbildungen' X, tab. 21a, 'Text' p. 432. Sigillum iam deperiit, filis sericis relictis. Ex eodem autographo cartam nuper edidit Hilgard 'Urkunden zur Geschichte der Stadt Speyer' 25 nr. 22. — Böhmer, Reg. imp. V, 15.*
10 *(P. deest.)*

⁞ In nomine sancte et individue Trinitatis. ⁞ Philippus[a] divina favente gratia dux Sueuie. Ea que geruntur in tempore ne sequantur naturam temporis, ex voce testium et scripti[b] sumunt memoria[c] firmamentum. Notum ergo fieri volumus tam futuris quam presentibus, quod post decessum H. gloriosissimi imperatoris et fratris
15 nostri Spiram venientes tam ex persona domini nostri regis quam nostra consilium et auxilium á[d] civibus illius civitatis expetivimus. Ipsi vero communicato consilio hac forma nobiscum convenerunt: quod si neccesse haberemus exercitui nostro[e], in navigio preparando prout melius possent nobis subvenirent et in victualibus forum nobis secundum possibilitatem temporis et suam exhiberent. Preterea promiserunt quod, si
20 neccesse haberemus, infra civitatem cum XXX militibus nos benigne reciperent, hoc tamen interposito quod excercitum nostrum nec in civitate nec in suburbio civitatis faceremus hospitari. Preterea si quisquam cum exercitu fines illius episcopatus invaderet, ipsi cum episcopo et ministerialibus nobis et econverso nos eis mutuum ferre promisimus auxilium. Super his omnibus cives nobis cautionem iurisiurandi prestiterunt. Nos vero
25 fidelitatem civitatis illius, qua semper parentibus et antecessoribus nostris devota extitit, debita pietate[f] respicientes, tam ex persona domini regis quam nostra omne ius ab antiquis imperatoribus ei per privilegia collatum renovando confirmavimus et hec, in quibus cives sepius se gravari conquesti sunt, nominatim expressimus, scilicet quod infra terminos episcopatus illius a nullo iudice ecclesiastico vel seculari [hoc quod] vulgo
30 dincganc dicitur vel aliqua exactio de bonis civium Spirensium preter censum, si quis

447. a) Ph *or.* b) *e correctura or.* c) *corr. e* memorie *or.* d) *corr. ex* ei *or.* e) *in loco raso or.* f) te *supra lin. add. or.*

ex eis debetur, exigatur. Preterea civitati illi indulsimus[g], quod nec dominus rex nec nos aliquam in ea specialem vel communem faciamus exactionem, nisi cives ex libero arbitrio spontaneum nobis et competens servicium duxerint exhibendum. Preterea secundum ordinationem H. felicis memorie imperatoris augusti civitati tam auctoritate domini[h] regis quam nostra indulsimus, ut libertatem habeat XII ex civibus suis eligendi, qui per iuramentum ad hoc constringantur, ut universitati, prout melius possint et sciant, provideant et eorum consilio civitas gubernetur. Super hiis omnibus civitati per homines nostros, qui subscripti sunt, cautionem iuramenti fecimus exhiberi, quorum nomina sunt hec: Lvdowicus comes de Helfenstein, Woluradus comes de Ueringen, Werneherus de Rossewâch, Heinricus dapifer de Walpurc, Heinricus de Smalunecche, Engelhardus de Winesberc, Cv̊nradus de Annenwilre, Heinricus de Tanne, Wezelo de Berge, Trûshard, Lvdowicus et Waltherus de Nûcastel, Heinricus de Meistersel, Fridericus de Tanne.

Actum Spire, anno verbi incarnati millesimo centesimo nonagesimo octavo, indictione quintadecima[1], duodecimo Kal. Februarii; feliciter amen.

---

# 448. 449. HEINRICI DUCIS LOTHARINGIAE CONVENTIO CUM REGE FRANCIAE DE IMPERIO.

1208. Aug.

## 448. *SCRIPTUM CONVENTIONIS.*

*Editum primum a viro cl. Delisle 'Catalogue des actes de Philippe-Auguste' p. 513 nr. 1089 e codice Parisino fonds de cartulaires nr. 172 saec. XIV. in. fol. 77, qui apographon Registri primi regis continet (Registre* B *a Delisleo nuncupatum), contulit vir d. Sackur cum imagine Registri autographi (Registre* A*) codicis Ottoboniani 2796 fol. 73, quae conspicitur in libro Deslilei 'Le premier registre de Philippe-Auguste, reproduction héliographique du manuscrit du Vatican par A. Martelli'. Ubi legitur rubrum:* Conventiones inter ducem Lothoringie et regem Francie de imperio. — *Böhmer, Reg. imp. V, 10705.* *(P. deest.)*

Henricus dux Lotharingie universis ad quos littere presentes pervenerint salutem. Noveritis, quod hec sunt conventiones inter nos et dominum Philippum[a] regem Francorum. (1) Nos iuravimus[b] ipsi super sacrosancta et bona fide tenere ipsi promisimus, videlicet quod nos non iuvabimus neque auxiliabimur Iohanni regi Anglie neque eius heredibus neque eius auxiliatoribus contra ipsum regem nec ei nocebimus super hoc pro illis; sed bonum illius contra predictos volemus. (2) Et ipse similiter rex in animam suam nobis iurari fecit, quod ipse nullum auxilium regi Othoni[c] sive eius auxiliatoribus contra nos impendet, sed bonum nostrum contra predictos affectabit. (3) Et nos super sacrosancta ipsi iuravimus, quod nos bona fide custo-

**447.** g) *littera* l *supra lin. add. or.* h) *supra lin. add. or.*
**448.** a) ph' *A.* b) *corr. ex* iurabimus *A.* c) Oth' *A.*

1) *potius prima.*

diemus omnes res suas et honorem corone sue, nec aliquo modo patiemur, quod aliquis de imperio Romano qui nostre fidelitati adhereat erga ipsum super hoc intercipiet, quin nos bona fide super hoc ipsum[d] iuvemus. (4) Nec ipse similiter patietur, quod aliquis de regno suo qui fidelitati sue adhereat erga nos super hiis intercipiet, quin 5 ipse[e] nos contra illum intercipientem bona fide iuvet. (5) De Ida comitissa Bolonie sic erit: si ipsa et eius filia sine herede moriantur, filius noster vel filia nostra, qui comitatum Bolonie vellet habere, ipsi regi Francorum vel filio suo faciet hominagium ligium et servicium et omnem iusticiam, qualem feodum comitatus Bolonie debet; nam si nos essemus rex Romanorum, non possemus ei facere hominagium. (6) Et quanto 10 cicius nos coronati fuerimus, nos faciemus ei securitatem omnium predictarum conventionum per litteras nostras patentes et per iuramenta et litteras patentes hominum nostrorum, qui nobis adherebunt. Et similiter predictus rex faciet nobis securitatem per sacramenta et litteras patentes hominum suorum de regno suo, quos habere poterit. (7) Et si aliqua contencio emergeret fortuito casu inter imperium et regnum, eadem 15 contencio per duos homines legitimos de imperio Romano ad hoc sufficientes et duos similiter homines legitimos de regno Francie ad hoc sufficientes inter Peronam et Cameracum per dies competentes pacificabitur. Et si predicti quatuor homines de contencione illa pacificanda non[f] possent concordare, quintum ad hoc sufficientem, qui imperio Romano et regno Francie non esset suspectus, ad hoc pacificandum eli-20 gerent, et in loco predicto per dies competentes, sicut predictum est, controversiam terminarent. Et similiter omnes controversie, que de novo emergerent, in predicto loco, sicut prediximus, decidentur.

Actum Suessionis, anno Domini MCCVIII, mense Augusto.

## 449. *OBLIGATIO DUCIS.*

25 *Dedit ex imagine heliographico codicis Ottoboniani fol. 73 supra laudato vir cl. Dümmler. Prius edita est a Baluzio 'Histoire générale de la maison d'Auvergne' II, 104 ex apographo quodam Registri (= Abel 'Kaiser Otto' 119). — Böhmer, Reg. imp. V, 10706. (P. deest.)*

Henricus dux Lotharingiae omnibus ad quos littere presentes pervenerint salutem. 30 Noveritis, quod nos domino Philippo[a] regi Francorum[b] debemus tria milia marcarum argenti ad pondus Trecense[c], que eidem reddere tenemur infra tres menses postquam nos super hoc requisierit. Quod si nos coronati fuerimus in imperio Romano per illos qui hoc possunt facere vel per partem competentem illorum, nos erimus immunes a predicta pecunie summa. Super hac autem pecuniae[d] summa reddenda, nisi coronati 35 fuerimus, sicut dictum est, constituimus fideiussorem comitem Bolonie[e] super trecentis marcis[f] argenti, quas singulis annis nobis debet, et preterea ducentas marcas[f], quas idem rex nobis singulis annis debet, ipsi regi pro hac pecunie summa pariter obligamus, donec a nobis predictam pecunie summam receperit ex integro.

Actum Suessionis[g], anno Domini MCCVIII, mense Augusto.

40 **448.** d) bona fide *abundat A.* e) tpe *A.* f) *eadem manu inter lineas suppl. in A.*

**449.** a) Ph' *A.* b) franc̄ *A.* c) Trec̄ *A.* d) pecuniaa *A.* e) Boloñ *A.* f) marc̄ *A.* g) Suessioñ *A.*

# 450. IURAMENTUM ALBENSIUM NUNTIO WOLFGERI LEGATI ITALIAE PRAESTITUM.

1209. Mai. 2.

*Dedit Iaffé b. m. e Regesto Albensi codice membr. saec. XIII. fol. 134 in tabulario Mediolanensi asservato, ubi rubrum praecedit:* De fidelitate domni Otonis imperatoris. *(P. deest.)*

Hic est tenor fidelitatis, quam fecerunt Nicolaus de Foro potestas Albe et eiusdem civitatis consiliarii, nomina quorum inferius scripta reperientur:

1. 'In nomine Domini. Ego amodo inantea fidelis ero domno Ottoni Romanorum regi in inperatorem electo, nec ero in conscilio vel facto, ut perdat vitam aut membrum vel mentem aut coronam inperii vel regni vel quod capiatur. Et si scivero aliquem contra hoc facere volentem, per me aut per alium domno Otoni regi vel eius nuncio sine fraude manifestabo, et eum[a] honorem et coronam tenere et si perdiderit recuperare bona fide et sine fraude in episcopatu et iurisdictione et forcia et comitatibus civitatis Albe adiuvabo'.

2. Item ego Nicolaus de Foro potestas Albe iuro, quod bona fide faciam iurare omnes homines civitatis Albe a XV annis supra et a LXX infra usque ad medietatem Madii (Mai. 15.), illos videlicet qui sacramenta faciunt vel facere consueverunt. Alios vero homines iurisdictionis Albe faciam iurare usque ad Kalendas Iunii (Iun. 1.), nisi iusto Dei inpedimento hoc parabola domni patriarche vel sui missi remanserit.

3. Nomina autem illorum, qui supradictam fidelitatem in Albensi conscilio iuraverunt, sunt hec: Ogerius Cerratus, Berardus Façigius, Oto de Plobice, Ogenius Baxacanis, Raimundus Faletus, Petrus Mazucus, Rogerius Alium, Henricus Follis, Albertus Faber, Bonifacius Cunraengus, Iohannes Alium, Opicio Marescotus, Cunradus Cunraengus, Petrus Maingous, Petrus Rinalius, Iacobus de Maliano, Laurentius Niellis, Sismundus Stefani, Iacobus Baroti, Henricus Sclassus, Otto Mollis, Iacobus Putilia, Anselmus Ceratus, Nicolaus Iudicis, Uliveris Clocherius, Albertus Morixius, Iordanus Oculus-capre, Henricus Gastaudus, Raferius, Vido de Montebazono, Obertus Albricus, Albertus Cunrengus, Opicio Bauduinus, Fulco Ceratus, Iacobus de Vicia, Mainfre[dus][b] Pinçolis, Girardus Costancius, Rufinus de Marcenasco, Anselmus de Braida, Iacobus Celatus, Obertus Bucabruna, Henricus de Neinleis[c], Ogerius Betarius, Simion Picator, Mainfredus Bose, Mainfredus Foacia, Wernerus[d] Mussus, Rufinus Bellini, Albexarius Balduinus, Ogerius de Marcenasco, Obertus Pulsavinus, Henricus de Castello Boiardus, Willelmus[e] Crespus, Iacobus Crava, Obertus de Racunisio, Pellerinus Africanus, Otto Lurdus, Alexander Musuis[f] de Riaçolo, Willelmus[e] de Valio, Ogerius Bauduinus, Bonifacius de Strata, Obertus Marescotus, Bonetus Sclassus, Opicio Maletus, Iacobus Ceva, Obertus Constancius, Obertus Vercius, Robaudus de Plobis, Bergoncius Censolis, Willelmus[e] Faletus, Amedeus Foacia, Ogerius Regisolis, Soldanus Bonanatus, Rogerius Iudex, Obertus Natarellis, Willelmus[e] Maletus, Obertus Altia, Willelmus[e] Serrapes, Willelmus[e] Panant, Obertus Abellonius, Mascherus de Strata, Iohannes Gastaudus Cloca, Bonifacius de Neveis.

4. Has vero fidelitates receperunt Anbroxius de Vercellis iudex, missus a domno W(olfgero)[g] Dei gratia sancte Aquilegiensis ecclesie patriarcha, prout in litteris eiusdem

**450.** a) ei *c.* b) Mainfre *in fine lineae c.* c) *alia manus coaeva superscripsit* de Nicingleis. d) Wer. *c.* e) W's *c.* f) Musus *c.* g) W' *c.*

patriarche suo sigillo inclusis continebatur, et Mantellis de Vercellis, qui cum dicto Ambroxio venerat. Qui autem W(olfgerus)[g] patriarcha missus erat a domno Ottone Dei gratia Romanorum imperatore supra memorato, secundum quod in eius litteris corroboratis sui sigilli testimonio aparebat.

5 Actum est hoc in civitate Alba supra voltas ecclesie sancti Laurencii, presentibus testibus Iacobo de Papia, Gulia de Alexandria, Henricio Grosso, Ogerio Iudice, anno Domini millesimo ducentesimo nono, indictione XII, secunda die intrante mense Madii.

Et ego Bonifacius de Neneis notarius palatii[h] interfui et scripsi.

---

# 10 451. CONRADI CANCELLARII DE ELECTIONE FRIDERICI II. AD REGEM FRANCIAE EPISTOLA.

(1212. Dec.)

*Autographon asservatum in tabulario Parisino, carton J. 580, Metz nr. 8, editum* 15 *est ab Huillard-Bréholles in Historia diplomatica I, 230 (= Doeberl 'Monumenta Germaniae selecta' V, 23) et minus accurate, ut videtur, a Teulet 'Layettes du trésor des chartes' I, 385 nr. 1030, cuius lectiones adnotavimus. — Böhmer, Reg. imp. V, 682.*

*(P. deest.)*

Gloriosissimo domino Ph.[a] inclito Francorum regi C. Dei gratia Mettensis et 20 Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius, voluntarium sue possibilitatis in omnibus et per omnia obsequium cum oratione.

Grates immensas vestre referimus regie maiestati super eo, quod per nuncios vestros, videlicet dominum Hugonem militem de Athiis et magistrum B. familiares vestros, viros utique providos et discretos, ad promovendum honorem diu desiderati 25 domini[b] nostri F. excellentissimi Romanorum regis augusti et regis Sicilie nos sollicitare curastis, licet nos cum tota mentis et corporis intentione hoc facere proposuissemus. Vestram siquidem scire cupimus magnificentiam, quod nos cum ceteris Alemanie[c] tam ecclesiasticis quam secularibus principibus dictum dominum nostrum F. Romanorum imperatorem electum in vigilia beati Nicolai apud Frankenvort[d] in (Dec. 5.) 30 dominum et regem Romanorum uniformiter elegimus; abinde procedentes in proxima dominica subsequente apud Maguntiam ab archiepiscopo Maguntino[e], rogatu domini (Dec. 9.) Coloniensis archiepiscopi, in Romanorum regem est solempnissime, prout decuit et oportuit, coronatus fidelitatem per omnia faciendo. Celebrata itaque electione apud Frankenvort[d], nos una cum ceteris principibus imperii, nobilibus quoque et magna- 35 tibus, qui ad predictam curiam accesserant, fide interposita compromisimus, quod si dictus dominus noster F. Romanorum rex et semper augustus ab hac vita decesserit, quod Deus avertat, dominum Ottonem dictum imperatorem nunquam vel pro domino vel pro rege vel imperatore sive rectore recipiemus. Quapropter excellentiam vestram,

**450.** h) pal't *c.*

40 **451.** a) Philippo *T.* b) domini nostri *des. T.* c) Alemannie *T.* d) Frankanvort *T et infra.* e) Maguntinensi *T.*

de qua nobis spei et fiducie plurimum arridet, omni qua possumus devotione duximus exorandam, quatinus in ipsius promotione consilium et auxilium oportunum velitis adhibere, ut nos perinde[f] cum ipso et pro ipso vobis[g] semper merito debeamus esse obligati.

---

## 452. BANNITIO MEDIOLANENSIUM ET SOCIORUM PER LEGATUM REGIUM.

### 1213. Mai. 2.

*Dedit Böhmer 'Acta imperii selecta' 636 nr. 926 e duobus exemplaribus, uno quod fecerat Cereda, altero quod fecerat vir cl. Winkelmann e membrana olim sign. J. 26 tabularii civitatis Cremonae. — Böhmer, Reg. imp. V, 12441. (P. deest.)*

Anno ab incarnatione Domini nostri Ieshu Christi millesimo ducentesimo tertio decimo, indictione prima, die secundo intrante mense Maii, in Cremona; presentia domini Sycardi Cremonensis episcopi et domini Bertoldi vicedomini Tridencii et regalis curie prothonotarii et domini Lanfranci Tabisii et domini Sycherii de Gramulano Papie et domini Bertoldi de Gualia et domini Petri de Maluscho et domini Guizoenti de Gumeto et Redulfi scolarii de Bolzano et presbiteri Martini Longi et Aliprandi iudicis et Peramusii de Garduno de Tridencio et domini Petri de Ticcis[a] et domini Rodulfi de Zanebonis et domini Ysacchi de Dovaria et domini Gregorii de Persico et domini Girardi Manarie et Iohannis de Torlino et domini Iohannis de Summo et Iohannis Belli Carfale et Guazonis Buge et domini Obici rationatoris et aliorum multorum.

In publica concione in platea maiori Cremone sonata ad campanam et coadunata per correrios Cremone, coram domino Guilielmo Mastalio et domino Guilielmo de Persico et domino Lanfranco Oldoyno et domino Alberto de Malaboto, tunc existentibus consulibus communis Cremone, dominus Albertus Strusius imperialis curie iudex, voluntate et parabola ac iussu et presentia domini Frederici Dei gratia Tridentini episcopi ac regalis curie Dei gratia Frederici Romanorum regis ellecti vicarii et in Lumbardia legati, ante ipsum vicarium et legatum existens palam et alta voce concionando dixit, quod in eo hec verba dicenda commiserat et suum nuncium in hoc eum fecerat, et dicens ita quod sepe dictus[b] dominus episcopus et regalis curie vicarius ex officio vicarie quo fungebatur et legationis et ex sua parte et ex parte regie maiestatis per suas litteras sepe et sepius commune Mediolani et ipsos Mediolanenses pro communi et diviso sollicitaverat, ut universos Papienses, quos iniuste detrusos et in carceribus detinebant, absque aliquo gravamine dimitterent et quod de cetero ipsos Papienses pro communi neque pro diviso inquietarent nec aliquam guerram in Lombardiam inducerent; item quod per suas litteras et nuncios sepe ammonuerat Placentinos, Laudenses, Cumenses, Cremenses, Novarienses, Vercellenses, Tertonenses, Alexandrinos pro communi et diviso et comitem Egidium Curtis Nove et comitem Narisium et comitem Albertum Casalolti, quod ante ipsum accederent pro faciendis fidelitatibus iam dicto domino regi, et quod nullum consilium seu adiutorium seu sagramentum darent neque facerent ipsis Mediolanensibus pro inducenda guerra in Lunbardia; et

**451.** f) proinde *T.* g) nobis *T.*
**452.** a) Riccis *W.* b) dixit *W.*

specialiter suprascriptis comiti Narisio et Alberto Casalolti, ut possessiones ipsas dimitterent, quas contra voluntatem ipsius regis, ut dicebat, detinebant. Qui iam dicti Mediolanenses, Placentini, Laudenses, Cumenses, Cremenses, Novarienses, Vercellenses, Tertonenses, Alexandrini, comes Egidius et suprascripti comites Narisius et Albertus 5 Casalolti renuerant et vilipenderant suprascriptum dominum Tridentinum episcopum nec suas litteras et nuncios recipere voluerant. Qui suprascriptus dominus Tridentinus episcopus ac suprascripte regalis curie vicarius et legatus pro officio quo fungebatur affirmans in ipsa concione, vera fore secundum quod suprascriptus dominus Albertus dixerat vera fore, concionando et alta voce, in ipsa concione proiiciens guan- 10 tum in alto de propria manu, suprascriptos Mediolanenses pro communi et diviso, Placentinos, Laudenses, Cremenses, Novarienses, Vercellenses, Alexandrinos, Tertonenses, comitem Egidium Curtis Nove, comitem Narisium, comitem Albertum Casalolti ex sua parte et ex parte suprascripte regie maiestatis in banno ipsius regis posuit[c], nisi usque ad diem lune proximum venerint stare et attendere omnibus suis preceptis; Mai. 6. 15 in tali vero banno, quod de ipso nunquam exire possint, nisi prius mille marcas auri regie curie solverint.

Ego Manfredus Iata notarius sacri palatii ac regalis curie interfui et hanc cartam rogatus scripsi.

---

# 453. IURAMENTUM ALBENSIUM 20 NUNTIIS FRIDERICI II. PRAESTITUM.

## 1219. Mai. 31.

*Dedit Iaffé b. m. e Regesto Albensi codice membranaceo saec. XIII. fol. 215 in tabulario Mediolanensi asservato.* *(P. deest.)*

1. In nomine Domini. Anno dominice incarnationis MCCXVIIII, indictione VII, 25 ultimo die mensis Madii, congregata credencia Albensi ad sonum campane super voltas Beati Laurentii illius civitatis coram domno Iacobo Dei gratia Taurinensi episcopo et imperialis aule vicario et domno Eurardo[a] de Lutre, nuncio domni Frederici Dei gratia Romanorum regis semper augusti et regis Sicilie, dicti domnus vicarius et domnus Eurardus[b] a parte[c] et nomine ipsius regis investiverunt Catlevarium de Ozeno Al- 30 bensem potestatem vice et nomine communis et universitatis illius civitatis de recto feudo, quod commune illius civitatis habet sive tenet ab imperio.

2. Ibidem ipse potestas a parte[d] et nomine communis illius civitatis et credendarii omnes, qui erant in illa credencia, coram eisdem domno vicario et domno Eurardo, predicto domno Frederico Romanorum regi, tactis sacrosanctis euangeliis, fidelitatem 35 iuraverunt. Tenor cuius fidelitatis talis est:

3. 'Ego iuro[e] supra sancta Dei euangelia, quod bona fide et sine fraude ero et permanebo fidelis domno Frederico Romanorum regi semper augusto et regi Sicilie serenissimo, et quod non ero in conscilio nec facto, ut idem rex vel aliquis[f] eius nunctius perdat vitam nec membrum, mentem nec sensum, nec quod honor ipsius in 40 aliquo diminuatur; et si sciero, qui aliquid horum facere velit, bona fide quantum potero resistam omnibus modis, et domno regi vel eius nuncio quam citius potero

**452.** c) posuerunt *c.*

**453.** a) Curardo *c.* b) Curardus *c.* c) par*s* *c.* d) pat*s* *c.* e) *deest* *c.* f) ali *c.*

manifestabo per me vel per meum certum missum vel per meas litteras sigillatas. Item universam terram, quam idem rex per se et per alium tenet et possidet, et de qua saxitus[g] est et de qua se saxierit, et universum imperium et omnia iura imperii sibi adiuvabo ad tenendum et defendendum contra omnes homines, et si forte, quod Deus nolit, inde aliquid perdiderit, adiuvabo ad recuperandum et recuperatum ad tenendum bona fide. Et si ipse vel aliquis eius nunctius mihi aliquid in credenciam preceperit, illud privatum tenebo nec manifestabo alicui vel aliquibus, donec palam fuerit, et dabo ei vel eius nunctio conscilium bona fide ex omni eo, unde a me conscilium pecierit, secundum quod mihi melius visum fuerit. Et hec omnia et cetera que continentur et contineri debent in fidelitate, que fieri debet domno regi Romanorum, bona fide attendam et observabo, si Deus me adiuvet et illa sancta Dei euangelia. Item quicquid mihi preceptum fuerit sub debito fidelitatis a domno rege vel eius nunctio, bona fide attendam'.

4. Nomina illorum de credencia, qui ibi iuraverunt ut supra, hec sunt: Anselmus Cerratus[h], Aicardus de Vinculis[i], Pignolis[k], Albertus Arcator, Asbexanus Calderarius, Berto de Infantis, Iacobus Follis, Henricus de Castro, Rufinus Cluxus, Henricus de Palacio, Albericus Borellis, Mainfredus Boxius, Mainfredus de Sancto Eusebio, Fultus Cerratus, Villelmus[l] Catta, Rufinus de Albareto, Petrus Borellis, Opiço Catbuxus, Mainfredus de Rodo, Iordanus de Nevis, Villelmus[l] de Poncis, Petrus Bellina, Villelmus[l] Marinascus, Mainfredus Loysius, Opizo de Nevis, Guercius Bocardi, Bonifacius Xorba, Opiço de Bella, Rolandus de Morocio, Rufinus Ribaldengus, Baraxus, Mainfredus Moneacius, Girardus Mulatetius, Tortagna, Grafius, Nicholaus Numentonus, Girardus Constancius, Iacobus Metlus, Sicardus Speciarius, Odo Germanus, Ansaldus Numentonus, Arnaldus de Sumano, Ubertus Textor, Obertus Bellacius, Simiomus Beccarius, Villelmus[l] Libeccus, Ogerius Baxacanus, Simiomus de Burgheto, Guillelmus da Baiota, Bonifacius Capalla, Petrus de Raconiso, Albexanus de Rufa, Aicardus Falopus, Ardezo de Fenestrella, Guillelmus Terralis, Villelmus[l] Nielus, Odo Rava, Mainfredus Carencius, Tebaldus de Çocho, Henricus Sclasus, Soldanus de Ponte, Iacobus-Faletus, Villelmus[l] de Raconiso, Iohannes Censoldi, Iordanus Oculus-capre, Mainfredus Ferramenta, Iacobus Capra, Cunradus Oculus-capre, Opiço Maletus, Ogerius de Morocco, Anselmus Curengus, Palma, Ubertus Aidinus, Ansaldus de Preoca, Guillelmus Frumtus, Rafercus, Odobonus de Çocho, Rufinus de Sancto Iohanne, Pellerinus Ceolla, Rufinus Bellina, Mascarus de Strata, W. de Pruneto, Villelmus[l] Salicus, Odobonus, Sismondus, Ermaganus, Sardus, Odo Balcherius, Henricus Crava, Odo Mollis, Sismondus Cerratus, Pellerinus, Iacobus Puctilia, Villelmus[l] Bellacius, Anselmus Bonuspetrus, Albertus Cuttadengus, Arrasius, Raimundus Faletus, Obertus Vercius, Robaldinus Turccus, domnus Mainardus, Ubertus Revello, Ogerius Ratus, Mainfredus de Sancto Iohanne, Bonifacius de Neucis, Vulmanus Capra, Odo de Poblite, Iacobus Pace, Obertus Ferrius, Girbaldus de Todino, Andrea de Zachara, Guillelmus Rocerius, Balzanus de Ponte, Villelmus[l] Crispus, Petrus Scasus, Odo de Setra, Henricus Sclasus, Leo de Saviliano, Villelmus[l] Paianus, Iacobus Calça, Ogerius Cerratus, Fulco Cerratus, Opiço Balduinus, Rufinus Curtadengus, Iacobus Tretinus, Rogerius Cairosus, Rogerius Iudex, Henricus Perlis, Ogerius Rovezolus, Villelmus[l] Sennus, Petrus Maçucus, Obertus Baldetti, Anselmus de Çachara, Bergoncius Census[m], Villelmus[l] Lotterius, Anselmus Crescentus, Opiço Marescotus, Villelmus[l] da Livo, Villelmus[l] Ysaccus, Mainfredus Nudusmento, Iacobus Regisol, Guillelmus Musus[n], Ogerius Crapra, Petrus de Strata, Garellus, Iacobus Paltrerius, Tebaldus de Braida, Bonifacius Iudex, Villelmus[l] de Maseta, Girardus de Strata, Henricus de Nivileis, Rodulfus Costancius, Mainfredus

**453.** g) saxit' *c.* h) *commata posita sunt ubi codex § posuit.* i) Vicł *c.* k) Pignoł *c.* l) Vil' *c.* m) Cens' *c.* n) Mus' *c.*

Contus, Henricus Gastaldus, Odo Lumixelis, Bonifacius Clericata, Anselmus de Gavencio, Petrus Baxacanus, Anselmus Nudusmento, Villelmus[1] de Valli, Rufinus Beccharius, Robaldus de Poblite, Albertus Natarellus, Rivibiortus de Arguello.

Actum supra voltas Sancti Laurentii, presentibus testibus Asalico de Sancto 5 Nazario, Guidone Butiliella, Gaiferio Ysenbardo, Guillelmo Botto de civitate Papia, Guillelmo Çucaratinensi presbytero, Petro plebano de Pollentio, et Petro de Masio plebano[o] de Poblex, et magistro Martino clerico.

Ego Guilelmus de Bellino Vercellensis imperialis curie notarius interfui[p] et de mandato ipsorum domni vicarii et domni Eurardi et ipsius potestatis et consilii scripsi.

---

# 10 454. 455. CONVENTIO HEINRICI COMITIS SWERINENSIS ET DANORUM DE LIBERATIONE REGUM DANIAE.

1225. Oct. Nov.

## 454. *PROPOSITIO DANORUM.* (*ante Nov. 1.*)

15 *Dedit vir cl. Grotefend ex autographo tabularii Swerinensis, quod ingrossati indolem praebet et a notario Danico exaratum est. Appendent iam sex sigilla, reliquis tribus deperditis. Quae sigilla certo partis Danicae esse, editores Meklenburgenses iudicaverunt, qui tamen tantum sigillum Iacobi de Moën et sigillum comitis Hermanni de Orlamunde vix recognoscere potuerunt. Autographo usae sunt etiam editiones novissimae 'Meklen-* 20 *burgisches Urkundenbuch' I, nr. 317 p. 305—308 in columna inferiore et Hasse 'Schleswig-Holstein-Lauenburgische Regesten und Urkunden' I, 197 nr. 434. — Böhmer, Reg. imp. V, 10958.* (*P. deest.*)

Hec est forma compositionis de liberatione regum Danorum.

Pro liberatione eorum dabuntur XLV milia marcarum argenti et insuper uni- 25 versum aurum, quod ad ornatum regine pertinebat, preter coronam et[a] exceptis hiis, que ante decessum suum ob salutem anime sue claustris et aliis ecclesiis conferebat. Insuper dabuntur indumenta C militibus, scilicet cu[i]libet[b] X ulne de scarleto Flandrensi et duo timber et dimidium de variis. De pecunia redemptionis dabuntur in festo omnium sanctorum VI milia, et tunc exhibit dominus rex senior et pro eo in- 30 trabunt duo filii eius cum XL aliis obsidibus. Item in pascha dabuntur VIII milia marcarum, et exibit[c] rex iunior et intrabit pro eo dux Ericus, et omnes obsides mutabuntur preter filios regis, octo tamen obsidibus subtractis. Quod si in prima solutione scilicet VI milium pro seniore rege ad ea solvenda principes Danie non suffecerint, tamen exibit rex prestita eis securitate pro remanente pecunia de[d] sex milibus vel 35 per inpignorationem vel per obsides, quibus acquiescent; et similiter erit de rege iuvene. Item in festo beati Mikaelis sequenti dabuntur X milia marcarum et CCCC marce, et exibit dux et mutabuntur obsides, X subtractis. Preterea in festo pasche sequente

Nov. 1. 1226. Apr. 19. Sept. 29. 1227. Apr. 10.

453. o) peblano *c.* p) interfuit *c.*

454. a) preter coronam et *supra lin. add. or.* b) cullibet *or.* c) *subpungendo corr. ex* exhibit *or.* 40 d) *supra lin. add. or.*

reddentur X milia et CCC marce, mutatis obsidibus residuis et X subtractis. In assumptione beate virginis sequente post secundum pascha remanentis pecunie summa persolvetur, et exibit alius filius regis, quem comes Henricus voluerit; quem vero ad remanendum elegerit, cum aliis X stabit pro orueida[e] per X annos, qui tamen singulis annis mutabuntur; et rex filium suum, si voluerit, alio filio suo mutabit. Quod si dicta pecunia in terminis prescriptis ad plenum solvi non poterit propter debilitatem regni vel propter aliquem casum, propter quem argentum haberi non possit, quot milia soluta non fuerint, tot milites nominati intrabunt ad obsides, donec pecunia solvi poterit, et tunc exibunt milites et obsides, sicut superius est difinitum. Si regem seniorem, antequam argentum fuerit persolutum, de medio transire contigerit, debiti remanentis summa ad medium minuetur. Si vero regem iuvenem infra solutionem debiti mori contigerit, de reman[en]te pecunia tercia pars subtrahetur. Si ambo mortui fuerint ante solutionem debiti, de debito totaliter erimus liberi et obsides omnes debite libertati restituentur. Qui semel obses fuerit vel filium obsidem posuerit, secundo non erit obses, nisi sponte intrare voluerit. Omnes[f] terras ultra Eidoram ad imperium per[tinent]es preter Ruiam et terras ei attinentes rex imperio restituet. Castrum Renolsbugh[g] reddetur decem diebus post exitum domini regis, et de hoc resspectus[g] habebitur ad obsides et ad promissionem domini Iacobi et meliorum regni. Omnia privilegia, que habebat rex super dictis terris, restituet. Si comes Albertus resignare voluerit castra, que habet ipse et homines sui[h] inter Eidoram et Albiam, et obsides[i], facta[k] tamen securitate, que orueida dicitur, liber exibit. Quicunque ad Danos confugerant, feoda sua, que de iure habere debent, rehabebunt, facta domino suo, a quo ea tenebunt, securitate. Captivi et obsides hinc inde restituentur. Centum equos dabit rex, quinquaginta dextrarios et totidem palefridos. Ut hec omnia rata habeantur et fideliter observentur comiti Henrico de Swerin et suis heredibus et amicis, iurabit rex et filius suus et regni Danie meliores. Similiter faciet comes Henricus et sui cognati et amici.

1227. Aug. 15.

## 455. *CONVENTIO DEFINITIVA. Nov. 17.*

*Dedit et ipsam vir cl. Grotefend ex autographo eiusdem tabularii; cui appensa erant olim quatuor sigilla, quorum duo iam deperdita sunt et unum abscissum est. Sigillum, quod iam nunc appendet, Gerhardi archiepiscopi Bremensis esse, editores Meklenburgenses opinati sunt; sigillum abscissum est Iacobi de Moën. Cum haec conventio verba Propositionis Danorum multoties usurpaverit, ea litteris minoribus exprimenda curavimus. Ediderunt ex autographo 'Meklenburgisches Urkundenbuch' ibidem in columna superiore et Hasse l. c. 198 nr. 435. — Böhmer ibid. (P. deest.)*

Hęc est forma compositionis factę super liberatione regum Dacię.

Pro liberatione eorum dabuntur comiti Heinrico de Zverin XLV milia marcarum puri argenti, unaquaque marca lotone minus valente cum pondere Coloniensi, insuper universum aurum, quod ad ornatum reginę pertinebat, preter coronam et exceptis hiis, quę ante discessum suum ob salutem animę suę claustris et aliis ęcclesię[a] conferebat. Preterea dabuntur indumenta centum militum, scilicet cuilibet decem ulnę de scarlatto Flandrensi et duo timmer et dimidium de pellibus variis. In exitu[b] regis senioris dabuntur VI milia marcarum. In carni-

**454.** e) *sequuntur* qui tamen *iam deleta or.* f) *reliqua usque ad finem ab eodem librario, sed ductu fugitivo addita sunt or.; pro* Omnes — imperio restituet *prius scripta erant* Omnes terre quas rex ultra Eidoram acquisivit preter Ruiam et terras ei attinentes imperio restituentur, *quae iam oblitterata sunt, exceptis vocibus* Omnes *et* ultra Eidoram. g) *sic or.* h) *corr. ex* sue *or.* i) *sequitur* restituet *iam oblitteratum or.* k) facta — dicitur *leguntur post* exibit, *sed signo apposito ad suum locum trahuntur or.*

**455.** a) *sic or.* b) *in rasura or.*

privio venturo dabuntur[c] tria milia marcarum, pro quibus erunt obsides hii: Acer Iuliani filius[d], Nicolaus Lai filius, Biurn filius Tuui; ex hiis tribus milibus precipue duo milia tunc dabuntur; si autem de hiis dandis defectus fuerit, Iacobus de Mone, Petrus Strangi filius, Biurn pincerna vel duo ex eis Lubeke intrabunt, donec defectus idem 5 suppleatur; predicti vero Acer, Nicolaus et Biurn pro residuis mille marcis in obsidione manebunt. Exeunte rege antiquo, duo filii eius intrabunt cum XL obsidibus aliis, XX senioribus et totidem iuvenibus, quos comes Heinricus de Dacia eligere voluerit. Item in pascha proximo dabuntur novem milia marcarum, cum quibus dux Ericus intrabit, et exibit rex iunior et cum eo IX obsides; remanentes vero obsides mutari possunt cum 10 aliis eque valentibus, filiis regis exceptis.* Item in festo Michaelis subsequenti dabuntur X milia marcarum*, et exibit dux et mutabuntur obsides, decem subtractis. In pascha sequenti dabitur medietas remanentis pecuniȩ, et mutabuntur obsides, decem liberatis. In assumptione beatȩ virginis sequente post secundum pascha summa totius pecuniȩ remanentis debet esse persoluta. Data tota summa pecuniȩ alter filiorum regis exibit, quem comes H. 15 voluerit; quem vero ad remanendum elegerit, cum aliis X obsidibus stabit pro oruetha per decem annos, qui tamen singulis annis mutabuntur; et rex filium suum, si voluerit, alio filio suo mutabit. Quod si dicta pecunia in terminis prescriptis ad plenum solvi non poterit*, quot milia soluta non fuerint, tot viri honesti de Dacia, quos comes H. de Zuerin nominaverit, intrabunt ad obsides, donec pecunia solvi possit, et tunc exibunt hii cum aliis obsidibus, sicut superius 20 est diffinitum. Si regem seniorem, antequam argentum fuerit persolutum, de medio transire contigerit, debiti remanentis summa ad medium minuetur. Si vero regem iuvenem infra solutionem debiti mori contigerit, de remanente pecunia tercia subtrahetur pars. Si ambo mortui fuerint ante solutionem debiti, Dani totaliter erunt liberi et obsides omnes sue restituentur libertati, preter illos qui pro oruetha decem annis stare debent. Qui semel obses fuerit vel filium 25 obsidem posuerit, secundo non erit obses, nisi sponte intrare voluerit. Si vero obsidum aliquis effugerit, ipse remittetur vel alius loco suo eque bonus substituetur. Dominus rex omnes terras inter Eidram et Albiam fluvios sitas ad imperium pertinentes, videlicet a descensu Eidre in mare usque ad aquam Leuoldesowe et ab eadem aqua usque ad mare, terras domini Burwini et omnes terras Sclauiȩ, preter Rugiam et[e] terras ei atti- 30 nentes, imperio dimittere debet. Castrum Reinnoldesburch comiti Adolfo reddetur decem diebus post regis exitum in eo statu, quo rex illud habuit; de hoc habebitur respectus ad iuramenta regis suosque obsides, et dominus Iacobus de Mone et unus de Dacia, quem ipse voluerit, pariter se obsidioni obligabunt, donec idem castrum redditum fuerit. Omnia privilegia, quȩ rex super dictis terris obtinuerat et habet, comiti H. restituet.* Rex 35 et ceteri nobiles Daciȩ promittent et iurabunt, quod nullum auxilium prestabunt comiti Alberto ad castra et terras obtinendas, quȩ habet et habuit. Quicunque ad Danos confugerant, pheoda sua, quȩ de iure habere debent, rehabebunt, facta domino suo, a quo ea tenebunt, securitate. Rex et Dani idem ius Teutonicis exhibebunt et facient. Item rex et Dani nullum Theutonicum in lesionem Heinrici et Adolfi comitum predictorum manu 40 tenebunt, similiter nec ipsi facient. Captivi et obsides liberi dimittuntur. Lvbecenses, Hammenburgenses et ceteri terrȩ huius mercatores sive quicunque alii de Romano imperio mercationis causa Daciam frequentare volentes eo iure et libertate fruentur, qua usi fuerunt ante captivitatem regis. Centum equos dabit rex in pascha proximo, quinquaginta dextrarios et totidem palefridos, unumquemque dextrarium X marcas valentem, 45 palefridum V. Indumenta militum dabuntur in carniprivio proximo venturo. Ut hęc omnia rata habeantur et fideliter observentur sepe dicto comiti Heinrico de Zuerin, uxori suȩ, filiis suis, cognatis et amicis, videlicet Wolrado comiti de Danneberch, Heinrico comiti de Scladen, Adolfo comiti de Hotsatia[a], Heinrico comiti de Luchowe, domino Heinrico

1226. Mart. 4. — Apr. 19. — Sept. 29. — 1227. Apr. 10. — Aug. 15. — 1226. Apr. 19. — Mart. 4.

**455.** c) dabuntur — hiis *in rasura or.* d) . . *add. or.* e) et terras ei attinentes *ab alia manu* 50 *fugitiva supra lin. addita sunt or.*

de Werle iuniori, iurabit rex et filii sui, episcopi et regni Daciȩ meliores et per[f] appensionem sigillorum suorum ea ad maioris securitatis evidentiam confirmabunt. Ad hȩc dominus rex et filii sui iustam orvetham comiti Heinrico facient et iurabunt. Insuper regem Boemiȩ, dominum Ottonem de Luneburch, comitem Hermannvm de Orlamunde et ceteros amicos suos, quos in hoc facto comes Heinricus offendisse videtur, absque dolo et malo ingenio ei reconciliare debet.

Acta sunt anno dominice incarnationis MCCXXV, XV. Kalendas Decembris.

Testes sunt hii: Wolradus comes de Danneberch, Heinricus comes de Luchowe, Heinricus comes de Scladen, Fretherícus prepositus, Hermannus burcharuius[a] de Witin, Adolfus comes Hotsatiȩ[a], dominus Heinricus de Werle iunior, dominus Otto dux[g] de Luneburch, dominus Iacobus de Mone, dominus Biurn pincerna, dominus Ostradus et alii quam plures.

Similiter[h] comes Heinricus per se et per cognatos suos Danis securitatem faciet de reddendis obsidibus et de hiis, que supra scripta sunt, firmiter observandis.

---

# 456. SENTENTIA IUDICIS CURIAE DE DEPOSITIS PENES ABBATES CISTERCIENSES FACTIS.

## 1236. Febr. 8.

*Edita est ex autographo tabularii Stuttgardiensis in libro 'Wirtembergisches Urkundenbuch' III, 374 nr. 876, ubi etiam descriptionem sigilli invenies. — Böhmer, Reg. imp. V, 2137.* *(P. deest.)*

Albertus de Rossewach imperialis curie iusticiarius universis imperii fidelibus presentem litteram visuris salutem imperpetuum. Comparente coram nobis venerabili domino Sifrido abbate de Mulenbrunn, assidentibus etiam nobis principibus, nobilibus et aliis viris synodalibus, obtinuit idem abbas per generalem sententiam, quod quecumque persona conmendaret vel deponeret quicquam de rebus suis, sive aurum sive argentum vel quidlibet aliud, penes abbates Cysterciensis ordinis vel quoslibet alios zenobitas, nulli deberet dari aut reddi res conmendata, nisi eidem qui ipsam conmendavit vel cui conmendator viva voce dari fecerit. Unde ne de sententia predicta dubitetur in posterum, ipsam fecimus sigillo imperialis iudicii et subscriptione testium perhennari.

Testes sunt hii: C. abbas de Sancto Gallo, Silvestris comes, Marquardus de Wilre, Cunradus de Branburch, Conradus de Lomersheim, Gothefridus de Kaltindal, Hermannus de Arbun, Heinricus de Niefere, Marquardus et frater eius Ruggerus de Bernhusen, Ernesto de Bernhusen, Gerlacus de Illingin, Engelhardus de Hagenowe, Hermannus camerarius et alii quam plures.

Datum apud Hagenowe, anno gratie MCCXXXVI, VI. Idus Februarii, indictione VIIII, imperante feliciter imperatore Friderico.

**455.** f) *supra lin. add. or.* g) dux *a secunda manu add. supra lin. or.* h) *reliqua a secunda manu addita sunt or.*

# 457. IACOBI EPISCOPI METTENSIS DECLARATIO DE SUCCESSIONE FEODALI.

1246. Febr. 28.

*Dedit vir cl. Wattenbach usus exemplari, quod ex autographo tabularii praefecturae 5 Leodiensis fecit aut Quix aut Ernst. Librarius adnotat, autographo appendere sigillum episcopi cerae flavae impressum. Edidit ex autographo Ernst 'Histoire du Limbourg' VI, 238 nr. 178 et e Wattenbachii exemplari Winkelmann 'Acta imperii inedita' I, 570 nr. 724. — Böhmer, Reg. imp. V, 11466.* *(P. deest.)*

Iacobus Dei gratia Metensis episcopus universis presentes litteras inspecturis 10 salutem in Domino. Universitati vestre notum facimus, quod nos a predecessoribus nostris et aliis principibus imperii didicimus hanc consuetudinem et tale ius per imperium observari, quod si vasallus quispiam debitum carnis solverit, herede masculo non relicto, sine omni contradictione feudum eius ad dominum suum redit, nec de iure, defunctis parentibus vel cognatis, femine in huiusmodi feudis succedere consue- 15 verunt.

Dat. anno Domini MCCXL quinto, II. Kal. Martii.

# 458. RATIONES DE PECUNIA PAPALI EXPENSA IN COMMODUM HEINRICI ANTIREGIS.

20 1246. Sept. 6. – 1247. Ian. 2.

*Singulare hoc monumentum exemplavit iam olim Heinricus Beyer b. m. ex autographo tabularii ecclesiae S. Mariae Erfordiensis, edidit ex hoc exemplo Wattenbach 'Neues Archiv' I, 197. Membranae 16 digitos altae, 6 digitos latae appendet loris membranaceis sigillum parvum formae parabolicae sanctam Mariam sedentem repraesentans cum circum- 25 scriptione* S. magri. Hugonis. ppti. in. Ordruf. *Sententiae singulae diversis temporibus exaratae sunt. — Böhmer, Reg. imp. V, 4879. 4880.* *(P. deest.)*

Anno Domini MCCXLVI, VIII. Idus Septembris. Ego magister Hugo cantor Erfordensis recepi ab archipresbitero de Lovanis et fratre Bonovicino, nuntiis domini pape, apud Leodium XIIII milia[a] marcharum in auro, argento et sterlingis; aurum 30 et argentum ad pondus Coloniense, sterlingos ad numerum XII solidorum[b] pro marca. De qua summa recepit . . archiepiscopus Coloniensis tria milia marcarum[c] septingentas et XL marcas[c]. Testis huius computationis et summe est dominus legatus et littera sua.

458. a) $\frac{\text{XIIII}}{\text{m}}$ *or.* b) solid. *or.* c) marc. *or.*

Item presentavi de auro, quod primo portavi, domino Helwico marscalco mille et octingentas et VII marcas[d], burcravio de Nurinberc[1] CCC marcas[d], H. de Lobdeburc[2] C marcas[d], Nifario[3] L marcas[d], R. de Northusin civi Erfordensi CL marcas[d], XII marcas[d] et dimidiam. Item fratri C. de Suevia sex marcas[d]. Item pro expensis factis octo marcas[d]. Item[e] creditoribus domini regis de Lipcik CCC marcas[d]. Item[e] domino W. de Brunshorn[4] CC marcas[d], preposito Brunoni C marcas[d] ad expensas. Summa: tria milia marcarum[d] et XXXIII marce[d] et dimidia. Testes huius computationis et summe sunt Berthous dapifer de Slateim[5], F. de Drivorde[6], Helwicus marscalcus, magister[f] Theodericus de Smalkaldin domini regis notarius; que facta sunt apud Smalkaldin, VIII. Idus Decembr. super lectum domini regis. Dec. 6.

Item de pecunia secunda vice apportata, videlicet IIII milibus et CCCC marcis[d], dedi Hermanno de Bune C marcas[d] pro vestibus domini regis; item[e] X marcas[d] archidiacono Ravennatensi, nuntio domini pape. Pro expensis in via factis VIII marcas[d]. Item[e] villicus de Martburc accepit X marcas[d]. Item[e] cancellario[7] X marcas[d] pro expensis suis et creditorum regis de Moguntia. Item[e] date fuerunt CCC marce[d] domino W. de Arnstein[8]. Item[e] CC marce[d] fratri Volberto. Item[e] C marce[d] G. pincerne de Sweinsberc[9]. Item[e] quingente marce creditoribus Moguntinis et XXVIII marce[d] et dimidia. Item[e] ad cameram domini regis presentate fuerunt Heinrico de Roile[10] MC marce[d], XLV marcis[d] minus. Item[e] pro expensis in via factis XII marce[d]. Pro equo apud Leodium duas marcas[d], pro saccis I marcam[d]. Campsoribus qui numeraverunt pecuniam II marcas[d]. Witegoni concessi III marcas[d]. Item[e] comitibus de Henninberc[11] dedi MC marcas[d]. Item[e] comiti de Waldinberc[12] CCC marcas[d]. Item[e] burcravio de Querinvorde[13] C marcas[d]. Fratri Heinrico Bawaro X marcas[d] III solidos[g]. Item[e] Hertnido de Wasungin[14] XL marcas[d]. Item[e] dapifero de Slateim XXV marcas[d]. Item[e] hospiti de Erbipoli CCL marcas[d]. Item[e] hospiti de Karlistat[15] XLV marcas[d] fertone minus. Item[e] domino H. de Helderungin[16] L marcas[d]. Item[e] Hermanno de Groist[17] X marcas[d]. Item[e] Helwico marscalco X marcas[d] pro expensis nuntiorum. Item[e] sculteto de Smalkaldin pro vino IIII marcas[d]. Item[e] Arnoldo de Webirstete[18] VI marcas[d] et fertonem pro vino. Item[e] Hartungo magistro coquine V marcas[d]. Summa IIII milia[a] CCC, tribus marcis[d] minus[19]. Testes huius computationis et summe sunt prepositus Robertus prothonotarius et magister Albertus socius suus, Helwicus marscalcus; que facta sunt apud Smalkaldin, VII. Idus Decembr. in estuario contra hospitium domini regis. Dec. 7.

1247. Ian. 2. Item proxima die circumcisionis Domini presentata fuerunt michi magistro Hugoni apud Leodium in domo villici Lambutii tria milia marcarum[d], C minus. De quibus dedi de mandato domini pape domino S. archiepiscopo Moguntino MCC marcas[d]. Item[e] dedi civibus Erfordensibus Hartungo Hotirmanno et Hugoni Longo DC marcas[d]. Item[e] presentavi Helwico marscalco in Wartburc per Heidenricum magistrum coquine MLII marcas[d]. Reliquas[h] XLVIII marcas[d] distribui: II marcas[d] pro serico domine regine;

**458.** d) mc. *or.* e) It. *or.* f) mag. *or.* g) sol. *or.* h) Reliquias *or.*

1) *Conrado.* 2) *Hartmanno de Lobdaburg ab oppido Iena inter meridiem et orientem.* 3) *Aut Gotfrido aut Heinrico de Neifen.* 4) *Walthero de Braunshorn ab oppido Castellaun inter septentrionem et orientem in saltu Hunsrück.* 5) *Schlotheim a Mühlhausen inter septentrionem et orientem.* 6) *Trefurt ab Eisenach ad septentrionem.* 7) *Videtur esse Burcardus de Ziegenhain, praepositus Fritzlariensis.* 8) *Walthero de Arnstein prope Harkerode ab Aschersleben inter meridiem et orientem.* 9) *Guntramo nobili de Schweinsberg pincernae Hermanni II. quondam landgravii. Schweinsberg a Marburg inter meridiem et orientem.* 10) *Forte Heinricus de Ruelz; Böhmer, Reg. imp. V, 4869.* 11) *Heinrico et Hermanno.* 12) *Aut Hermanno aut Heinrico.* 13) *Burcardo.* 14) *Wasungen a Meiningen ad septentrionem.* 15) *Karlstadt ad Moenum infra Herbipolim.* 16) *Heldrungen a Frankenhausen ad meridiem.* 17) *Groitzsch a Leipzig inter meridiem et occidentem.* 18) *Weberstedt a Langensalza ad occidentem.* 19) *Rectius 4296½ marcae et 3 solidi.*

II marcas[d] pro somario; VIII marcas[d] eidem magistro coquine pro equo et vestibus; michi magistro Hugoni I marcam[d] pro panno ad vestes; item[e] michi eunti in Bauwariam post dominum regem V marcas[d] ad expensas. Item[e] domino Friderico de Sleita[1] XXX marcas[d] pro remuneratione et expensis suis et nostris, quia conduxit argentum. 5 Testes huius sunt magister[f] Albertus socius prepositi Roberti, dictus magister coquine, Ekehardus de Wangeheim[2].

Summa totius computationis est XIIII milia marcarum[d], XXX minus, que deficiunt propter particularem distributionem.

---

# 459. HUGO LEGATUS APOSTOLICUS 10 DE CURIA BRUNSWICENSI.

## 1252. Mart. 25.

*Mandatum legati apostolici ad Swerinensem et Havelbergensem episcopos datum, ut Lubicenses ad agnoscendum Wilhelmum regem cogerent, ea de causa hoc loco proferri fas erat, quia celebrem locum de iure principum electorum continet. Repetimus editionem quae* 15 *ex autographo tabularii Lubicensis parata est 'Urkundenbuch der Stadt Lübeck' I, 168*[3]. *Denuo contulit vir cl. Paulus Hasse. Idem legatus postea in sua Summa Hostiensi super titulos decretalium (lib. III, rubr. de feudis § 7; ed. Basileae a. 1573 p. 770) sententiam in curia Brunswicensi ut videtur latam commemorat his verbis:* De consuetudine imperii non succedit, nisi filius descendens, imo revertitur feudum ad imperatorem, et ipse 20 confert cui vult. Sic vidi hoc, quando fui in Alemania, per proceres iudicari. — *Böhmer, Reg. imp. V, 5068.* *(P. deest.)*

Venerabilibus in Christo fratribus Dei gratia Zverinensi et Havelbergensi episcopis frater Hugo miseratione divina tituli Sancte Sabine presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, salutem et sinceram in Domino caritatem.

25 Licet excellentissimus dominus W. Romanorum rex semper augustus olim fuisset a principibus quorum intererat legitime in regem electus, a summo pontifice, ad quem pertinet ipsius electionis confirmacio, confirmatus et in Aquis in regem solempniter consecratus et regali diademate coronatus, tamen quia se aliquot civitates et oppida excusabant dicentes, quod eidem domino W. non debebant intendere tan-30 quam regi, pro eo quod nobiles principes dux Saxonie et marchio Brandenburgensis, qui vocem habent in electione predicta, electioni non consenserant supradicte: paternitati vestre tenore presentium intimamus, quod nos in die annunciationis dominice (Mart. 25.) presentes interfuimus in Bruneswic, ubi et quando dux et marchio antedicti electionem de predicto rege factam ratam habuerunt et gratam ac eundem in regem elegerunt 35 unanimiter ad cautelam ac eidem fidelitatem et homagium in solempni curia nobis presentibus prestiterunt. Cum igitur prefate civitates et oppida se non possint ulterius excusare quin obedire debeant dicto regi, paternitati vestre qua fungimur auctoritate precipiendo mandamus, quatenus cives Lubicenses diligencius moneatis, ut infra proximum pentecosten dicto domino W. in omnibus obediant tamquam regi eundemque vel (Mai. 19.)

40 1) *Videtur esse Schleida ab Hersfeld ad orientem, a quo appellabatur gens ministerialium Hersfeldensium; cf. Schultes 'Directorium' II, 319.* 2) *Wangenheim a Gotha ad meridiem.* 3) *Riedel 'Codex dipl. Brandenburgensis' I, 14, 5 non nostram, sed aliam Hugonis cartam d. Ian. 5 edidit.*

nobiles principes marchiones Brandenburgenses, quibus idem rex civitatem Lubicensem dicitur concessisse, sicut per litteras eiusdem regis patentes vobis et ipsis poterit fieri plena fides, ad omnia iura imperii recipiant ac eidem tamquam regi de premissis respondeant[a] et intendant. Alioquin extunc eosdem cives excommunicetis et civitatem eandem subponatis auctoritate nostra districto ecclesiastico interdicto, ita quod nulla exhibeant sacramenta in ea preter viaticum et baptisma; denunciantes quod nos iam processissemus durius contra ipsos, nisi predicti marchiones nos super hoc rogavissent.

Datum Bruneswic, VIII. Kal. April., pontificatus domini Innocencii pape IIII. anno nono.

---

# 460. QUERIMONIA EPISCOPORUM LUBICENSIS, SWERINENSIS, RACEBURGENSIS CONTRA ALIENATIONEM EPISCOPATUUM.

## 1252. Iun.

*Hoc scriptum, curiae Francofurtanae Wilhelmi regis a. 1252 mense Iulio celebratae nimirum praesentatum, ex autographo in tabulario Oldenburgensi asservato edidit Leverkus 'Urkundenbuch des Bisthums Lübeck' I, 103 nr. 112 (= Meklenburgisches Urkundenbuch II, 22 nr. 695). Responsi regis, quod legebatur in Registro ecclesiae Swerinensis saec. XIV. iam olim deperdito, summarium tantum servavit index saeculi XVII, ut testantur Lisch 'Meklenburgische Urkunden' III, 101 et 'Meklenburgisches Urkundenbuch' II, 23 nr. 696, his verbis:* Wilhelmi regis Romanorum litterae ad archiepiscopum Liuoniensem, Lubecensem, Ratzheburgensem et Swerinensem episcopos conquerentes de N. ducis Saxoniae iniuria, qua velit ipsos a se petere regalia seu temporalia, hoc est habere ius conferendi episcopatus pro arbitrio. *(Böhmer, Reg. imp. V, 5106.) — Böhmer, Reg. imp. V, 11637. (P. deest.)*

Universis principibus illustribus Romani imperii apud regem in curia constitutis A.[1] miseracione divina archiepiscopus Lyuonie et Prutie minister ecclesie Lubicensis, R.[2] Zuerinensis et F.[3] Raceburgensis episcopi salutem, orationes et obsequium.

Ecclesia Dei regum lactata mamillis prestante Domino incrementum iam adeo est adulta ac de prisce consuetudinis servitute in libertatem sortis filiorum Dei divinis mancipata preceptis, ut ei, que sursum est libera, hic[a] militans pro libertate spiritus sit conformis, unde in servitutem degenerare non debet, quandoquidem princeps regum terre eam sibi desponsavit non habentem maculam neque rugam[4]. Videant ergo oculi vestri, principes serenissimi, qualiter sustinere possemus et conniventibus oculis pertransire, quod nos, quorum antecessores inmediate sub inperialis culminis maiestate militare solebant, ob hoc dicti principes populorum, minori dominio subderemur; quod esset procul dubio ecclesias ancillare. Oculi vestri videant equitatem, si nobis et ecclesiis nostris irrequisitis dominus rex dominio ducis Saxonie[5] nos subicere potuerit, salva ecclesiarum

**459.** a) *bis scriptum, sed deletum or.*
**460.** a) hec *edd.*

1) *Albertus.* 2) *Rudolfus.* 3) *Fridericus.* 4) *Ephes. 5, 27.* 5) *Alberti.*

quas defensare ac libertare tenetur omnimoda honestate. Quamvis enim idem dux inter potentissimos principes habeatur, tamen sub eo non posset dici regale sacerdotium sed ducale; quod hactenus in usu non fuit nec per nos in usum veniet Domino concedente. Unde placeat excellentie vestre domino regi suggerere, ut de consilio 5 principum revocet, quod nobis et ecclesiis absentibus et non consencientibus sed contemptis suggestione privata forsitan est persuasum. Et quia omnium principum et nobilium interest, pares suos sibi inpares fieri non debere, archiepiscoporum et episcoporum, quorum sigilla inferius sunt appensa, suffragia invitamus, ut pro nobis gratiam vestram super petitione adeo favorabili interpellent, ut in nobis manifestum fiat 10 cunctis ecclesiis, quod salvatorem ac propugnatorem in persona ipsius miserit nobis Deus contra illam qua olim premebamur tyrannicam potestatem.

Datum anno gratie millesimo ducentesimo quinquagesimo II, mense Iunio[1].

---

# 461. SENTENTIAE COMITUM PALATINORUM DE FORESTIS, 15 DE INWARTESEIGEN, DE CONIUGIO MINISTERIALIUM, DE MUNITIONIBUS.

## 1254. Nov.

*Dedit vir d. Schneiderwirth e Copiario episcopatus Bambergensis sign. roth 3 (A 2) fol. 77 (64) in tabulario regio Bambergensi asservato; ex eodem prius eas edidit Wittmann* 20 *'Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Geschichte' V, 132 nr. 56. Comites palatini, qui a. 1254 principatus Bawariae et Palatinatus adhuc indivisos possederunt, loco regis regno vacante iudicio praesedisse videntur. — Böhmer, Reg. imp. V, 11695. (P. deest.)*

Nos Ludwicus et Heinricus Dei gratia comites palatini Reni, duces Bavarie, per 25 presens scriptum notum facimus universis, quod presidentibus nobis iudicio in[a] oppido Nappurg cum comitibus, liberis et ministerialibus imperii et ducatus Bavarie quesitum fuit per sententiam generalem per venerabilem episcopum Bambergensem: utrum aliquis sine consensu domini forestas posset extirpare et novalia colere in preiudicium ipsius, et quid iuris super hoc esset de illis qui talia attemptarent. Et sententiatum[b] 30 extitit et ab omnibus approbatum: quod infra dies quindecim novalia ipsa domino foreste restituere teneretur et satisfacere de dampnis illatis, alioquin decem libras camere nostre et decem libras componeret iniuriam passo[c], et totiens solveret penam ipsam, quotiens per alios dies quindecim novalia ipsa presumeret retinere. Item quesitum fuit ab eodem episcopo: utrum aliquis feoda vel proprietates, que inwartes 35 eigen dicuntur, absque consensu domini ad manus posset tradere alienas; quod ab omnibus extitit reprobatum. Item quesitum fuit: si aliquis de ministerialibus ecclesie sue uxorem duceret sine suo consensu de familia aliena, non obtenta divisione libe-

461. a) in iud. opp. c. b) sententiandum c. c) passe c.

1) *Quinque, testante editore Leverko, sigilla appensa sunt, sed adeo fracta et detersa, ut nullius* 40 *scriptura iam legi possit.*

rorum, quid super hoc iuris esset; et fuit sententiatum et approbatum: quod feoda, que ab eo teneret, de iure vacare deberent. Item quesitum fuit: quod si aliquis in fundo alterius munitionem construeret et dominum fundi spoliaret in ipsam, quid super hoc iuris esset; et fuit ab omnibus approbatum: quod preter destructionem castri ad duplum satisfacere teneretur. Ad cuius rei memoriam presens scriptum iussimus sigilli nostri robore communiri.

Actum anno Domini MCCLIIII, mense Novembris, XII. indictionis.

---

# 462. ROMANORUM EPISTOLA AD RICHARDUM REGEM DE ELECTIONE SENATORIA.

(1261. Apr.)

*Epistolam in formam dictaminis decurtatam, per quam pars Romanorum Richardo regi significant, se eum dominum Urbis i. e. senatorem creasse, dedit vir cl. Liebermann 'Neues Archiv' XIII, 221 e codice Oxoniensi, Bodley Wood 5 saec. XIII. med. fol. 2. De re ipsa cf. ea quae adnotata sunt in Regestis imperii V, 5386 b et 14169. — Böhmer, Reg. imp. V, 14155.* *(P. deest.)*

Illustri viro et excellentissimo domino R. Dei gracia in regem Romanorum[a] electo, suo per omnia domino et benefactori precipuo, A. de tali regione et B. de tali regione et C. de tali regione et ceteri populares Urbani et cives Romani, sui fideles ac devoti, recommendationem et debite fidelitatis pureque devotionis obsequium.

Cum Romanorum conditio felix pre cunctis[b] nationibus consequitur [principatum][c] ac ab ipsa Urbis fundatione per celestis dispensationem consilii et providentie humane industriam prerogativa fuerit multiplici predotata, que tanquam celestis thesauraria apostolorum corpora et gloriosos confessores in se continet et gubernat, in ea eciam viget sedes imperii et gaudet thronus apostolice dignitatis. Igitur ad creatricem imperii, matrem regnorum, capud mundi, bonitatis exemplum, speculum omnium civitatum, videlicet dominam Romam, quilibet mundi principes famosi, nobiles et potentes, omnesque in gentes et precipue in Romano imperio principatum habentes debent reverenter et mentis sincere[d] affectu quamtocius aspirare, per quam muniuntur regna, gubernatur imperium et cuiuslibet principis solium exaltatur; quia mater nobilis et excelsa domina pacienter pati non potest nec valet equo animo tollerare, ut qui eam sui honoris genitricem cognoscunt ab ea sincero[d] non diligantur affectu, eosque tanquam filios sub alis sue potencie foveat et ad favorem votivi suffragii et desiderati auxilii velud natos proprios non admittat, et quos concipit in affectu, parit per effectum, fovet per exquisita suffragia, nutrit, .augmentat et exaltat et facit, utpote sui ventris fructum, in sede sui imperii gloriosius residere. Nam si predecessorum vestrorum[e] gesta attenditis, videbitis per aciem propriam et experientiam manifestam, quod omnes qui eam pro matre habuerint, pro genitrice honoraverint, Romanos[f] suos filios ex affectu intimo et grata benivolencia dilexerunt, prostratis rebellibus, conculcatis

462. a) Romanū *c.* b) cuntis *c.* c) privilegium *suppleri vult Liebermann.* d) scincer. *c.* e) nostrorum *c.* f) Romonos *c.*

hostibus, undique [pacificatis][g] provinciis regni regimen[h] et imperii solium potenter et virtuosius extulerunt. Nec mirum, cum vires potentialiter et vigores per capud tanquam per radices et inexhaustum fontem ad cetera membra corporis diffunduntur. Vos igitur, quos ad culmen regni Romani divina gracia hiis temporibus advocavit et ad imperiale fastigium postmodum assumendos, Romam matrem vestram vestri honoris principium vestreque promotionis incitamentum, cui excellentie vestre industria utilis creditur et fructuosa[i] non modicum reputatur, debetis non minus evidenti effectu quam interiori affectu diligere ipsamque[k] in suis filiis, prole et concivibus honorare, ut dilectionis nomen clarescat per opus et amor per signa evidentia ostendatur. Cumque nos, quos pro statu Urbis pacifico et tranquillo populi adsciscit[l] voluntas et mandatum[m] statuit Romanorum, providentes, quod ad Urbis regimen et Romanorum gubernacula dirigenda pre cunctis mundi principibus vos sufficientes et ydoneos reputamus, ut per vestram deliberationem Urbis provideatur quieti, nichilominus vestri nominis et honoris exaltatio repensetur, in perpetuum dominum Urbis, divina gracia concorditer et unanimiter invocata, vos duximus eligendos. Set cum ea, que in nostre mentis armario et nostri pectoris utero sunt concepta ad exaltationem vestri nominis, nequeamus, immo valde difficile sit propter locorum distantiam per litteras explicare, credere vos volumus et pro firmo ac indubitanter habere, quecumque T. et T. nobiles cives Urbis, latores presentium, devoti vestri[n] et nostri nuncii et socii ad dominationis vestre presentiam de nostro destinati excellencie vestre et culminis vestri auditui per vive vocis oraculum ex parte nostra duxerint referenda, ac si proprie ex ore nostro et propriis labiis presentialiter processissent.

---

# 463. OTTONIS BRANDENBURGENSIS CONVENTIO CUM OTTOKARO REGE BOHEMIAE DE ELECTIONE.

(1261. Dec.)

*Proponimus collatis codicibus* 1) *tabularii regii Regiomontani saec. XIII—XIV. secundum editionem, quam paravit vir cl. Iohannes Voigt 'Das urkundliche Formelbuch des königl. Notars Heinricus Italicus' (Archiv für österreichische Geschichte XXIX) p. 50 nr. 42;* 2) *latino Monacensi 22303 (Windberg. 103) saec. XIV. f. 107;* 3) *capituli maioris ecclesiae Pragensis K. 33 saec. XIV. f. 44', ubi rubrum* Promissio amicicie, *quem contulit aeque ac 2 Schwalm;* 4) *tabularii Vindobonensis 196 (Böhm. Mähr. Schles. 18) saec. XVIII. p. 392, qui inter alia continet 'Librum a missionibus regum per manus Zdenkonis de Trebecz'; contulit vir d. Tangl*[1].

*Quoad tempus et rationem huius conventionis v. ea, quae disseruit vir cl. Busson 'Mittheilungen des österreichischen Instituts' VII, 636. Nomina et datum codicis 4 a scriptore interpolata esse ut saepius ex libidine, nemo est, quin videat, praesertim cum a. 1277. mense Ianuario nec rex Wenceslaus nec Theodericus archiepiscopus Magdeburgensis exstiterint. — Böhmer, Reg. imp. V, 11903.* *(P. deest.)*

**462.** g) *supplevit L.* h) regimem *c.* i) fructuosi *c.* k) ipsam quia *c.* l) anscisscit *c.* m) madatum *c.* n) nostri *c.*

1) *De omnibus his codicibus fusius egit vir cl. Emler Pragensis 'Abhandlungen der königl. Böhm. Gesellschaft der Wissenschaften' VI. ser. tom. IX, 55 sq.*

Nos Otto[a] Dei gracia[b] marchio Brandenburgensis[c] universis[d] constare cupimus presencium[e] per tenorem, quod pro pacis et concordie karitativis[f] nexibus connectendis[g] firmius et irrevocabiliter[h] observandis[i] cum karissimo[k] genero nostro [domino Wenceziao][l] serenissimo Bohemie[m] rege perpetuam et mutuam amiciciam unanimiter decrevimus et promisimus observare[n] adinvicem bona fide, corporali super[n] hoc[n] prestito iuramento, et quod predicto domino regi Bohemie[o] fideliter et studiose[p], plene et[d] plane contra omnem viventem[d] hominem astabimus consilio, auxilio et favore, exceptis reverendo in Christo patre nostro[q] domino[r] [Theodrico][l] archiepiscopo[s] Magdeburgensi[t] et illustri principe karissimo[k] fratre nostro[u] germano[d] domino Iohanne[v] marchione Brandeburgensi[w], universaliter adversus quoslibet[x] invasores dicti regis, quocumque[y] nomine fuerint vocati[z], nostre[a] potencie vires[b] et consilia[c] offerendo, profectus[d] suos et honoris sui[e] commoda[f], ubi poterimus, procurando. Promittimus eciam[g], sicut[h] ex parte[i] prefati regis[k] habuimus in promissis[l], quod personas detrahentes nobis et ipsi vicissim revelabimus, per quas[m] inter nos lis[n] et dissensio generari posset[n]. Ad maiorem autem nostre amicabilis compromissionis valitudinem adicimus[o] huic[p] pacto[q], quod filios nostros et filias iuxta voluntates[r] ipsius regis uxorare et maritare volumus, presertim in hiis, qui et[s] que adhuc de promissionibus[t] contractus matrimonialis libere et[u] absolute sunt condicionis, de aliis subiungentes, qui forsan ad aliqua nostra promissa respiciunt[v] quod[w] iuxta consilium ipsius domini[g] regis erepti ab[x] huiusmodi promissis[y], si que fecimus, nos[z] tenebimus et regemus, illam de agendis nostris circa memoratum regem sollicitudinem ex animo[a] inpensuri, per quam[b] evidentibus indiciis nostre amicicie appareat exsecucio[c] pro toto tempore vite nostre. Ceterum proposita nostra ad explendam[d] amiciciam nostram circa sepedictum regem continua fidelitatis tenacitate firmantes spondemus sub fide prestiti iuramenti[e], quod in eleccione Romanorum imperatoris[f] Alemanie[g] regis secum[g] habere disposuimus concordem et unanimem voluntatem, ponentes in hoc, quod ipse ponit, et tollentes, quod non vult, ut in hoc et in[h] aliis negociis suis pariter atque nostris una sit[i] voluntas mencium et exsecucio[c] accionum. Que omnia laudamus et singula promittimus firma et rata[k] tenere [et habere][l] et non contra[facere vel][l] venire aliqua racione vel causa, iure vel facto, sub pena[m] periurii, reddentes nos inhabiles[n] ad honores, [si quod absit inveniremur in hac parte violatores vel aliquo modo transgressores, tunc volumus nos][l] ex tenore istius[o] promissionis sentencie[p] excommunicacionis et vinculo domini pape subiacere, si ad imitandum[q] vel transgrediendum predicta[r] ausi fuerimus attemptare[s], pro quibus omnibus et singulis presentes litteras fieri et nostri sigilli munimine[t] fecimus communiri.

**463.** a) . . 3. b) ti *pro* ci *semper* 4. c) Brand. march. 2. d) *deest* 3. e) ae *pro* e *semper* 4. f) caritativis 1. 4; karitatis 3. g) committendis 3. 4. h) inrevoc. 4. i) *deest* 2. k) carissimo 4. l) *uncis inclusa in solo* 4. m) Bom̄e 3; Boemorum 4. n) *deest* 3. 4. o) Bo̅e 3; Boemiae 4. p) studio 3. q) . . *add.* 1. r) patre — domino *des.* 2; patri ac domino . . 3; patre domino 4. s) ēpo 4. t) Magburḡn 2; Mad'burḡn 3; Maidburgensi 4. u) . . *add.* 3. v) Io. marchioni 3. w) brandburḡn 2; Brandenburgensi 3. 4. x) quemlibet vel quoslibet 3. y) quocunque 4. z) voc. fuerunt 2; nominati 4. a) nostris 1; *deest* 2. b) viris 1. c) consilio 3. d) profectusque 4. e) *deest* 4. f) comoda 2. 4. g) *deest* 3. h) *deest* 1. i) ex parte *des.* 3. k) reges 3. l) psonis 3. m) quos 3. n) posset lis 2. 4; lis posset 3. o) addic. 3. p) hoc 3. q) paccto 2. r) voluntatem 3. 4. s) qui et *des.* 2. t) adhoc depromissionis 3. u) ac 3. v) *pro* promissa respiciunt 3: prospiciunt. w) qui 3. x) ad 3. y) promissionis 3. z) *deest* 1. a) amicicie 3. b) quamquam 3. c) execucio 1; exsequucio 2. d) *corr.* exemplendam 3. e) saramenti 4. f) inper. 3. g) Alamanie 2. 4; *pro* Alemanie — secum 3 *male:* ab honore regis sicut. h) *deest* 4. i) fit 3. k) r. et f. 2. l) *uncis inclusa in solo* 4. m) plena *male* 3. n) inabiles 3. o) huius 2. p) su' (sive) 3. q) inmutandum 2. 4. r) *des.* 1. 2. s) adtemptare 3. t) *corr.* munimeine 2.

1. 2. 3.

Acta[u] sunt etc.

4.

[Acta sunt haec anno dominicae incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, undecimo Kalendas Februarii.]

---

# 464. COLLATIO FEUDORUM IMPERII PER COMITEM PALATINUM IMPERIO VACANTE.

1267. Mai. 28.

*Damus ope imaginis in aes incisae autographi tunc in tabulario comitum Oettingensium asservati, quod exhibet Oetter 'Versuch einer Geschichte der Burggraven von Nürnberg' II. Animadvertendum certe est, eo ipso die Conradinum diploma consentaneum dedisse (Monumenta Boica XXX, 1, 361; Böhmer, Reg. imp. V, 4830). — Böhmer, Reg. imp. V, 4830 (12027 a). (P. deest.)*

In nomine Domini amen. Lvdewicus Dei gracia comes palatinus Reni[a], dux Bawarie. Cum vacante imperio Romano omnes feodorum collaciones sive ordinaciones iure dignitatis officii nostri, quod ab imperio tenemus, ad nos pertineant indifferenter, nos attendentes fidem et devocionem nec non servicia, que nobilis vir Fridericus burgravius de Nurenberch Romano imperio impendit hactenus et adhuc impendere potest, si sine herede masculo decesserit, ad instanciam precum suarum dominam Mariam filiam suam, coniugem nobilis viri Lvdewici comitis de Otingen iunioris et heredes, qui ab ea fuerint procreati, tam burgraviatu quam omnibus aliis feodis, que dictus Fr. burgravius ab imperio Romano tenet, opido Swante dicto cum suis pertinenciis excepto, nomine imperii infeodamus et esse volumus infeodatam.

Huius rei testes sunt: carissimus avunculus noster Chvnradus secundus Ierusalem et Sycilie rex, dux Swevie, Lvdewicus senior comes de Otingen, Hainricus comes de Chastel, dominus Vlricus de Wartperch, Hermannus de Hvrnhaim et H. filius eiusdem, Wolframmus advocatus eius[b] de Dornberch, Herdegnus de Grindelach, et alii quam plures. Et ne super premissis aliquod inposterum possit dubium suboriri, presentes litteras conscribi fecimus et nostri sigilli karactere roborari.

Actum et datum in Chadolspurch, anno Domini MCCLXVII, quarto die exeunte Maio, indicione decima.

**463.** u) Actum; *cetera des.* 3.
**464.** a) palat̄ Reñ *ed.* b) *sic ed.*

# APPENDIX V.

# ACTA SPURIA.

## 465. HEINRICI REGIS SENTENTIA CONTRA COMMUNITATES VASALLORUM.

1224. Dec. 28. 5

*Ediderunt* 1) *Schöpflin 'Alsatia diplomatica' I, 352 nr. 437 e transsumto curiae Basiliensis exemplato a libero barone Zurlauben;* 2) *Zeerleder 'Urkunden für die Geschichte der Stadt Bern' I, 214 nr. 134 et ipse ex exemplari Zurlaubiano. Opus falsarii hoc praeceptum esse, probavit vir cl. Scheffer-Boichorst 'Neues Archiv' XX, 184 sq. — Huillard-Bréholles II, 820. Böhmer, Reg. imp. V, 3954. (P. 254.)* 10

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus universis imperii fidelibus presentem paginam inspecturis gratiam suam et omne bonum. Dilectus fidelis noster Libaldus de Bafrimont sua nobis conquestione monstravit, quod vasalli et ceteri homines sui de vallibus in Hauspurch[a] auctoritate propria quasdam communitates, constitutiones, novitates et coniunctiones vinculo fidei firmatas inhierunt, et cum a 15 curia nostra iudicium sibi fieri petiisset, utrum hoc dictis vasallis et ceteris hominibus suis sine licentia et consensu domini sui liceret, iudicatum fuit a principibus et baronibus: quod ipsi vasalli et ceteri homines sine consensu dicti Libaldi[b] et etiam absque nostra et imperii voluntate nullas communitates, constitutiones, conventiones et novitates poterant attemptare. Unde nos quicquid a predictis vasallis et ceteris hominibus 20 taliter est attemptatum et precipue coniunctiones fidei interpositione ab eisdem de novo firmatas penitus revocamus. Ut autem sententia lata a principibus et baronibus imperii pro dicto Libaldo de Bafromont perpetua gaudeat firmitate, presentem paginam exinde conscribi et sigilli nostri munimine fecimus insigniri.

Huius rei testes sunt: Engelbertus Coloniensis, Theodoricus Treverensis archi- 25 episcopi, Syphridus Augustensis, Willelmus Lausannensis[c], Henricus Basiliensis episcopi, Hugo abbas Morbacensis, comes Stephanus Burgundie, Willelmus Gebennensis, Girardus de Dyze[d] comites, Conradus burgravius de Nyremberch.

Datum apud Bernam, anno gratie MCCXXIIII, indictione XIII, V. Kal. Ianuarii.

**465.** a) Hauspurgh 1. b) Lebaldi 1. c) Lausanensis 1. d) Dyche 1. 30

# 466. HEINRICI REGIS PRIVILEGIUM PRO DUCATU AUSTRIAE.

## 1228. Aug. 24.

*Autographon, cui iam nunc appendet filis sericis rubris sigilli fragmentum, exstat in tabulario Vindobonensi, cuius exemplum diplomaticum iam olim fecit vir cl. Wattenbach idque edidit 'Archiv für Kunde österreichischer Geschichts-Quellen' VIII, 114. — Huillard-Bréholles III, 381. Böhmer, Reg. imp. V, 4113. (P. deest.)*

§ In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. § Dignum est nimirum et consentaneum possibilibus rogatibus regiam maiestatem omni tempore annuendo largissime subvenire ipsosque benigniter adinplere. Noverit igitur omnium Christi nostrique regni fidelium etas et successura posteritas, quod nos principum, quorum iure quemque Romanorum regem est eligere, beneplacito, consilio et favore omnia iura, gratias, et libertates, cunctasque bonas consuetudines nobilium terrarum, scilicet Austrie et Styrie, que usque ad nos ab antiquis inperatoribus Romanorumque regibus plenarie devenerunt, de quibus eciam rite et rationabiliter noster et sacri regni dilectus Leupoldus dux Austrie et Styrie, antiquorum inperatorum Romanorumque regum literis, quas certitudinaliter, lesione qualibet procul mota, vidimus, plenius nos instruxit. Et cum divina gratia regia perfectissime perfruimur potestate procul dubio, nostram regalem bene condecet largitatem, ut nostros et sacri regni principes eorumdemque terras iuribus et gratiis specialibus sublimemus. E quibus specialiter magnificum et sacro regno fidelissimum, summum nostrum principem Leupoldum ducem Austrie et Styrie easdemque suas terras, sequentibus iuribus, gratiis et libertatibus volumus honorare. Primo quod si aliquis alicui ducum Austrie et Styrie, quacunque censeretur dignitate, suarum terrarum provincias et talia cetera, quocunque nomine nunccupacioneque censeantur, que aut a regali magnificencia seu a principibus spiritualibus concessionis collacionisve officio derivaretur, legare, dare, obligare, vendere contingeret: eosdem gvenditores sive obligatores huiusmodi regalis nostra maiestas nec aliquis hominum aliqualiter valeat inpedire. Quod si autem eadem venditio, obligatio, dacio, legacio evenire contingeret tam repente, quod nec regia sublimitas nec horummodi collatores possent aliquatenus requiri, ducibus Austrie et Styrie predictis in eorum iuribus ob hoc nullum eveniat penitus detrimentum[1]. Etiam idem generosus princeps Leupoldus dux Austrie et Styrie coram nostre maiestatis oculis et electorum Romani regni culminis inquisitione et sentencia obtinuit presollerti secundum suarum antiquarum literarum recitationem, omnia sua iura seu feoda, cuiuscumque sint condicionis, in equo residens recipiat, talibus collacionibus magnifice preditatus. Preterea eidem illustrissimo principi Leupoldo duci Austrie et Styrie cunctisque suis sequacibus hanc largiter concedimus dignitatem, ut in sui principatus pilleo nostre regalis corone dyadema solemniter ferre possit; volentes largius omnes suas terras seu ditiones, districtus et cetera ad huiusmodi pertinentia vel que in posterum poterint obtinere, habere, cuncta iura, libertates, gratias bonasque consuetudines, quas duces olim terrarum iam dictarum pie recor-

1) *Cf. Bullam auream Karoli IV. cap. 10:* Quodque futuris perpetuo Boemie regibus hac nostra imperiali constitucione et gracia perpetuo valituris a quibuscunque principibus, magnatibus ac personis aliis quoscunque terras, castra, possessiones, predia sive bona liceat emere, comparare seu in donum vel donacionem ex quacunque causa aut in obligacionem recipere. *WATTENBACH.*

dacionis in conmendabilem ex antiquis consuetudinem perduxerunt, aut que recenter a nostre manibus excellentie susceperunt, quibusvis inpedimentis inviolabiliter procul motis. Demum mandantes et sub interminacione gratie nostre districte precipientes, ut nullus sit, qui ausu ductus temerario strennuissimum principem Leupoldum ducem Austrie et Styrie prefatum suosque sequaces audeat inpedire vel alicuius ingenii scrupulo molestare. Quod qui facere presumpserit, offensam nostre celsitudinis se noverit incursurum. Ad quarum eciam gratiarum concessarum perhennem memoriam presentem eis literam conscribi et sigillo nostro iussimus insigniri.

Testes hii sunt: Ludowicus dux Bawarie, palatinus comes Reni, Vlricus et Ludowicus comites de Ferreto, Chunradus purgrauius de Nurnberc, Fridricus de Truhendingen, Eberhardus dapifer de Walpurc, Chunradus pincerna de Winterstetten, Chunradus de Smidelvelt, et alii quam plures.

Acta apud Ezelingen, anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo vicesimo octavo, nono Kalendas Septembris, indiccione prima.

---

# 467. FRIDERICI II. INNOVATIO CONSTITUTIONIS DUCATUS AUSTRIAE.

## 1245. Iun.

*Privilegium spurium ope genuini (supra nr. 260) a Rudolfo IV. duce Austriae c. a. 1358—1360 confectum exstat autographon in tabulario Vindobonensi; cui appendet filis sericis rubris bulla aurea imperatoris genuina. Damus ex apographo diplomatico iam olim a b. m. Chmel parato et ex apographo viri d. Kehr, collata editione Wattenbachii 'Archiv für Kunde österreichischer Geschichts-Quellen' VIII, 117 et parte illa, cuius ectypon photographicum dedit vir cl. Philippi 'Kaiserurkunden in Abbildungen' VI, 15. Est innovatio spurii Friderici I. (supra tom. I, nr. 455), cui addita sunt iura et privilegia ampliora. Ea, quae e privilegio genuino petita sunt, litteris minoribus excudi fecimus. — Huillard-Bréholles VI, 295. Böhmer, Reg. imp. V, 3483.* *(P. deest.)*

(C.) ¶ In nomine sancte et individue Trinitatis amen. FRIDERICVS secundus divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex. ¶ Iustis principum nostrorum peticionibus condescendere cogimur, quas nisi favorabiliter audiremus, obaudire quod iuste petitur per iniuriam videremur. Eapropter per presens privilegium noverit tam presens etas quam successura posteritas, quod noster excellentissimus princeps Fridericus dux Austrie et Stirie ac dominus Carniole dilectus princeps et consanguineus noster quoddam privilegium divi augusti imperatoris quondam Friderici avi nostri memorie recolende Heinrico quondam duci Austrie proavo suo dudum indultum nostro culmini presentavit, supplicans attencius, ut ei illud innovare et omnia que continentur in eo confirmare de nostra gratia dignaremur. Cuius tenor per omnia talis est:

'In nomine sancte — anno regni eius V, imperii II.' *supra tom. I, nr. 455.*

Nos itaque, qui fidem et obsequia nostrorum principum non patimur irremunerata transire, attendentes fidem puram et devocionem sinceram, quam predictus dux ad maiestatis nostre personam et sacrum imperium habet, pro gratis quoque serviciis, que nobis et imperio exhibuit hactenus fideliter et devote et que exhibere poterit inantea graciora, ipsius supplicacionibus favora-

biliter inclinati suprascriptum privilegium divi augusti avi nostri predicti huic nostro privilegio de verbo ad verbum inseri iussimus, omnia que continentur in eo de imperialis preminencie nostre gratia confirmantes. **Igitur competit eciam nostro imperiali imperio illustri principi nostro predilecto Friderico speciali gracia graciando. Quapropter concedimus enim et damus**
5 **eidem illustri principi duci Austrie hec subscripta ad habendum pro iure plenarie, ut nullus suorum feodalium aut suarum terrarum inhabitancium sive possidentium nulli alteri aliquid iuris obediant, excepto enim sibimet ipso nostro predilecto Friderico principi duci Austrie aut suas vices supplentibus sive potestatem. Concedimus enim nostro illustri principi duci Austrie crucem nostri dyadematis[a] suo principali pilleo sufferendo[b].**
10 **Volumus eciam ut dilectus noster dux Austrie omnia sua feodalia sive iura liberaliter suscipiat dacione sine omni. Igitur iura omnia prescripta illustris dux Austrie rite et liberaliter tenere debeat in omnibus suis terris quas iam possidet et in futurum possidebit.** Statuimus igitur et imperiali sanccimus edicto, quatinus **nullus rex**, nullus dux, nullus marchio, nullus princeps, nullus comes, nullus prelatus, nulla denique persona alta vel humilis,
15 ecclesiastica vel mundana contra presentis innovacionis et confirmacionis nostre tenorem venire presumat. Quod qui presumpserit, indignacione[c] nostri culminis et penam mille librarum auri se noverit incurrisse, quarum medietas camere, reliqua vero parti passe iniuriam applicetur. Ad huius igitur innovacionis et confirmacionis nostre futura[b] memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis inpressa iussimus comuniri.

20 Huius rei testes sunt: Chunradus Frisingensis episcopus, Heinricus Babenbergensis electus, Fridericus filius illustris regis Castelle, Růdolfus **nobilis** comes de Habchesburch, Ludowicus comes de Helfenstein, Albertus de Nife, et alii quam plures.

‖ Signum domini nostri Friderici Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris (M.) semper augusti, Ierusalem et Sicilie regis. ‖

25 Acta sunt hec anno dominice incarnacionis millesimo ducentessimo[b] quadragesimo quinto mense Iunio, tercio[b] indiccione, imperante domino nostro Friderico gloriosissimo Romanorum imperatore semper augusto Ierusalem et Sicilie rege, Romani imperii eius anno vicesimo quinto, regni Ierusalem vicesimo primo, regni vero Sicilie quadragesimo septimo.

Datum Verone, anno, mense et indictione[b] prescriptis.

30 **467.** a) *scriptura evanuit; sic legerunt Chmel et Kehr;* cum dyademate *Wattenbach.* b) *sic or.* c) *sic Chmel et Kehr;* indignacionem *Wattenbach.*

# SUPPLEMENTUM.

---

## 101a. PETITIONES HONORII III.

### 1225. Iul. 25.

*Conditiones, quibus Honorius III. papa imperatori prorogationem termini transfretandi in Terram Sanctam concessit, quas promissio imperatoris supra nr. 102 edita fere ad verbum transsumsit, leguntur in priore recensione Chronici Ryccardi de S. Germano p. 116, quam e codice civitatis Bononiensis 16, b. II, 10 saec. XIV—XV primus vulgavit vir cl. Augustus Gaudenzi 'Monumenti storici (Napoletani) Serie I. Cronache'. Ryccardus narrat haec:* Quibus redeuntibus *(sc. praelatis Regni)* ipse imperator cum eis de Apulia venit ad Sanctum Germanum XX. Iulii, et ibi ad eum venerunt dominus Pelagius Albanensis[a] episcopus et dominus Gualo presbiter cardinalis ex parte domini pape legati cum capitulis istis, que Romana ecclesia ab imperatore postulat observari. Videlicet quod processus consilii particularis factus in Sancto Germano in festo sancti Iacobi . . .[1] Imperator transibit *etc. Et postea:* Que omnia capitula, sicut superius sunt expressa, coram imperatore lecta sunt et proposita in ecclesia Sancti Germani, presentibus Albanensi episcopo et cardinali predicto, astantibus ibidem principibus Alamannie, duce Austrie, duce Charintie[b] nec non et duce Spoleti cum nonnullis aliis tam militibus quam plebeis; et ea omnia ipse imperator manu propria servaturum iuravit, et cum eo iuravit dux Spoleti predictus. Actum mense Iulii in festo sancti Iacobi. *Haec certe instrumentum publicum sapiunt; attamen ea textui addere non audeo. Ceterum menda codicis ab editore non correcta ope nr. 102 emendavi*[2]. — *Böhmer, Reg. imp. V, 14693.* *(P. deest.)*

1. Imperator transibit ab instanti Augusto ad duos annos in subsidium Terre Sancte et per biennium tenebit ibi mille milites ad servitium suum; ita quod si aliquos[c] de ipso numero statuto tempore deesse contingerit, L marcis per annum defectus militis redimetur.

2. Pecuniam de huiusmodi[d] redemptione collectam imperator, si ibi fuerit, ad testimonium et consilium regis Ierosolimitani et patriarche ac magistri domus Alamannorum et aliorum proborum hominum de terra, ibi ad servitium Ihesu Cristi ex-

**101 a.** a) Albanus *ed.* b) Clarentani *ed.* c) aliquis *ed.* d) *pro* de huiusmodi *ed.*: huiius; *emendavi e nr. 102.*

1) *Ita editio; codicem hoc loco mutilum esse patet. Fortasse instrumentum publicum, quo usus est Ryccardus, incepit verbis:* Processus consilii *etc.* 2) *Doeberl 'Monumenta Germaniae selecta' V, 46 non scriptum nostrum, sed potius nr. 102 praebet.*

pendet in usus eosdem vel alios ubi eis[e] magis videant expedire. Quod[f] si casu aliquo imperatorem ipsum acciderit tunc abesse, memorata pecunia in predictorum regis, patriarche ac magistri domus Alamannorum manibus deponetur, per ipsos in Terre Sancte servitium expendenda.

5 3. Passagium dabit ipse imperator, si venerint[g] in primo passagio vel in duobus sequentibus passagiis, duobus milibus militum et famulis eorumdem et pro milite tribus equis.

4. Ducet secum C chelandras[h] et tenebit ibi, si necesse fuerit, per biennium L galeas bona fide armatas. Quod si aliquo tempore biennii non esset necesse illas 10 teneri vel si forsitan non possent inveniri necessarii apparatus earumdem, extimabuntur fideliter sumptus qui in eis tenendis necessarii haberentur, si tenerentur armate eo modo quo debuissent armari, et tantumdem in pecunia numerata persolvet in ipsius Terre Sancte subsidium expendenda. Eo modo quo superius de L marcis militum est expressum.

15 5. Preterea deponet in manibus predictorum regis et patriarche ac magistri domus Alamannorum centum milia unciarum auri vel equivalentiam[i] in argento hiis terminis persolvenda: in instanti passagio Augusti XX milia, sequenti passagio[k] Martii XX milia, [sequenti passagio subsequentis Augusti XX milia][l.1], reliqua vero quadraginta milia in duobus reliquis passagiis Martii et Augusti anni secundi; ita quod[m] memorate 20 partes pecunie persolute per terminos antedictos ultra mare in singulis passagiis deportentur. Si vero ipse imperator in aliquo termino plus solveret quam supra[n] est expressum, tantum minus solvere tenebitur passagio subsequenti.

6. Quando autem in primi fine biennii ad passagium assignatum transfretare continget, reddentur C milia unciarum auri ad expendendum in servitio Dei et Terre 25 Sancte. Et si eum, quod Deus avertat, interim vel ultra mare ante passagium memoratum obire contingerit vel alia[o] quacumque de causa forsitan[p] non transierit, rex Ierosolimitanus, patriarcha et magister domus Alamannorum predicti ad laudum et consilium magistrorum domus Hospitalis et Templi et aliorum proborum hominum de terra expendent ipsam pecuniam bona fide, sicut melius visum fuerit expedire, ad 30 utilitatem Terre Sancte et servitium et pro salute ipsius imperatoris et antecessorum suorum.

7. Si vero, quod absit, infra prescriptum terminum passagio assignatum quicquam[q] humanitus de imperatore ipso acciderit vel in aliquo forte defecerit de hiis que superius sunt expressa et promissa, regnum[r] Sicilie remanebit ad ea omnia obli-35 gatum, ita ut quicumque illud habebit, ea tenebitur integre adimplere.

8. Imperator ipse personaliter iurabit, quod transibit ultra mare in subsidium Terre Sancte in passagio suprascripto, et unus princeps iurabit in anima ipsius, imperatorem ipsum firmiter et fideliter servaturum omnia, sicut superius sunt expressa. Ex nunc autem feretur excomunicationis sententia, in quam ipse incidet imperator, si 40 non transfretaverit subito vel non duxerit secum mille milites vel non miserit predictam pecuniam, sicut superius est expressum.

9. Si autem defecerit in aliquibus vel in aliquo ceterorum, ecclesia Romana sententiabit in ipsum et in terram suam de spontanea voluntate et iam prestito consensu imperatoris eiusdem. Quod si aliquo termino in pecunie solutione defecerit,

45 **101a.** e) eos *ed.* f) Qui *ed.* g) venerit *ed.* h) chelandros *ed.* i) equalentiam *ed.* k) passaggio *ed.* l) *desunt ed., supplevi e nr. 102.* m) Itaque *ed.* n) super *ed.* o) alias *ed.* p) forsitam *ed.* q) quicquid *ed.* r) regimen[is] *ed.*

1) *Adnotandum est, et in scripto nostro et in promissione imperatoris nr. 102, terminum unum omissum esse, at in utroque diversum.*

lata sententia tenetur astrictus; ita quod post terminum elapsum, si per testimoniales illorum litteras, qui pro rege, patriarcha[s], et magistro domus Alamannorum ad recipiendam statutis terminis ipsam pecuniam statuentur, ecclesie Romane constiterit, ipsum imperatorem de huiusmodi satisfecisse [defectu][t], statim super illo articulo absolvetur nec super aliis gravabitur ullo modo. 5

10. De hiis autem omnibus faciet ipse imperator patentes litteras suas Romane curie in testimonium conservandas aurea bulla munitas.

# 103a. MANDATUM DE CURIA CREMONAE VISITANDA.

1225. Iul. 30. 10

*Servatum est in priore recensione Chronici Ryccardi de S. Germano, quam e codice civitatis Bononiensis 16, b. II, 10 saec. XIV—XV. primus vulgavit vir cl. Augustus Gaudenzi 'Monumenti storici (Napoletani) Serie I. Cronache', ubi legitur p. 118. — Böhmer, Reg. imp. V, 14694. (P. deest.)*

Fredericus etc. principibus Alamannie, ducibus, comitibus, potestatibus Lombardie 15 et communitatibus, fidelibus suis et cet.

Cum Romana mater ecclesia iuxta rerum impedimenta cognosceret, que dilationem transfretationis nostre tum pro termini brevitate tum pro commoditate negotii requirebant, consulta dispositione providit, ut ab instanti Augusto ad duos annos ad Terre Sancte subsidium actore Domino transeamus. Propter quod una cum principibus 20 nostris ad Sanctum Germanum in curia nostra presentibus deliberavimus et duximus statuendum, ut primo venturo festo resurrectionis dominice in partibus Lombardie, (1226. Apr. 19.) videlicet in civitate Cremone, que devota imperio est et ad quam facilius et sine difficultate itineris[a] longioris ultra citraque Alpes constituti poterunt convenire, ceterisque Teutonie et Italie nobilibus[b], pro succursu et itinere Terre [Sancte][c], pro honore quo- 25 que et reformatione status imperii sollempnem curiam celebraremus. Quapropter vestre dignationi precipiendo mandamus, sollicitantes instantius et ortantes, quatenus ob reverentiam Christi, cuius negotium spetialiter agitur in hac parte, ad honorem quoque imperii, cui fide et devotione tenemini, properetis et procuretis adventum interim vestrum ad pretaxatum locum in armis decenter armati attentius accessum, ut ibidem 30 in tam sollemni curia interesse possitis, ubi non parum vestris cognoscetis commodis accessisse et iter non in vacuum assumpsisse scietis. Nam etsi non esset ob aliud nisi ad videndum spetialiter personam nostram, que vestra libenter fruitur visione, confidimus et speramus, quod ad videndum nos hylariter venietis et venire nullatenus postponetis, ut ante prosperam motionem nostram[d] personas vestras videre possimus 35 et ad invicem congaudere.

Dat. apud Sanctum Germanum, penultimo Iulii, XII. indictionis.

**101a.** s) patriarca *ed.* t) *supplevi.*

**103a.** a) intineris *ed.* b) *locus corruptus, aliqua excidisse videntur.* c) *supplevi.* d) nostras *ed.*

# 103b. MANDATUM ITERATUM AD SPOLETINOS DE HOSTE FACIENDA.

## 1226. Mart. 26.

*Servavit recensio prior Chronici Ryccardi de S. Germano, quam e codice civitatis 5 Bononiensis 16, b. II, 10 saec. XIV—XV. primum vulgavit vir cl. Gaudenzi 'Monumenti storici (Napoletani) Serie I. Cronache', ubi legitur p. 122. Ibidem p. 123 leguntur litterae inculpatoriae, quas Honorius III. cognito processu imperatoris ad eum dedit. In adnotatione addi liceat fragmentum mandati ad incolas marchiae Anconitanae de hoste facienda dati, quod fortasse ad eandem contra Lombardos expeditionem faciendam spectat*[1]. *Legitur 10 in codice Parisino lat. 13059 (S. Germain Harlay 455) saec. XIII—XIV. pars V, nr. 36 fol. 50. — Böhmer, Reg. imp. V, 14695. (P. deest.)*

Fredericus etc. potestati et communi Nucere aliisque [intra] comitatum et ducatum Spoleti constitutis etc.

Accedentes nuper felicibus auspiciis apud Fanum, ubi nuntios et milites vestros[a] 15 iuxta premissi mandati formam speravimus habere presentes, intelleximus ex relatu quorumdam, quod ad prohibitionem apostolicam nostram distulistis exequi iussionem. Super quo et fideli[b] providentia Romani pontificis non immerito duximus admirandum, cum non incertum existit, quod de terra etiam, que antiquitus est beati Petri patrimonio applicata, certum ad requisitionem nostram servitium in colloquio, expeditione 20 ac rationibus aliis ratione[c] advocatie dignitati nostre debetur. Multo magis de fide vestra cogimur[d] admirari, qui sub huiusmodi pretextu[e], quod[f] in preiudicium iuris nostri esse dignoscitur, ius imperio debitum intenditis obfuscare, non attendentes, quam sit[g] temerarium que cesaris sunt cesari detinere, apud quem transire impune nequit transgressor sue transgressionis excessum. Si enim sanctissimus pater noster Romanus 25 pontifex, qui tenetur iura nostra salvare[h], proibitionem hanc fecisse dicatur, ratione perspecta[i] de saniori consilio revocabit. Sed vestra temeritas, si diligentius advertatis, illud inde super se citius recipiet gravitatis, ut de facili emendare nequeat quod deliquit[k]. Unde si ad tantum facinus ulciscendum contra nos commissum[l] animadversione debita nostrum imperium moveretur, sicut iusta[m] in hiis vobis[n] facultas non 30 suppeteret excusandi, sic non inveneritis[o] aliquem adversus iustitie nostre potentiam adiutorem. Volentes igitur nostram mansuetudinem a vobis tam graviter non offendi, qui potius ad retributionem subditorum inflecti gaudemus quam sevire in subditis ad vindictam, sub interminatione gratie nostre vobis iterato precipiendo mandamus, quatenus iuxta quod ab excellentia nostra iam iterum recipistis per litteras et nuntios 35 nostros in mandatis firmiter de nuntiis et militibus transmittendis, exequi nullatenus omittatis[p], sicut iustam indignationem nostram cupitis evitare.

Datum apud Fanum, XXVI. Martii, XIIII. indictionis.

**103b.** a) nostras *c.* b) fid. *aut* sid. *c.* c) rationibus *ed.* d) cogimus *ed.* e) pretestu *ed.* f) que *c.* g) sic *c.* h) favare *c.* i) prospecta *c.* k) delinquit *ed.* l) ad-40 missum *ed.* m) iuxta *ed.* n) nobis *c.* o) invenieritis *ed.* p) admictatis *ed.*

1) Fidelibus suis de Marchia, ut parent se cum eo ad exercitum. Cum vires excellencie nostre proxima ventura estate potenter et magnifice ostendere disponimus, ut rebelles nostri territi et attriti clava nostre potencie demergantur ad ima, virtutem vestram et fidem ac ceterorum nostrorum fidelium Marchie promptam volumus et devotam assurgere ac roboratis viribus in con-45 spectu nostro placide comparere, ut laudis titulos possitis apud excellenciam nostram de bono in melius promereri etc.

# 395a. EPISTOLA DE LEGATIONE PRINCIPUM AD ALFONSUM ELECTUM MISSA.

(1257.) Aug. 23.

*Servavit codex Parisinus lat. 17193 saec. XVII. fol. 213*[1], *ubi rubrum:* Epistola E. episcopi Constantiensis ad praepositum Basiliensem. *Edidit et illustravit nuperrime vir cl. Oswaldus Redlich in 'Mittheilungen des Instituts' XVI, 659 secundum exemplar viri d. Dopsch. De legatione principum cf. supra p. 502 cap. 29.* *(P. deest.)* 5

E(berhardus) dei gratia Constantiensis episcopus suo praedilecto H(einrico) praeposito Basiliensi salutem et amoris incrementum. 10

Spes premii solatium est laboris. Post labores et aerumnas vix narrandas pervenimus in assumtione sanctae Mariae virginis apud Burges, ubi cum magna solemnitate ipso rege nobis cum baronibus obviam veniente recepti sumus vultu sereno affectum cordis praestante. Post dies autem tres coram [rege][a] sedente in throno principum electorum nuncii procedentes electionem de ipso rege factam publicarunt, decretum electionis ostendendo, litteris multorum principum, litteris etiam domini papae lectis ibidem, quibus monendo persuasit electoribus hunc regem in Romanorum regem prae ceteris eligendum[2]. Hic regum nuncii solemnes Bohemiae, Ungariae, Franciae, Navarrae, reges Arragonum et[b] Portugalliae suum auxilium magnifice promiserunt. Ad electionis negotium prosequendum fuit ibidem pro nobis et ex parte Suevorum praesentium et absentium propositum rationibus multis persuadendo et eos sibi specialius astrictos, ex quibus traxit originem, subiectos exhibendo, quod electioni de se factae consentiret, singularum provinciarum principibus [et][a] baronibus ibidem publice rogantibus cum affectu. His autem sic gestis decenter et propositis, rex ipse mente non parum perplexus inducias trium dierum postulavit. Tunc vocatis hora et die statutis omnibus rex in publico, multis praemissis sermonibus, electioni de se factae consentiens regnum et imperium suscepit fideliter toto posse gubernandum, promittens suis assistere et eos nullo casu relinquere, praestito super hoc corporaliter iuramento. Ex hoc laetiores effecti non immerito licentia ab eo petita expectamus in brevi Deo dante rebus et honoribus fortiores reversuri. Processum autem regis mirae potentiae et ineffabilis apparatus rebellibus terribilis quantocius audietis a finibus mundi concussis ex affectu magnalia machinantis. Haec nova scribimus domino reverendo[c, 3] consulentes, quatenus se teneat usque ad nostrum adventum nulli se obligando, ut cum ipso quod visum fuerit faciamus. Alium mittemus nuncium subsequenter. Usque ad festum beati Galli nos speramus reversuros.

(Marginal notes: Aug. 15. — Oct. 16.; line numbers 15, 20, 25, 30, 35)

Datum Burges, X. Kal. Septembris, indictione XIV.[d] Valete.

**395a.** a) *deest cod.* b) etc. *cod.* c) referendario *cod., emendavit Redlich.* d) *sic cod. pro* XV.

1) *Cf. Delisle, 'Cabinet des manuscrits' II. 252 ss.* 2) *Cuius loci ratione habita corrigere licet ea, quae supra p. 502 not. 2 notata sunt.* 3) *An Bertoldo II. ep. Basiliensi? REDLICH.*

# INDEX NOMINUM.

SCRIPSIT IACOBUS SCHWALM.

*Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.*

## C. K.

(Ç vide Z)

## D.



## E.

### F. V germanicum.

## G.



**Gerhardus, Gerardus, Girardus**

## H.

## I.

## L.

**Liut- Lud- Liu- Leu-**

## N.

## Q.

## U.



**Udal- Udil- Odel- Ul- Ol-**



**Udo, Odo**

## V latinum.



## W. Gu.



**Waltherus, Walterius, Walterus, Gauterius**

## X.



## Z. Ç.

# GLOSSARIUM.

## SCRIPSIT IACOBUS SCHWALM.

abbas 397, 15. 404, 15; abbates principes 23, 30; abbas princeps imperii 476, 25; regales abbates 410, 5.
abbatiae quae manu regia porriguntur 68, 20.
abducere uxorem 579, 30. 602, 5.
abiudicare bona 81, 20.
ablatio membri 567, 15.
absintium 291, 15.
absolutionis beneficium 332, 5. 10.
accusatio 362, 20; accusatores 287, 15.
achambin *akambe, abfall beim flachsschwingen* 604, 10.
actor 212, 35. 247, 20. 419, 30.
actus legitimi 139, 10. 15. 20. 442, 10.
adiurati 581, 25.
advocatia, vogtai 90, 20. 212, 1. 401, 15. 567, 25. 573, 40. 598, 35. 606, 15. 645, 20; advocatiarum homines 393, 30; bona 242, 10; redditus 574, 1.
advocaticii homines 212, 40. 419, 35.
advocatus, advocati 196, 15. 212, 40. 275, 40. 281, 5. 402, 25. 404, 20. 407, 25. 575, 30. 599, 30; advocati ecclesiarum 89, 30. 229; advocati sive patroni ecclesiarum 9, 15; advocatorum guerrae 89, 10.
advocatus sive patronus causae 90, 10. 109, 15. 195, 25. 285, 1. 393, 25. 30.
agricultores 109, 35.
aht *v.* bannus.
alienare bona monasteriorum 476, 30.
alienatio bonorum 397, 10. 405, 5. 412, 5; bonorum episcopatus 444, 1; bonorum officiatorum 118, 25. 30; officiorum 81, 5; possessionum ecclesiae 80, 20. 465, 15. 20; reddituum mensae episcopalis 80, 15; rerum ecclesiasticarum 302, 10. 307, 25. 373, 40. 378, 25. 380, 15. 381, 35. 452, 15.
alimentorum transactio 302, 10. 307, 20. 373, 40. 378, 30.
allodium 22, 20. 473, 1. 5. 482, 1; a. ducis 393, 15; allodiorum contradictio 573, 35. 598, 15.
ana ἀνά 232, 25.
angaria 9, 15. 108, 10. 121, 5. 488.
animalia 575, 5.
annulus sponsionis 234, 20. 40. 235, 20.
anthiani 493, 30. 40.
antydotum 153, 20.
antigradus *i. e. landigravius* 561, 1.
antonomasice ἀντονομάζω 562, 15. 565, 10.
apodixa 447, 5.
apotheca 495, 25.
appellatio, appellationes 37, 5. 84, 10. 99, 20. 112, 40. 197, 5. 200, 30. 281, 35. 302, 15. 20. 307, 25. 30. 374, 1. 5. 378, 30. 35. 380, 20. 381, 35. 40. 452, 15. 20. 552, 30; a. in causis ecclesiasticis 37, 5. 58, 35. 60, 25. 78, 20.
aratrum 17, 10.
archidiaconorum iurisdictio 242, 5. 429, 40.
archiepiscopi 193, 10. 25; a. principes 449, 5; archiepiscopi curia 31, 25; archiepiscoporum iurisdictio 429, 40.
archipater 318, 25.
archipontifex 361, 35. 362, 30.
argentum 398, 1. 5. 416, 5. 40; a. vendere, deferre 398, 1. 5.
arma 399, 30. 570, 5. 15; a. deferre 577, 15.
artifices 578, 1.
artificii confraternitates seu societates 193, 15. 25.
assalire, invadere quod vulgariter a. dicitur 566.
assecurare, assecuratio 567, 10. 15.
assensus requisitus 543, 35.
assessor 139, 20.
assissiae 424, 10. 15. 25.
aucupia 578, 15.
auditor contradictarum 513, 20.
auris amputatio 567, 40.
autenticare, autenticatio 83, 10. 516, 15.
avere *i. e. habere* 497, 1.

bailia *v.* balium.
baiolatio bonorum regalium 421, 30.
baiulus 567, 35.
balistarii 445, 15.
balium, bailia 371, 35. 491, 20.
balius, ballivus (baiulus) 337, 5. 344, 35. 384, 25. 385, 20.
bambeis *Germanice: wams* 601, 1.
banmile, iurisdictio civitatis que b. vulgariter dicitur 276, 25; *v. etiam* miliare.
bannire, bannitus 35, 35. 36, 1. 5. 45, 15. 108, 25. 30. 109, 5. 195, 5. 20. 284, 15. 35. 288, 1. 289, 1. 5. 360, 5. 567, 20. 25. 568, 10; banniti imperii 138, 40. 139, 25; *v. etiam* inbannatus.
bannus, aht 35, 35. 36, 1. 5. 84, 1. 98, 20. 99, 25. 102, 20. 108, 5. 112, 30. 115, 15. 121, 5. 591, 25. 593, 1. 607, 30. 623, 15; bannum, banna 84, 15. 98, 40. 99, 25. 113, 1. 120, 35. 132, 10. 137, 30. 138, 25. 139, 30. 141, 25. 142, 20. 143, 15. 144, 15. 145, 15. 146, 30. 171, 25. 174, 25. 200, 20. 218, 30. 220, 15. 35. 221, 30. 224, 10. 225, 10. 302, 10. 303, 35. 307, 20. 336, 5. 343, 45. 373, 40. 378, 35. 451, 5. 463, 25. 469, 1; bannus episcopi 35, 35. 36, 1; b. imperialis, imperii 9, 20. 43, 25. 45, 5. 30. 46, 10. 99, 25. 108, 15. 121, 15. 126, 35. 133, 5. 138, 40. 139, 20. 268, 30. 288, 1. 289, 1. 406, 10. 15. 25. 407, 30; b. imperii perpetuus 101, 30. 102, 10. 321, 30; b. regis 35, 35. 36, 1; banni custodia 426, 10.
baroniae 547, 1. 549, 20.
beber *i. e. weber* 602, 15.
bellum campestre 445, 15; belli ius 342, 1.
beneficium 198, 5; beneficii consors 390, 10; beneficium ecclesiasticum 17, 10; b. imperiale 402, 20; beneficia temporalia 197, 15. 282, 5; beneficia et feoda vacantia conferre et concedere 432, 15.
berfrois *v.* campanille.
berlichen *i. e. bärlichen* 250, 20.
birretum *capucium* 497, 40.
bisancius *byzantius* 294, 15.
blada *frumentum* 45, 15.
blancae *Germanice: planken* 122, 10.
blida *machina belli* 447, 10.
bonorum divisio 214, 5; receptio 212, 35. 419, 30; successio 244, 35; *v. etiam* possidere.
bota, emenda que b. vocatur 393, 20.
brant *v.* incendium.
breviaria 100, 20.

bona episcoporum 23, 30; reliquiae episcoporum 31, 5.
equitatura 164, 10. 555, 45. 556, 35. 577, 10.
equum abducere 579, 15. 602, 20.
erenlos et rehtlos 242, 30. 243, 20. 245, 5. 10. 246, 5. 10.
etzen, dampnum quod dicitur e. 578, 10. 600, 30.
exactiones factae in coenobiis 434, 20; exactio indebita 7, 20. 14, 20. 15, 10. 212, 40. 419, 35; exactio ordinaria, solita 187, 30. 35; exactiones in venalibus 424, 10. 25.
exbannire 495, 10.
exceptio regiae dignitatis 233, 15; exceptio fori 233, 15.
excipere *exceptionem facere* 134, 30.
excommunicatio, excommunicatus 9, 20. 90, 5. 10. 15. 401, 20. 30. 406, 10. 407, 30. 428, 1. 444, 5. 10. 470, 15. 20. 570, 25. 576, 35. 40. 579, 30. 599, 15. 602, 10; excommunicatio sollempnis 427, 20.
excoriare 399, 30.
exenia 271, 5.
exfortium 151, 1.
exlex 89, 15. 360, 5. 401, 10. 25. 406, 20.
expeditiones 582, 5.
expurgatio, expurgare 400, 30. 35. 578, 25. 30. 600, 45.

fabrica civitatis 583, 30.
falsarius 244, 15; falsarii pena 416, 10. 15. 417, 1; falsarii abiudicati 394, 30; f. et abusores 474, 5.
fasallus *v.* vasallus.
feminarum successio 412, 15. 20; feminae ius in feudis 629, 10.
verderpnusse, detrimentum vel destructio quod vulgo v. vocatur 244, 30.
vergiselt, status qui vulgariter v. dicitur 48, 40.
ferma *praedium* 426, 10.
ferto *Germanice: vierdinc* 446, 30. 447, 1. 10. 630, 25.
feudalis, feodalis 641, 5; titulus 485, 30; feodales homines 212, 40. 419, 35; feudalia bona 35, 30. 287, 5. 10. 288, 5. 10. 15. 485, 30; feodale ius 90, 1. 244, 20. 393, 10. 15. 25. 404, 10. 429, 35. 432, 35; feodalia sive iura suscipere sine datione 641, 10.
feudatarius, feodatarius 81, 20. 118, 5. 386, 25. 433, 30; f. ducis 393, 20. 25.
feudum, feodum 2, 5. 81, 25. 90, 1. 118, 5. 128, 1. 137, 30. 139, 1. 184, 20. 198, 10. 212, 20. 245, 1. 20. 265, 40. 393. 404, 15. 412, 20. 419, 15. 20. 473, 5. 511, 5. 629, 10. 631, 15. 634, 1; feudi dominus 433, 30. 35; feodorum collatio imperio vacante 637, 15; concessiones 397, 20. 405, 5. 444, 1; resignatio 573, 35. 598, 15; ius f. petendi 428, 1; iudicium de feodis et proprietatibus 434, 20; feodum de camera 64, 5. 10; f. ex camerae proventibus distincta 390, 25. 391, 1; f. castelli 447, 5; f. clericorum 177, 35. 180, 10; ecclesiarum 457, 10; excommunicatorum 405, 1. 442, 10. 443, 30; imperii 264, 35; ad officium principis spectantia 390, 10; principum 393, 10; rei 400, 1. 5; *v. etiam* hovelen; f. conferre 576, 40. 599, 20; f. evincere 448, 25; iura seu f. in equo recipere 639, 35; f. recipere vel requirere 433, 30; f. retinere 152, 10; insignia feudi de manu imperiali recipere 118, 1; de feodis tutela 393, 35.
fidantia 500, 30.
fideicommissarius 501, 35.
fideiussor 247, 20. 401, 5. 10. 15.
fidelitas imperii 158, 10; fidelitas iuramenti 586, 30; fidelitatis debitum 44, 1. 45, 30. 52, 15. 120, 40. 139, 45. 186, 30. 35. 191, 5. 303, 35. 305, 10; iuramentum fidelitatis et obedientiae 10, 35; fidelitatis, fidei iuramentum 102, 10. 172, 45. 199, 20. 264, 25. 265, 25. 437, 10. 456, 1. 467, 5. 503, 10. 15. 510, 30. 35. 512, 35. 514, 25. 525, 35. 526, 40. 541, 25. 545, 25. 547, 5; fidelitatis debitae iuramentum 475, 30. 487; fidelitatis iuramentum pro imperio 303, 35. 305, 15; *v. etiam* iuramentum; fidelitatis, fidei sacramentum 32, 1. 45, 10. 200, 40. 201, 5. 202, 10. 210, 30. 346, 25. 30. 40. 369, 5. 493, 30; fidelitates recipere 56, 25; f. et iura requirere 83, 35. 98, 15. 112, 25.
fides manualis 428, 15; fides data manu in manum 50, 30; fidem dare 429, 15; fidem violare 578, 40. 601, 25.
filius contra patrem 244, 30. 35. 245; filiorum pueri 449, 25.
fiscalis 121, 5.
fodrum 37, 25. 41, 15. 59, 5. 61, 1. 78, 35. 96, 20; fodorum 351, 15; fodrum regale 98, 15. 30.
vogtai *v.* advocatia.
wolge, ius feudale quod w. vulgariter appellatur 472, 10.
follo *fullo* 603, 5.
forbannire 360, 5; forisbanniti 125, 20. 25. 215, 35. 216, 15. 405, 25. 30.
foriurare, foriuratio 567.
forensis 577, 15; forensia signa 434, 15. 30.
forestae 633, 25. 30.
fortelitia 549, 25.
fortia 45. 437, 10. 25. 620, 10.
forum 177, 30; forum ecclesiasticum 370, 20; forum rei 212, 35. 419, 30; forum, marcht 212, 5. 273, 20. 25. 286, 30. 419, 1. 567, 40. 573, 30. 598, 10; f. annonae 603, 30; f. annuale vel septimanale 74, 30. 75, 1; f. generale comitiae 575, 30; f. impeditum 434, 20; fora nova 212, 5. 419, 1; forum publicum, commune 416, 10. 417, 1. 603, 20; forum exhibere 617, 15; f. instituere, locare, transferre 214, 30. 35. 402, 25; fori dominus 402, 25; *v. etiam* villa.
vragener, vragenarii 603, 15. 20.
francus 514, 25.
wrevele *v.* contumacia.
friman *v.* synodalis.
vriz, panis qui dicitur v. 603, 30.
vronboten 576, 30. 600, 15.
fructus et pensiones 18, 40.
frumentum 445, 15.
frustratorius 240, 30.
fundacus 495, 25.
furum receptor 246, 30.
furtiva res 246, 30.
furtum 576, 30. 600, 20.
fustigare 570, 10.

gartio *garsio* 312, 5.
gevengnisse, bant das g. heisit 250, 35.
gewer 607, 5; *v. etiam* probatio; gewer esse 579, 30. 602, 10.
gewette *v.* wette.
girovagus 440, 15.
gitta, occasiones quae g. dicuntur 568, 5.
gladius 570, 5; potestas gladii 301, 5. 307, 15. 373, 35. 378, 25. 380, 10. 381, 30. 450, 40. 452, 10. 552, 25. 554, 5; gladiorum ratio 444, 1. 5.
gnippa, gnibba, gnippe 601, 1. 40. 602, 35. 603, 1.
gu- *v.* w-
gût *v.* proprietas.

haeresis 509, 40. 512, 15. 20; haereseos crimen 283, 20; haeretica pravitas 295, 30. 431, 40.
haeretici 108. 109. 126. 127, 1. 195. 196. 197. 281. 282. 283. 284. 285, 5. 331, 20. 25. 428, 30. 512, 15. 20; haereticorum beneficia 422, 15; bona 422, 10. 15.
haereditarium ius 465, 15.
in haereditatem paternam successio 15, 20.
der hant schuldig 255, 10.
hantfrid *v.* treuga manualis.
harpfani *i. e. orphani* 579, 1.
heymszuche, reysa quae h. dicitur 429, 35; domi quaerere, haimsûch 575, 20. 598, 35.
herschilt, clippeus qui vulgariter dicitur h. 118, 1.
herwein *aus flachs* 604, 10.
istriones 577, 5. 600, 25.
hof 607, 5.
hovelen, feoda ministerialium ecclesiae, quae vulgariter h. dicuntur 423, 20.
hofmarchiarum redditus 391, 15. 20.
hofrichter 261, 30.
holocaustum 150, 15.
homagium 128, 20. 172, 45. 475, 30. 525, 35. 526, 40. 631, 35.
homicida 567, 1. 5. 10. 573, 40. 598, 20.

opus *idem ac ususfructus* 288, 5; opera civitatum 212, 35. 419, 35.

ordinamentum 141, 25. 142, 20. 143, 15. 144, 15. 145, 15. 146, 30. 218, 30. 220, 15. 35. 221, 20. 25. 30. 222, 1. 224, 10.

orveida, orvetha 626, 1. 20. 627, 15. 20. 628, 1; securitas quae vrpheide vocatur 123, 10.

pabulare, pabulator 577, 5. 600, 30. 603, 15.

pagare 483, 40.

palatii sacri proceres 413, 25.

palefridus 626, 20. 627, 40. 45.

palentinus comes 609, 25. 610, 10.

panes 603, 30.

pannum seu vadium 566, 25.

pannus 603, 1.

papae ius examinandi personam electam in regem 505, 30. 506, 1.

parabola *permissus* 47, 5 *et saepius.*

parangaria *v.* perangaria.

parentela *v.* stipes.

parium causae 245, 25. 30.

pargamenum 334, 30.

parlamentum 349, 30. 351, 10.

parrochia, barrochia 577, 5. 578, 5. 600, 25. 602, 15.

passagium 582, 25. 594, 25.

pastoralis mos 283, 30.

patrimonialia bona 35, 30. 377, 5. 10. 485, 30.

patrimonium 53, 5. 228, 10.

patronus 404, 10; *v. etiam* advocatus.

per pacem vel per rectum emendare 1, 25; consuetudines quas pacem nominant 135, 15; *v. etiam* communia; pacem iurare 396, 1. 5. 25. 570, 15. 575, 35. 578, 35. 582, 25. 594, 20; 602, 20; pacem firmatam iurare 111, 20. 25; pax antiqua 394, 10. 20; pax et ius ab antiquo 394, 25. 399, 20; pax continua, quae lantfrede vulgariter appellatur 609, 25; pax firma 394, 25. 30. 399, 20. 25. 445, 1. 566, 20. 30. 568, 10. 575, 1. 592, 10. 30; pax generalis 155, 30. 35. 473, 30. 474, 30. 475, 1. 5. 488, 10. 30. 489, 5. 10. 581, 10. 40. 582, 15. 25. 590, 15. 591, 35. 40. 592, 30. 593, 10. 15. 595, 1. 612, 1; pax iurata 477, 30. 35. 478, 20. 593, 35; pax ordinata 394, 35. 399, 25; pax sancta 580, 45. 581, 15. 35. 586, 20. 30. 587, 5. 589, 10. 594, 1. 25. 595, 15. 20. 35; pacis sanctae statuta 589, 1; pax generalis patriae 610, 35. 614, 30; pax generalis provinciae 573, 15; pax terrae 592, 15; pax communis terrae 608, 25. 30; pax generalis terrae 590, 40. 616, 40; pacis colloquia generalia 583, 1. 584, 20. 585, 20. 589, 15. 594, 15. 20; pacis coniurati 583, 5; pacis domus 584, 10; pacis executores 613, 5. 10. 614, 1. 5; pacis expeditio generalis 586, 15. 587, 5; pacis forma theutonice scripta 574, 35. 599, 25.

pedagium 22, 15. 45, 15. 489, 10. 527, 35. 608, 35. 40.

pelles variae 625, 25. 626, 40.

pellicia 404, 10. 15.

pena 245, 35. 303, 35; p. debita 247, 30. 401, 10; p. pecuniaria 98, 40. 99, 25. 121, 10. 414, 30; p. spiritualis 356, 30.

pentio *pensio* 45, 30; pensiones annuae 121, 5.

perangaria, parangaria 9, 15. 108, 10. 121, 5.

percutere 394, 35. 399, 25. 570, 10.

perduellionis crimen 283, 25.

peregrini, peregrinatio 109, 25. 398, 5.

perfidia 246, 10.

periurium 427, 20. 509, 45. 570, 25. 576, 35. 600, 25.

pernoctationes 576, 5. 600, 1. 5.

persat, de p. pallia 578, 1.

persona propria *v.* homines proprii; persona standi iuditio 90, 10.

pfalburger, phalburgari, phalburgere, palburger 244, 20. 256, 25; cives qui p. dicuntur 212, 15. 419, 10. 583, 40. 591, 30. 593, 5; cives non residentes, quod vulgo appellatur paleburger 583, 5.

pfand *v.* pignus.

philosophicum iuris scriptum 562, 20.

picarium 604, 5.

picator 604, 1.

pignorator 401, 1.

pignus, pfand, pignorare, pignoratio 39, 35. 40. 40. 41, 25. 80, 20. 95. 96. 242, 15. 244, 25. 263, 15. 401, 15. 576, 30. 582, 35. 600, 15; in pignore iacere 582, 30; pignoraciones iniustae 434, 20; pignoratio licentiata 400, 40. 400, 1; *v. etiam* obligationes.

pincerna 118, 25. 119, 10. 412, 15; pincernae officium 81, 1.

piraticam exercere 109, 20.

piscationes 578, 15.

plabaticus 577, 30.

placitum, taiding 41, 15. 96, 20. 121, 5. 575, 40. 600, 1; placita generalia 434, 20.

planta *sohle* 604, 10.

plebeus, plebeius 66, 15. 20. 287, 20.

podus 101, 15. 102. 437, 25.

pontificale iudicium 296, 40.

pontificis electio 563, 25.

populares 271, 5. 272, 25.

populator stratae publicae 243, 30.

possessio corporalis 102, 5; p. rerum 395, 10. 400, 15; possessionem evincere 395, 10. 400, 15; de possessione eiici 577, 10; *v. etiam* alienatio; possessiones pheodales seu burgesaticae 370, 20; possessiones ecclesiae revocare 465, 20.

possidere bona pro indiviso 214, 1.

potestaria 137, 30. 139, 1.

potestas, potestates 108, 35. 109, 1. 139, 15. 140, 10. 20. 25. 143, 25. 146, 40. 195, 10. 15. 284, 25. 286, 35. 288, 25. 30. 35. 303, 10. 377, 10. 15.

praeco, scherg, scherig 578, 30. 579, 30. 600, 5. 601, 1. 602, 1. 604, 5.

praeda 395, 15. 400, 20. 575, 10. 589, 1. 5. 598, 20. 25; res praedata 246, 30.

praedia 402, 25; praedium ecclesiae 229, 10.

praedones stratae publicae, publici 243, 30. 244, 5. 10. 25; praedonum receptor 246, 30.

praeemptores 603, 5. 10.

praefestinancia 296, 20.

praelati ecclesiarum 118, 1. 5; praelatorum decedentium bona 37, 10. 58, 35. 60, 30. 78, 20; praelatorum electio 9, 10. 37, 5. 58, 30. 60, 25. 78, 15.

praepedia *schuhwerk* 604, 10.

praepositi 135, 10. 15.

praeses imperii *v.* legatus.

praesidatus officium 301, 5. 373, 35. 381, 30. 382, 1.

praestatio 514, 25.

praxare *brauen* 603, 40.

precaria 447, 1. 591, 20. 592, 40.

pretium condignum 578, 5. 602, 15.

prezen 603, 30.

princeps, principes 17, 15. 20. 212, 5. 15. 20. 404, 40. 419, 1. 15. 40. 429, 5. 10. 15. 466, 20. 25. 30; in principem creare 264, 35. 265, 25. 40; principum iura 211, 30; p. iurisdictio 90, 30; libertates 212, 5. 419, 5; terra 212, 30. 419, 25; principes curiae 429, 25; ecclesiastici 87, 30. 89, 1. 90, 1. 278, 30. 285, 20. 418, 30; principis ecclesiastici reliquiae 89, 10. 15; suppellectilis, res mobiles principum ecclesiasticorum decedentium 22, 30. 25, 5. 26, 1; principes imperii 75, 20. 175, 10. 421, 10. 449, 5; mundani, saeculares 299, 5. 418, 30; palatini 375, 5; principum ius eligendi regem 505, 20. 25. 506, 10. 15. 529, 25. 533, 35; imperii obtimates et pr., ad quos de iure spectat electio 23, 20; pr. ad quos de iure imperii spectat electio 369, 10; pr. ad quos spectat regis electio 586, 25. 589, 35. 594, 1; pr. et praelati, ad quos ius pertinet eligendi 533, 10. 536, 1; pr. quorum iure regem est eligere 639, 10; pr. qui de iure eligere debent 26, 1. 20; pr. qui in electione caesaris ius habere noscuntur 460, 10; pr. habentes potestatem eligendi regem 454, 15; pr. vocem in electione habentes 525, 15. 527, 5; principes electores 500, 20. 502, 5. 503, 20. 525, 25. 526, 30. 528, 10. 529, 15. 25. 530, 30. 533, 35. 534, 1. 538, 25. 35. 40. 646, 10. 15; principum electio iusta, concors 11, 10. 12, 5.

principalis pilleus 641, 5.

principatum alienare 71, 10. 15. 20; principatus requirere 466, 20. 25. 30.

prisciones 495, 15.

privilegium, privilegia et scripta reddere, restituere 408, 5. 409, 10;

simelroken 603, 30.
similitudines ymaginum monetarum 89, 10. 20.
sin- *v.* syn-
sinioria 198, 10.
sneccae *naves sniggen dictae* 127, 20.
societates illicitae 198, 15.
soldarii, soldatarii 159, 30. 586, 20. 589, 15; *v. etiam* suldenere.
solidare *besolden* 152, 5. 15; solidati 153, 35.
solidi *Germanice: sold* 153, 40.
solutio pecuniae 414, 25. 30.
somarius, somerius, sommerius 161, 20. 164, 15. 631, 1.
spanna 603, 1.
spoliare, spoliatores 576, 10. 579, 5. 601, 30. 634, 1.
spolium 612, 40. 613, 1; ius spolii 68, 20; *v. etiam* princeps.
squifati 543, 30.
statuta 139, 10. 140, 10. 20. 25; statutorum libri 288, 25; *v. etiam* civitas, ecclesiastica libertas.
statutarii *editores statutorum* 108, 5.
stechmezzer 601, 40.
sterlingi 232, 25. 30. 35. 629, 25. 30; st. legales 480, 30. 482, 40. 483, 10. 15.
stipendiarii milites 152, 25; *v. etiam* suldenere.
stipes et parentela servorum ex parte matris proveniens 393, 25.
strata, strada 139, 30; stratae raptor 569, 35; strata contra ius 434, 15; stratae antiquae 212, 5. 419, 5; coactae 244, 10; stratae, viae, itinera publica 76, 35. 244, 5. 10. 273, 20. 25. 302, 5. 307, 20. 373, 35. 378, 25. 380, 10. 381, 30. 452, 10. 554, 10. 569, 35. 575, 10. 598, 20; stratae regales 402, 5.
straticotus 382, 25.
strazraup 577, 1. 602, 10; praeda que str. dicitur 400, 20.
strikere 394, 30.
subgilatio 296, 5.
subminister 118, 25.
subofficiati 118, 30. 119, 10.
sustantia 589, 30.
successio legitima 82, 25; *v. etiam* haereditas.
successivus 274, 20.
suldenere, stipendiarii qui s. dicuntur vulgariter 593, 40.
sumptus incendii 422, 15.
supplicium ultimum 287, 1.
simbolum approbatum 365, 15.
sindicatus 491, 20. 35. 492, 25. 493, 5. 35. 45. 494, 25. 496, 20. 497, 20.
sindicus, syndicus 218, 5. 221, 15. 45. 224, 1. 491, 15. 35. 45. 492, 10. 25. 494, 25. 40. 495, 1. 30. 496, 15. 20. 497. 498, 10. 20. 35. 499, 1.
synodalis, sinodalis 212, 15. 419, 10; s. viri, homines, semper, sentbar manne 242, 25. 243, 15. 244, 35. 250, 15. 254, 15. 25. 257, 10. 261, 1. 10. 429, 10. 15. 628, 25; semper, sentbar friman 252, 25; synodalium personarum vocationes 434, 15.
synodus generalis 290, 10. 321, 25.

tabellio, tabelliones conficere, constituere 84, 1. 112, 35.
tabellionatus offitium 137, 30. 139, 1.
taberna continua 445, 20; legitima 575, 5. 599, 30.
tallia, tallea 176, 35. 177, 5. 15. 30. 511, 5. 20. 555. 30; t. regalis 69, 20.
taxacio debita 613, 35.
teloneum, theloneum, thelonium, thelloneum, theoloneum 7, 20. 22, 10. 29, 15. 31, 5. 20. 35, 30. 69, 15. 90, 25. 92, 15. 20. 25. 243, 25. 30. 35. 244, 1. 5. 285, 20. 417, 35. 418, 1. 5. 489, 10. 577, 35; thelonea antiqua, debita 89, 20. 608, 30. 40; thellonea nova, iniusta, inconsueta 35, 30. 89, 10. 20. 429, 25. 471, 35. 474, 30. 581, 10; iurisdictio in theloneis 90, 25; telonei ius 244, 5; praestatio 430, 30; redditus 14, 35; superadiectio teloneorum 243, 25.
tenementum, tenimentum, tenumentum 18, 30. 162, 5. 10. 230, 35. 234, 45. 543, 20.
tenutae propriae 19, 5.
terrae consuetudo 246, 1; terrae iudex 246, 20. 25.
territoria sive iurisdictiones 89, 20.
tertia proventuum et obvencionum omnium 368, 15.
testamentum 382, 25. 35. 384, 50. 385, 45. 388, 1. 20. 30. 389, 1.
testimonia 90, 10.
testis 245, 5. 25.
theriaca 368, 1.
timber, timmer 625, 25. 626, 40.
transmarinare 52, 35.
trettin, dampnum quod dicitur t. 578, 10. 600, 30.
treuga, treugua, tregua *saepissime*; treugae violatae 428, 15. 429, 10; treuga manualis, hantfrid 254, 20. 25. 255, 1. 572. 573. 596, 25. 30. 35. 597.
tributum 188, 1.
truncus 288, 30.
tutela 11, 20; *v. etiam* feudum.
tutor 77, 15; tutores et curatores dare 302, 10. 307, 25. 373, 40. 374, 1. 452, 20.

ubereren *ackern*, dampnum quod dicitur u. 578, 10. 600, 30.
ubermenen, dampnum quod dicitur u. 578, 10. 600, 30.
ubersniden, dampnum quod dicitur u. 578, 10. 600, 30.
unctionis beneficium 6, 40.
ungelt 258, 40. 259, 1; exactiones quae vulgo dicuntur u. 243, 1; exactio sive angaria u. appellata vulgariter 488. 489, 10.
ungeriht 608, 5.
unio regni et imperii 72, 30. 82, 20. 86, 1. 105, 1. 5. 25. 30. 111, 1.
universitas 198, 10. 199, 1. 286, 35. 287, 10. 20. 288; universitas civium 193, 10; universitates locorum 140. 286, 20.
urber 606, 20.
urteil *v.* sententia.
usurae 578, 35. 583, 35. 584, 10. 601, 5.
usurarii 575, 20. 583, 35. 599, 35. 603, 5.
usus debiti 185, 1.
ususfructus attinentium 22, 1.

vadium *v.* pannum.
in vanum, hoc est mutwillen 579, 10. 601, 30.
varius *v.* pelles.
vassallus, vasallus, vassalli, fassallus 64, 5. 10. 90, 1. 102, 5. 128, 10. 198, 5. 245, 20. 330, 40. 348, 40. 370, 10. 15. 420, 1. 432, 35. 446, 10. 475, 25. 485, 35. 497, 1. 498, 20. 504, 30. 514, 25. 548, 35. 549, 15. 551, 20. 609, 30. 629, 10; vassalli imperii 346, 20. 25. 525, 35; vassalli vulgo muntliut 575, 30. 599, 40; vasallorum et hominum communitates 638, 10. 15.
vassellum, vasellum, vascellum *Gallice: vaisseau* 153, 15. 161, 25. 30. 164, 15. 25. 30.
vavassores, valvasores, varvassores, vavasor 83, 20. 84, 1. 97, 35. 98, 20. 25. 99, 10. 112, 10. 30. 139, 5. 10. 287, 1. 306, 30. 373, 5.
vavassoriatus 139, 10.
venatio iniusta 575, 1. 599, 25.
venatores iusti 394, 25. 399, 15; nocturni 575, 1. 599, 25.
verbum sacerdotale 30, 10; verba exponere latine et theutonice 167, 30.
vestes 578, 1; v. preciosae 445, 20; vestis interposita sericis 578, 1.
vexilla 264, 35; v. proicere 348, 1; vexillum crucis 114, 35. 115, 40; v. regis 496, 45.
viae sive stratae imperiales 204, 10. 220, 5; *v. etiam* strata.
viator 395, 5. 399, 35.
vicaria 56, 30. 40. 552, 35. 559, 25. 35. 622, 30; vicariae generalis officium 450, 40. 45. 452, 20.
vicarius 487, 25; vicarii potestas, nomen 301, 1. 373, 30. 35; v. generalis 373, 30. 380, 10. 30. 450, 35. 452, 5. 20; v. imperii generalis 535, 5; v. generalis provinciae 552, 20. 30. 35. 554, 1; vicarius imperii 199, 30. 300, 40; v. legati 132, 5; v. regis 56, 30. 463, 20; v. regalis curiae 622, 25. 623, 5.
vicecomes 41, 30. 96, 35. 120, 40.
vicecomitalis civitas 498, 10. 25; universitas 199, 1.
vicinia 403, 15.
victualia 445, 20. 582, 5. 594, 25.
vicus *v.* civitas.

villa libera 567, 25; villae, in quibus forum non currit 567, 40.
villani 582, 15; v. qui hubenere vocantur 591, 20. 25. 593, 1. 5.
villicatio, mairhof 576, 5. 600, 5; villicationis ratio 446, 30.
villicus 472, 30. 473, 5. 567, 35.
vindicare se ipsum 243, 5. 10.
vinum 14, 20; v. ecclesiarum 417, 35. 418, 5; v. latinum 603, 30.
vocatio iudicis 400, 30; *v. etiam* synodalis.
volta 621, 5. 623, 25. 625, 1.
vulnerare, vulneratio, vulnera 394, 35. 399, 25. 567, 30. 569, 30. 577, 20. 601, 20.

warandia 128, 1; auctoritas seu w. thelonei vel monetae 92, 15. 20. 35. 93, 1.
garantire 567, 25.
warentare 30, 35.
guarnire 46, 45. 47, 1.
wehsel, wesle *v.* cambium.
weisunge, ius ostensionis quod vulgo dicitur w. 576, 20. 600, 15.
gvenditor 639, 25.
weren, fideiubere quod vulgo dicitur w. 604, 1.
guerra, gwerra, verra *saepissime*; g. manifesta 401, 20; recreduta 45, 45; viva 101, 40. 286, 20. 378, 20. 380, 10. 381, 25. 495, 5. 45.
guerrifer 368, 1.
wette, gewette 245, 20. 256, 5. 10. 20. 262, 5. 10; pena quae dicitur w. 246, 5; iura ex absolutione proscriptorum quae vulgo dicuntur w. 247, 15.
wichbelede, potestas constituendi oppida, quod vulgo w. dicitur 448, 5.
widerbotes *v.* diffidare.
widersagen 253, 35. 254, 5. 10; *v. etiam* diffidare, diffidatio.
wolge *v.* volge.
wrevel *v.* vrevel.
wucherer, verholen w. 257.

xenium 296, 20.

ypotecka 29, 25.

zaunbrechen, dampnum quod dicitur z. 578, 10. 600, 30.
zenobita *v.* cenobita.

---

# ADDENDA ET EMENDANDA.

## AD TOMUM I.

*Pag. 49, not. 7. Capitula duo inveniuntur in Libro Papiensi Lotharii 31, LL. IV, 544 (= Capitulare Olonnense mundanum 825. c. 11, LL. sectio II, I, 329 nr. 165) et Libro Papiensi Karoli M. 86, LL. IV, 503 (= Capitulare Italicum 801. c. 7, LL. sectio II, I, 204 nr. 98), ut monuit vir cl. W. Sickel. — p. 61 nr. 30. Synodi Ravennatis capitula quatuor iam edita sunt in Bibliothecae Casinensis Tom. III (1877), Florilegium p. 128 col. 2, p. 130 col. 1 e codice Casinensi 125 (E. Seckel). — p. 89, l. 39 legendum est* Bremensi *pro* Bernensi *(K. Lehmann). — p. 104, l. 23 lege* usu vero curiali; *l. 25 lege* steterit quod *(K. Lehmann). — p. 195, l. 36 lege* constitutum *pro* constitutam. *— p. 196, l. 3 lege* rigore *pro* vigore; *l. 5 lege* rigorem *pro* vigorem; *l. 40 lege* X *pro* XII *(K. Lehmann). — p. 198, l. 12 lege* insollertia *pro* insollentia *(K. Lehmann). — p. 209, l. 1. 2 cf. 'Neues Archiv' XIX, 710 nr. 238. — p. 239, l. 39 lege* N. A. XVI *pro* N. A. XIV. *— p. 304, l. 13 lege* laudatum *pro* laudata. *— p. 328, l. 15 lege* missum *pro missa. — p. 331, l. 25 lege* critique *pro* historique. *— p. 410, l. 42 lege* codicibus *pro* codibus; *notae 1 addi licet* cod. Vindobon. lat. 2094 membr. saec. XIV, *ut monet vir cl. K. Lehmann 'Das Langobardische Lehnrecht' (Göttingen 1896) p. 17. — p. 469 nr. 331 iam editum est a G. Sforza, Memorie e documenti per servire alla storia di Pontremoli II (1887) p. 251, ut monuit vir cl. Scheffer-Boichorst 'Neues Archiv' XX, 499 nr. 183. — p. 505 nr. 356 iam editum est a G. Sforza l. c. 259, ut ibidem monuit Scheffer-Boichorst. — p. 532, not. 1. Epistola Bernhardi iam edita est 'Libelli de lite' II, 44. — p. 680 nr. 454. Cf. nunc textum huius constitutionis spuriae in Compilatione antiqua ed. C. Lehmann (Gottingae 1892) p. 18—21.*

## AD TOMUM II.

*Pag. 17 nr. 14 a viro d. R. Schwemer 'Innocenz III. und die deutsche Kirche' 137 sq. ad mensem Ianuarium a. 1207 ponitur, cui vir cl. Ficker iam adstipulatur; v. Böhmer, Reg. imp. V, 5983. — p. 36, l. 25. Imaginem photographicam apographi in Registro Innocentii existentis vide 'Specimina palaeographica regestorum Romanorum pontificum' (1888) Tab. VIII cum textu p. 20. — p. 47, l. 15* pro Pisano *lege* Pisane. *— p. 65 nr. 54 vir cl. Winkelmann ipse quoque privilegium genuinum esse concedit; v. Böhmer, Reg. imp. V, p. 2168 nr. 776. — p. 67, l. 2 pro* V, 451 *lege* V, 853. *— p. 88, l. 19* G *vir cl. Blondel 'Etude sur la politique de l'empereur Frédéric II. en Allemagne' 411 indicat, se in Copiario Stabulensi tabularii Dusseldorpiensis apographon privilegii vidisse in fine mancum. — p. 99, l. 6 adde* Böhmer, Reg. imp. V, 12673. *— p. 100 nr. 80 cf. Böhmer, Reg. imp. V, p. 2170 nr. 1173. — p. 103, l. 9 adde* Böhmer, Reg. imp. V, 12607. *— p. 105 nr. 84 cf. Böhmer, Reg. imp. V, p. 2170 nr. 1201. — p. 106 nr. 85 forma* A *legitur etiam in recensione priore Chronici Riccardi Sangermanensis (ed. Gaudenzi p. 99); ubi tamen nonnulla*

*enuntiata variata sunt. — p. 110 nr. 86 cf. Böhmer, Reg. imp. V, p. 2171 nr. 1204. — p. 113 nr. 90 cf. ibid. p. 2171 nr. 1276. — p. 114 nr. 91 cf. ibid. p. 2171 nr. 1286. — p. 126 nr. 100 cf. ibid. 2172 nr. 1523. — p. 146 l. 13 adde* Böhmer, Reg. imp. V, 12963. — *p. 148—156 nr. 116. Postquam codicem Parisinum lat. 13059 (S. Germain Harlay 455) pars I fol. 12' nacti sumus, qui omissionibus et mendis scatet, eius lectiones praecipuas ad supplendas et emendandas eas, quas ex editione Huillardi sub nr.* 5 *adnotavimus, hoc loco afferimus: omnino delendae sunt quoad codicem* 5 *adnotationes nostrae p. 148 not.* g, *p. 149 not.* i. f. x, *p. 150 not.* y. p, *p. 151 not.* s. c. g. l, *p. 152 not.* d. k. q. r, *p. 153 not.* a, *p. 154 not.* m. n. o, *p. 155 not.* t. v; *p. 148 not.* a *adde* Fridericus — omne bonum *des.* 5, *not.* d *lege* ut 5; *p. 149 not.* n. w. g *adde* 5, *not.* d *lege* subscripte 5, *not.* v *lege* curiam 5; *p. 150 not.* m *dele* expos. nostram, *not.* y. i. m. n *adde* 5, *not.* z *lege* excusantibus 5, *not.* b *dele* teneremus, *not.* h *lege* deest *pro* pacatis; *p. 151 not.* u *lege* et *pro* ei, *not.* x rev. patre 5 *pariter atque* 2; *p. 152 not.* v. a. l *adde* 5, *not.* e *lege* potentes *pro* potentem, *not.* l *adde* ei 5, *not.* e *lege* oneraverunt 5, *not.* k *lege* deest *pro* fuerunt, *not.* q *lege* nūsūpta convalescia *pro* Post nondum; *p. 153 not.* t. x. y *adde* 5; *p. 154, lin. 9* vigilia presbiteri Martini 5, *not.* p *lege* communem *pro* omni debetur, *not.* l benedicta 5; *p. 155 not.* k *pro* movemini *praebet* 5: moventur, *not.* r *adde* ceteri 5, *lin. 23. 24 praebet* 5: cum populis principibus imperii et cum omnibus habere, *lin. 27* in Italia *des.* 5, *not.* d *lege* obnoxius *pro* obnixius; *p. 156 not.* l *adde* VI. Dec. ind. prime *des.* 5. — *Nuper encyclicam edidit secundum Huillardum Doeberl 'Monumenta Germaniae selecta' V, 54, qui in adnotationibus varias trium codicum Monacensium lectiones praebet. — p. 163, l. 5 codex Libri videtur esse Laurentianus, de quo v. Böhmer, Reg. imp. V, p. 2174 nr. 1738. — p. 191 nr. 156 ex autographo Monacensi (cod. 4), quod tamen non e tabulario Ratisponensi, sed potius e Moguntino venit, nuper edidit Doeberl 'Monumenta Germaniae selecta' V, 155; exemplaris Virdunensis dati a. 1232 mense Maio apud Portum Naonis excerptum dedit Clouët 'Histoire de Verdun' II, 379. — p. 192, l. 10 ad cod.* 8 *cf. Böhmer, Reg. imp. V, p. 2175 nr. 1978; cf. ibidem V, 14715. — p. 193, l. 44 not.* i *adde* vulgaliter 4. — *p. 204, l. 7 lege* Iun. 7 *pro* Iun. 5. — *p. 210 nr. 170 edidit etiam Hormayr 'Sämmtliche Werke' III, 448 ut videtur ex editione Riediana. — p. 269 nr. 201 edidit etiam Dachery 'Spicilegium' II, 572 ep. 84 (ed. II. folio III, 601) e codice codici* 4 *cognatissimo seu ex ipso. — p. 274, l. 12 adde* Böhmer, Reg. imp. V, 14727. — *p. 275, l. 5 pro* ct *lege* et. — *p. 290 nr. 215 ex autographo (cod.* 1*) nuper edidit Doeberl 'Monumenta Germaniae selecta' V, 116. — p. 291, l. 37 lege* sororio *pro* sororis. — *p. 299, l. 18 pro* 265. 269. 271. 272 *lege* 266. 270. 272. 273. — *p. 334, l. 33 pro* et capite 15 omnino caret *lege* caput 15 aberravit a reliquis capitibus et legitur paullo superius p. 239, l. 17; *v. p. 337 not. 4. — p. 337, l. 44 delenda est nota* a. — *p. 349, l. 19 cod.* 3 *accuratius sic:* ad promissa vel obligacionem filiorum nostrorum et principum. — *p. 358, l. 7 lege* nulla *pro* nullus. — *p. 394, l. 22 lege* editionis huius. — *p. 420 nr. 305 ex autographo (cod.* 1*) nuper edidit Doeberl 'Monumenta Germaniae selecta' V, 71. — p. 424 nr. 311 ex autographo dedit Bormans 'Recueil des ordonnances de la principauté de Liège' I, 39. — p. 472, l. 3 lege* IURE HAEREDITARIO NON INFEODANDIS. — *p. 487, l. 36 lege* cessionem *pro* cessationem. — *p. 499, l. 28* (SP.) *delendum est. — p. 535, l. 33* litteris apostolice *legendum est. — p. 558, l. 37 lege* Cessent *pro* Cesset. — *p. 578, l. 10 lege* ubermenen, zaunbrechen. — *p. 584, l. 47 legendum est* VII c. 3. — *p. 587, ll. 45 et 48 initio notarum* i* *et* v* *addendum est:* emendavit Weizsäcker. — *p. 615, l. 12 rectius coniici videtur* lantgravius [Thuringie], *ideoque l. 44 not. 3* Henricus I. marchio Misnensis? — *p. 630 l. 32 legendum esse videtur potius* circa *pro* contra. — *p. 635 nr. 463. Nuper socius noster Karolus Hampe contulit cod. Cheltenham. 303 circa a. 1300 exaratum, f. 80, cuius lectiones cum cod.* 4 *plane conveniunt. Sine dubio cod.* 4 *derivatus est ex Cheltenhamensi. — p. 649 col. 3, l. 42 lege* Nicolo. — *p. 666 col. 2, l. 3 lege* Lumixelis. — *p. 673 col. 1, l. 51 adde* 325, 35.

---